
WIDENER LIBRARY
HX 5MGA H


EX
LIBRIS
ORIC AND NATICA
BATES
H.F. GARRETT 1914

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΑ



# STRABONIS GEOGRAPHICA

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΑ

# STRABONIS GEOGRAPHICA

## GRÆCE CUM VERSIONE REFICTA

ACCEDIT INDEX VARIANTIS LECTIONIS

ET

TABULA RERUM NOMINUMQUE LOCUPLETISSIMA

**CURANTIBUS C. MÜLLERO ET F. DÜBNERO**




PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,
INSTITUTI IMPERIALIS FRANCIÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC LIII

# PRÆFATIO.

Quod si laudem veteris scriptoris metiaris ex eorum copia quæ non in meris opinationum periculis ingeniique lusibus posita sint, verum stabili nitantur fundamento, atque subacti judicii sinceritate ita exponantur, ut multiplex in omne ævum redundet utilitas : vix est dubium, quin inter scripta antiquitatis græcæ monumenta princeps locus Strabonianis Geographicorum libris assignandus sit.

Itaque potentissimus Imperator NAPOLEO I Strabonem præ ceteris dignum censuit, cujus interpretandi emendandique negotium viris doctissimis commendaret.

Sors vero ita tulit ut, revoluta tandem ad idem NAPOLEONIS nomen rerum Gallicarum fortuna, Didotianis curis nova hæc Strabonis interpretatio in lucem prodeat.

Interjacet seculi pars dimidia; quo temporis spatio, tot nominibus memorabili, tum studia philologica floruerunt eximie, tum vero rationes orbis antiqui tanta curiositate viri instructissimi explorarunt, ut non noverim ullam veteris doctrinæ partem, quæ lætioribus quam geographia incrementis aucta sit.

Fieri non potuit quin multa hinc in penitiorem Strabonis intelligentiam commoda redirent, tanto exoptatiora illa, quanto majoribus ejus scriptoris sive emendatio sive interpretatio impedimentis obstrueretur. In nostris enim libris manuscriptis, quorum antiquissimus undecimum seculum non excedit, et singulorum vocabulorum corruptelis et hiantibus lacunarum spatiis et Byzantinorum magistellorum in-

terpolationibus genuina operis forma mirum in modum obscurata est.

Obortæ sic tenebræ ut discuterentur, quidnam post editam versionem gallicam viri docti præstiterint, paucis significabo.

Primus igitur Corayus, vir κριτικώτατος, quo Gallia non vidit græcarum literarum peritiorem, denuo verba Strabonis recensuit, eaque opera tam egregie de scriptore meruit, ut antecessores omnes longe post se relinqueret. Deinde Groskurdius in annotatione critica, quam versioni germanicæ subjunxit, corrupta haud pauca in integrum restituit, sæpe etiam orationem lacunis mutilam esse perspexit, ubi priores editores nihil vitii subodorati erant.

Verum quantacunque viri isti laudatissimi in Strabonem contulerint beneficia, multum aberat, ut his contenti possemus quiescere. Desiderabatur enim quod in ejusmodi rebus maximum est et quasi basis cui reliqua superstruenda sunt. Nimirum ante omnia hoc erat agendum, ut codicum Strabonianorum notitia suppeteret accuratissima. Suscepit negotium et ad finem perduxit doctissimus Kramerus, qui libros manuscriptos tantum non omnes diligenter excussit, cognationem inter eos intercedentem sedulo exploravit, auctoritatem singulorum certius definivit, et his demum peractis textum, quem dicimus, Strabonis constituit crisi sobria, meticulosa, nimium pæne sibi diffidente. Denique, vix absoluta Krameriana editione, novissimum auxilium Meinekius attulit Vindiciarum Strabonianarum libello, in quo vir eximius eo quod omnes novimus acumine permulta correxit, præ ceteris vero interpolatorum vestigia naris emunctissimæ sensu indagavit.

His nos subsidiis instructi, verba Strabonis secundum easdem fere leges, quas Kramerus sibi scripserat, exhibuimus. Videlicet optimæ notæ codicibus presso pede institimus, nec emendationes locorum corruptorum recepimus nisi res ipsa et usus dicendi Strabonianus dubitationem præscinderet. Attamen in his quoque codicum scripturam, ut pluri-

mum, in latinis apposuimus. Contra ubi in græcis corrupta relinquenda erant, latinis inseruimus conjecturam sive aliorum sive nostram, quam in versione secuti sumus. Verba ejicienda parentheseos signis ( ), suppleta uncinis quadratis [ ], manifesta interpolatorum additamenta uncis duplicatis [[ ]] distinguuntur. Lectionis varietatem potiorem, missis quæ nullius momenti sunt sphalmatis librariorum, necnon varia emendandi pericula in Appendice colligemus.

Interpretatio latina ante duo abhinc secula a Xylandro condita quum intacta fere hucusque propagata sit, facile intelligitur, quam a græcis, quæ nos jam habemus, esse diversa debeat, ne dicam locos innumeros, quorum sensus etsi nullis verborum mendis obscuratos Xylander non assecutus est. Imposita igitur versionis renovandæ necessitate, operam rei longam nec adeo facilem in prioribus libris sex Dübnerus meus præstitit, in reliquis ego suscepi.

Tabulam rerum nominumque, qualem flagitat grande Strabonis opus, unus elaboravit Groskurdius; nos novam et Groskurdiana locupletiorem construximus.

Parisiis, mense Aprilis, M DCCC LIII.

CAROLUS MÜLLER.

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

# ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΠΡΩΤΟΝ.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὅτι οὐκ ἐκτὸς φιλοσοφίας ἡ γεωγραφικὴ πραγματεία. ὅτι καὶ Ὅμηρος αὐτῇ πανταχοῦ τῶν ἐπῶν φαίνεται χρώμενος. ὅτι οἱ πρότερον αὐτῇ χρησάμενοι ἐλλειπῶς ἢ ἀναρθρώτως ἢ ἐσφαλμένως ἢ ψευδῶς ἢ τοῖς αὐτοῖς ἀσυμφώνως εἰρήκασιν. ἔλεγχοι καὶ ἀποδείξεις τοῦ εἰκότως αὐτὸν οὕτω κρίνειν. κεφαλαιώδεις λόγοι πάσης οἰκουμένης συντόμως ὑποτυποῦντες τὴν διάθεσιν. πίστις εἰκότων καὶ τεκμηρίων βεβαίων τοῦ κατὰ πολλὰ μέρη τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν ἐνηλλάχθαι καὶ εἰς ἀλλήλας μετατεθῆναι.

## ΚΕΦ. Α΄.

Τῆς τοῦ φιλοσόφου πραγματείας εἶναι νομίζομεν, εἴπερ ἄλλην τινά, καὶ τὴν γεωγραφικήν, ἣν νῦν προῃρήμεθα ἐπισκοπεῖν. ὅτι δ' οὐ φαύλως νομίζομεν, ἐκ πολλῶν δῆλον. οἵ τε γὰρ πρῶτοι θαρρήσαντες αὐτῆς ἅψασθαι τοιοῦτοί τινες ὑπῆρξαν· Ὅμηρός τε καὶ Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος καὶ Ἑκαταῖος, ὁ πολίτης αὐτοῦ, καθὼς καὶ Ἐρατοσθένης φησί· καὶ Δημόκριτος δὲ καὶ Εὔδοξος καὶ Δικαίαρχος καὶ Ἔφορος καὶ ἄλλοι πλείους· ἔτι δὲ οἱ μετὰ τούτους, Ἐρατοσθένης τε καὶ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος, ἄνδρες φιλόσοφοι. ἥ τε πολυμάθεια, δι' ἧς μόνης ἐφικέσθαι τοῦδε τοῦ ἔργου δυνατόν, οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν, ἢ τοῦ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπεια ἐπιβλέποντος, ὧνπερ τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην φασίν. ὡς δ' αὔτως καὶ ἡ ὠφέλεια ποικίλη τις οὖσα, ἡ μὲν πρὸς τὰ πολιτικὰ καὶ τὰς ἡγεμονικὰς πράξεις, ἡ δὲ πρὸς ἐπιστήμην τῶν τε οὐρανίων καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ θαλάττης ζῴων καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα ἰδεῖν παρ' ἑκάστοις ἐστί, τὸν αὐτὸν ὑπογράφει ἄνδρα, τὸν φροντίζοντα τῆς περὶ τὸν βίον τέχνης καὶ εὐδαιμονίας.

2. Ἀναλαβόντες δὲ καθ' ἕκαστον ἐπισκοπῶμεν τῶν εἰρημένων ἔτι μᾶλλον. καὶ πρῶτον ὅτι ὀρθῶς ὑπειλήφαμεν καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν, ὧν ἐστι καὶ Ἵππαρχος, ἀρχηγέτην εἶναι τῆς γεωγραφικῆς ἐμπειρίας Ὅμηρον· ὃς οὐ μόνον ἐν τῇ κατὰ τὴν ποίησιν ἀρετῇ πάντας ὑπερβέβληται τοὺς πάλαι καὶ τοὺς ὕστερον, ἀλλὰ σχεδόν τι καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐμπειρίᾳ τὸν πολιτικόν, ἀφ' ἧς οὐ μόνον περὶ τὰς πράξεις ἐσπούδασεν ἐκεῖνος, ὅπως ὅτι πλείστας γνοίη καὶ παραδώσει τοῖς ὕστερον ἐσομένοις, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τοὺς τόπους τούς τε καθ' ἕκαστα καὶ τοὺς κατὰ σύμπασαν τὴν οἰκουμένην γῆν τε καὶ



# STRABONIS

# GEOGRAPHICORUM

# LIBER PRIMUS.

## ARGUMENTUM.

Geographiæ tractatio non est aliena a philosophia. Homerus in poematibus ubique geographiæ cognitionem prodit. Qui prius geographiam tractaverunt, multa vel omiserunt, vel confusa, errores, falsa, inter se dissidentia tradiderunt. Pluribus argumentis Strabo se recte sic pronuntiasse demonstrat, et totius terræ habitabilis dispositionem summatim oculis subjicit. Conjecturæ et exempla, quibus ostenditur terrarum partes multas in maria versas, et vicissim.

## CAP. I.

Terræ descriptionem, quam in præsentia instituimus, philosopho non minus ulla alia re, quam is suæ tractationis esse ducit, considerandam censemus. Quod nos haud abs re sentire, multis argumentis liquet. Qui enim primi geographiam attingere ausi sunt, philosophi ii fuere: Homerum dico, Anaximandrum Milesium, et Hecatæum, civem ejus, ut Eratosthenes etiam ait; item Democritum, Eudoxum, Dicæarchum, Ephorum, aliosque complures: nec non iis ætate posteriores Eratosthenem, Polybium, Posidoniumque, homines et ipsos philosophos. Jam multarum rerum cognitio, qua sola hoc opus confici potest, non est nisi ejus, qui divinas humanasque res contemplatur, quarum rerum scientia philosophiam definiunt. Tum utilitas quoque multiplex, quæ partim ad negotia civilia actionesque principum virorum pertinet, partim ad cognitionem cœlestium, terrestrium maritimorumque animantium, stirpium, frugum, atque aliarum rerum quæ singulis visuntur locis, eundem designat virum, eum cui vitæ ars et beatitas curæ sit.

2. Verum singula hæc denuo orsi accuratius perpendamus: ac primo loco id, recte et a nobis et a majoribus nostris, quos inter est etiam Hipparchus, existimatum fuisse primum geographicæ peritiæ auctorem esse Homerum: qui non modo poetica virtute omnes et priores et posteriores superavit, sed fere etiam rerum ad omnem vitam pertinentium experientia civilis scientiæ peritos: qua experientia adjutus, non modo, ut actiones quamplurimas cognosceret, operam dedit, easque ad posteritatem transmitteret, sed etiam ut loca, quum quæ singularum sunt regionum, tum totius, quatenus incolitur, terrarum orbis marisque. Absque

θάλατταν. οὐ γὰρ ἂν μέχρι τῶν ἐσχάτων αὐτῆς περάτων ἀφίκετο τῇ μνήμῃ κύκλῳ περιιών.

3. Καὶ πρῶτον μὲν τῷ ὠκεανῷ περίκλυστον, ὥσπερ ἐστίν, ἀπέφαινεν αὐτήν· ἔπειτα δὲ τῶν χωρίων τὰ μὲν ὠνόμαζε, τὰ δὲ ὑπηνίττετο τεκμηρίοις τισί, Λιβύην μὲν καὶ Αἰθιοπίαν καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς, οὓς εἰκὸς λέγειν Τρωγλοδύτας Ἄραβας, ῥητῶς λέγων, τοὺς δὲ πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς καὶ δύσεσιν αἰνιττόμενος ἐκ τοῦ τῷ ὠκεανῷ κλύζεσθαι. ἐντεῦθεν γὰρ ἀνίσχοντα ποιεῖ τὸν ἥλιον καὶ δυόμενον εἰς τοῦτον, ὡς δ' αὔτως καὶ τὰ ἄστρα·

ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούραις
ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου ὠκεανοῖο. —
ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
ἕλκον νύκτα μέλαιναν.

καὶ τοὺς ἀστέρας λελουμένους ἐξ ὠκεανοῦ λέγει.

4. Τῶν δ' ἑσπερίων ἀνδρῶν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐμφανίζει καὶ τὴν εὐκρασίαν τοῦ περιέχοντος, πεπυσμένος, ὡς ἔοικε, τὸν Ἰβηρικὸν πλοῦτον, ἐφ' ὃν καὶ Ἡρακλῆς ἐστράτευσε καὶ οἱ Φοίνικες ὕστερον, οἵπερ καὶ κατέσχον τὴν πλείστην ἀρχήν· μετὰ δὲ ταῦτα Ῥωμαῖοι. ἐνταῦθα γὰρ αἱ τοῦ Ζεφύρου πνοαί. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ Ἠλύσιον ποιεῖ πεδίον ὁ ποιητής, εἰς ὃ πεμφθήσεσθαί φησι τὸν Μενέλαον ὑπὸ τῶν θεῶν·

ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς,
τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει [ἀνθρώποισιν]·
οὐ νιφετός, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολύς, [οὔτε ποτ' ὄμβρος,]
ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
ὠκεανὸς ἀνίησι.

5. Καὶ αἱ τῶν μακάρων δὲ νῆσοι πρὸ τῆς Μαυρουσίας εἰσὶ τῆς ἐσχάτης πρὸς δύσιν, καθ' ὃ μέρος συντρέχει καὶ τῆς Ἰβηρίας τὸ ταύτῃ πέρας· ἐκ δὲ τοῦ ὀνόματος δῆλον, ὅτι καὶ ταύτας ἐνόμιζον εὐδαίμονας διὰ τὸ πλησιάζειν τοιούτοις χωρίοις.

6. Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε καὶ οἱ Αἰθίοπες ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ ἔσχατοι, δηλοῖ· ὅτι μὲν ἔσχατοι,

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν,

οὐδὲ τοῦ « διχθὰ δεδαίαται » φαύλως λεγομένου, ὡς δειχθήσεται ὕστερον· ὅτι δ' ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ,

Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα.

ὅτι δὲ καὶ ἡ πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἐσχατιὰ παρωκεανῖτίς ἐστιν, οὕτως ᾐνίξατο εἰπὼν περὶ τῆς ἄρκτου·

οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

διὰ μὲν γὰρ τῆς ἄρκτου καὶ τῆς ἁμάξης τὸν ἀρκτικὸν δηλοῖ· οὐ γὰρ ἂν τοσούτων ἀστέρων ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ περιφερομένων τῷ ἀεὶ φανερῷ οἴην ἄμμορον εἶπε λοετρῶν ὠκεανοῖο. ὥστ' οὐκ εὖ ἀπειρίαν αὐτοῦ καταγινώσκουσιν, ὡς μίαν ἄρκτον ἀντὶ δυεῖν εἰδότος· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἦν πω τὴν ἑτέραν ἠστροθετῆσθαι, ἀλλ' ἀφ' οὗ

hoc enim fuisset, nunquam ille in orbem rediens commemorando terræ situ, ad extremos usque ejus fines pertigisset.

3. Enimvero primo omnium terram, ita ut res habet, undiquaque oceano cinctam allui pronunciavit. Deinde regionum alias nominatim, alias certis quibusdam notis per ambages indicavit. Sic Libyam, Æthiopiam, Sidonios et Erembos, quos Troglodytas Arabes recte dixeris, nominatim appellat; qui vero ad ortum et occasum solis habitant, eos per ambages indicat, innuens scilicet eos oceano allui. Nam solem ex oceano oriri et in eundem occidere ait, itemque stellas [ (*Il.* H, 421):

Jamque recens terras tangebat lumine Titan
oceani liquidis placide subvectus ab undis;

et (*Il.* Θ, 485),

fulgida Latoidæ simul incidit oceano lux,
attraxitque nigram noctem. ]

atque sidera dicit (*Il.* E, 6) lavari oceano.

4. Ceterum eorum qui Occidentem incolunt tam felicitatem quam bonam aeris temperiem monstravit, quia procul dubio audiverat de Ibericis divitiis, quarum causa Hercules expeditionem fecit, et postea temporis Phœnices, qui et amplissimo sunt potiti imperio, ac tandem Romani. Ibi enim sunt Favonii flatus; ibi poeta collocat etiam Elysium campum, in quem a diis missum iri Menelaum fingit: (*Od.* Δ, 563):

Sed te, qua terræ postremus terminus exstat,
Elysium ad campum cœlestia numina mittent,
quem Radamanthus habet, qua vita facillima longe
ducitur. Haud campos Jupiter nive conspuit illos,
miscetur gelidis neque tempestatibus aer,
nulli imbres: tantum spirat lenis aura Favoni,
missaque ab oceano nimios demitigat æstus.

5. Etiam Fortunatorum insulæ ante Maurusiæ fines occiduos sitæ sunt, quam ad partem et Iberiæ extrema occidua concurrunt. Ex nomine autem earum clarum est, eas quoque fortunatas ideo creditas fuisse, quod talibus essent locis vicinæ.

6. Porro Æthiopes ultimos ad oceanum esse docet: ultimos, hoc carmine (*Od.* A, 23):

Extremos hominum Æthiopes, geminisque diremptos
partibus.

(Neque vanum est, quod dicit *geminis diremptos partibus*, ut infra demonstrabitur.) Ad oceanum autem eos habitare his innuit versibus (*Il.* A, 423):

Namque hesternus ad oceanum est justosque profectus
Jupiter Æthiopas, quorum convivia visit.

Extremam quoque terræ versus Septentriones oram oceano adjacere, verborum ambage significavit, de Ursa scribens (*Il.* Σ, 489; *Od.* E, 275):

Exclusa oceani prorsum est sola ista lavacris.

Nomine enim Ursæ et Plaustri, arcticum, hoc est septentrionalem circulum notat: neque enim quum tot sidera eodem in loco semper conspicuo revolvantur, istam solam nunquam oceano lavari dixisset. Quapropter male eum imperitiæ culpant, ut qui loco duarum Ursarum unicam habuerit cognitam: quum probabile non sit alterius quoque

οἱ Φοίνικες ἐσημειώσαντο καὶ ἐχρῶντο πρὸς τὸν πλοῦν, παρελθεῖν καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας τὴν διάταξιν ταύτην, ὥσπερ καὶ τὸν Βερενίκης πλόκαμον, καὶ τὸν Κάνωβον, ἐχθὲς καὶ πρῴην κατωνομασμένον· πολλοὺς δ' ἔτι νῦν ἀνωνύμους ὄντας, καθάπερ καὶ Ἄρατός φησιν. οὐδὲ Κράτης οὖν ὀρθῶς γράφει,

οἷος δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν

φεύγων τὰ μὴ φευκτά. βελτίων δ' Ἡράκλειτος καὶ ὁμηρικώτερος, ὁμοίως ἀντὶ τοῦ ἀρκτικοῦ τὴν ἄρκτον ὀνομάζων· « ἠοῦς καὶ ἑσπέρας τέρματα ἡ ἄρκτος, καὶ ἀντίον τῆς ἄρκτου οὖρος αἰθρίου Διός. » ὁ γὰρ ἀρκτικός ἐστι δύσεως καὶ ἀνατολῆς ὅρος, οὐχ ἡ ἄρκτος. διὰ μὲν δὴ τῆς ἄρκτου, ἣν καὶ ἅμαξαν καλεῖ καὶ τὸν Ὠρίωνα δοκεύειν φησί, τὸν ἀρκτικὸν δηλοῖ· διὰ δὲ τοῦ ὠκεανοῦ τὸν ὁρίζοντα, εἰς ὃν καὶ ἐξ οὗ τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ποιεῖται. εἰπὼν δὲ αὐτοῦ στρέφεσθαι καὶ ἀμοιρεῖν τοῦ ὠκεανοῦ οἶδεν, ὅτι κατὰ σημεῖον τὸ ἀρκτικώτατον τοῦ ὁρίζοντος γίνεται ὁ ἀρκτικός. ἀκολούθως δὴ τούτῳ τὸ ποιητικὸν ἁρμόσαντες τὸν μὲν ὁρίζοντα ὀφείλομεν δέχεσθαι τὸν ἐπὶ τῆς γῆς οἰκείως τῷ ὠκεανῷ, τὸν δ' ἀρκτικὸν τῆς γῆς ἁπτόμενον ὡς ἂν πρὸς αἴσθησιν κατὰ τὸ ἀρκτικώτατον τῆς οἰκήσεως σημεῖον· ὥστε καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς γῆς κλύζοιτ' ἂν τῷ ὠκεανῷ κατ' αὐτόν. καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ οἶδε τοὺς προσβορέους μάλιστα, οὓς ὀνομαστὶ μὲν οὐ δηλοῖ (οὐδὲ γὰρ νῦν που κοινὸν αὐτοῖς ὄνομα κεῖται πᾶσι), τῇ διαίτῃ δὲ φράζει, νομάδας αὐτοὺς ὑπογράφων καὶ « ἀγαυοὺς ἱππημολγοὺς γαλακτοφάγους ἀβίους τε. »

7. Καὶ ἄλλως δ' ἐμφαίνει τὸ κύκλῳ περικεῖσθαι τῇ γῇ τὸν ὠκεανόν, ὅταν οὕτω φῇ ἡ Ἥρα·

εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης
Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν.

τοῖς γὰρ πέρασι πᾶσι συνήθη λέγει τὸν ὠκεανόν· τὰ δὲ πέρατα κύκλῳ περίκειται· ἔν τε τῇ ὁπλοποιίᾳ τῆς Ἀχιλλέως ἀσπίδος κύκλῳ περιτίθησι τὸν ὠκεανὸν ἐπὶ τῆς ἴτυος. ἔχεται δὲ τῆς αὐτῆς φιλοπραγμοσύνης καὶ τὸ μὴ ἀγνοεῖν τὰ περὶ τὰς πλημμυρίδας τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τὰς ἀμπώτεις, « ἀψορρόου ὠκεανοῖο » λέγοντι καὶ

τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

καὶ γὰρ εἰ μὴ τρίς, ἀλλὰ δίς, τάχα τῆς ἱστορίας παραπεσόντος, ἢ τῆς γραφῆς διημαρτημένης· ἀλλ' ἥ γε προαίρεσις τοιαύτη. καὶ τὸ « ἐξ ἀκαλαρρείταο » δὲ ἔχει τινὰ ἔμφασιν τῆς πλημμυρίδος, ἐχούσης τὴν ἐπίβασιν πραεῖαν καὶ οὐ τελέως ῥοώδη. Ποσειδώνιος δὲ καὶ ἐκ τοῦ σκοπέλους λέγειν τοτὲ μὲν καλυπτομένους, τοτὲ δὲ γυμνουμένους, καὶ ἐκ τοῦ ποταμὸν φάναι τὸν ὠκεανὸν εἰκάζει τὸ ῥοῶδες αὐτοῦ τὸ περὶ τὰς πλημμυρίδας ἐμφανίζεσθαι. τὸ μὲν οὖν πρῶτον εὖ, τὸ δὲ δεύτερον οὐκ ἔχει λόγον· οὔτε γὰρ ποταμίῳ ῥεύματι ἔοικεν ἡ τῆς πλημμυρίδος ἐπίβασις, πολὺ δὲ μᾶλλον ἡ ἀναχώρησις οὐ τοιαύτη. ὅ τε τοῦ Κράτητος λόγος διδάσκει

sidus jam tum fuisse ; sed appareat ab eo tempore, quo id a Phœnicibus observatum et ad dirigendas navigationes usurpatum fuit, ejus sideris institutum etiam ad Græcos fuisse propagatum : quo modo etiam crinis Berenices, et Canopus ab his recepta sunt, quibus nuper admodum sunt facta nomina, nec non aliæ multæ stellæ, quæ adhuc carent nominibus, quod et Aratus (*Phæn.* 145) fatetur. Ergo ne Crates quidem recte scripsit,

Oceani prorsus solum caret iste lavacris :

fugiens id quod fugiendum non erat. Melior Heraclitus ac Homero convenientior, qui itidem per Ursam arcticum circulum intelligit, dicens : « Terminus auroræ et vesperæ est Ursa : et e regione Ursæ aura est sereni Jovis; » nimirum vero non Ursa, sed arcticus circulus, limes est ortûs atque occasûs. Ergo Ursæ nomine, quam et Plaustrum vocat, et ab ea observari Orionem dicit (*Od.* E, 274), arcticum intelligit circulum : oceani autem, horizontem, in quem occasus et e quo ortus fiant. Quod autem eodem in loco circumverti Ursam et in oceano non mergi ait, eo indicat se novisse, arcticum circulum ad id horizontis punctum describi, quod ad septentrionem omnium magis accedit. His jam poetæ verba convenienter accommodantes, horizontem in terra intelligere debemus respondentem oceano, arcticum autem circulum, ex sensuum judicio, terram tangentem in septentrionali maxime habitationis puncto : itaque ea pars terræ, si Homerico more loquaris, oceano alluetur. Præterea novit homines maxime septentrionales, quos nominatim quidem non appellat (quum ne hodie quidem commune iis universis nomen sit impositum), sed vitæ degendæ ratione eos describit, Nomadas ipsos designans, quos et splendidos equarum mulctores, et lacte vescentes et incultos vocat (*Il.* N, 5, 6).

7. Aliter quoque oceano terram in orbem ambiri innuit, ita fante Junone (*Il.* Ξ, 200, 301) :

Namque abeo fines terræ inspectura feracis,
Oceanumque Deûm primordia,

omnibus finibus ejus oceanum esse adjunctum dicens : fines autem circulo eam ambiunt. Et in armorum fabricatione (*Il.* Σ, 606) in ora clypei Achillis rotundi oceanum circumponit. Ad eandem sollertiam pertinet, quod affluxus et refluxus oceani non ignoravit, oceano « refluentis » appellationem tribuens (*Il.* Σ, 399), et ibi, ut dicit (*Od.* M, 105),

Terque die allidit fluctus, totiesque resorbet.

Quod enim non ter, sed bis æstus maris quotidie accidit, in eo aut aberravit a vera exploratione, aut in scriptura mendum est : certe æstum maris voluit significare poeta. Quin et id, quod oceanum « leviter fluentem » appellat (*Il.* H, 422), affluxum æstus marini exprimit, leniter accedentem, et non omnino impetuosum. Posidonius vehementiorem affluxum augescentis maris eo etiam innuisse Homerum putat, quod scopulos memoravit modo occultatos, modo detectos, et quod fluvii nomine oceanum affecit (*Il.* Ξ, 245, *al.*) : quorum prius rectum est, posterius nihil habet rationis. Nam neque incremento maris aqua ita accedit, ut cursui fluminis ea accessiô sit similis : et recessio adhuc etiam magis ei dissimilis est. Atque Cratetis expositio quippiam habet probabilius. Ait enim iste, Ho-

τι πιθανώτερον. βαθύρρουν μὲν γὰρ καὶ ἄψορρον λέγει, ὁμοίως δὲ καὶ ποταμὸν τὸν ὅλον ὠκεανόν· λέγει δὲ καὶ μέρος τοῦ ὠκεανοῦ τι ποταμὸν καὶ ποταμοῖο ῥόον, οὐ τοῦ ὅλου, ἀλλὰ τοῦ μέρους, ὅταν οὕτω φῇ·

αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο
νηῦς, ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο.

οὐ γὰρ τὸν ὅλον, ἀλλὰ τὸν ἐν τῷ ὠκεανῷ τοῦ ποταμοῦ ῥόον μέρος ὄντα τοῦ ὠκεανοῦ, ὅν φησιν ὁ Κράτης ἀνάχυσίν τινα καὶ κόλπον ἐπὶ τὸν νότιον πόλον ἀπὸ τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ διήκοντα. τοῦτον γὰρ δύναιτ' ἄν τις ἐκλιπὼν ἔτι εἶναι ἐν τῷ ὠκεανῷ· τὸν δὲ ὅλον ἐκλιπόντα ἔτι εἶναι ἐν τῷ ὅλῳ, οὐχ οἷόν τε. Ὅμηρος δέ γε οὕτω φησί·

ποταμοῖο λίπεν ῥόον,
ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης,

ἥτις οὐκ ἄλλη τίς ἐστιν, ἀλλὰ ὠκεανός. γίνεται οὖν, ἐὰν ἄλλως δέχῃ, ἐκβὰς ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ, ἦλθεν εἰς τὸν ὠκεανόν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν μακροτέρας ἐστὶ διαίτης.

8. Ὅτι δὲ ἡ οἰκουμένη νῆσός ἐστι, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς πείρας ληπτέον. πανταχῇ γάρ, ὁπουποτοῦν ἐφικτὸν γέγονεν ἀνθρώποις ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς προελθεῖν, εὑρίσκεται θάλαττα, ἣν δὴ καλοῦμεν ὠκεανόν. καὶ ὅπου δὲ τῇ αἰσθήσει λαβεῖν οὐχ ὑπῆρξεν, ὁ λόγος δείκνυσι. τὸ μὲν γὰρ ἑωθινὸν πλευρόν, τὸ κατὰ τοὺς Ἰνδούς, καὶ τὸ ἑσπέριον, τὸ κατὰ τοὺς Ἴβηρας καὶ τοὺς Μαυρουσίους, περιπλεῖται πᾶν ἐπὶ πολὺ τοῦ τε νοτίου μέρους καὶ τοῦ βορείου· τὸ δὲ λειπόμενον ἄπλουν ἡμῖν μέχρι νῦν τῷ μὴ συμμῖξαι μηδένας ἀλλήλοις τῶν ἀντιπεριπλεόντων οὐ πολύ, εἴ τις συντίθησιν ἐκ τῶν παραλλήλων διαστημάτων τῶν ἐφικτῶν ἡμῖν. οὐκ εἰκὸς δὲ διθάλαττον εἶναι τὸ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικόν, ἰσθμοῖς διειργόμενον οὕτω στενοῖς τοῖς κωλύουσι τὸν περίπλουν, ἀλλὰ μᾶλλον σύρρουν καὶ συνεχές. οἵ τε γὰρ περιπλεῖν ἐγχειρήσαντες, εἶτα ἀναστρέψαντες, οὐχ ὑπὸ ἠπείρου τινὸς ἀντιπιπτούσης καὶ κωλυούσης τὸν ἐπέκεινα πλοῦν ἀνακρουσθῆναι φασίν, ἀλλὰ ὑπὸ ἀπορίας καὶ ἐρημίας, οὐδὲν ἧττον τῆς θαλάττης ἐχούσης τὸν πόρον. τοῖς τε πάθεσι τοῦ ὠκεανοῦ τοῖς περὶ τὰς ἀμπώτεις καὶ τὰς πλημμυρίδας ὁμολογεῖ τοῦτο μᾶλλον· πάντη γοῦν ὁ αὐτὸς τρόπος τῶν τε μεταβολῶν ὑπάρχει καὶ τῶν αὐξήσεων καὶ μειώσεων, ἢ οὐ πολὺ παραλλάττων, ὡς ἂν ἐπὶ ἑνὸς πελάγους τῆς κινήσεως ἀποδιδομένης καὶ ἀπὸ μιᾶς αἰτίας.

9. Ἵππαρχος δ' οὐ πιθανός ἐστιν ἀντιλέγων τῇ δόξῃ ταύτῃ, ὡς οὔθ' ὁμοιοπαθοῦντος τοῦ ὠκεανοῦ παντελῶς, οὔτ', εἰ δοθείη τοῦτο, ἀκολουθοῦντος αὐτῷ τοῦ σύρρουν εἶναι πᾶν τὸ κύκλῳ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικόν, πρὸς τὸ μὴ ὁμοιοπαθεῖν μάρτυρι χρώμενος Σελεύκῳ τῷ Βαβυλωνίῳ. ἡμεῖς δὲ τὸν μὲν πλείω λόγον περὶ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῶν πλημμυρίδων εἰς Ποσειδώνιον ἀναβαλλόμεθα

merum quidem totum oceanum profunde et retro fluentem atque etiam fluvium nominare; sed partem quoque aliquam oceani denominatione fluminis insignire et fluminis fluxus, non totius, inquam, sed partis, quando sic dicit (*Od.* M, 1):

Navis ut oceani fluvii est egressa fluenta,
atque maris vasti tumidas devenit in undas:

non enim de toto oceano, sed de fluminis in oceano decursu, quod pars est oceani, eum loqui. Hoc Crates æstuarium et sinum quendam esse dicit, qui ab hiberno tropico usque ad australem polum pertineat: quem sane egressus aliquis, adhuc possit esse in oceano; nullo autem modo fieri potest ut e toto oceano egressus adhuc sit in toto. Homerus autem ita loquitur:

.... fluvii est egressa fluenta...
...... maris devenit in undas....

quod mare non est nisi oceanus. Si itaque hunc locum aliter interpreteris, conficietur ut oceano egressus oceanum dicatur intrassé. Sed hæc prolixioris sunt disputationis.

8. Ceterum terram quæ habitatur, esse insulam, primo omnium sensu et experientia docemur. ubicunque enim unquam concessum fuit hominibus ad fines usque terræ progredi, mare invenitur, quod oceanum nominamus; et ubi sensu hoc deprehendere non licuit, ratio idem demonstrat. Latus enim orientale, quod est apud Indos, et occiduum, quod est juxta Hispanos et Maurusios, totum circumnavigatur late per meridionales et septentrionales partes: reliquum, quod hucusque nobis navigatum non est, quia nullum commercium inter nos et eos est, qui partes contrarias circumnavigarunt, non est multum; quod intelligitur, si quis e regione componat intervalla eorum locorum, ad quæ nobis pervenire licet. Nec verisimile videtur, Atlanticum pelagus esse bimare, et angustis adeo dirimi isthmis, qui obstent ne navibus circumiri possit; multo contra est probabilius illud confluere in sese, et esse continuum. Nam qui terram circumnavigare adgressi, ac deinde retrorsum conversi sunt, ii haud objectu continentis terræ cujusdam, quæ navigationem impediret ulteriorem, sed, mari haud secius navigabili, ob penuriam rerum et solitudinem se retroactos aiunt. Hæc nostra sententia melius congruit iis quæ oceano accidunt, fluxum dico atque refluxum; ubique enim modus mutationum, incrementi decrementique, idem est, aut non multum varians; quasi motu isto ab uno mari unaque causa profecto.

9. Neque fidem meretur Hipparchus, qui eo hanc sententiam impugnat, quod neque ubique eadem prorsus oceano accidant, neque, si hoc detur, inde efficiatur Atlanticum mare in se refluere atque in orbem redire, et qui Seleuci Babylonii testimonio probare studet, non eadem oceano ubique accidere. Nos vero majorem quæstionis partem de

καὶ Ἀθηνόδωρον, ἱκανῶς † διακρατήσαντας τὸν περὶ τούτων λόγον· πρὸς δὲ τὰ νῦν ἐπὶ τοσοῦτον λέγομεν, ὅτι πρός τε τὴν ὁμοιοπάθειαν οὕτω βέλτιον νομίσαι· τά τε οὐράνια συνέχοιτ' ἂν κρεῖττον ταῖς ἐντεῦθεν ἀναθυμιάσεσιν, εἰ πλεῖον εἴη τὸ ὑγρὸν περικεχυμένον.

10. Ὥσπερ οὖν τὰ ἔσχατα καὶ τὰ κύκλῳ τῆς οἰκουμένης οἶδε καὶ φράζει σαφῶς ὁ ποιητής, οὕτω καὶ τὰ τῆς θαλάττης τῆς ἐντός. περιέχει γὰρ ταύτην ἀπὸ Στηλῶν ἀρξαμένοις Λιβύη τε καὶ Αἴγυπτος καὶ Φοινίκη, ἑξῆς δὲ ἡ πέριξ τῆς Κύπρου, εἶτα Σόλυμοι καὶ Λύκιοι καὶ Κᾶρες, μετὰ δὲ τούτους ἡ μεταξὺ Μυκάλης καὶ τῆς Τρῳάδος ἠιὼν καὶ αἱ προκείμεναι νῆσοι, ὧν ἁπάντων μέμνηται· καὶ ἐφεξῆς τῶν περὶ τὴν Προποντίδα καὶ τοῦ Εὐξείνου (τὰ) μέχρι Κολχίδος καὶ τῆς Ἰάσονος στρατείας. καὶ μὴν καὶ τὸν Κιμμερικὸν βόσπορον οἶδε, τοὺς Κιμμερίους εἰδώς· οὐ δήπου τὸ μὲν ὄνομα τῶν Κιμμερίων εἰδώς, αὐτοὺς δὲ ἀγνοῶν, οἳ κατ' αὐτὸν ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ μέχρι Ἰωνίας ἐπέδραμον τὴν γῆν τὴν ἐκ βοσπόρου πᾶσαν. αἰνίττεται γοῦν καὶ τὸ κλίμα τῆς χώρας αὐτῶν ζοφῶδες ὄν, καὶ ὥς φησιν,

> ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
> ἠέλιος φαέθων ἐπιλάμπεται,
> ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται.

γνωρίζει δὲ καὶ τὸν Ἴστρον, μεμνημένος γε (τοῦ) Μυσῶν, ἔθνους Θρᾳκίου παροικοῦντος τὸν Ἴστρον. καὶ μὴν καὶ τὴν ἑξῆς παραλίαν οἶδε, Θρᾳκίαν οὖσαν μέχρι Πηνειοῦ, Παίονάς τε ὀνομάζων καὶ Ἄθω καὶ Ἀξιὸν καὶ τὰς προκειμένας τούτων νήσους. ἑξῆς δέ ἐστιν ἡ τῶν Ἑλλήνων παραλία μέχρι Θεσπρωτῶν, ἧς ἁπάσης μέμνηται. καὶ μὴν καὶ τὰ τῆς Ἰταλίας ἄκρα οἶδε, Τεμέσην καλῶν καὶ Σικελούς, καὶ τὰ τῆς Ἰβηρίας ἄκρα καὶ τὴν εὐδαιμονίαν αὐτῶν, ἣν ἀρτίως ἔφαμεν. εἰ δέ τινα ἐν τοῖς μεταξὺ διαλείμματα φαίνεται, συγγνοίη τις ἄν· καὶ γὰρ ὁ γεωγραφῶν ὄντως πολλὰ παρίησι τῶν ἐν μέρει. συγγνοίη δ' ἄν, καὶ εἰ μυθώδη τινὰ προσπέπλεκται τοῖς λεγομένοις ἱστορικῶς καὶ διδασκαλικῶς, καὶ οὐ δεῖ μέμφεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἀληθές ἐστιν, ὅ φησιν Ἐρατοσθένης, ὅτι ποιητὴς πᾶς στοχάζεται ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας (χάριν)· τἀναντία γὰρ οἱ φρονιμώτατοι τῶν περὶ ποιητικῆς τι φθεγξαμένων πρώτην τινὰ λέγουσι φιλοσοφίαν τὴν ποιητικήν. ἀλλὰ πρὸς Ἐρατοσθένη μὲν αὖθις ἐροῦμεν διὰ πλειόνων, ἐν οἷς καὶ περὶ τοῦ ποιητοῦ πάλιν ἔσται λόγος.

11. Νυνὶ δὲ ὅτι μὲν Ὅμηρος τῆς γεωγραφίας ἦρξεν, ἀρκείτω τὰ λεχθέντα. Φανεροὶ δὲ καὶ οἱ ἐπακολουθήσαντες αὐτῷ ἄνδρες ἀξιόλογοι καὶ οἰκεῖοι φιλοσοφίας· ὧν τοὺς πρώτους μεθ' Ὅμηρον δύο φησὶν Ἐρατοσθένης, Ἀναξίμανδρόν τε, Θαλοῦ γεγονότα γνώριμον καὶ πολίτην, καὶ Ἑκαταῖον τὸν Μιλήσιον· τὸν μὲν οὖν ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα, τὸν δὲ Ἑκαταῖον καταλιπεῖν γράμμα, πιστούμενον ἐκείνου εἶναι ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ γραφῆς.

12. Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ πρὸς ταῦτα πολυμαθείας,

oceano et æstu ad Posidonium atque Athenodorum rejicimus, qui de his satis copiose disputaverunt.' In præsentia id modo dicimus : et accidentium similitudini nostram sententiam melius respondere et cœlestia evaporationibus inde surgentibus melius fere ali, si humor copiosior circumfundatur.

10. Enimvero sicut extrema et in orbem terræ circumdata novit Homerus atque perspicue indicat, ita mare quoque internum. Id, si a Columnis sumas initium, continent Africa, Ægyptus, et Phœnice; deinde terra quæ Cyprum circumdat, tum Solymi, Lycii, Cares; post hos litus quod est inter Mycalen et Troadem, insulæque ante id sitæ : quorum omnium mentionem facit; sicut et eorum quæ sunt circa Propontidem et Euxinum usque ad Colchidem, et expeditionis quam Iason fecit. Cimmericum etiam Bosporum novit, nimirum Cimmerios ipsos : non enim nomen sciret Cimmeriorum, nesciret ipsos, qui ipsius ætate aut paulo ante a Bosporo incursiones in omnes ad Ioniam usque regiones fecerunt. Constitutionem quoque regionis, quam incolebant Cimmerii, per ambages significat, caliginosam scilicet, ita scribens (*Od.* Α, 15 *et* 19) :

> Hos aer nebulæque tegunt : neque splendidus unquam
> illustrat radiis illos et lumine Titan,
> sed tristes noctis sese extendere tenebræ
> desuper.

Istrum quoque norat, mentionem faciens Mysorum, quæ est gens Thracia Istrum accolens. Oram quoque maritimam, quæ subsequitur, Thraciam nimirum ad Peneum usque norat, Pæonas nominans, et Athon, et Axium, et ante hæc sitas insulas. Sequitur ora Græciæ maritima usque ad Thesprotos, quam universam commemorat. Extrema etiam Italiæ cognita habet, Temesam nominans et Siculos; itemque Iberiæ fines, et ipsorum felicitatem, ut paulo ante docuimus. Quod autem quædam intervalla apparent in medio, id venia dignum est : quum vel is, qui describendam sibi terram ex professo sumit, singulorum multa prætermittat. Ignoscendum quoque neque culpandum est, si iis, quæ historice et ad docendum accommodate narrat, fabulosa quædam attexit. Non enim verum est quod Eratosthenes dicit, poetam quemque, posthabita ratione docendi, oblectationem venari : contrarium enim prudentissimi eorum, qui de poetica aliquid locuti sunt, pronunciaverunt, quippe eam esse primam quandam philosophiam. Sed alio loco plura contra Eratosthenem disseremus, ubi rursus de poeta nobis sermo erit.

11. Nunc hæc dixisse sufficiat, ut doceremus Homerum geographiæ esse principem. Illustres sunt etiam, qui eum secuti sunt, viri magni nominis et philosophiæ familiares : quorum duos post Homerum primos Eratosthenes ait fuisse, Anaximandrum, Thaletis discipulum atque civem, et Hecatæum Milesium; quorum ille primus geographicam ediderit tabulam, hic scriptum reliquerit, cujus ipsum esse auctorem ex ceteris ejus scriptis arguatur.

12. Jam id multi dixerunt, ad has res multiplici opus

εἰρήκασι συχνοί. εὖ δὲ καὶ Ἵππαρχος ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη διδάσκει, ὅτι παντί, καὶ ἰδιώτῃ καὶ τῷ φιλομαθοῦντι, τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας προσηκούσης ἀδύνατον λαβεῖν ἄνευ τῆς τῶν οὐρανίων καὶ τῆς τῶν ἐκλειπτικῶν τηρήσεων ἐπικρίσεως· οἷον Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ, πότερον ἀρκτικωτέρα Βαβυλῶνος ἢ νοτιωτέρα, λαβεῖν οὐχ οἷόν τε, οὐδ' ἐφ' ὁπόσον διάστημα, χωρὶς τῆς διὰ τῶν κλιμάτων ἐπισκέψεως· ὁμοίως τὰς πρὸς ἕω παρακεχωρηκυίας ἢ πρὸς δύσιν μᾶλλον καὶ ἧττον οὐκ ἂν γνοίη τις ἀκριβῶς, πλὴν ἢ διὰ τῶν ἐκλειπτικῶν ἡλίου καὶ σελήνης συγκρίσεων. οὗτος δὲ δὴ ταῦτά φησιν.

13. Ἅπαντές [τε], ὅσοι τόπων ἰδιότητας λέγειν ἐπιχειροῦσιν, οἰκείως προσάπτονται καὶ τῶν οὐρανίων καὶ γεωμετρίας, σχήματα καὶ μεγέθη καὶ ἀποστήματα καὶ κλίματα δηλοῦντες καὶ θάλπη καὶ ψύχη καὶ ἁπλῶς τὴν τοῦ περιέχοντος φύσιν. ἐπεὶ καὶ οἶκον κατασκευάζων οἰκοδόμος ταῦτα ἂν προορῷτο καὶ πόλιν κτίζων ἀρχιτέκτων, μή τί γε ὅλην ἐπισκοπῶν τὴν οἰκουμένην ἀνήρ· πολὺ γὰρ τούτῳ προσήκει μᾶλλον. ἐν μὲν γὰρ τοῖς μικροῖς χωρίοις τὸ πρὸς ἄρκτους ἢ πρὸς νότον κεκλίσθαι παραλλαγὴν οὐ πολλὴν ἔχει, ἐν δὲ τῷ παντὶ κύκλῳ τῆς οἰκουμένης πρὸς ἄρκτον μὲν τὸ μέχρι τῶν ὑστάτων ἐστὶ τῆς Σκυθίας ἢ τῆς Κελτικῆς, μέχρι δὲ τῶν ὑστάτων Αἰθιόπων τὰ πρὸς νότον· τοῦτο δὲ παμπόλλην ἔχει διαφοράν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ παρ' Ἰνδοῖς οἰκεῖν ἢ παρ' Ἴβηρσιν· ὧν τοὺς μὲν ἑῴους μάλιστα, τοὺς δὲ ἑσπερίους, τρόπον δέ τινα καὶ ἀντίποδας ἀλλήλοις ἴσμεν.

14. Πᾶν δὲ τὸ τοιοῦτον ἐκ τῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων κινήσεως τὴν ἀρχὴν ἔχον καὶ ἔτι τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φορᾶς, ἀναβλέπειν ἀναγκάζει πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ πρὸς τὰ φαινόμενα παρ' ἑκάστοις ἡμῶν τῶν οὐρανίων· ἐν δὲ τούτοις ἐξαλλάξεις ὁρῶνται παμμεγέθεις τῶν οἰκήσεων. τίς ἂν οὖν διαφορὰς τόπων ἐκτιθέμενος καλῶς καὶ ἱκανῶς διδάσκοι, μὴ φροντίσας τούτων μηδενὸς μηδ' ἐπὶ μικρόν; καὶ γὰρ εἰ μὴ δυνατὸν κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τὴν τοιαύτην ἅπαντα ἀκριβοῦν διὰ τὸ εἶναι πολιτικωτέραν, τό γε ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον καὶ τῷ πολιτικῷ παρακολουθεῖν δυνατόν, προσήκοι ἂν εἰκότως.

15. Ὁ δ' οὕτω μετεωρίσας ἤδη τὴν διάνοιαν οὐδὲ τῆς ὅλης ἀπέχεται γῆς. Φαίνεται γὰρ γελοῖον, εἰ τὴν οἰκουμένην γλιχόμενος σαφῶς ἐξειπεῖν τῶν μὲν οὐρανίων ἐτόλμησεν ἅψασθαι καὶ χρήσασθαι πρὸς τὴν διδασκαλίαν, τὴν δ' ὅλην γῆν, ἧς μέρος ἡ οἰκουμένη, μήθ' ὁπόση, μήθ' ὁποία τις, μηθ' ὅπου κειμένη τοῦ σύμπαντος κόσμου, μηθὲν ἐφρόντισε· μηδ', εἰ καθ' ἓν μέρος οἰκεῖται μόνον τὸ καθ' ἡμᾶς, ἢ κατὰ πλείω, (ἢ) καὶ πόσα· ὡς δ' αὕτως καὶ τὸ ἀοίκητον αὐτῆς πόσον καὶ ποῖόν τι καὶ διὰ τί. ἔοικεν οὖν μετεωρολογικῇ τινι πραγματείᾳ καὶ γεωμετρικῇ συνῆφθαι τὸ τῆς γεωγραφίας εἶδος, τὰ ἐπίγεια τοῖς οὐρανίοις συνάπτον εἰς ἕν, ὡς ἐγγυτάτω ὄντα, ἀλλὰ μὴ διεστῶτα τοσοῦτον,

ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

esse rerum cognitione. Præclare etiam Hipparchus in iis quæ adversus Eratosthenem scripsit, docet, ad hominem omnem, quum illiteratum tum disciplinis deditum, pertinere geographiæ studium, sed absque cognitione rerum cœlestium et defectuum solis ac lunæ, tractari non posse. Verbi gratia, Alexandria, quæ in Ægypto est, ad septentrionesne an ad austrum magis Babylone inclinet, et ad quantum spatium, deprehendi non potest sine consideratione rationis climatum. Similiter quæ versus orientem aut occidentem magis minusve sint sita, exacte sciri sine comparationibus solis et lunæ eclipticis nequit. Hæc quidem ait Hipparchus.

13. Quicunque locorum proprietates aggrediuntur explicare, præcipue utuntur rerum cœlestium et geometriæ cognitione, dum figuras, magnitudines, intervalla, et constitutionem locorum declarant, et frigus et æstum, denique aeris temperiem. Quandoquidem vel domum ædificaturus faber et urbem condens architectus hæc omnia prospiciat: nonne totum orbem animo concipiens vir, cui multo magis ea conveniunt? Nam in exiguis spatiis non magnam diversitatem parit versus septentrionem aut meridiem inclinatio: in universo autem terræ habitabilis circulo, in quo versus septentrionem regiones dicuntur, quæ usque ad extrema Scythiæ vel Celticæ, et versus meridiem, quæ usque ad ultimos Æthiopas sunt, in hoc vero permultum est discriminis. Itemque plurimum interest, apud Indosne habitetur, an apud Hispanos: quorum alteros maxime orientales, maxime occidentales alteros, ac quodammodo hos illorum antipodas esse scimus.

14. Quæ hujus sunt generis omnia, quum solis astrorumque reliquorum conversionem, nec non motum versus centrum principii loco habeant, suspicere nos ad cœlum jubent, et ad ea quæ in cœlo unicuique nostrûm apparent: in quibus sane magna admodum pro diversitate habitationum conspiciuntur discrimina. Quis ergo differentias locorum recte et sufficienter docere atque explicare possit, horum omnium ne parumper quidem habita ratione? Etenim si institutum hoc, utpote civilius, non fert horum omnium exactam indagationem, certe tantam convenit adhibere, quantam civilis homo potest consequi.

15. Porro qui animum suum jam eo usque extulit, is nequaquam ab universæ terræ descriptione se abstinebit. Ridiculum enim videtur, qui terram habitabilem accurate describere cupiens, ausus sit cœlestia attingere iisque in docendo uti, eum nihil curare, tota terra, cujus pars ea est quam homines incolunt, quanta qualisve sit, quove loco universi sita: itemque, unica tantum sui parte, quæ nobis obtigit, an pluribus locis ea inhabitetur, et quot ea sint: rursumque, id quod homines non incolunt, quale ac quantum sit, et quamobrem desertum. Proinde apparet, geographicum hoc genus cum sublimium rerum tractatione et geometrica exercitatione conjunctum esse, terrestria cœlestibus ita conjungens, ac si vicinissima inter se essent, neque tanto distarent intervallo (*Il.* Θ, 16),

A terra quantum sublimis distat olympus.

16. Φέρε δὴ τῇ τοσαύτῃ πολυμαθείᾳ προσθῶμεν τὴν ἐπίγειον ἱστορίαν, οἷον ζῴων καὶ φυτῶν καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα χρήσιμα ἢ δύσχρηστα φέρει γῆ τε καὶ θάλασσα. οἶμαι γὰρ ἐναργὲς ἂν γενέσθαι μᾶλλον ὃ λέγω. Ὅτι δὲ καὶ τὸ ὄφελος μέγα παντὶ τῷ παραλαβόντι τὴν τοιαύτην ἱστορίαν, ἔκ τε τῆς παλαιᾶς μνήμης δῆλον καὶ ἐκ τοῦ λόγου. οἱ γοῦν ποιηταὶ φρονιμωτάτους τῶν ἡρώων ἀποφαίνουσι τοὺς ἀποδημήσαντας πολλαχοῦ καὶ πλανηθέντας· ἐν μεγάλῳ γὰρ τίθενται τὸ « πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν ἄστεα καὶ νόον γνῶναι », καὶ ὁ Νέστωρ σεμνύνεται, διότι τοῖς Λαπίθαις ὡμίλησεν, ἐλθὼν μετάπεμπτος

τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης· καλέσαντο γὰρ αὐτοί.

καὶ ὁ Μενέλαος ὡσαύτως,

Κύπρον Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς
Αἰθίοπας θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς
καὶ Λιβύην, ἵνα τ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι·

προσθεὶς καὶ τὸ ἰδίωμα τῆς χώρας·

τρὶς γὰρ τίκτει μῆλα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν.

ἐπὶ δὲ τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν·

(τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα·

καὶ)

αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν.

πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα παρασκευαί τινες εἰς φρόνησιν μεγάλαι τῷ μαθεῖν τῆς χώρας τὴν φύσιν καὶ ζῴων καὶ φυτῶν ἰδέας. προσθεῖναι δὲ καὶ τὰ τῆς θαλάττης· ἀμφίβιοι γὰρ τρόπον τινά ἐσμεν καὶ οὐ μᾶλλον χερσαῖοι, ἢ θαλάττιοι. καὶ τὸν Ἡρακλέα εἰκὸς ἀπὸ τῆς πολλῆς ἐμπειρίας τε καὶ ἱστορίας λεχθῆναι

μεγάλων ἐπιίστορα ἔργων.

Ἐκ δὲ δὴ τῆς παλαιᾶς μνήμης καὶ ἐκ τοῦ λόγου μαρτυρεῖται τὰ λεχθέντα ἐν ἀρχαῖς ὑφ' ἡμῶν. διαφερόντως δ' ἐπάγεσθαι δοκεῖ μοι πρὸς τὰ νῦν ἐκεῖνος ὁ λόγος, διότι τῆς γεωγραφίας τὸ πλέον ἐστὶ πρὸς τὰς χρείας τὰς πολιτικάς. χώρα γὰρ τῶν πράξεών ἐστι γῆ καὶ ἡ θάλαττα, ἣν οἰκοῦμεν· τῶν μὲν μικρῶν μικρά, τῶν δὲ μεγάλων μεγάλη· μεγίστη δ' ἡ σύμπασα, ἥνπερ ἰδίως καλοῦμεν οἰκουμένην, ὥστε τῶν μεγίστων πράξεων αὕτη ἂν εἴη χώρα. μέγιστοι δὲ τῶν στρατηλατῶν, ὅσοι δύνανται γῆς καὶ θαλάττης ἄρχειν, ἔθνη καὶ πόλεις συνάγοντες εἰς μίαν ἐξουσίαν καὶ διοίκησιν πολιτικήν. δῆλον οὖν, ὅτι ἡ γεωγραφικὴ πᾶσα ἐπὶ τὰς πράξεις ἀνάγεται τὰς ἡγεμονικάς, διατιθεῖσα ἠπείρους καὶ πελάγη τὰ μὲν ἐντός, τὰ δὲ ἐκτὸς τῆς συμπάσης οἰκουμένης. πρὸς τούτους δὲ ἡ διάθεσις, οἷς διαφέρει ταῦτα ἔχειν οὕτως ἢ ἑτέρως, καὶ γνώριμα εἶναι ἢ μὴ γνώριμα. βέλτιον γὰρ ἂν διαχειρίζοιεν ἕκαστα, εἰδότες τὴν χώραν ὁπόση τις καὶ πῶς κειμένη τυγχάνει καὶ τίνας διαφορὰς

16. Age huic tot rerum cognitioni historiam terrestrem adjiciamus, animalium dico, plantarum, et reliquorum quæ terra marive sive utilia sive inutilia nascuntur: ita enim evidentius fore puto, quod dixi. Magno autem usui fore talem historiam ei quicunque eam sibi paraverit, id quum ex antiquitatis memoria liquet, tum ratione constat. Etenim poetæ prudentissimos heroum pronunciant eos, qui multis peregrinationibus usi sunt et varia loca pervagati : pro magno quippe ducunt (*Od.* A, 3)

Multorum vidisse hominum cum moribus urbes;

et Nestor gloriatur de eo, quod cum Lapithis consueverit, veneritque ad eos accitus (*Il.* A, 270)

Longinqua e tellure procul, poscentibus ipsis.

Itemque Menelaus (*Od.* Δ, 83) :

Cyprum, Phœnicenque, per Ægyptumque vagatus
Æthiopes adii, tum Sidonios et Erembos
et Libyen, ubi cornutos conspeximus agnos.

Et addit naturam regionis :

Hic ter oves unum fœtu solvuntur in annum.

Item de Thebis Ægypti (? *Od.* Δ, 229) :

[Illic terra suos fundit largissima fructus;

et] (*Il.* I, 383) :

Centum urbem claudunt portæ; per quamque ducenti
arma viri currusque agitant.

Hæc omnia animum ad consequendum prudentiam magnopere præparant, dum is natura locorum, animalium ac plantarum cognoscenda formatur : quibus addenda sunt etiam marina. Vivimus enim fere duobus in elementis, (neque) terrestres magis sumus quam marini. Ac probabile est Herculem ob multiplicem experientiam atque locorum lustrationem appellatum esse (*Od.* Φ, 26)

Magnorum peritum operum.

Quæ initio diximus, iis et memoria vetustatis, et ratio fert testimonium. Magnum autem præ reliquis momentum afferre ad ea, quæ nunc disputamus, videtur ea ratio, quod geographiæ maxima pars ad civiles pertinet usus. Quippe locus actionum est terra ac mare, quæ incolimus, parvarum parvus, magnarum magnus, maximus autem universus habitatæ terræ ambitus, ac proinde locus maximarum actionum. Imperatorum porro maximi sunt, qui possunt terra marique imperare, gentibus et urbibus unam sub potestatem administrationemque civilem redactis. Unde liquet, geographiæ studio imperatores vacare debere, quum ea describat continentes ac maria, sive mediterranea, sive orbem terrarum foris ambientia. Ad eos vero pertinet hæc descriptio, quorum interest hæc esse illo vel alio modo, esse nota aut ignota. Singula enim rectius administraverint, qui loci quantitatem et situm bene teneant, et constitutio-

ἴσχουσα, τάς τ' ἐν τῷ περιέχοντι καὶ τὰς ἐν αὐτῇ. ἄλλων δὲ κατ' ἄλλα μέρη δυναστευόντων καὶ ἀπ' ἄλλης ἑστίας καὶ ἀρχῆς τὰς πράξεις προχειριζομένων καὶ ἐπεκτεινόντων τὸ τῆς ἡγεμονίας μέγεθος, οὐχ ἐπ' ἴσης δυνατὸν οὔτ' ἐκείνοις ἅπαντα γνωρίζειν οὔτε τοῖς γεωγραφοῦσιν· ἀλλὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον πολὺ ἐν ἀμφοτέροις καθορᾶται τούτοις. μόλις γὰρ [ἂν] τὸ ἐπ' ἴσης πάντ' εἶναι φανερὰ συμβαίη τῆς συμπάσης οἰκουμένης ὑπὸ μίαν ἀρχὴν καὶ πολιτείαν ὑπηγμένης· ἀλλ' οὐδ' οὕτως, ἀλλὰ τὰ ἐγγυτέρω μᾶλλον ἂν γνωρίζοιτο. καὶ προσήκει ταῦτα διὰ πλειόνων ἐμφανίζειν, ἵν' εἴη γνώριμα· ταῦτα γὰρ καὶ τῆς χρείας ἐγγυτέρω ἐστίν. ὥστ' οὐκ ἂν εἴη θαυμαστόν, οὐδ' εἰ ἄλλος μὲν Ἰνδοῖς προσήκοι χωρογράφος, ἄλλος δὲ Αἰθίοψιν, ἄλλος δὲ Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις. τί γὰρ ἂν προσήκοι τῷ παρ' Ἰνδοῖς γεωγράφῳ καὶ τὰ κατὰ Βοιωτοὺς οὕτω φράζειν, ὡς Ὅμηρος·

οἵθ' Ὑρίην ἐνέμοντο καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν
Σχοῖνόν τε Σκῶλόν τε·

ἡμῖν δὲ προσήκει· τὰ δὲ παρ' Ἰνδοῖς οὕτω καὶ τὰ καθ' ἕκαστα οὐκέτι. οὐδὲ γὰρ ἡ χρεία ἐπάγεται· μέτρον δ' αὕτη μάλιστα τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας.

17. Καὶ τοῦτο καὶ ἐν μικροῖς μὲν δῆλόν ἐστιν, οἷον ἐν τοῖς κυνηγεσίοις. ἄμεινον γὰρ ἂν θηρεύσειέ τις εἰδὼς τὴν ὕλην, ὁποία τις καὶ πόση· καὶ στρατοπεδεῦσαι δὲ καλῶς ἐν χωρίῳ τοῦ εἰδότος ἐστὶ καὶ ἐνεδρεῦσαι καὶ ὁδεῦσαι. ἀλλ' ἐν τοῖς μεγάλοις ἐστὶ τηλαυγέστερον, ὅσῳπερ καὶ τὰ ἆθλα μείζω τὰ τῆς ἐμπειρίας καὶ τὰ σφάλματα [τὰ] ἐκ τῆς ἀπειρίας. ὁ μέντοι Ἀγαμέμνονος στόλος τὴν Μυσίαν ὡς τὴν Τρῳάδα πορθῶν ἐπαλινδρόμησεν αἰσχρῶς. Πέρσαι δὲ καὶ Λίβυες, τοὺς πορθμοὺς ὑπονοήσαντες εἶναι τυφλοὺς στενωπούς, ἐγγὺς μὲν ἦλθον κινδύνων μεγάλων, τρόπαια δὲ τῆς ἀγνοίας κατέλιπον· οἱ μὲν τὸν τοῦ Σαλγανέως τάφον πρὸς τῷ Εὐρίπῳ τῷ Χαλκιδικῷ τοῦ σφαγέντος ὑπὸ τῶν Περσῶν ὡς καθοδηγήσαντος φαύλως ἀπὸ Μαλιέων ἐπὶ τὸν Εὔριπον τὸν στόλον· οἱ δὲ τὸ τοῦ Πελώρου μνῆμα, καὶ τούτου διαφθαρέντος κατὰ τὴν ὁμοίαν αἰτίαν· πλήρης τε ναυαγίων ἡ Ἑλλὰς ὑπῆρξε κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν, καὶ ἡ τῶν Αἰολέων δὲ καὶ ἡ τῶν Ἰώνων ἀποικία πολλὰ τοιαῦτα πταίσματα παραδέδωκεν. ὁμοίως δὲ καὶ κατορθώματα, ὅπου τι κατορθωθῆναι συνέβη παρὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν τόπων· καθάπερ ἐν τοῖς περὶ Θερμοπύλας στενοῖς ὁ Ἐφιάλτης λέγεται δείξας τὴν διὰ τῶν ὀρῶν ἀτραπὸν τοῖς Πέρσαις ὑποχειρίους αὐτοῖς ποιῆσαι τοὺς περὶ Λεωνίδαν καὶ δέξασθαι τοὺς βαρβάρους εἴσω Πυλῶν. ἐάσας δὲ τὰ παλαιά, τὴν νῦν Ῥωμαίων στρατείαν ἐπὶ Παρθυαίους ἱκανὸν ἡγοῦμαι τούτων τεκμήριον· ὡς δ' αὔτως τὴν ἐπὶ Γερμανοὺς καὶ Κελτούς, ἐν ἕλεσι καὶ δρυμοῖς ἀβάτοις ἐρημίαις τε τοπομαχούντων τῶν βαρβάρων καὶ τὰ ἐγγὺς πόρρω ποιούντων τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ τὰς ὁδοὺς ἐπικρυπτομένων καὶ τὰς εὐπορίας τροφῆς τε καὶ τῶν ἄλλων.

18. Τὸ μὲν δὴ πλέον, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τοὺς

num aeris et soli varietates bene sciant. Jam quum alii alibi obtineant dominationem, diversisque e patriis atque imperiis res gerere aggressi, fines suæ ditionis proferant, fieri non potest ut omnes vel ipsis vel geographis pari modo notæ sint; verum apud utrosque, plus an minus adsit, magnopere cernitur. Vix enim ac ne vix quidem omnia æqualiter nota esse possint, etiamsi terrarum orbis unius sub imperium redactus esset; sed propinquiora semper sint notiora necesse est. Et maximum studium adhibendum est ut hæc innotescant : sunt enim usui nostro propiora. Quare mirum non est, si alius regionum descriptor Indis conveniat, alius Æthiopibus, alius Græcis aut Romanis. Quid enim attineat geographum, apud Indos qui sit, etiam Bœotiam ita describere, ut fecit Homerus (*Il.* Β, 496) :

Quique colunt Hyriam, saxosumque Aulidis agrum,
Schœnumque, et Scolum ;

ad nos vero attinet hoc : quæ autem apud Indos sunt, hoc modo per singula describere nobis non conveniret : neque enim eo nos deducit ratio utilitatis, quæ maxime huic sollertiæ modum præscribit.

17. Atque hoc etiam in exiguis rebus manifestum est, ut in venationibus : nam commodius venabitur is, cui silvæ qualitas ac quantitas fuerit nota; et ad castrorum insidiarumve locationem, aut ad iter faciendum, loci peritia requiritur. Sed in majoribus hoc tanto est evidentius, quanto et majora peritiæ præmia, et graviora imperitiæ damna sunt proposita. Nam Agamemnonis quidem classis Mysiam tanquam Troadem populans, turpiter retro cursum avertit : et Persæ atque Libyes, trajectus freti putantes esse cæca vada, tantum non in magna pericula devenere et suæ stultitiæ monumenta reliquerunt : Persæ, sepulcrum Salganei apud Euripum Chalcidicum ab ipsis occisi, quod male classem a Maliensibus ad Euripum duxisset; Libyes autem tumulum Pelori, similem ob causam interfecti. Et bello Xerxico plena naufragiorum tabulis fuit Græcia; Æolum quoque et Ionum colonia hujusmodi clades multas tulit. Vicissim res aliquoties præclare sunt gestæ peritia locorum : quemadmodum Ephialtes fertur in angustiis, quæ sunt apud Thermopylas, Persis demonstrato per montes calle Leonidam cum sociis in manus tradidisse, barbarosque intra Pylas adduxisse. Et omissis antiquis, existimo proximam Romanorum in Parthos expeditionem huic proposito demonstrando sufficere : tum in Germanos et Celtas, quum barbari in paludibus et nemoribus inviis ac solitudinibus degentes, locorum natura se tuerentur, efficerentque, ut locorum ignaris procul remota viderentur quæ erant propinqua, itineraque occultarent, et alimentorum ac rerum aliarum copiam præciderent.

18. Ergo, ut docuimus, geographiæ major pars ad vitam

ἡγεμονικοὺς βίους καὶ τὰς χρείας· ἔτι δὲ καὶ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας καὶ πολιτικῆς τὸ πλέον περὶ τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους. σημεῖον δέ· τὰς γὰρ τῶν πολιτειῶν διαφορὰς ἀπὸ τῶν ἡγεμονιῶν διακρίνομεν, ἄλλην μὲν ἡγεμονίαν τιθέντες τὴν μοναρχίαν, ἣν καὶ βασιλείαν καλοῦμεν, ἄλλην δὲ τὴν ἀριστοκρατίαν, τρίτην δὲ τὴν δημοκρατίαν. τοσαύτας δὲ καὶ τὰς πολιτείας νομίζομεν, ὁμωνύμως καλοῦντες ὡς ἂν ἀπ' ἐκείνων τὴν ἀρχὴν ἐχούσας τῆς εἰδοποιίας· ἄλλος γὰρ νόμος τὸ τοῦ βασιλέως πρόσταγμα, ἄλλος δὲ τὸ τῶν ἀρίστων, καὶ τὸ τοῦ δήμου. τύπος δὲ καὶ σχῆμα πολιτείας ὁ νόμος. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸ δίκαιον εἶπόν τινες τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον. εἴπερ οὖν ἡ πολιτικὴ φιλοσοφία περὶ τοὺς ἡγεμόνας τὸ πλέον ἐστίν, ἔστι δὲ καὶ ἡ γεωγραφία περὶ τὰς ἡγεμονικὰς χρείας, ἔχοι ἄν τι πλεονέκτημα καὶ αὐτὴ παρὰ τοῦτο· ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ πλεονέκτημα πρὸς τὰς πράξεις.

19. Ἔχει δέ τινα καὶ θεωρίαν οὐ φαύλην ἡ πραγματεία, τὴν μὲν τεχνικήν τε καὶ μαθηματικὴν καὶ φυσικήν, τὴν δὲ ἐν ἱστορίᾳ καὶ μύθοις κειμένην, οὐδὲν οὖσι πρὸς τὰς πράξεις· οἷον εἴ τις λέγοι τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην καὶ Μενελάου καὶ Ἰάσονος, εἰς φρόνησιν μὲν οὐδὲν ἂν συλλαμβάνειν δόξειεν, ἣν ὁ πράττων ζητεῖ, πλὴν εἰ καταμίσγοι καὶ τῶν γενομένων ἀναγκαίων τὰ παραδείγματα χρήσιμα· διαγωγὴν δ' ὅμως πορίζοι ἂν οὐκ ἀνελεύθερον τῷ ἐπιβάλλοντι ἐπὶ τοὺς τόπους τοὺς παρασχόντας τὴν μυθοποιίαν. καὶ γὰρ τοῦτο ζητοῦσιν οἱ πράττοντες διὰ τὸ ἔνδοξον καὶ τὸ ἡδύ, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολύ· μᾶλλον γὰρ σπουδάζουσιν, ὡς εἰκός, περὶ τὰ χρήσιμα· διόπερ καὶ τῷ γεωγράφῳ τούτων μᾶλλον ἢ ἐκείνων ἐπιμελητέον. ὡς δ' αὔτως ἔχει καὶ περὶ τῆς ἱστορίας καὶ περὶ τῶν μαθημάτων· καὶ γὰρ τούτων τὸ χρήσιμον ἀεὶ μᾶλλον ληπτέον καὶ τὸ πιστότερον.

20. Μάλιστα δὲ δοκεῖ, καθάπερ εἴρηται, γεωμετρίας τε καὶ ἀστρονομίας δεῖν τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει. καὶ δεῖ μὲν ὡς ἀληθῶς· σχήματα γὰρ καὶ κλίματα καὶ μεγέθη καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτοις οἰκεῖα οὐχ οἷόν τε λαβεῖν καλῶς ἄνευ τῆς τοιαύτης μεθόδου. ἀλλ' † ὥσπερ τὰ περὶ τὴν ἀναμέτρησιν τῆς ὅλης γῆς ἐν ἄλλοις δεικνύουσιν, ἐνταῦθα δὲ ὑποθέσθαι δεῖ καὶ πιστεῦσαι τοῖς ἐκεῖ δειχθεῖσιν· ὑποθέσθαι δὲ καὶ σφαιροειδῆ μὲν τὸν κόσμον, σφαιροειδῆ δὲ καὶ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς, ἔτι δὲ τούτων πρότερον τὴν ἐπὶ τὸ μέσον τῶν σωμάτων φοράν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπεὶ τῆς αἰσθήσεως ἢ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἐγγύς ἐστιν, εἰ ἄρα, ἐπισημηναίμεθ' ἂν ἐπὶ κεφαλαίῳ μικρά· οἷον ὅτι ἡ γῆ σφαιροειδής, ἐκ μὲν τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φορᾶς πόρρωθεν ἡ ὑπόμνησις καὶ τοῦ ἕκαστον σῶμα ἐπὶ τὸ αὐτοῦ ἄρτημα νεύειν, ἐκ δὲ τῶν κατὰ πελάγη καὶ τὸν οὐρανὸν φαινομένων ἐγγύθεν· καὶ γὰρ ἡ αἴσθησις ἐπιμαρτυρεῖν δύναται καὶ ἡ κοινὴ ἔννοια. φανερῶς γὰρ ἐπιπροσθεῖ τοῖς πλέουσιν ἡ κυρτότης τῆς θαλάττης, ὥστε μὴ προσβάλλειν τοῖς πόρρω φέγγεσι τοῖς ἐπ' ἴσον ἐξηρμένοις τῇ ὄψει. ἐξαρθέντα γοῦν πλέον

et usum imperatorum refertur. Porro autem circa hæc eadem magna philosophiæ moralis vel politicæ pars versatur. Hoc exinde probo, quod varias rerumpublicarum formas a vario eas regendi modo appellamus : alium principatum statuentes monarchiam, quæ et regnum dicitur, aliam optimatium, tertiam populi potestatem ; totidemque reipublicæ genera judicamus, iisdemque ea nominibus afficimus, quod ab iis originem formæ suæ ducunt. Alia enim lex est mandatum regis, alia optimatium rogatio, alia plebiscitum : reipublicæ vero forma et figura lex est; ideoque jus quidam definierunt potentioris esse commodum. Si ergo philosophia politica plerumque circa principes versatur, geographia autem etiam conducit ad eorum utilitatem : hoc ipso etiam hæc aliquam obtinet præstantiam; ea autem præstantia ad vitam pertinet activam.

19. Speculativam quoque doctrinam habet geographica tractatio minime contemnendam, partim artificiosam et mathematicam et physicam, partim in historia et fabulis sitam, quæ ad agendum nihil conferunt : ut si quis Ulyssis, Menelai aut Iasonis errores recenseat, nihil is videbitur ad prudentiam parandam afferre adjumenti, quam in actione versans requirit, nisi sicubi eorum, quæ illis necessario evenerunt, utilia exempla admisceat; non illiberalem tamen delectationem præbuerit ei qui ad ea venit loca, quæ fabulis occasionem dederunt. Nam qui vitam agendo agunt, eas etiam cognoscere student, propter earum famam et jucunditatem; non autem multum temporis iis impendunt, sed, ut par est, utilia magis sectantur : sic igitur geographus etiam utilia jucundis præferre debet. Idem de historia quoque et mathematica cognitione judicandum est, in quibus etiam, quod utilius et fide dignius est, præcipue captari debet.

20. Maxime autem videtur, id quod ante etiam monuimus, geometria atque astronomia indigere hoc institutum. Ac plane ita res habet : figuræ quippe, inclinationes, ac magnitudines aliaque his affinia sine ista methodo comprehendi nullo modo possunt. Sed velut (?) totius terræ dimensionem alibi demonstrant, hic autem pro certis poni et credi debent quæ alibi sunt demonstrata. Sumendum hoc quoque, mundum esse globum, itemque globosam terræ superficiem : itemque ante hæc, ferri corpora ad medium. Quod quoniam sensu cognoscitur, aut e communibus animi notionibus in promptu est, nos paucis rem absolvamus; exempli loco sit globosa terræ forma, quæ ex latione corporum ad centrum e longinquo probatur; item, quod quodvis corpus ad centrum gravitatis suæ inclinat; e propinquo autem, ex iis quæ in mari et cœlo observantur, demonstrari potest, quum et sensus testimonium ferre queat, et notitia communis. Etenim navigantibus curvitas maris perspicue impedimento est, ita ut visu non attingant lumina ab ipsis longius remota, quæ eâdem cum oculis ipsorum altitudine

τῆς ὄψεως ἐφάνη, καίτοι πλέον ἀποσχόντα αὐτῆς· ὁμοίως δὲ καὶ αὐτὴ μετεωρισθεῖσα εἶδε τὰ κεκρυμμένα πρότερον. ὅπερ δηλοῖ καὶ ὁ ποιητής· τοιοῦτον γάρ ἐστι καὶ τὸ

ὀξὺ μάλα προϊδών, μεγάλου ὑπὸ κύματος ἀρθείς.

καὶ τοῖς προσπλέουσι δὲ ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἀπογυμνοῦται τὰ πρόσγεια μέρη, καὶ τὰ φανέντα ἐν ἀρχαῖς ταπεινὰ ἐξαίρεται μᾶλλον. τῶν τε οὐρανίων ἡ περιφορὰ ἐναργής ἐστι καὶ ἄλλως καὶ ἐκ τῶν γνωμονικῶν· ἐκ δὲ τούτων εὐθὺς ὑποτείνει καὶ ἡ ἔννοια, ὅτι ἐρριζωμένης ἐπ' ἄπειρον τῆς γῆς οὐκ ἂν ἡ τοιαύτη περιφορὰ συνέβαινε. καὶ τὰ περὶ τῶν κλιμάτων δὲ ἐν τοῖς περὶ τῶν οἰκήσεων δείκνυται.

21. Νυνὶ δὲ ἐξ ἑτοίμου δεῖ λαβεῖν ἔνια, καὶ ταῦθ' ὅσα τῷ πολιτικῷ καὶ τῷ στρατηλάτῃ χρήσιμα. οὔτε γὰρ οὕτω δεῖ ἀγνοεῖν τὰ περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν θέσιν τῆς γῆς, ὥστ', ἐπειδὰν γένηται κατὰ τόπους, καθ' οὓς ἐξήλλακταί τινα τῶν φαινομένων τοῖς πολλοῖς ἐν τῷ οὐρανῷ, ταράσσεσθαι καὶ τοιαῦτα λέγειν·

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς,
οὐδ' ὅπῃ ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
οὐδ' ὅπῃ ἀννεῖται·

οὔθ' οὕτως ἀκριβοῦν, ὥστε τὰς πανταχοῦ συνανατολάς τε καὶ συγκαταδύσεις καὶ συμμεσουρανήσεις καὶ ἐξάρματα πόλων καὶ τὰ κατὰ κορυφὴν σημεῖα καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα κατὰ τὰς μεταπτώσεις τῶν ὁριζόντων ἅμα καὶ τῶν ἀρκτικῶν διαφέροντα ἀπαντᾷ, τὰ μὲν πρὸς τὴν ὄψιν, τὰ δὲ καὶ τῇ φύσει γνωρίζειν ἅπαντα· ἀλλὰ τὰ μὲν μηδ' ὅλως φροντίζειν, πλὴν εἰ θέας φιλοσόφου χάριν, τοῖς δὲ πιστεύειν, κἂν μὴ βλέπῃ τὸ διὰ τί. καὶ γὰρ τοῦτο τοῦ φιλοσοφοῦντος μόνου, τῷ δὲ πολιτικῷ σχολῆς οὐ τοσαύτης μέτεστιν, ἢ οὐκ ἀεί. οὐ μὴν οὐδ' οὕτως ὑπάρχειν ἁπλοῦν δεῖ τὸν ἐντυγχάνοντα τῇ γραφῇ ταύτῃ καὶ ἀργόν, ὥστε μηδὲ σφαῖραν ἰδεῖν, μηδὲ κύκλους ἐν αὐτῇ, τοὺς μὲν παραλλήλους, τοὺς δ' ὀρθίους πρὸς τούτους, τοὺς δὲ λοξούς· μηδὲ τροπικῶν τε καὶ ἰσημερινοῦ καὶ ζωδιακοῦ θέσιν, δι' οὗ φερόμενος ὁ ἥλιος τρέπεται καὶ διδάσκει διαφορὰς κλιμάτων τε καὶ ἀνέμων. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ περὶ τοὺς ὁρίζοντας καὶ τοὺς ἀρκτικοὺς καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τὴν πρώτην ἀγωγὴν τὴν εἰς τὰ μαθήματα παραδίδοται κατανοήσας τις † ἄλλως πῶς δύναται παρακολουθεῖν τοῖς λεγομένοις ἐνταῦθα; ὁ [δὲ] μηδ' εὐθεῖαν γραμμὴν ἢ περιφερῆ, μηδὲ κύκλον εἰδώς, μηδὲ σφαιρικὴν ἐπιφάνειαν ἢ ἐπίπεδον, μηδ' ἐν τῷ οὐρανῷ μηδὲ τοὺς ἑπτὰ τῆς μεγάλης ἄρκτου ἀστέρας καταμαθών, μηδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων μηδὲν ἢ οὐκ ἂν δέοιτο τῆς πραγματείας ταύτης ἢ οὐχὶ νῦν, ἀλλ' ἐκείνοις ἐντυχὼν πρότερον, ὧν χωρὶς οὐκ ἂν εἴη γεωγραφίας οἰκεῖος.

22. Ἁπλῶς δὲ κοινὸν εἶναι τὸ σύγγραμμα τοῦτο δεῖ καὶ πολιτικὸν καὶ δημωφελὲς ὁμοίως, ὥσπερ τὴν τῆς ἱστορίας γραφήν. κἀκεῖ δὲ πολιτικὸν λέγομεν οὐχὶ τὸν παντάπασιν ἀπαίδευτον, ἀλλὰ τὸν μετασχόντα τῆς

eminenant, altius autem visu elata, conspici possunt, etiam quum longius ab oculis removeantur. Quo pacto etiam oculi in altum sublati ea cernunt, quæ prius latebant. Quod etiam poeta declaravit : nam huc pertinet illud (*Od.* E, 393),

Elatus fluctu a magno prospexit acute.

Humiliora etiam navi ad litus accedentibus magis subinde magisque deteguntur, et quæ initio depressa videbantur, magis jam paulatim attolluntur. Jam cœlestium motus quum alias, tum ex umbræ rationibus est evidens. Atque ex his statim intellectus hoc deprehendit, talem conversionem cœli fieri non posse, si terra radices suas in infinitum extenderet. De climatibus sermo erit in sectione de habitationibus.

21. Nunc autem ex iis quæ in promptu habentur, accipienda quædam sunt, ea scilicet, quæ civili ac exercitus ductori prosunt. Neque enim usque adeo ignarum esse decet rerum cœlestium et situs terræ, ut, quum in loca pervenerit, in quibus aliquid eorum quæ in cœlo apparere solent, ab usitato modo discrepet, tum animo perturbetur et in hanc sententiam loquatur (*Od.* K, 190) :

O socii, neque enim noctis quo cardine surgat
caligo, vel qua roseis aurora quadrigis
vecta diem referat, præceps ubi lampada condat
Titan, qua curru terram superetve supino,
novimus :

neque rursus ita accurate omnia scrutari, ut quæ ubicunque locorum simul exoriuntur, simul occidunt, simul ad medium cœli appellunt, quæ polorum exaltationes, quæ supra verticem ferantur puncta, et quæ alia id genus mutatione horizontum juxta atque arcticorum circulorum diversa eveniunt, visu alia percepta, alia per ipsius rei naturam cognita habeat. Sed hæc partim prorsus ei sunt omittenda, nisi philosophicæ contemplationis causa attingat : partim credenda peritis, etiam si causam ipse non perspiciat. Nam causas scire philosophi solius est : civili homini tantum non est otii, aut certe non semper. Interim qui hoc opus leget, eum non eo usque rudem aut inertem esse oportet, ut neque sphæram inspexerit usquam, neque circulos in ea descriptos, quorum alii se æquis inter se perpetuo intervallis ambiunt, alii in hos ad angulos rectos incidunt, alii per obliquum ducuntur; neque norit eorum situm, quibus statio et in alteram mundi partem aversio solis definitur, aut dies nocti æquatur, neque signiferum, per quem sol decurrit suisque conversionibus discrimina climatum et ventorum indicat. Qui enim hæc et quæ de horizontibus, arcticis, aliisque rebus in prima mathematum institutione traduntur, non recte intelligit, quomodo is assequatur ea quæ hic disputantur? et qui rectam, circumductamve lineam, qui circulum ignorat, et globosam superficiem, aut planitiem, et qui in ipso cœlo neque septem stellas Ursæ majoris cognitas habet, neque harum rerum quicquam, is aut prorsus est ab hac tractatione alienus, aut in præsentia saltem; priusque ea discere debet, sine quibus ad geographiam non est aptus.

22. Omnino autem hunc commentarium communem oportet esse, et civilibus hominibus commodum, et in publicum utilem, quemadmodum et scriptionem historiæ. Atque hic civilem vocamus, non qui prorsus sit ineruditus,

τε ἐγκυκλίου καὶ συνήθους ἀγωγῆς τοῖς ἐλευθέροις καὶ τοῖς φιλοσοφοῦσιν· οὐδὲ γὰρ ἂν οὔτε ψέγειν δύναιτο καλῶς οὔτ' ἐπαινεῖν, οὐδὲ κρίνειν ὅσα μνήμης ἄξια τῶν γεγονότων, ὅτῳ μηδὲν ἐμέλησεν ἀρετῆς καὶ φρονήσεως καὶ τῶν εἰς ταῦτα λόγων. † οὕτως δὲ καὶ οἱ τοὺς λιμένας καὶ τοὺς περίπλους καλουμένους πραγματευθέντες ἀτελῆ τὴν ἐπίσκεψιν ποιοῦνται, μὴ προστιθέντες ὅσα ἐκ τῶν μαθημάτων καὶ ἐκ τῶν οὐρανίων ἃ συνάπτειν προσῆκε.

23. Διόπερ ἡμεῖς πεποιηκότες ὑπομνήματα ἱστορικὰ χρήσιμα, ὡς ὑπολαμβάνομεν, εἰς τὴν ἠθικὴν καὶ πολιτικὴν φιλοσοφίαν, ἔγνωμεν προσθεῖναι καὶ τήνδε τὴν σύνταξιν· ὁμοειδὴς γὰρ καὶ αὐτή, καὶ πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν ταῖς ὑπεροχαῖς. ἔτι δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἐκεῖ τὰ περὶ τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας καὶ βίους τυγχάνει μνήμης, τὰ δὲ μικρὰ καὶ ἄδοξα παραλείπεται, κἀνταῦθα δεῖ τὰ μικρὰ καὶ τὰ ἀφανῆ παραπέμπειν, ἐν δὲ τοῖς ἐνδόξοις καὶ μεγάλοις καὶ ἐν οἷς τὸ πραγματικὸν καὶ εὐμνημόνευτον καὶ ἡδὺ διατρίβειν. καθάπερ γε καὶ ἐν τοῖς κολοσσικοῖς ἔργοις οὐ τὸ καθ' ἕκαστον ἀκριβὲς ζητοῦμεν, ἀλλὰ τοῖς καθόλου προσέχομεν μᾶλλον, εἰ καλῶς τὸ ὅλον· οὕτως κἀν τούτοις δεῖ ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. κολοσσουργία γάρ τις καὶ αὐτή, τὰ μεγάλα φράζουσα πῶς ἔχει καὶ τὰ ὅλα, πλὴν εἴ τι κινεῖν δύναται καὶ τῶν μικρῶν τὸν φιλειδήμονα καὶ τὸν πραγματικόν. ὅτι μὲν οὖν σπουδαῖον τὸ προκείμενον ἔργον καὶ φιλοσόφῳ πρέπον, ταῦτα εἰρήσθω.

## ΚΕΦ. Β'.

Εἰ δὲ πολλῶν προειπόντων ἐπιχειροῦμεν καὶ αὐτοὶ λέγειν περὶ τῶν αὐτῶν, οὔπω μεμπτέον, ἂν μὴ καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον διελεγχθῶμεν ἐκείνοις ἅπαντα λέγοντες. ὑπολαμβάνομεν δ' ἄλλων ἄλλο τι κατορθωσάντων ἄλλο πολὺ μέρος ἔτι τοῦ ἔργου λείπεσθαι· πρὸς οἷς ἂν καὶ μικρὸν προσλαβεῖν δυνηθῶμεν, ἱκανὴν δεῖ τίθεσθαι πρόφασιν τῆς ἐπιχειρήσεως. καὶ γὰρ δὴ πολύ τι τοῖς νῦν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτεια καὶ τῶν Παρθυαίων τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας προσδέδωκε· καθάπερ τοῖς μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου στρατείαν, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης. ὁ μὲν γὰρ τῆς Ἀσίας πολλὴν ἀνεκάλυψεν ἡμῖν καὶ τῶν βορείων τῆς Εὐρώπης ἅπαντα μέχρι τοῦ Ἴστρου· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὰ ἑσπέρια τῆς Εὐρώπης ἅπαντα μέχρις Ἄλβιος ποταμοῦ τοῦ τὴν Γερμανίαν δίχα διαιροῦντος, τά τε πέραν Ἴστρου τὰ μέχρι Τύρα ποταμοῦ· τὰ δὲ ἐπέκεινα μέχρι Μαιωτῶν καὶ τῆς εἰς Κόλχους τελευτώσης παραλίας Μιθριδάτης ὁ κληθεὶς Εὐπάτωρ ἐποίησε γνώριμα καὶ οἱ ἐκείνου στρατηγοί· οἱ δὲ Παρθυαῖοι τὰ περὶ τὴν Ὑρκανίαν καὶ τὴν Βακτριανὴν καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων Σκύθας γνωριμωτέρους ἡμῖν ἐποίησαν, ἧττον γνωριζομένους ὑπὸ τῶν πρότερον· ὥστε ἔχοιμεν ἄν τι λέγειν πλέον τῶν πρὸ ἡμῶν. ὁρᾶν

sed qui disciplina circulari et liberalibus ac philosophantibus usitata sit institutus. Nam qui nullum virtuti ac prudentiæ, atque iis quibus ista comparantur doctrinis studium impendit, is neque vituperare quicquam recte, neque laudare, neque judicare potest, quænam facta sint digna memoria. (Sic ii qui portus et circumnavigationes quas vocant (*græce* periplus) descripsere, imperfectam tractationem reliquerunt, non adjunctis quæ e mathematis ac cœlestium orbium doctrina erant annectenda.) [*Hæc fort. in fine* § 21 *ponenda.*]

23. Quamobrem nos, postquam historicos composuimus commentarios, utiles, ut quidem arbitramur, ad moralem ac civilem philosophiam, hoc quoque opus addere statuimus: est enim ejusdem formæ, et ad eosdem pertinet viros, maxime qui in aliquo sunt fastigio collocati. Tum quo modo ibi ea sola commemorantur, quæ sunt illustrium virorum ac vitarum, exiguis ac ingloriis omissis: eodem hic quoque parva et obscura prætereunda sunt; in claris autem et magnis, et in quibus ad actiones faciens aliquid et memoriæ oblectationi aptum inest, immorandum. Ac quemadmodum in statuarum ingentium operibus non in singulis particulis exacta quæritur subtilitas, sed id magis perpendimus, totumne opus recte sit confectum: ita hic quoque judicium est faciendum. Est enim hoc quoque opus veluti colossi cujusdam structura, in quo magna describuntur, et universa; nisi exile quippiam occurrat, quod ipsum afficere scientiæ cupidum rebusque agendis deditum possit. Atque hæc quidem disputata sint a nobis, ut constet institutum a nobis opus gravioris momenti esse et philosopho conveniens.

## CAP. II.

Quod autem post multos, qui de his rebus ante nos dixerunt, eas aggredimur enarrare, ob id reprehendendi non sumus, nisi convicti, nos omnia eodem modo dixisse, ut alii. Ceterum quum alii alias partes bene tractaverint, censemus magnam tamen præterea operis partem restare: ut satis justa conatus nostri videatur fuisse occasio, si prioribus vel exiguum aliquid adjiciamus. Etenim iis qui hodie vivunt, multum notitiæ attulit Romanorum et Parthorum imperium: sicut et Alexandri expeditione multa innotuerunt, ut ait Eratosthenes. Is enim magnam Asiæ partem nobis aperuit, et Europæ regiones septentrionales ad Istrum usque omnes: Romani autem occidua Europæ omnia usque ad Albim fluvium, qui Germaniam in duas partes dividit, et quæ trans Istrum sunt usque ad Tyram fluvium. Ulteriora autem usque ad Mæotidem lacum et oram maritimam quæ ad Colchos finitur, Mithridates cognomento Eupator nota reddidit, et duces ejus. Parthi denique Hyrcaniam, Bactrianam et Scythas ultra eam habitantes notiores nobis reddiderunt, quum prioribus nobis minus essent noti. Habemus ergo quod scribamus præter ea quæ nobis ætate priores litteris mandaverunt. Idque præsertim conspicuum erit in iis

δ' ἔσται τοῦτο μάλιστα ἐν τοῖς λόγοις τοῖς πρὸς τοὺς πρὸ ἡμῶν, ἧττον μὲν τοὺς πάλαι, μᾶλλον δὲ τοὺς μετ' Ἐρατοσθένη καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον· οὓς εἰκὸς ὅσῳπερ πολυμαθέστεροι τῶν πολλῶν γεγόνασι, τοσούτῳ δυσελεγκτοτέρους εἶναι τοῖς ὕστερον, ἄν τι πλημμελῶς λέγωσιν. εἰ δ' ἀναγκασθησόμεθά που τοῖς αὐτοῖς ἀντιλέγειν, οἷς μάλιστα ἐπακολουθοῦμεν κατ' ἄλλα, δεῖ συγγνώμην ἔχειν. οὐ γὰρ πρόκειται πρὸς ἅπαντας ἀντιλέγειν, ἀλλὰ τοὺς μὲν πολλοὺς ἐᾶν, οἷς μηδὲ ἀκολουθεῖν ἄξιον· ἐκείνους δὲ διαιτᾶν, οὓς ἐν τοῖς πλείστοις κατωρθωκότας ἴσμεν. ἐπεὶ οὐδὲ πρὸς ἅπαντας φιλοσοφεῖν ἄξιον, πρὸς Ἐρατοσθένη δὲ καὶ Ποσειδώνιον καὶ Ἵππαρχον καὶ Πολύβιον καὶ ἄλλους τοιούτους καλόν.

2. Πρότερον δ' ἐπισκεπτέον Ἐρατοσθένη, παρατιθέντας ἅμα καὶ τὴν Ἱππάρχου πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίαν. ἔστι δ' ὁ Ἐρατοσθένης οὐχ οὕτως εὐκατατρόχαστος, ὥστε μηδ' Ἀθήνας αὐτὸν ἰδεῖν φάσκειν, ὅπερ Πολέμων ἐπιχειρεῖ δεικνύναι· οὔτ' ἐπὶ τοσοῦτον πιστός, ἐφ' ὅσον παρεδέξαντό τινες, καίπερ πλείστοις ἐντυχών, ὡς εἴρηκεν αὐτός, ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. ἐγένοντο γάρ, φησίν, ὡς οὐδέποτε, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὑφ' ἕνα περίβολον καὶ μίαν πόλιν οἱ (καὶ) κατ' Ἀρίστωνα καὶ Ἀρκεσίλαον ἀνθήσαντες φιλόσοφοι. οὐχ ἱκανὸν δ' οἶμαι τοῦτο, ἀλλὰ τὸ κρίνειν καλῶς, οἷς μᾶλλον προσιτέον. ὁ δὲ Ἀρκεσίλαον καὶ Ἀρίστωνα τῶν καθ' αὐτὸν ἀνθησάντων κορυφαίους τίθησιν, Ἀπελλῆς τε αὐτῷ πολύς ἐστι καὶ Βίων, ὅν φησι πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν φιλοσοφίαν. ἀλλ' ὅμως πολλάκις εἰπεῖν ἄν τινα ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο·

οἵην ἐκ ῥακέων ὁ Βίων.

ἐν αὐταῖς γὰρ ταῖς ἀποφάσεσι ταύταις ἱκανὴν ἀσθένειαν ἐμφαίνει τῆς ἑαυτοῦ γνώμης· ὃς τοῦ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως γνώριμος γενόμενος Ἀθήνησι τῶν μὲν ἐκεῖνον διαδεξαμένων οὐδενὸς μέμνηται, τοὺς δ' ἐκείνῳ διενεχθέντας καὶ ὧν διαδοχὴ οὐδεμία σώζεται, τούτους ἀνθῆσαί φησι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ περὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκδοθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ πραγματεία καὶ μελέται καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο τὴν ἀγωγὴν αὐτοῦ· διότι μέσος ἦν τοῦ τε βουλομένου φιλοσοφεῖν καὶ τοῦ μὴ θαρροῦντος ἐγχειρίζειν ἑαυτὸν εἰς τὴν ὑπόσχεσιν ταύτην, ἀλλὰ μόνον μέχρι τοῦ δοκεῖν προϊόντος, ἢ καὶ παράβασίν τινα ταύτην ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων πεπορισμένου πρὸς διαγωγὴν ἢ καὶ παιδιάν· τρόπον δέ τινα καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐστὶ τοιοῦτος. Ἀλλὰ ἐκεῖνα ἐάσθω· πρὸς δὲ τὰ νῦν ἐπιχειρητέον, ὅσα δύναιτ' ἂν ἐπανορθοῦν τὴν γεωγραφίαν, καὶ πρῶτον ὅπερ ἀρτίως ὑπερεθέμεθα.

3. Ποιητὴν γὰρ ἔφη πάντα στοχάζεσθαι ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας. τοὐναντίον δ' οἱ παλαιοὶ φιλοσοφίαν τινὰ λέγουσι πρώτην τὴν ποιητικήν, εἰσάγουσαν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκ νέων καὶ διδάσκουσαν ἤθη καὶ πάθη καὶ πράξεις μεθ' ἡδονῆς· οἱ δ' ἡμέτεροι καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν. διὰ τοῦτο καὶ τοὺς παῖδας αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις πρώτιστα διὰ τῆς ποιη-

quæ contra illos disputamus, minus quidem sæpe contra antiquos, præcipue autem contra Eratosthenem et eos qui post hunc scripserunt: quos consentaneum est tanto difficilius redargui a posterioribus, sicubi peccaverunt, quanto majore quam vulgus hominum doctrina fuerunt ac cognitione rerum præditi. Quodsi aliquando cogemur iis ipsis contradicere, quos maxime alioqui sequimur, ignoscendum erit nobis. Neque enim statuimus contra omnes dicere, sed plerosque missos facere, ut qui digni non sint quos sequare: de iis autem solis judicium facere, quos pleraque novimus recte scripsisse. Nam adversus omnes philosophari neutiquam convenit: contra Eratosthenem autem, Posidonium, Hipparchum et Polybium aliosque horum similes decet.

2. Primo omnium excutiemus Eratosthenem, simul ea proponentes, quæ ab Hipparcho contra ipsum dicuntur. Non est autem Eratosthenes adeo contemptu facilis, ut dicere liceat eum ne Athenas quidem vidisse, quod Polemo conatur ostendere: neque rursus tantum fidei meretur, quantum ei nonnulli deferunt, quanquam, ut ipse ait, plurimos bonos viros audiverit. Fuerunt enim, inquit Eratosthenes, eo tempore, ut nunquam alias, una in urbe intraque eadem mœnia Aristo et Arcesilaus et qui hos sectantes floruere philosophi. Atqui hoc, ut arbitror, non satis est: sed recte judicandum est, quinam præ ceteris sint sectandi. Ille vero Aristonem et Arcesilaum principes eorum, qui ipsius floruerint ætate, facit; multusque est in Apelle prædicando et Bione, quem dicit primum vario orationis flore vestivisse philosophiam. Attamen sæpe dicturum fuisse aliquem de eo (*Od.* Σ, 74):

Quid tandem Bio de pannoso (promet amictu?)

Nam his ipsis in enunciatis satis magnam mentis imbecillitatem prodit, quandoquidem, quum Athenis Citiensem Zenonem novisset, nullam tamen eorum facit mentionem, qui illi successerunt; adversarios autem illius, et quorum successio nulla superest, eos isto floruisse ait tempore. Quæ autem fuerint studia Eratosthenis, tractatio de bonis ab ipso edita, et declamationes, aliaque similia ostendunt; medium scilicet eum tenuisse inter eum qui philosophari vellet, et eum qui non auderet se ei dare instituto; sed eo duntaxat progrederetur, ut philosophari putaretur, aut hanc quandam digressionem a circularibus reliquis disciplinis sibi vel animi vel eruditionis gratia pararet. In reliquis etiam quodammodo est talis. Verum ista quidem omittantur: sed ea in præsentia in manus sumamus, quæ ad emendandam geographiam faciunt; idque primo repetamus, quod paulo ante huc rejecimus.

3. Ait ergo Eratosthenes, poetam omnia ad delectandum dirigere, nihil ad docendum. Contra antiqui poeticam dixerunt primam quandam esse philosophiam, vitæ a prima ætate formatricem, quæ morum, affectuum actionumque rationes nos voluptate comitante doceat. Quin etiam nostri solum sapientem esse poetam affirmarunt. Atque ea de causa in Græcis urbibus pueri primo omnium poesi insti-

τικῆς παιδεύουσιν, οὐ ψυχαγωγίας χάριν δήπουθεν ψιλῆς, ἀλλὰ σωφρονισμοῦ· ὅπου γε καὶ οἱ μουσικοὶ ψάλλειν καὶ λυρίζειν καὶ αὐλεῖν διδάσκοντες μεταποιοῦνται τῆς ἀρετῆς ταύτης· παιδευτικοὶ γὰρ εἶναί φασι καὶ ἐπανορθωτικοὶ τῶν ἠθῶν. ταῦτα δ' οὐ μόνον παρὰ τῶν Πυθαγορείων ἀκούειν ἐστὶ λεγόντων, ἀλλὰ καὶ Ἀριστόξενος οὕτως ἀποφαίνεται. καὶ Ὅμηρος δὲ τοὺς ἀοιδοὺς σωφρονιστὰς εἴρηκε, καθάπερ τὸν τῆς Κλυταιμνήστρας φύλακα,

ᾧ πόλλ' ἐπέτελλεν
Ἀτρείδης Τροίηνδε κιὼν εἴρυσθαι ἄκοιτιν,

τόν τε Αἴγισθον οὐ πρότερον αὐτῆς περιγενέσθαι, πρὶν ἢ

τὸν μὲν ἀοιδὸν ἄγων ἐς νῆσον ἐρήμην
κάλλιπεν·
τὴν δ' ἐθέλων ἐθέλουσαν ἀνήγαγεν ὅνδε δόμονδε.

χωρὶς δὲ τούτων ὁ Ἐρατοσθένης ἑαυτῷ μάχεται· μικρὸν γὰρ πρὸ τῆς λεχθείσης ἀποφάσεως ἐναρχόμενος τοῦ περὶ τῆς γεωγραφίας λόγου φησὶν ἅπαντας κατ' ἀρχὰς φιλοτίμως ἔχειν εἰς τὸ μέσον φέρειν τὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἱστορίαν. Ὅμηρον γοῦν ὑπέρ τε τῶν Αἰθιόπων ὅσα ἐπύθετο καταχωρίσαι εἰς τὴν ποίησιν καὶ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ Λιβύην· τὰ δὲ δὴ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ τοὺς σύνεγγυς τόπους καὶ λίαν περιέργως ἐξενηνοχέναι, πολυτρήρωνα μὲν τὴν Θίσβην λέγοντα, Ἁλίαρτον δὲ ποιήεντα, ἐσχατόωσαν δὲ Ἀνθηδόνα, Λίλαιαν δὲ πηγῆς ἔπι Κηφισσοῖο, καὶ οὐδεμίαν προσθήκην κενῶς ἀπορρίπτειν. πότερον οὖν ὁ ποιῶν ταῦτα ψυχαγωγοῦντι ἔοικεν ἢ διδάσκοντι; νὴ Δία, ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως εἴρηκε· τὰ δ' ἔξω τῆς αἰσθήσεως καὶ οὗτος καὶ ἄλλοι τερατολογίας μυθικῆς πεπληρώκασιν. οὐκοῦν ἐχρῆν οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ποιητὴς πᾶς τὰ μὲν ψυχαγωγίας χάριν μόνον ἐκφέρει, τὰ δὲ διδασκαλίας· ὁ δ' ἐπήνεγκεν, ὅτι ψυχαγωγίας μόνον, διδασκαλίας δ' οὔ. καὶ προσεξεργάζεταί γε, πυνθανόμενος τί συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ πολλῶν ὑπάρξαι τόπων ἔμπειρον ἢ στρατηγίας ἢ γεωργίας ἢ ῥητορικῆς ἢ οἷα δὴ περιποιεῖν αὐτῷ τινες ἐβουλήθησαν; τὸ μὲν οὖν ἅπαντα ζητεῖν περιποιεῖν αὐτῷ προεκπίπτοντος ἄν τις θείη τῇ φιλοτιμίᾳ· ὡς ἂν εἴ τις, φησὶν ὁ Ἵππαρχος, Ἀττικῆς εἰρεσιώνης κατηγοροίη καὶ ἃ μὴ δύναται φέρειν μῆλα καὶ ὄγχνας, οὕτως ἐκείνου πᾶν μάθημα καὶ πᾶσαν τέχνην. τοῦτο μὲν δὴ ὀρθῶς ἂν λέγοις, ὦ Ἐρατόσθενες· ἐκεῖνα δ' οὐκ ὀρθῶς, ἀφαιρούμενος αὐτὸν τὴν τοσαύτην πολυμάθειαν καὶ τὴν ποιητικὴν γραώδη μυθολογίαν ἀποφαίνων, ᾗ δέδοται πλάττειν, φησίν, ὃ ἂν αὐτῇ φαίνηται ψυχαγωγίας οἰκεῖον. ἆρα γὰρ οὐδὲ τοῖς ἀκροωμένοις τῶν ποιητῶν οὐδὲν συμβάλλεται πρὸς ἀρετήν; λέγω δὲ τὸ πολλῶν ὑπάρξαι τόπων ἔμπειρον ἢ στρατηγίας ἢ γεωργίας ἢ ῥητορικῆς, ἅπερ ἡ ἀκρόασις, ὡς εἰκός, περιποιεῖ.

4. Ἀλλὰ μὴν ταῦτά γε πάντα ὁ ποιητὴς Ὀδυσσεῖ

tuuntur, non sane nudæ oblectationis causa, sed ut virtutem discant : quando musici etiam, qui psallere, tibia canere vel lyra docent, hoc ipsum præstare profitentur, morum se magistros ac formatores et correctores esse affirmantes. Neque hoc solos Pythagoreos audimus dicentes, sed et Aristoxenus idem enunciat. Homerus quoque cantoribus vitæ ad modestiam formandæ munus tribuit, ut quum de custode Clytæmnestræ scribit (*Od.* Γ, 267) :

— Multis tutelam conjugis illi,
quum Trojam peteret, verbis mandarat Atrides,

neque ea Ægisthum ante potitum (*ib.* 270),

Cantorem in vacuam quam deportavit adulter
Insulam : ita assensam proprias perduxit in ædes.

Præter hæc ipse secum Eratosthenes pugnat : nam paulum ante dictam hanc sententiam, exordiens orationem de geographia, jam inde ab initio omnes ait magno studio hoc agere, ut historiam de situ terræ in medium proponant. Itaque Homerum et quæ de Æthiopibus, Ægyptiis atque de Libybus auditu percepisset, suo poemati inseruisse; et Græciam ac vicina loca nimis adeo curiose commemorasse, quum diceret Thisben *abundantem columbis* (*Il.* B, 502), Haliartum *herbosam* (*ib.* 503), *extrema tenentem* Anthedonem (*ib.* 508), *Cephissi ad fontes* Lilæam (*ib.* 523), neque omnino ullum inaniter abjicere epitheton. Hæc ergo qui facit, num delectare videtur, an vero docere? Verum per Jovem, inquiunt, ita ille scripsit : at quæ extra nostrum sensum sita sunt, quum ipse tum alii portentis fabularum impleverunt. Igitur hoc erat dicendum potius, poetam quemcunque alia ad oblectationem, alia ad docendum accommodare : ille vero intulit, solam voluptatem ab eo quæri, nullam haberi docendi rationem. Atque id ut confirmaret, quærit, quid ad virtutem poeticæ faciat peritum esse multorum locorum, aut artis militaris, aut agriculturæ, aut oratoriæ, aliarumve rerum, quascunque nonnulli poetæ adscribere voluerunt. Sane qui conari velit omnia poetæ arrogare, eum non injuria nimio erga illum studio a vero aberrare judicaris. Est enim, ut Hipparchus ait, perinde ac si, qui Iresionæ Atticæ mala etiam ac pira et alia quæ ferre nequit, adesse dicat, si quis in poeta omnes disciplinas atque artes omnes inveniri contendat. Hactenus igitur recte loquaris, Eratosthenes : illa autem perperam, quod tantam multarum rerum cognitionem poetæ detrahis, et poeticam, fabulandi anilem quandam facultatem esse pronuncias, cui (uti tu loqueris) concessum est delectandi causa fingere quæ velit. An enim ne auditoribus quidem poetarum quicquam ad virtutem conferet adjumenti, esse multorum locorum, rei militaris, agriculturæ, oratoriæ peritum, quæ auditione ista, ut par est, illi consequuntur?

4. Atqui Homerus hæc omnia Ulyssi, quem præ ceteris

προσῆψεν, ὃν τῶν πάντων μάλιστα ἀρετῇ πάσῃ κοσμεῖ· οὗτος γὰρ αὐτῷ

πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω,

οὗτός τε ὁ

εἰδὼς παντοίους τε δόλους καὶ μήδεα πυκνά.

οὗτος δ' ὁ « πτολίπορθος » ἀεὶ λεγόμενος καὶ τὸ Ἴλιον ἑλὼν

βουλῇ καὶ μύθοισι καὶ ἠπεροπηΐδι τέχνῃ·
τούτου γ' ἑσπομένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
ἄμφω νοστήσαιμεν,

φησὶν ὁ Διομήδης. καὶ μὴν ἐπί γε τῇ γεωργίᾳ σεμνύνεται· καὶ γὰρ ἐν ἀμητῷ,

ἐν ποίῃ δρέπανον μὲν ἐγὼν εὐκαμπὲς ἔχοιμι,
καὶ δὲ σὺ τοῖον ἔχοις·

καὶ ἐν ἀρότῳ,

τῷ κέ μ' ἴδοις, εἰ ὦλκα διηνεκέα προταμοίμην.

καὶ οὐχ Ὅμηρος μὲν οὕτω φρονεῖ περὶ τούτων, οὐχὶ δὲ πάντες οἱ πεπαιδευμένοι μάρτυρι χρῶνται τῷ ποιητῇ, ὡς ὀρθῶς λέγοντι, περὶ τοῦ τὴν τοιαύτην ἐμπειρίαν εἰς φρόνησιν συντείνειν μάλιστα.

5. Ἡ δὲ ῥητορικὴ φρόνησίς ἐστι δήπου περὶ λόγους· ἣν ἐπιδείκνυται παρ' ὅλην τὴν ποίησιν Ὀδυσσεὺς ἐν τῇ Διαπείρᾳ, ἐν ταῖς Λιταῖς, ἐν τῇ Πρεσβείᾳ, ἐν ᾗ φησίν·

ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος εἵη
καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν,
οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆΐ γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος.

τίς ἂν οὖν ὑπολάβοι τὸν δυνάμενον ποιητὴν εἰσάγειν ῥητορεύοντας ἑτέρους καὶ στρατηγοῦντας καὶ τὰ ἄλλα ἐπιδεικνυμένους τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα, αὐτὸν εἶναι τῶν φλυάρων ἕνα καὶ τῶν θαυματοποιῶν, γοητεύειν μόνον καὶ κολακεύειν τὸν ἀκροατὴν δυνάμενον, ὠφελεῖν δὲ μηδέν; πότερον δ' ( οὐδ' ) ἀρετὴν ποιητοῦ λέγοιμεν ἂν ἡντινοῦν ἄλλην, ἢ τὴν μιμητικὴν τοῦ βίου διὰ λόγων; πῶς ἂν οὖν μιμοῖτο ἄπειρος ὢν τοῦ βίου καὶ ἄφρων; οὐ γὰρ οὕτω φαμὲν τὴν τῶν ποιητῶν ἀρετὴν ὡς ἢ τεκτόνων ἢ χαλκέων· ἀλλ' ἐκείνη μὲν οὐδενὸς ἔχεται καλοῦ καὶ σεμνοῦ, ἡ δὲ ποιητοῦ συνέζευκται τῇ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν γενέσθαι ποιητήν, μὴ πρότερον γενηθέντα ἄνδρα ἀγαθόν.

6. Τὸ δὲ δὴ καὶ τὴν ῥητορικὴν ἀφαιρεῖσθαι τὸν ποιητὴν τελέως ἀφειδοῦντος ἡμῶν ἐστι. τί γὰρ οὕτω ῥητορικόν, ὡς φράσις; τί δ' οὕτω ποιητικόν; τίς δ' ἀμείνων Ὁμήρου φράσαι; νὴ Δία, ἀλλ' ἑτέρα φράσις ἡ ποιητική. τῷ γε εἴδει, ὡς καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ποιητικῇ ἡ τραγικὴ καὶ ἡ κωμική· καὶ ἐν τῇ πεζῇ ἡ ἱστορικὴ καὶ ἡ δικανική. ἆρα γὰρ οὐδ' ὁ λόγος ἐστὶ γενικός, οὗ εἴδη ὁ ἔμμετρος καὶ ὁ πεζός; ἢ λόγος μέν, ῥητορικὸς δὲ λόγος οὐκ ἔστι γενικὸς καὶ φράσις καὶ ἀρετὴ λόγου; ὡς δ' εἰπεῖν, ὁ πεζὸς λόγος, ὅ γε κατεσκευασμένος, μίμημα τοῦ ποιητικοῦ ἐστι. πρώτιστα γὰρ ἡ ποιητικὴ κατα-

omni virtute exornat, attribuit. Hic enim ipso referente (*Od.* A, 3)

Multorum mores hominum cognovit et urbes;

is est (*Il.* Γ, 202)

Consilioque dolis variisque instructus abunde;

is est, quem subinde *urbis eversorem* vocat, et qui Ilium cepit

Consilio, verbisque, et vafræ fraudibus artis;

et (*Il.* K, 246),

Hoc comite ex igni sospes flagrante revertar,

inquit Diomedes. Idem Ulysses et de agricultura gloriatur: in messe quidem inquit (*Od.* Σ, 367):

Curva mihi viridi falx si tribuatur in herba,
atque tibi similis;

et in aratione (*ib.* 374),

Tunc me continuum videas proscindere sulcum.

Neque vero Homerus tantum ita sensit de his rebus, sed eruditi omnes testimonio ipsius, tanquam recte disserentis, confirmant hujusmodi peritiam ad prudentiam plurimum conducere.

5. Jam quum oratoria prudentia in oratione versetur, eam Ulysses per totam poesin exserit, in Tentatione (*libro II Iliadis*), in Precibus (*libro IX Iliadis*), in Legatione, in qua de eo scribitur (*Il.* Γ, 221),

At simul emisit magnam de pectore vocem,
hibernis fudit nivibusque simillima verba,
eloquio jam nemo hominum certarit Ulyssi.

Quis vero unquam opinetur poetam, qui introducere possit homines artificiose disserentes, et exercitus prudenter ductantes, ceteraque virtutis officia obeuntes, ipsum de nugatoribus ac præstigiatoribus aliquem esse, qui tantum decipere præstigiis et adulando mulcere auditorem, nihil autem ei utilitatis afferre possit? An autem alia poetæ virtus ulla est, quam ut oratione vitam humanam imitatam exprimat? Qui vero id præstet, vitæ ipse imperitus atque imprudens? Non enim eodem modo poetæ, quo fabrorum aut ærariorum præstantiam censemus: quum hæc nihil honestum aut venerabile consectetur, poetæ autem virtus hominis cum virtute sit conjuncta, neque bonus fieri possit poeta, qui non prius vir bonus exstiterit.

6. Is autem qui rhetoricam poetis adimit, plane nos deridet. Quid enim elocutione oratori, quid poetæ magis convenit? et quis Homero in eloquendo præferendus? Sed, per Jovem, alia est dictio poetica. Sed ut species solummodo diversa; et in ipsa poetica alia est dictio tragica, alia comica, ut in soluta aliam historicam, aliam forensem statuimus. Nonne autem oratio genus est, cujus species sunt metrica et soluta oratio? an oratio quidem, non autem rhetorica oratio genus est, et elocutio, et virtus orationis? Imo, ut dicam quod res est, pedestris oratio, quæ quidem sit arte parata, poeseos est imitatio. Primo

σκευὴ παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον καὶ εὐδοκίμησεν· εἶτα ἐκείνην μιμούμενοι, λύσαντες τὸ μέτρον, τἆλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον καὶ Φερεκύδη καὶ Ἑκαταῖον· εἶτα οἱ ὕστερον, ἀφαιροῦντες ἀεί τι τῶν τοιούτων, εἰς τὸ νῦν εἶδος κατήγαγον, ὡς ἂν ἀπὸ ὕψους τινός· καθάπερ ἄν τις καὶ τὴν κωμῳδίαν φαίη λαβεῖν τὴν σύστασιν ἀπὸ τῆς τραγῳδίας, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν ὕψους καταβιβασθεῖσαν εἰς τὸ λογοειδὲς νυνὶ καλούμενον. καὶ τὸ ἀείδειν δὲ ἀντὶ τοῦ φράζειν τιθέμενον παρὰ τοῖς πάλαι ταὐτὸ τοῦτο ἐκμαρτυρεῖ, διότι πηγὴ καὶ ἀρχὴ φράσεως κατεσκευασμένης καὶ ῥητορικῆς ὑπῆρξεν ἡ ποιητική. αὕτη γὰρ προσεχρήσατο τῷ μέλει κατὰ τὰς ἐπιδείξεις· τοῦτο δ' ἦν ᾠδὴ ἢ λόγος μεμελισμένος· ἀφ' οὗ δὴ ῥαψῳδίαν τ' ἔλεγον καὶ τραγῳδίαν καὶ κωμῳδίαν. ὥστ' ἐπειδὴ τὸ φράζειν πρώτιστα ἐπὶ τῆς ποιητικῆς ἐλέγετο φράσεως, αὕτη δὲ μετ' ᾠδῆς [ἦν], τὸ ἀείδειν (αὐτοῖς) τὸ αὐτὸ τῷ φράζειν ὑπῆρξε παρ' ἐκείνοις. καταχρησαμένων δ' αὐτῶν θατέρῳ καὶ ἐπὶ τοῦ πεζοῦ λόγου, καὶ ἐπὶ θάτερον ἡ κατάχρησις διέβη. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ πεζὸν λεχθῆναι τὸν ἄνευ τοῦ μέτρου λόγον ἐμφαίνει τὸν ἀπὸ ὕψους τινὸς καταβάντα καὶ ὀχήματος εἰς τοὔδαφος.

7. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ σύνεγγυς μόνον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης εἴρηκε, καὶ τὰ ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ τῶν πόρρω πολλὰ λέγει, καὶ δι' ἀκριβείας Ὅμηρος καὶ μᾶλλόν γε τῶν ὕστερον μυθολογεῖται, οὐ πάντα τερατευόμενος, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐπιστήμην ἀλληγορῶν ἢ διασκευάζων ἢ δημαγωγῶν ἄλλα τε καὶ τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην· περὶ ἧς πολλὰ διαμαρτάνει, τούς τ' ἐξηγητὰς φλυάρους ἀποφαίνων καὶ αὐτὸν τὸν ποιητήν· περὶ ὧν ἄξιον εἰπεῖν διὰ πλειόνων.

8. Καὶ πρῶτον ὅτι τοὺς μύθους ἀπεδέξαντο οὐχ οἱ ποιηταὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ πόλεις πολὺ πρότερον καὶ οἱ νομοθέται τοῦ χρησίμου χάριν, βλέψαντες εἰς τὸ φυσικὸν πάθος τοῦ λογικοῦ ζῴου· φιλειδήμων γὰρ ἄνθρωπος· προοίμιον δὲ τούτου τὸ φιλόμυθον· ἐντεῦθεν οὖν ἄρχεται τὰ παιδία ἀκροᾶσθαι καὶ κοινωνεῖν λόγων ἐπὶ πλεῖον. αἴτιον δ', ὅτι καινολογία τίς ἐστιν ὁ μῦθος, οὐ τὰ καθεστηκότα φράζων, ἀλλ' ἕτερα παρὰ ταῦτα· ἡδὺ δὲ τὸ καινὸν καὶ ὃ μὴ πρότερον ἔγνω τις· τοῦτο δ' αὐτό ἐστι καὶ τὸ ποιοῦν φιλειδήμονα. ὅταν δὲ προσῇ καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ τὸ τερατῶδες, ἐπιτείνει τὴν ἡδονήν, ἥπερ ἐστὶ τοῦ μανθάνειν φίλτρον. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἀνάγκη τοιούτοις δελέασι χρῆσθαι, προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων μάθησιν ἄγειν, ἤδη τῆς διανοίας ἐρρωμένης καὶ μηκέτι δεομένης κολάκων. καὶ ἰδιώτης δὲ πᾶς καὶ ἀπαίδευτος τρόπον τινὰ παῖς ἐστι φιλομυθεῖ τε ὡσαύτως· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πεπαιδευμένος μετρίως· οὐδὲ γὰρ οὗτος ἰσχύει τῷ λογισμῷ, πρόσεστι δὲ καὶ τὸ ἐκ παιδὸς ἔθος. ἐπεὶ δ' οὐ μόνον ἡδὺ, ἀλλὰ καὶ φοβερὸν τὸ τερατῶδες, ἀμφοτέρων ἐστὶ τῶν εἰδῶν χρεία πρός τε τοὺς παῖδας καὶ τοὺς ἐν ἡλικίᾳ· τοῖς τε γὰρ παισὶ προσφέρομεν τοὺς ἡδεῖς μύθους εἰς προτροπήν, εἰς ἀποτροπὴν δὲ τοὺς φοβερούς. ἥ τε γὰρ Λά-

enim omnium poeticus apparatus in medium prodiit, approbationemque meruit : postea eum imitantes, mensura dissoluta, reliquis poeticis conservatis, sua conscripserunt Cadmus, Pherecydes atque Hecatæus : deinde posteriores subinde aliquid tale subtrahentes, orationem ad hanc, qua nunc usurpatur, formam deduxerunt, veluti de sublimi quodam statu; perinde ac si quis diceret, comœdiam esse a tragœdia procreatam, hujus sublimitate depressa usque ad eam formam, quæ nunc prosæ vocatur orationi similis. Jam quod veteres vocabulo *canendi* pro voce *dicendi* usi sunt, hoc ipsum testatum facit, fontem et principium orationis artificiosæ atque rhetoricæ fuisse poeticam. Hæc enim quum in publicum prodiret, cantum adhibuit; fuitque hoc *oda* seu carmen, id est oratio cantilenæ accommodata, unde rhapsodiæ, tragœdiæ ac comœdiæ nomina sunt facta. Itaque quum vocabulum *dicere* primo omnium de poetica esset usurpatum dictione, atque ipsa cum cantu esset conjuncta, *canere* apud illos idem fuit ac *dicere*; quorum quum altero abuterentur de pedestri oratione dicentes, ad alterum quoque transiit abusus. Quin et hoc ipsum, quod oratio versu carens *pedestris* vocatur, ostendit orationem a fastigio quodam et vehiculo ad humum esse deductam.

7. Neque vero propinqua tantum et quæ apud Græcos sunt, sicuti Eratosthenes dixit, verum longinqua etiam multa narrat, et accurate Homerus, accuratiusque quam qui post eum erant, fabulas tractavit, non monstrose omnia fingens, sed scienter interdum alium sensum verbis occultans, aut exornans carmen, animosve hominum oblectando ducens, quum aliis in narrationibus, tum de Ulyssis maxime erroribus : de qua re quum admodum erret Eratosthenes, et interpretes nugatores appellans et ipsum poetam, operæ pretium est copiosius disserere.

8. Primo omnium, non poetæ modo fabulas probaverunt, sed multo ante civitates ac legumlatores id fecere, utilitatis causa nimirum, et ad naturalem respicientes animalis ratione præditi affectionem. Cupidus enim cognitionis est homo : ad quam rem fabularum studium aditum ei parat : hinc igitur incipiunt pueri auscultare et magis magisque sermonibus assuefieri. Causa est, quod fabula novarum quædam rerum narratio est, non ea quæ sunt, sed alia quædam ab his diversa recensens : jucundum est autem quod novum et adhuc ignotum narratur, atque hoc ipsum est quod cognitionis studiosos efficit. Quodsi admirabilia et portentosa fabulis admisceantur, augetur voluptas, quæ quidem medicamenti instar discendi amorem ingenerat. Ab initio itaque necesse est hoc modo pueros inescari; progressu autem ætatis ad ipsarum rerum cognitionem sunt adducendi, confirmata jam intelligentia neque opus habente blandimentis. Quin etiam quicunque litterarum sunt et disciplinæ rudes, pueri sunt quodammodo, itidemque fabulas amant : quod ipsum mediocriter eruditi etiam faciunt; nam neque ratio eorum firma est, atque consuetudo a primis annis parta allicit. Porro quum fabularum monstra non tantum delectandi, sed et terrendi facultatem habeant, utrique generi usus est et apud pueros et apud adultos. Nam pueris jucundas quidem proponimus fabulas, exhortandi gratia, terribiles autem ad deterren-

μια μῦθός ἐστι καὶ ἡ Γοργὼ καὶ ὁ Ἐφιάλτης καὶ ἡ Μορμολύκη. οἵ τε πολλοὶ τῶν τὰς πόλεις οἰκούντων εἰς μὲν προτροπὴν ἄγονται τοῖς ἡδέσι τῶν μύθων, ὅταν ἀκούωσι τῶν ποιητῶν ἀνδραγαθήματα μυθώδη διηγουμένων, οἷον Ἡρακλέους ἄθλους ἢ Θησέως, ἢ τιμὰς παρὰ θεῶν νεμομένας, ἢ νὴ Δία ὁρῶσι γραφὰς ἢ ξόανα ἢ πλάσματα τοιαύτην τινὰ περιπέτειαν ὑποσημαίνοντα μυθώδη· εἰς ἀποτροπὴν δέ, ὅταν κολάσεις παρὰ θεῶν καὶ φόβους καὶ ἀπειλὰς ἢ διὰ λόγων ἢ διὰ τύπων ἀώρων τινῶν προσδέχωνται, ἢ καὶ πιστεύωσι περιπεσεῖν τινας. οὐ γὰρ ὄχλον τε γυναικῶν καὶ παντὸς χυδαίου πλήθους ἐπαγαγεῖν λόγῳ δυνατὸν φιλοσόφῳ, καὶ προκαλέσασθαι πρὸς εὐσέβειαν καὶ ὁσιότητα καὶ πίστιν, ἀλλὰ δεῖ καὶ διὰ δεισιδαιμονίας· τοῦτο δ' οὐκ ἄνευ μυθοποιίας καὶ τερατείας. κεραυνὸς γὰρ καὶ αἰγὶς καὶ τρίαινα καὶ λαμπάδες καὶ δράκοντες καὶ θυρσόλογχα, τῶν θεῶν ὅπλα, μῦθοι καὶ πᾶσα θεολογία ἀρχαϊκή· ταῦτα δ' ἀπεδέξαντο οἱ τὰς πολιτείας καταστησάμενοι μορμολύκας τινὰς πρὸς τοὺς νηπιόφρονας. τοιαύτης δὲ τῆς μυθοποιίας οὔσης καὶ καταστρεφούσης εἰς τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ πολιτικὸν τοῦ βίου σχῆμα καὶ τὴν τῶν ὄντων ἱστορίαν, οἱ μὲν ἀρχαῖοι τὴν παιδικὴν ἀγωγὴν ἐφύλαξαν μέχρι τῶν τελείων ἡλικιῶν, καὶ διὰ ποιητικῆς ἱκανῶς σωφρονίζεσθαι πᾶσαν ἡλικίαν ὑπέλαβον· χρόνοις δ' ὕστερον ἡ τῆς ἱστορίας γραφὴ καὶ ἡ νῦν φιλοσοφία παρελήλυθεν εἰς μέσον. αὕτη μὲν οὖν πρὸς ὀλίγους, ἡ δὲ ποιητικὴ δημωφελεστέρα καὶ θέατρα πληροῦν δυναμένη· ἡ δὲ δὴ τοῦ Ὁμήρου ὑπερβαλλόντως. καὶ οἱ πρῶτοι δὲ ἱστορικοὶ καὶ φυσικοὶ μυθογράφοι.

9. Ἅτε δὴ πρὸς τὸ παιδευτικὸν εἶδος τοὺς μύθους ἀναφέρων ὁ ποιητὴς ἐφρόντισε πολὺ μέρος τἀληθοῦς· « ἐν δ' ἐτίθει καὶ ψεῦδος », τὸ μὲν ἀποδεχόμενος, τῷ δὲ δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν τὰ πλήθη.

ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνήρ,

οὕτως ἐκεῖνος ταῖς ἀληθέσι περιπετείαις προσεπετίθει μῦθον, ἡδύνων καὶ κοσμῶν τὴν φράσιν· πρὸς δὲ τὸ αὐτὸ τέλος τοῦ ἱστορικοῦ καὶ τοῦ τὰ ὄντα λέγοντος βλέπων. οὕτω δὴ τόν τε Ἰλιακὸν πόλεμον γεγονότα παραλαβὼν ἐκόσμησε ταῖς μυθοποιίαις, καὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην ὡσαύτως· ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς ἀνάπτειν κενὴν τερατολογίαν οὐχ Ὁμηρικόν. προσπίπτει γάρ, ὡς εἰκός, ὡς πιθανώτερον ἂν οὕτω τις ψεύδοιτο, εἰ καταμίσγοι τι καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν· ὅπερ καὶ Πολύβιός φησι περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης ἐπιχειρῶν· τοιοῦτο δ' ἐστὶ καὶ τὸ

ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα·

οὐ γὰρ πάντα, ἀλλὰ πολλά, ἐπεὶ οὐδ' ἂν ἦν ἐτύμοισιν ὁμοῖα. ἔλαβεν οὖν παρὰ τῆς ἱστορίας τὰς ἀρχάς. καὶ γὰρ τὸν Αἴολον δυναστεῦσαί φασι τῶν περὶ τὴν Λιπάραν νήσων, καὶ τῶν περὶ τὴν Αἴτνην καὶ Λεοντίνην Κύκλωπας καὶ Λαιστρυγόνας ἀξένους τινάς· διὸ καὶ τὰ περὶ τὸν πορθμὸν ἀπροσπέλαστα εἶναι τοῖς τότε, καὶ τὴν Χάρυβδιν καὶ τὸ Σκύλλαιον ὑπὸ λῃστῶν κατέχε-

dum. Est enim fabula Lamia, Gorgo, Incubus, Larva. Et in urbibus habitantes plerique jucundis fabulis ad honestatem excitantur, quum audiunt a poetis fabulose res præclare gestas referri, Herculis puta aut Thesei labores, aut a deis tributos honores; aut profecto quum hujusmodi fictitios eventus picturis, statuis, fictilibusve operibus expressos vident. Iidem avertuntur a vitiis, quum supplicia, terrores et minas divinitus missas aut sermone aut aliqua aspectu horribili figura percipiunt, aut etiam credunt aliquos in talia incidisse. Fieri enim non potest ut mulierum ac promiscuæ turbæ multitudo philosophica oratione excitetur voceturque ad religionem, pietatem et fidem; sed superstitione præterea ad hoc opus est, quæ incuti sine fabularum portentis nequit. Etenim fulmen, ægis, tridens, faces, angues, thyrsi, quæ sunt deorum arma, atque universa prisca theologia, fabulæ sunt : hæc autem receperunt civitatum conditores, quibus veluti larvis insipientum animos terrerent. Proinde fabularum fictio quum talis res sit ac in societatem vitæque formam civilem et verarum cognitionem rerum desinat, veteres institutionem puerilem usque ad perfectam ætatem produxerunt, poeticam formandis ad virtutem omnis ætatis moribus sufficere existimantes. Posterioribus demum temporibus historiæ scriptio et qua hodie utimur philosophia in medium prodierunt. Verum hæc ad paucos pertinet : poetica in publicum utilior est, quæ etiam theatra implere valet, et maxime omnium Homerica poesis. Et quidem primi etiam historici ac naturæ rerum descriptores fabulas scripserunt.

9. Enimvero poeta fabulas ad morum formationem referens, veritatis magna ex parte rationem habuit, interdum tamen etiam mendacio adhibito : veritatem quidem amplectens, mendacio autem demulcens ac gubernans ducis instar multitudinem. Et (*Od.* Z, 232)

Ut faber argento quum circumfunderet aurum,

sic ille veris eventis fabulas adjecit, dictionem ita condiens et ornans, interim, qui historico et vera narranti est propositus, eum ipse quoque ad finem respiciens. Hoc modo Iliacum ille bellum, rem nimirum gestam, sumpsit ac fabularum commentis exornavit, itemque Ulyssis errores. Non enim Homericum est vana fabularum portenta proferre, quæ a nullo vero dependeant. Apparet enim et consentaneum est ita aliquem verisimilius mentiri, si verorum aliquid admisceat : id quod de Ulyssis erroribus disserens etiam Polybius affirmat. Tale est etiam hoc (*Od.* T, 203),

Sic falsa est veris affinia multa locutus.

Non enim omnia falsa dixit, sed *multa* modo dixit : alioqui ea *veris affinia* non fuissent. Accepit ergo principia suæ poeseos ex historia. Nam aiunt Æolum insulis Liparæ adjacentibus imperasse, ac circa Ætnam et Leontinorum regionem Cyclopas incoluisse et Læstrygonas inhospitales quosdam : ita loca freto vicina tum temporis inaccessa fuisse; Charybdin quoque et Scyllæum a latronibus fuisse

σθαι. οὕτω δὲ καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ὑπὸ Ὁμήρου λεγομένων ἐν ἄλλοις τόποις ἱστοροῦμεν· οὕτω δὲ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς οἰκοῦντας τὸν Κιμμερικὸν βόσπορον πρὸς Βορρᾶν καὶ ζοφώδη μετήγαγεν οἰκείως εἰς σκοτεινόν τινα τόπον τὸν καθ' ᾅδην, χρήσιμον ὄντα πρὸς τὴν μυθοποιίαν τὴν ἐν τῇ πλάνῃ. ὅτι δ' οἶδεν αὐτούς, οἱ χρονογράφοι δηλοῦσιν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ τὴν τῶν Κιμμερίων ἔφοδον ἢ κατ' αὐτὸν ἀναγράφοντες.

10. Ὡς δ' αὔτως καὶ τοὺς Κόλχους εἰδὼς καὶ τὸν Ἰάσονος πλοῦν τὸν εἰς Αἶαν καὶ τὰ περὶ Κίρκης καὶ Μηδείας μυθευόμενα καὶ ἱστορούμενα περὶ τῆς φαρμακείας καὶ τῆς ἄλλης ὁμοιοτροπίας, συγγενείας τε ἔπλασε τῶν οὕτω διῳκισμένων, τῆς μὲν ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Πόντου, τῆς δ' ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ ἐξωκεανισμὸν ἀμφοῖν, τάχα καὶ τοῦ Ἰάσονος μέχρι τῆς Ἰταλίας πλανηθέντος· δείκνυται γάρ τινα σημεῖα καὶ περὶ τὰ Κεραύνια ὄρη καὶ περὶ τὸν Ἀδρίαν καὶ ἐν τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ καὶ ταῖς πρὸ τῆς Τυρρηνίας νήσοις τῆς τῶν Ἀργοναυτῶν πλάνης (σημεῖα). προσέδοσαν δέ τι καὶ αἱ Κυάνεαι, ἅσπερ Συμπληγάδας καλοῦσι πέτρας τινές, τραχὺν ποιοῦσαι τὸν διέκπλουν τὸν διὰ τοῦ Βυζαντιακοῦ στόματος· ὥστε παρὰ μὲν τὴν Αἶαν ἡ Αἰαίη, παρὰ δὲ τὰς Συμπληγάδας αἱ Πλαγκταί, καὶ ὁ δι' αὐτῶν πλοῦς τοῦ Ἰάσονος πιθανὸς ἐφάνη· παρὰ δὲ τὴν Σκύλλαν καὶ τὴν Χάρυβδιν ὁ διὰ τῶν σκοπέλων πλοῦς. ἁπλῶς δ' οἱ τότε τὸ πέλαγος τὸ Ποντικὸν ὥσπερ ἄλλον τινὰ ὠκεανὸν ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς πλέοντας ἐκεῖσε ὁμοίως ἐκτοπίζειν ἐδόκουν, ὥσπερ τοὺς ἔξω Στηλῶν ἐπὶ πολὺ προϊόντας· καὶ γὰρ μέγιστον τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνομίζετο, καὶ διὰ τοῦτο κατ' ἐξοχὴν ἰδίως πόντον προσηγόρευον, ὡς ποιητὴν Ὅμηρον. ἴσως οὖν καὶ διὰ τοῦτο μετήνεγκε τὰ ἐκ τοῦ Πόντου πρὸς τὸν ὠκεανὸν ὡς εὐπαράδεκτα διὰ τὴν κατέχουσαν δόξαν. οἶμαι δὲ καὶ τῶν Σολύμων τὰ ἄκρα τοῦ Ταύρου τὰ περὶ τὴν Λυκίαν ἕως Πισιδίας κατεχόντων τὰ ὑψηλότατα, καὶ τὰς ἀπὸ τῆς μεσημβρίας ὑπερβολὰς ἐπιφανεστάτας παρεχόντων τοῖς ἐντὸς τοῦ Ταύρου, καὶ μάλιστα τοῖς περὶ τὸν Πόντον, καθ' ὁμοιότητά τινα καὶ τούτους ἐξωκεανισθῆναι· φησὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλέοντος ἐν τῇ σχεδίᾳ,

τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν κρείων Ἐνοσίχθων
τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδεν.

τάχα δὲ καὶ τοὺς μονομμάτους Κύκλωπας ἐκ τῆς Σκυθικῆς ἱστορίας μετενήνοχε· τοιούτους γάρ τινας τοὺς Ἀριμασπούς φασιν, οὓς ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις ἔπεσιν ἐνδέδωκεν Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος.

11. Δεῖ δὲ ταῦτα προϋποθέμενον σκοπεῖν, τί λέγουσιν οἱ φήσαντες περὶ Σικελίαν ἢ Ἰταλίαν γενέσθαι τῷ Ὀδυσσεῖ τὴν πλάνην καθ' Ὅμηρον, † ἢ μὴ γενέσθαι· ἔστι γὰρ ἀμφοτέρως τοῦτο δέξασθαι, καὶ βέλτιον καὶ χεῖρον. βέλτιον μέν, ἂν οὕτω δέχηταί [τις], ὅτι πεισθεὶς ἐκεῖ τὴν πλάνην τῷ Ὀδυσσεῖ γενέσθαι, λαβὼν ἀληθῆ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ποιητικῶς διεσκεύασε· τοῦτο γὰρ οἰκείως ἂν λέγοιτο περὶ αὐτοῦ, καὶ οὐ μόνον γε περὶ Ἰταλίαν,

insessa: eodemque modo alibi alios habitasse, quorum Homerus meminit, ex historia discimus. Atque ita quum nosset Cimmerios versus septentrionem habitare ad Bosporum Cimmerium, loco caliginoso, transtulit eos opportune in tenebricosum quemdam locum, inferis finitimum, et fabulis de Ulyssis erroribus aptum. Quod autem eos noverit, ex eo liquet, quod vel ejus ætate vel paulo ante ipsum natum Cimmeriorum incursionem annalium scriptores referunt.

10. Sic quum Colchos nosset et Iasonis ad Æam navigationem et quæ de Circe ac Medea feruntur fabulas et historias de earum veneficiis ac reliqua morum similitudine, cognatas eas inter se finxit (quum quidem longissime essent dissitæ, alteraque earum in recessu Ponti, altera in Italia habitaret) et utramque in oceano exteriore collocavit, quum quidem Iason ipse fortasse ad Italiam usque evagatus esset; quædam enim apud Ceraunios montes, circum Adriam, in Posidoniata sinu, et insulis quæ Tyrrheniæ sunt oppositæ, monstrantur indicia peregrinationis Argonauticæ. Contulerunt huc aliquid etiam Cyaneæ, quæ saxa quidam Symplegadas appellant, et quæ asperam exhibent navigantibus per fauces Byzantias navigationem. Sic ex Æa Ææa, ex Symplegadibus Planctæ, et per eas Iasonis iter verisimile habitum est; ex iis autem quæ de Scylla et Charybdi cognita erant, navigatio per istos scopulos. Omnino autem ista ætate mare Ponticum pro oceano quodam secundo habebatur, et qui eo navigassent, non minus procul ab hominibus discessisse putabantur, quam qui procul extra columnas Herculis essent profecti: maximum enim marium nostrorum putabatur, ideoque ob excellentiam Ponti (*maris*) nomen ei est impositum, sicut ob præstantiam Poetæ appellatione Homerus intelligitur. Itaque fortassis Pontica ad oceanum transtulit, ut qui ea ob receptam opinionem facile approbatum iri existimaret. Item, opinor, quum Solymi altissima Tauri juga a Lycia ad Pisidiam usque tenerent, et ex his cacumina versus meridiem sita admodum conspicua essent iis qui intra Taurum habitant, maxime iis qui circa Pontum, similitudine quadam eos quoque ultra oceanum posuit. Sic enim loquitur de Ulysse rate vehente (*Od.* E, 282):

**Ast illum Æthiopum rediens Neptunus ab oris**
**e Solymis longe conspexit montibus.**

Fortassis etiam unoculos istos Cyclopes e Scythica transtulit historia: tales enim ferunt esse Arimaspos quosdam, quos in Arimaspeis carminibus edidit Aristeas Proconnesius.

11. His ita positis, considerandum est quid dicant qui Ulyssem, ita ut Homerus scripsit, ad Siciliam aut Italiam evagatum fuisse asserunt, quique negant: in utramque enim partem sentire licet, recte ac secus. Recte, si quis ita Homero assentiatur, ut qui pro certo habens eo pervenisse Ulyssem, hoc verum argumentum sumptum poetice tractaverit: id enim de eo proprie dici potest, neque circa Italiam modo,

ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων τῆς Ἰβηρίας ἐστὶν εὑρεῖν ἴχνη τῆς ἐκείνου πλάνης καὶ ἄλλων πλειόνων. χεῖρον δέ, ἐάν τις καὶ τὴν διασκευὴν ὡς ἱστορίαν δέχηται, ἐκείνου ὠκεανὸν καὶ Ἅδην καὶ Ἡλίου βόας καὶ παρὰ θεαῖς ξενίας καὶ μεταμορφώσεις καὶ μεγέθη Κυκλώπων καὶ Λαιστρυγόνων καὶ μορφὴν Σκύλλης καὶ διαστήματα πλοῦ καὶ ἄλλα πλείω τοιαῦτα τερατογραφοῦντος φανερῶς. οὔτε δὲ πρὸς τοῦτον ἄξιον ἀντιλέγειν, οὕτω φανερῶς καταψευδόμενον τοῦ ποιητοῦ, καθάπερ οὐδ', εἰ φαίη, τοῦτον τὸν τρόπον γενέσθαι τὸν εἰς τὴν Ἰθάκην κατάπλουν τοῦ Ὀδυσσέως καὶ τὴν μνηστηροφονίαν καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ ἀγροῦ συστᾶσαν μάχην τοῖς Ἰθακησίοις πρὸς αὐτόν· οὔτε πρὸς τὸν δεξάμενον οἰκείως προσπλέκεσθαι δίκαιον.

12. Ὁ Ἐρατοσθένης δὲ πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ἀποφάσεις ἀπήντηκεν οὐκ εὖ. πρὸς μὲν τὴν δευτέραν, ὅτι πειρᾶται διαβάλλειν φανερῶς ψευδῆ καὶ οὐκ ἄξια λόγου διὰ μακρῶν· πρὸς δὲ τὴν προτέραν, ποιητήν τε ἅπαντα ἀποφήνας φλύαρον, καὶ μήτε τόπων ἐμπειρίαν μήτε τεχνῶν πρὸς ἀρετὴν συντείνειν νομίσας· τῶν τε μύθων τῶν μὲν ἐν τόποις οὐ πεπλασμένοις πεφημισμένων, οἷον ἐν Ἰλίῳ καὶ Ἴδῃ καὶ Πηλίῳ, τῶν δὲ ἐν πεπλασμένοις, καθάπερ ἐν οἷς αἱ Γοργόνες ἢ ὁ Γηρυόνης, ταύτης φησὶ τῆς ἰδέας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην λεγομένους, τοὺς δὲ μὴ πεπλάσθαι λέγοντας ἀλλ' ὑποκεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ τοῦ μὴ συμφωνεῖν ἐλέγχεσθαι ψευδομένους· τὰς γοῦν Σειρῆνας τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς Πελωριάδος καθιδρύειν, τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν Σειρηνουσσῶν πλείους ἢ δισχιλίους διεχουσῶν σταδίους· εἶναι δ' αὐτὰς σκόπελον τρικόρυφον διείργοντα τὸν Κύμαιον καὶ Ποσειδωνιάτην κόλπον. ἀλλ' οὐδὲ ὁ σκόπελος οὗτος ἐστὶ τρικόρυφος, οὐθ' ὅλως κορυφοῦται πρὸς ὕψος, ἀλλ' ἀγκών τις ἐκκεῖται μακρὸς καὶ στενὸς ἀπὸ τῶν κατὰ Σύρρεντον χωρίων ἐπὶ τὸν κατὰ Καπρίας πορθμόν, ἐπὶ θάτερα μὲν τῆς ὀρεινῆς τὸ τῶν Σειρήνων ἱερὸν ἔχων, ἐπὶ θάτερα δὲ πρὸς τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ νησίδια τρία προκείμενα ἔρημα πετρώδη, ἃ καλοῦσι Σειρῆνας· ἐπ' αὐτῷ δὲ τῷ πορθμῷ τὸ Ἀθήναιον, ᾧπερ ὁμωνυμεῖ καὶ ὁ ἀγκὼν αὐτός.

13. Ἀλλ' οὔτ', εἰ μὴ συμφωνοῦσιν οἱ τὴν ἱστορίαν τῶν τόπων παραδιδόντες, εὐθὺς ἐκβάλλειν δεῖ τὴν σύμπασαν ἱστορίαν· ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ πιστοῦσθαι τὸ καθόλου μᾶλλόν ἐστιν. οἷον λέγω, ζητουμένου, εἰ κατὰ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν ἡ πλάνη γέγονε, καὶ εἰ αἱ Σειρῆνες ἐνταῦθά που λέγονται, ὁ μὲν φήσας ἐν τῇ Πελωριάδι πρὸς τὸν ἐν ταῖς Σειρηνούσσαις διαφωνεῖ, ἀμφότεροι δὲ πρὸς τὸν περὶ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν λέγοντα οὐ διαφωνοῦσιν, ἀλλὰ καὶ μείζω πίστιν παρέχουσιν· ὅτι, καίπερ μὴ τὸ αὐτὸ χωρίον φράζοντες, ὅμως οὐκ ἐκβεβήκεσάν γε τοῦ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἢ Σικελίαν. ἐὰν δὲ προσθῇ τις, ὅτι ἐν Νεαπόλει Παρθενόπης δείκνυται μνῆμα, μιᾶς τῶν Σειρήνων, ἔτι πλείων προσεγένετο πίστις, καίτοι τρίτου τινὸς λεχθέντος τούτου τοῦ τόπου. ἀλλ' ὅτι ἐν τούτῳ τῷ κόλπῳ, τῷ ὑπὸ Ἐρατοσθένους λεχθέντι Κυμαίῳ, ὃν

sed et usque ad Hispaniæ extrema invenire licet vestigia ipsius errorum aliorumque plurium. Perperam, si quis commenta etiam ejus pro historia putet, oceanum scilicet, inferos, Solis boves, hospitia a deabus præbita, formarum permutationes, vasta Cyclopum et Læstrygonum corpora, formam Scyllæ, spatia navigationis, aliaque id genus plura, quæ Homerus perspicue finxit, portentosa. Qui hæc poetæ inaniter affingit, non magis dignus est contra quem disputes, quam si quis asseveraret Ulyssem ita Ithacam revectum esse, procos occidisse, pugnam cum Ithacensibus in agro conseruisse, uti ea Homerus descripsit: neque vero cum eo litigandum est, qui convenienter poetæ dicta illa accipit.

12. Eratosthenes autem utrique effato non recte occurrit. Posteriori, quod ea quæ perspicue sunt falsa neque verbis digna, conatur multis refellere: priori, dum omnem poetam nugatorem esse et neque locorum neque artium peritiam ad virtutem conducere putat; quumque fabulæ aliæ locis non fictis ascribantur, ut Ilio, Idæ, Pelio; aliæ fictis, in quibus Gorgones, Geryones; hujus ille generis ait esse eas etiam quæ de Ulyssis erroribus narrantur: et qui non ficta ista, sed ut verum assumptum argumentum dicunt, eorum mendacium ipsa ipsorum dissensione detegi: nam Sirenes ab aliis in Peloriade collocari, ab aliis in Sirenussis, quæ duobus amplius stadiorum millibus distent; esse autem eas scopulum tricipitem, qui Cumanum sinum a Posidoniate distinguat. At neque scopulus iste trivertex est, neque omnino in altum extollitur cacumen, sed a Surrento vicinis locis usque ad fretum quod est juxta Capreas, cubito similis quidam terræ flexus longus et angustus interjacet, ab altera montani lateris parte Sirenum fanum habens, ab altera ad Posidoniaten sinum projectas tres exiguas insulas desertas ac saxosas, quæ vocantur Sirenes, et ad fretum ipsum Minervæ templum, a quo nomen habet etiam ille cubitus.

13. Enimvero non, si, qui historiam locorum tradidere, non consentiunt, ideo tota illico abjicienda est historia: quin imo nonnunquam universæ historiæ fidem conciliare ista ex dissensione licet. Verbi gratia, si quæratur, an vagando ad Siciliam et Italiam pervenerit Ulysses, et utrum circum ea loca Sirenes ponantur; is qui eas in Peloriade ponit, ab eo discrepat, qui eas in Sirenussis collocat, uterque autem ab hoc non dissentit, qui circa Siciliam et Italiam eas habitasse dicit, sed ejus dictum eo probabilius ambo faciunt, quod, quamvis de loco non consentiant, tamen ab Italia aut Sicilia non discesserunt. Quodsi quis addat, Neapoli monumentum monstrari Parthenopes, quæ una Sirenum fuit, is adhuc amplius fidei conciliaverit, quanquam tertium hunc locum memoret: sed quod eo in sinu, quem Eratosthenes Cumanum nominat, quem Sirenussæ faciunt,

ποιοῦσιν αἱ Σειρηνοῦσσαι, καὶ ἡ Νεάπολις ἵδρυται, βεβαιοτέρως πιστεύομεν τὸ περὶ τούτους τοὺς τόπους γεγονέναι τὰς Σειρῆνας· οὔτε γὰρ τὸν ποιητὴν ἀκριβῶς ἕκαστα πυθέσθαι, οὔθ' ἡμεῖς παρ' ἐκείνου ζητοῦμεν τὸ ἀκριβές· οὐ μὴν οὐδ' οὕτως ἔχομεν ὡς ὑπολαμβάνειν, καὶ μηδὲν πεπυσμένον περὶ τῆς πλάνης, μήθ' ὅπου μήθ' ὅπως γεγένηται, ῥαψῳδεῖν.

14. Ἐρατοσθένης δὲ Ἡσίοδον μὲν εἰκάζει πεπυσμένον περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης, ὅτι κατὰ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν γεγένηται, πιστεύσαντα τῇ δόξῃ μὴ μόνον τῶν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένων μεμνῆσθαι, ἀλλὰ καὶ Αἴτνης καὶ Ὀρτυγίας, τοῦ πρὸς Συρακούσαις νησίου, καὶ Τυρρηνῶν· Ὅμηρον δὲ μήτε εἰδέναι ταῦτα, μήτε βούλεσθαι ἐν γνωρίμοις τόποις ποιεῖν τὴν πλάνην. πότερον οὖν Αἴτνη μὲν καὶ Τυρρηνία γνώριμα, Σκύλλαιον δὲ καὶ Χάρυβδις καὶ Κίρκαιον καὶ Σειρηνοῦσσαι οὐ πάνυ; ἢ καὶ Ἡσιόδῳ μὲν ἔπρεπε μὴ φλυαρεῖν, ἀλλὰ ταῖς κατεχούσαις δόξαις ἀκολουθεῖν, Ὁμήρῳ δὲ πᾶν, ὅ τι ἂν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἴῃ, κελαδεῖν; χωρὶς γὰρ τῶν λεχθέντων περὶ τοῦ τύπου τῆς πρεπούσης Ὁμήρῳ μυθοποιίας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν συγγραφέων τῶν ταὐτὰ θρυλούντων, καὶ τῆς κατὰ τοὺς τόπους ἐπιχωριαζούσης φήμης διδάσκειν δύναται, διότι ταῦτα οὐ ποιητῶν πλάσματά ἐστιν οὐδὲ συγγραφέων, ἀλλὰ γεγενημένων ἴχνη καὶ προσώπων καὶ πράξεων.

15. Καὶ Πολύβιος δ' ὀρθῶς ὑπονοεῖ τὰ περὶ τῆς πλάνης. τὸν γὰρ Αἴολον, τὸν προσημαίνοντα τοὺς ἔκπλους ἐν τοῖς κατὰ τὸν πορθμὸν τόποις ἀμφιδρόμοις οὖσι καὶ δυσέκπλοις διὰ τὰς παλιρροίας, ταμίαν τε εἰρῆσθαι τῶν ἀνέμων καὶ βασιλέα νενομίσθαι φησί· καθάπερ Δαναὸν μέν, τὰ ὑδρεῖα τὰ ἐν Ἄργει παραδείξαντα, Ἀτρέα δέ, τοῦ ἡλίου τὸν ὑπεναντίον τῷ οὐρανῷ δρόμον, μάντεις τε καὶ ἱεροσκοπουμένους ἀποδείκνυσθαι βασιλέας· τούς θ' ἱερέας τῶν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίους καὶ Μάγους, σοφίᾳ τινὶ διαφέροντας τῶν ἄλλων, ἡγεμονίας καὶ τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν· οὕτω δὲ καὶ τῶν θεῶν ἕνα ἕκαστον, τῶν χρησίμων τινὸς εὑρετὴν γενόμενον, τιμᾶσθαι. ταῦτα δὲ προοικονομησάμενος οὐκ ἐᾷ τὸν Αἴολον ἐν μύθου σχήματι ἀκούεσθαι, οὐδ' ὅλην τὴν Ὀδυσσέως πλάνην· ἀλλὰ μικρὰ μὲν προσμεμυθεῦσθαι καθάπερ καὶ τῷ Ἰλιακῷ πολέμῳ, τὸ δ' ὅλον περὶ Σικελίαν καὶ τῷ ποιητῇ πεποιῆσθαι καὶ τοῖς ἄλλοις συγγραφεῦσιν, ὅσοι τὰ περιχώρια λέγουσι τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. οὐκ ἐπαινεῖ δὲ οὐδὲ τὴν τοιαύτην τοῦ Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν, διότι φησὶ τότ' ἂν εὑρεῖν τινα, ποῦ Ὀδυσσεὺς πεπλάνηται, ὅταν εὕρῃ τὸν σκυτέα τὸν συρράψαντα τὸν τῶν ἀνέμων ἀσκόν. καὶ τοῦτο δ' οἰκείως εἰρῆσθαι τοῖς συμβαίνουσι περὶ τὸ Σκύλλαιον καὶ τὴν θήραν τῶν γαλεωτῶν τὸ ἐπὶ τῆς Σκύλλης·

αὐτοῦ δ' ἰχθυάᾳ σκόπελον περιμαιμώωσα
δελφῖνάς τε κύνας τε, καὶ εἴ ποθι μεῖζον ἕλῃσι
κῆτος.

τοὺς γὰρ θύννους ἀγεληδὸν φερομένους παρὰ τὴν Ἰτα-

etiam sita est Neapolis, ideo firmius credimus circum ea loca Sirenas fuisse. Nam neque poetam omnia accuratissime explorasse puto, neque nos ab eo exactam diligentiam hoc loco requirimus : non tamen ita sumus affecti, ut suspicemur ista eum composuisse nihil compertum de Ulyssis erroribus, ubi locorum, et quomodo evenerint.

14. Porro Eratosthenes Hesiodum conjicit, quum is inaudivisset de Ulyssis erroribus ad Siciliam et Italiam, fidemque opinioni ei adhiberet, non eorum modo fecisse mentionem, quæ ab Homero referuntur, sed et Ætnæ et Ortygiæ, quæ exigua jacet ante Syracusas insula, et Tyrrhenorum : Homerum autem neque cognita ista habuisse, neque errores Ulyssis voluisse locis illustribus ascribere. Quid ergo? Ætna et Tyrrhenia nobilia sunt, Scyllæum, Charybdis, Circæum, Sirenussæ obscura? an Hesiodum quidem decuit non nugari, sed receptas sequi opiniones, Homerum quicquid in buccam veniret effutire? Atqui præter ea quæ de dignis Homero fabularum commentis et eorum ratione diximus, quum scriptorum multitudo eadem perhibentium tum fama quæ iis in locis frequens obtinet, docere potest, hæc non esse poetarum aut scriptorum figmenta, sed vestigia vita functorum hominum ac rerum gestarum.

15. Et Polybius quoque recte interpretatur ea quæ de erroribus Ulyssis Homerus habet. Æolum nempe, qui prædiceret quomodo per fretum navigari posset, quum iis locis ob affluxum ac refluxum maris continuos cursus difficulter teneri fretumque superari queat, ventorum promum dictum fuisse ac regem habitum : quemadmodum Danaus, quod Argis puteorum fossionem docuisset, et Atreus, quod solis cursum cœli conversioni renitentis docuisset, vatesque et sacrorum inspectores reges sunt creati; et apud majores nostros sacerdotibus Ægyptiorum, Chaldæis, Magisque sapientia quadam alios superantibus honores et imperia sunt delata : atque ita etiam unusquisque deorum honores reperit eo quod aliquid utile excogitasset. His Polybius principio disputationis constitutis non patitur Æolum pro fabula omnino accipi, aut universam Ulyssis vagam peregrinationem : sed pauca quædam figmenta eis, ut et bello Iliaco, esse annexa ait; totum vero de Sicilia poetam scripsisse plane ut historicos, qui Italiæ ac Siciliæ vicina loca descripserunt. Neque magis eam Eratosthenis probat sententiam, qua tum denique ille pronunciat inventurum aliquem, ad quæ loca vagando delatus fuerit Ulysses, quum invenerit sutorem, qui utrem ventorum consuerit. Porro quæ de Scylla dixerit Homerus, docet convenire venationi galeotarum, quæ exercetur apud Scyllæum (*Od.* M, 95) :

Hic circum rupem crebro ruit impete Scylla,
delphinos captansque canes, et sicubi major
bellua sese offert.

Etenim thynnos, quum gregatim præter Italiam feruntur,

λίαν, ἐπειδὰν ἐμπέσωσι καὶ κωλυθῶσι τῆς Σικελίας ἅψασθαι, περιπίπτειν τοῖς μείζοσι τῶν ζώων, οἷον δελφίνων καὶ κυνῶν καὶ ἄλλων κητωδῶν· ἐκ δὲ τῆς θήρας αὐτῶν πιαίνεσθαι τοὺς γαλεώτας, οὓς καὶ ξιφίας λέγεσθαι καὶ κύνας φησί. συμβαίνειν γὰρ ταὐτὸν ἐνθάδε καὶ κατὰ τὰς ἀναβάσεις τοῦ Νείλου καὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων, ὅπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ὕλης ἐμπιπραμένης· ἀθροιζόμενα γὰρ τὰ θηρία φεύγειν τὸ πῦρ ἢ τὸ ὕδωρ, καὶ βορὰν γίνεσθαι τοῖς κρείττοσι.

16. Ταῦτα δ' εἰπὼν διηγεῖται τῶν γαλεωτῶν θήραν, ἣ συνίσταται περὶ τὸ Σκύλλαιον· σκοπὸς γὰρ ἐφέστηκε κοινὸς ὑφορμοῦσιν ἐν δικώποις σκαφιδίοις πολλοῖς, δύο καθ' ἕκαστον σκαφίδιον· καὶ ὁ μὲν ἐλαύνει, ὁ δ' ἐπὶ τῆς πρῴρας ἕστηκε δόρυ ἔχων, σημήναντος τοῦ σκοποῦ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ γαλεώτου· φέρεται δὲ τὸ τρίτον μέρος ἔξαλον τὸ ζῷον. συνάψαντος δὲ τοῦ σκάφους, ὁ μὲν ἔπληξεν ἐκ χειρός, εἶτ' ἐξέσπασεν ἐκ τοῦ σώματος τὸ δόρυ χωρὶς τῆς ἐπιδορατίδος· ἀγκιστρώδης τε γάρ ἐστι καὶ χαλαρῶς ἐνήρμοσται τῷ δόρατι ἐπίτηδες, καλῴδιον δ' ἔχει μακρὸν ἐξημμένον. τοῦτ' ἐπιχαλῶσι τῷ τρωθέντι τέως, ἕως ἂν κάμῃ σφαδάζον καὶ ὑποφεῦγον· τότε δ' ἕλκουσιν ἐπὶ τὴν γῆν, ἢ εἰς τὸ σκάφος ἀναλαμβάνουσιν, ἐὰν μὴ μέγα ᾖ τελέως τὸ σῶμα. κἂν ἐκπέσῃ δὲ εἰς τὴν θάλατταν τὸ δόρυ, οὐκ ἀπόλωλεν· ἔστι γὰρ πηκτὸν ἔκ τε δρυὸς καὶ ἐλάτης, ὥστε βαπτιζομένου τοῦ δρυίνου βάρει μετέωρον εἶναι τὸ λοιπὸν καὶ εὐανάληπτον. συμβαίνειν δέ ποτε καὶ τιτρώσκεσθαι διὰ τοῦ σκαφιδίου τὸν κωπηλάτην διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ξίφους τῶν γαλεωτῶν καὶ τὸ τὴν ἀκμὴν τοῦ ζῴου συαγρώδη εἶναι καὶ τὴν θήραν. ἔκ τε δὴ τῶν τοιούτων εἰκάζοι τις ἄν, φησί, περὶ Σικελίαν γενέσθαι τὴν πλάνην κατὰ τὸν Ὅμηρον, ὅτι τῇ Σκύλλῃ προσῆψε τὴν τοιαύτην θήραν, ἣ μάλιστ' ἐπιχώριός ἐστι τῷ Σκυλλαίῳ· καὶ ἐκ τῶν περὶ τῆς Χαρύβδεως λεγομένων ὁμοίων τοῖς τοῦ πορθμοῦ πάθεσι. τὸ δὲ

τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν,

ἀντὶ τοῦ δίς, γραφικὸν εἶναι ἁμάρτημα ἢ ἱστορικόν.

17. Καὶ τὰ ἐν τῇ Μήνιγγι δὲ τοῖς περὶ τῶν Λωτοφάγων εἰρημένοις συμφωνεῖν. εἰ δέ τινα μὴ συμφωνεῖ, μεταβολὰς αἰτιᾶσθαι δεῖν ἢ ἄγνοιαν ἢ καὶ ποιητικὴν ἐξουσίαν, ἣ συνέστηκεν ἐξ ἱστορίας καὶ διαθέσεως καὶ μύθου. τῆς μὲν οὖν ἱστορίας ἀλήθειαν εἶναι τέλος, ὡς ἐν Νεῶν καταλόγῳ τὰ ἑκάστοις τόποις συμβεβηκότα λέγοντος τοῦ ποιητοῦ, τὴν μὲν πετρήεσσαν, τὴν δὲ ἐσχατόωσαν πόλιν, ἄλλην δὲ πολυτρήρωνα, τὴν δ' ἀγχίαλον· τῆς δὲ διαθέσεως ἐνέργειαν εἶναι τὸ τέλος, ὡς ὅταν μαχομένους εἰσάγῃ· μύθου δὲ ἡδονὴν καὶ ἔκπληξιν. τὸ δὲ πάντα πλάττειν οὐ πιθανόν, οὐδ' Ὁμηρικόν· τὴν γὰρ ἐκείνου ποίησιν φιλοσόφημα πάντας νομίζειν, οὐχ ὡς Ἐρατοσθένης φησί, κελεύων μὴ κρίνειν πρὸς τὴν διάνοιαν τὰ ποιήματα, μηδ' ἱστορίαν ἀπ' αὐτῶν ζητεῖν. πιθανώτερόν τε τὸ

ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν

postquam in fretum inciderunt et Siciliam attingere prohibentur, incidere in majores belluas, ut delphinos, canes et alia cetis similia. Ex horum venatione pingues reddi galeotas, quos etiam xiphias et canes dici aiunt. Id enim ibi usu venire et ad Nili aliarumque aquarum ascensus, quod fit igne silva incensa: nam animalia dum ignem aquamve agmine facto fugiunt, præda fiunt robustioribus.

16. His dictis narrat galeotarum venationem, quæ apud Scyllæum habetur. In lembis qui duobus remis agitantur multis bini feruntur propter navium stationem: alter eorum lembum agit, alter hasta armatus in prora stat. Iis omnibus communis in specula est explorator, qui adventum galeotæ indicet: nam tertia sui parte galeota supra mare solet eminere. Quem quum lembus attigit, cominus ille hastam ejus corpori impingit, evellitque relicta in corpore ejus cuspide, quæ hamata est, et dedita opera leviter hastili præfigitur. Ab ea dependet longus funiculus, quem laxant bellua vulnerata, donec palpitando ac subterfugiendo defatigetur: tum ad terram educunt, aut in lembum imponunt, nisi omnino vasto sit corpore. Hastile etiamsi in mare excidat, non perit: est enim compactum ex quercu et abiete, ut, quum pondere pars querna mergitur, reliquum in sublimi exstet ac recipi facile possit. Nonnunquam etiam remigem per ipsum lembum vulnerari ob magnitudinem gladii galeotæ et vim belluæ, cujus et impetus et venatio aprorum similis est. Ex his, inquit, conjicere aliquis possit de Homeri sententia Ulyssem ad Siciliam evagatum fuisse, quum is Scyllæ talem venationem adscribat, quæ maxime familiaris est apud Scyllæum: nec non ex iis quæ Charybdi evenire narrantur similia eorum quæ freto accidunt Illud autem (*Od.* M, 105),

Terque die allidit fluctus,

pro *bis* positum, errore vel scribæ vel historiæ ait factum.

17. Jam quæ in Meninge sunt, ea cum narratione de Lotophagis consentire. Quodsi quæ non congruunt, causam mutationis existimandam esse aut ignorationem, aut licentiam poeticam, quæ constat ex historia cum dispositione et fabula. Historiæ proinde finem esse veritatem: ideo poetam in Recensione navium singulis sua propria locis attribuisse, dum aliam urbem saxosam, aliam in extremo sitam, aliam columbis abundantem, aliam mari vicinam appellat. Finem dispositionis esse efficaciam, ut quum pugnantes introducit. Fabulæ denique voluptatem et terrorem. Omnia autem confingere neque consentaneum, neque Homericum esse: nam Homeri poema omnes scriptum esse philosophicum censere: secus quam Eratostheni visum, qui neget poemata ad rationis principia judicari debere, neque in poematis quæri historiam ullam. Sane probabilius est hunc locum (*Od.* I, 82),

Inde novem totis jactabar multa diebus
venti vi dira non unius,

ἐν βραχεῖ διαστήματι δέχεσθαι (οἱ γὰρ ὀλοοὶ οὐκ εὐθύδρομοι) ἢ ἐξωκεανίζειν, ὡς ἂν οὐρίων πνεόντων συνεχῶς. συνθεὶς δὲ τὸ διάστημα τὸ ἐκ Μαλεῶν ἐπὶ Στήλας σταδίων δισμυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων, εἰ, φησί, τοῦτο θείημεν ἐν ταῖς ἐννέα ἡμέραις διηνύσθαι ἰσοταχῶς, ἑκάστης ἂν ἡμέρας ὁ πλοῦς συμβαίνοι σταδίων δισχιλίων πεντακοσίων. τίς οὖν ἱστόρηκεν ἐκ Λυκίας ἢ Ῥόδου δευτεραῖόν τινα ἀφιγμένον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ὄντος τοῦ διαστήματος σταδίων τετρακισχιλίων; πρὸς δὲ τοὺς ἐπιζητοῦντας, πῶς τρὶς εἰς Σικελίαν ἐλθὼν οὐδ' ἅπαξ διὰ τοῦ πορθμοῦ πέπλευκεν Ὀδυσσεύς, ἀπολογεῖται, διότι καὶ οἱ ὕστερον ἔφευγον ἅπαντες τὸν πλοῦν τοῦτον.

18. Τοιαῦτα μὲν εἴρηκεν. ἔστι δὲ τἆλλα μὲν εὖ λεγόμενα· ὅταν δ' ἀνασκευάζῃ τὸν ἐξωκεανισμόν, καὶ πρὸς ἀκριβῆ μέτρα τὸν τῶν ἡμερῶν πλοῦν ἀνάγῃ καὶ διαστήματα, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπει τῆς ἀνομολογίας. ἅμα μὲν γὰρ παρατίθησι τὰ τοῦ ποιητοῦ ἔπη·

ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν,

ἅμα δ' ἐπικρύπτεται· καὶ γὰρ ταῦτα τοῦ ποιητοῦ,

αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο
νηῦς,

καὶ τὸ

νήσῳ ἐν Ὠγυγίῃ, ὅθι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης·

καὶ ὅτι ἐνταῦθα οἰκεῖ Ἄτλαντος θυγάτηρ· καὶ τὸ περὶ τῶν Φαιάκων,

οἰκέομεν δ' ἀπάνευθε πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
ἔσχατοι· οὐ δέ τις ἄμμι βροτῶν ἐπιμίσγεται ἄλλος.

ταῦτα γὰρ πάντα φανερῶς ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει πλαττόμενα δηλοῦνται. ὁ δὲ ταῦτ' ἐπικρυπτόμενος τὰ φανερῶς λεγόμενα ἀναιρεῖ. τοῦτο μὲν οὖν οὐκ εὖ· τὸ δὲ περὶ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν γεγονέναι τὴν πλάνην ὀρθῶς, καὶ ὑπὸ † τοῦ ποιητοῦ βεβαιοῦται. ἐπεὶ τίς ἔπεισε ποιητὴς ἢ συγγραφεὺς Νεαπολίτας μὲν λέγειν μνῆμα Παρθενόπης τῆς Σειρῆνος, τοὺς δὲ ἐν Κύμῃ καὶ Δικαιαρχίᾳ καὶ Οὐεσουίῳ Πυριφλεγέθοντα καὶ Ἀχερουσίαν λίμνην καὶ νεκυομαντεῖον τὸ ἐν τῷ Ἀόρνῳ καὶ Βαῖον καὶ Μισηνὸν τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινάς; οὕτω δὲ καὶ τὰ περὶ Σειρηνούσσας καὶ τὰ περὶ τὸν πορθμὸν καὶ Σκύλλαν καὶ Χάρυβδιν καὶ Αἴολον· ἅπερ οὔτ' ἀκριβῶς ἐξετάζειν δεῖ οὔτ' ἄρριζα καὶ ἀνέστια ἐᾶν, ἀληθείας μηδὲν προσαπτόμενα μηδ' ὠφελείας ἱστορικῆς.

19. Καὶ αὐτὸς δὲ ὑπονοήσας τοῦτο ὁ Ἐρατοσθένης, ὑπολάβοι τις ἄν, φησί, τὸν ποιητὴν βούλεσθαι μὲν ἐν τοῖς προσεσπερίοις τόποις τὴν πλάνην τῷ Ὀδυσσεῖ ποιεῖν, ἀποστῆναι δ' ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων, τὰ μὲν οὐκ ἀκριβῶς πεπυσμένον, τὰ δὲ οὐδὲ προελόμενον οὕτως, ἀλλ' ἐπὶ τὸ δεινότερον καὶ τὸ τερατωδέστερον ἕκαστα ἐξάγειν. τοῦτο μὲν αὐτὸ εὖ, τὸ δ' οὗ χάριν τοῦτ' ἐποίει κακῶς δεξάμενος· οὐ γὰρ φλυαρίας, ἀλλ' ὠφελείας χάριν. ὥστε δίκαιός ἐστιν ὑπέχειν λόγον καὶ περὶ τούτου καὶ διότι φησὶ τὰ πόρρω τερατολογεῖσθαι μᾶλλον διὰ τὸ

de non longo itinere exponi (venti enim diri seu perniciosi non faciunt ad cursum rectum tenendum), quam extra oceanum hoc temporis spatio navigatum fuisse comminisci, perinde ac si secundis usus ille esset ventis. At Polybius, supputato quod est a Maleis ad Herculis columnas spatio viginti duorum millium ac quingentorum stadiorum, si (inquit) hoc eum novem his diebus æquali in singulos portione ponamus confecisse, quotidie eum navigasse bis mille ac quingenta stadia consequetur. Atqui, inquit, quis unqua.. perhibuit e Lycia aut Rhodo aliquem biduo Alexandriam navigio esse pervectum, quod non ultra quattuor millium stadiorum est intervallum? Iis etiam qui quærunt, cur Ulysses, quum ter in Siciliam advenerit, ne semel quidem tamen dicatur per fretum navigasse, respondet, posteriores quoque ab hac navigatione omnes sibi cavisse.

18. Hæc ille. Quorum alia quidem recte dixit: quum autem refutare conatur Oceani ingressum, et ad accuratam mensuræ intervallorumque rationem revocat navigationem singulorum dierum, summa cum inconstantia agit. Simul enim et citat poetæ versus:

Inde novem totis jactabar multa diebus
venti vi dira non unius,

et simul alia supprimit. Sunt enim et hæc poetæ (*Od.* N, 1):

Navis ut Oceani fluvii est egressa fluenta;

et (*Od.* A, 50),

Insula in Ogygia, maris hic medioximus umbo est,

ubi et filiam Atlantis ait habitare. Item de Phæacibus (*Od.* Z, 204):

Extremique hominum maris ad vada salsa seorsum
degimus, ac nobiscum nemo negotia miscet.

Hæc enim omnia manifesto in Atlantico ficta mari monstrantur: quibus ille dissimulatis ea quæ perspicue dicta sunt, refellit, male id quidem. Recte autem hoc, circa Siciliam et Italiam vagatum esse Ulyssem, quod * nominibus impositis confirmatur. Quis enim poeta aut scriptor persuasisset Neapolitanis, ut monumentum Parthenopæ Sirenis jactarent: Cumanis, Dicæarchiæ et ad Vesuvium degentibus, ut Pyriphlegethontem, lacum Acherusium, et oraculum defunctorum in Aorno, tum Baium ac Misenum quosdam de Ulyssis comitibus memorarent? Eodemque modo res habet de Sirenussis, iis quæ circa fretum sunt, de Scylla, Charybdi et Æolo: quæ neque ad vivum resecanda sunt, neque relinquenda ut radicis ac fundamenti expertia, quæ neque cum veritate quicquam neque cum utilitate historica habeant commune.

19. Quod ipsum ipse subodoratus Eratosthenes, suspicari inquit, aliquis possit poetam voluisse errores Ulyssis occidentalibus regionibus ascribere, sed descivisse ab iis quæ erant pro veris ponenda, partim quod ea non accurate cognovisset, partim quod non, uti erant, sed portentosius et terribilius quæque efferre instituisset. Recte quidem pronunciavit, quid ille, sed cur fecerit, male interpretatus est: non enim nugari Homerus, sed prodesse voluit. Itaque et hoc nomine merito culpandus Eratosthenes, et quod eum de remotis potissimum ait fabulas finxisse monstrosas, quod

εὐκατάψευστον. πολλοστὸν γὰρ μέρος ἐστὶ τὰ πόρρω τερατολογούμενα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ ἐγγὺς τῆς Ἑλλάδος· οἷα δὴ τὰ κατὰ τοὺς Ἡρακλέους ἄθλους καὶ Θησέως καὶ τὰ ἐν Κρήτῃ καὶ Σικελίᾳ μυθευόμενα καὶ ταῖς ἄλλαις νήσοις, καὶ τὰ περὶ τὸν Κιθαιρῶνα καὶ Ἑλικῶνα καὶ Παρνασσὸν καὶ Πήλιον καὶ τὴν Ἀττικὴν ὅλην καὶ Πελοπόννησον· οὐδείς τε ἐκ τῶν μύθων ἄγνοιαν αἰτιᾶται τῶν μυθοποιῶν. ἔτι δέ, ἐπεὶ οὐ πάντα μυθεύουσιν, ἀλλὰ πλείω προσμυθεύουσι, καὶ μάλιστα Ὅμηρος, [ὁ] ζητῶν τί οἱ παλαιοὶ προσμυθεύουσιν οὐ ζητεῖ, εἰ τὰ προσμυθευόμενα ὑπῆρξεν ἢ ἐστίν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον, οἷς προσμυθεύεται τόποις ἢ προσώποις, περὶ ἐκείνων ζητεῖ τἀληθές· οἷον τὴν Ὀδυσσέως πλάνην, εἰ γέγονε, καὶ ποῦ.

20. Τὸ δ' ὅλον οὐκ εὖ, τὸ τὴν Ὁμήρου ποίησιν εἰς ἓν συνάγειν τῇ τῶν ἄλλων ποιητῶν εἴς τε τἆλλα καὶ εἰς αὐτὰ τὰ νῦν προκείμενα, τὰ τῆς γεωγραφίας, καὶ μηδὲν αὐτῷ πρεσβεῖον ἀπονέμειν. καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο, τόν γε Τριπτόλεμον τὸν Σοφοκλέους ἢ τὸν ἐν ταῖς Βάκχαις ταῖς Εὐριπίδου πρόλογον ἐπελθόντα καὶ παραβαλόντα τὴν Ὁμήρου περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιμέλειαν, *ῥᾷον ἦν αἰσθέσθαι τὴν ὑπερβολήν, ἢ τὴν διαφοράν. ὅπου γὰρ χρεία τάξεως ὧν μέμνηται τόπων, φυλάττει τὴν τάξιν ὁμοίως μὲν τῶν Ἑλληνικῶν, ὁμοίως δὲ τῶν ἄπωθεν·

Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον.
Ἥρη δ' ἀΐξασα λίπεν ῥίον Οὐλύμποιο,
Πιερίην δ' ἐπιβᾶσα καὶ Ἠμαθίην ἐρατεινὴν
σεύατ' ἐφ' ἱπποπόλων Θρῃκῶν ὄρεα νιφόεντα·
ἐξ Ἀθόω δ' ἐπὶ πόντον.

καὶ ἐν τῷ Καταλόγῳ τὰς μὲν πόλεις οὐχ ἑξῆς λέγει· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον· τὰ δὲ ἔθνη ἑξῆς. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄπωθεν·

Κύπρον Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς
Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς
καὶ Λιβύην·

ὅπερ καὶ Ἵππαρχος ἐπισημαίνεται. οἱ δ', ἐφ' ὧν τάξεως χρεία, ὁ μὲν τὸν Διόνυσον ἐπιόντα τὰ ἔθνη φράζων, ὁ δὲ τὸν Τριπτόλεμον τὴν κατασπειρομένην γῆν, τὰ μὲν πολὺ διεστῶτα συνάπτουσιν ἐγγύς, τὰ δὲ συνεχῆ διασπῶσι·

λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας
Φρυγῶν τε Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας
Βάκτριά τε τείχη, τήν τε δύσχειμον χθόνα
Μήδων ἐπελθὼν Ἀραβίαν τ' εὐδαίμονα.

τοιαῦτα δὲ καὶ ὁ Τριπτόλεμος ποιεῖ. κἂν τοῖς κλίμασι δὲ κἂν τοῖς ἀνέμοις διαφαίνει τὸ πολυμαθὲς τὸ περὶ τὴν γεωγραφίαν Ὅμηρος, ἐν ταῖς τοποθεσίαις λέγων ἅμα καὶ ταῦτα πολλαχοῦ·

αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται
πρὸς ζόφον· αἱ δέ τ' ἄνευθε πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε.
δύω δέ τέ οἱ θύραι εἰσίν,

de iis mentiri esset expeditius. Etenim quæ de longinquis sunt apud poetam fabulæ, perexigua sunt eorum pars, quæ in ipsa Græcia et vicinis Græciæ locis fabulosa ponuntur, ut quæ sunt de Herculis et Thesei laboribus, de actis in Creta, Sicilia, aliisque insulis, de Cithærone, Helicone, Parnasso, Pelio, totaque Attica et Peloponneso. Neque quisquam ob fabulas scriptores earum ignorationis accusat. Præterea quum non omnia fingant poetæ, sed multa fabulosa veris affingant, Homerus inprimis: is qui quærit, quasnam antiqui fabulas addiderint, non disquirit quæ afficta sunt an exstiterint necne: sed in iis potius aut locis aut personis exquirit veritatem, quibus fabulosa affinguntur: sic quæri utrum Ulysses vagatus sit, et ubinam locorum.

20. In universum autem illud est vitiosum, quod Homeri et reliquorum poetarum scripta eodem omnia habet in numero, quum in aliis, tum in his etiam, quæ nunc tractamus, geographicis, neque quicquam præstantiæ adscribit Homero. Nam, absque cetera essent, saltem qui Sophoclis Triptolemum, aut prologum Baccharum Euripidis legeret, cumque iis Homeri industriam in terrarum situ describendo compararet, facile, quantum alter alteri præstaret, aut differret certe, poterat cognoscere. Ubi enim ordo requiritur locorum quæ commemorantur, ordinem Homerus servavit, non minus in remotorum, quam in Græcanicorum mentione. (*Od.* Λ, 314):

Conati magno sunt Ossam imponere Olympo,
frondosum celsæque imponere Pelion Ossæ;

et (*Il.* Ξ, 225),

Proruit excelsi Juno de vertice Olympi,
atque a Pieria Emathiæ per rura profecta
Threiciæ montes accessit diva nivosos:
hinc ab Atho pontum petiit.

Et in Navium enumeratione urbes quidem ordine non refert: neque enim erat necesse: nationes autem serie memorat recta. Itemque de longinquis (*Od.* Δ, 83):

Cyprum, Phœnicenque, per Ægyptumque vagatus
Æthiopes adii, tum Sidonios, et Erembos,
et Libyam:

quod et Hipparchus annotavit. Illi vero, ubi ordo requirebatur, Euripides Bacchum, ut obierit varias gentes, narrantem introducens, Sophocles Triptolemum terras a se consitas, longe divulsa conjungunt, et cohærentia divellunt (*Eur. Bacch.* 13):

Lydorum abundans auro peragravi solum,
Phrygiamque, et sole tacta plana Persidis,
et Bactra, Medorumque frigidam plagam,
et Arabiam felicem.

Eodemque modo Triptolemus. Sed et commemorandis locorum naturis ac ventis Homerus magnam geographiæ demonstrat peritiam, in descriptione locorum simul etiam hæc sæpe indicans (*Od.* I, 25, *de Ithaca*):

Illa humilis, sed in extremo jacet insula ponto
obscuris obversa plagis: nam solis ad ortum
auroramque aliæ spectant;

et (*Od.* N, 109),

. . . . Portæ sunt geminæ, Boream aspicit illa,

αἱ μὲν πρὸς Βορέαν,
αἱ δ' αὖ πρὸς Νότον.
εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,
εἴτ' ἐπ' ἀριστερά τοί γε ποτὶ ζόφον.

καὶ μὴν τὴν ἄγνοιάν γε τῶν τοιούτων τελείαν ἡγεῖται σύγχυσιν τῶν ἁπάντων·

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν, ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς,
οὐδ' ὅπῃ ἠέλιος.

κἀνταῦθα δ' εἰπόντος εὖ τοῦ ποιητοῦ,

Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον,

οὐκ εὖ δεξάμενος [ὁ] αὐτὸς συκοφαντεῖ, ὡς καθόλου λέγοντος, ὅτι ὁ Ζέφυρος ἐκ Θρᾴκης πνεῖ, ἐκείνου λέγοντος οὐ καθόλου, ἀλλ' ὅταν κατὰ τὴν Θρᾳκίαν θάλασσαν συμπέσωσι περὶ τὸν Μέλανα κόλπον αὐτοῦ τοῦ Αἰγαίου μέρος οὖσαν. ἐπιστροφὴν γὰρ λαμβάνει πρὸς νότον ἀκρωτηριάζουσα ἡ Θρᾴκη, καθ' ἃ συνάπτει τῇ Μακεδονίᾳ, καὶ προπίπτουσα εἰς τὸ πέλαγος, τοὺς Ζεφύρους ἐντεῦθεν πνέοντας ἀποφαίνει τοῖς ἐν Θάσῳ καὶ Λήμνῳ καὶ Ἴμβρῳ καὶ Σαμοθρᾴκῃ καὶ τῇ περὶ αὐτὰς θαλάττῃ, καθάπερ καὶ τῇ Ἀττικῇ ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν, ἀφ' ὧν καὶ Σκείρωνες καλοῦνται οἱ Ζέφυροι, καὶ μάλιστα οἱ Ἀργέσται. οὐκ ἐνόησε δὲ τοῦτο Ἐρατοσθένης, ὑπενόησε δ' ὅμως. αὐτὸς γοῦν ἐξηγεῖται τὴν ἐπιστροφήν, ἣν λέγω, τῆς χώρας· ὡς καθόλου οὖν δέχεται, εἶτ' ἀπειρίαν αἰτιᾶται τοῦ ποιητοῦ, ὡς τοῦ Ζεφύρου μὲν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας πνέοντος καὶ τῆς Ἰβηρίας, τῆς δὲ Θρᾴκης ἐκεῖσε μὴ διατεινούσης. πότερον οὖν τὸν Ζέφυρον ἀγνοεῖ ἀπὸ ἑσπέρας πνέοντα; ἀλλ' ὅταν οὕτω φῇ, φυλάττει τὴν οἰκείαν αὐτοῦ τάξιν·

σὺν δ' Εὖρός τε Νότος τε πέσον Ζέφυρός τε δυσαὴς
καὶ Βορέης·

ἢ τὴν Θρᾴκην οὐκ οἶδε μὴ προπίπτουσαν πέραν τῶν Παιονικῶν καὶ Θετταλικῶν ὀρῶν; ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν ἐφεξῆς κατὰ τοὺς Θρᾷκας εἰδώς, καὶ (οὐ) κατονομάζων τήν τε παραλίαν καὶ τὴν μεσόγαιαν Μάγνητας μέν τινας καὶ Μαλιεῖς καὶ τοὺς ἐφεξῆς Ἕλληνας καταλέγει μέχρι Θεσπρωτῶν, ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς Παίοσι τοὺς ὁμόρους Δόλοπας καὶ Σελλοὺς περὶ Δωδώνην μέχρις Ἀχελώου· Θρᾳκῶν δ' οὐ μέμνηται περαιτέρω. εὐεπιφόρως δὲ ἔχει πρὸς τὴν ἐγγυτάτην καὶ γνωριμωτάτην ἑαυτῷ θάλατταν, ὡς καὶ ὅταν φῇ·

κινήθη δ' ἀγορὴ ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης
πόντου Ἰκαρίοιο.

21. Εἰσὶ δέ τινες, οἵ φασιν εἶναι δύο τοὺς κυριωτάτους ἀνέμους, Βορέαν καὶ Νότον, τοὺς δὲ ἄλλους κατὰ μικρὰν ἔγκλισιν διαφέρειν· τὸν μὲν ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν Εὖρον, χειμερινῶν δὲ Ἀπηλιώτην· δύσεων δὲ θερινῶν μὲν Ζέφυρον, χειμερινῶν δὲ Ἀργέστην. τοῦ δὲ δύο εἶναι τοὺς ἀνέμους ποιοῦνται μάρτυρας Θρασυάλκην

illa Notum. . . .
et (*Il.* M, 239),

Sive illæ dextra volitant Titanis ad ortum
auroramque, petunt læva seu parte tenebras.

Et quidem horum ignorationem, supremam omnium confusionem judicat (*Od.* K, 190):

O socii, neque enim qua sit sedes tenebrarum,
scimus, quaque aurora, jubar qua solis.

Præterea quum id quoque recte sit a poeta dictum (*Il.* I, 5),

Cum Zephyro Boreas Thracum de finibus acer
spirantes,

non recte id accipiens Eratosthenes calumniatur, quasi Homerus in universum pronunciarit Favonium e Thracia spirare: quod ille non dicit, sed tum demum, quum venti hi concurrunt ad Melanem (seu nigrum) sinum Thracii maris, quod Ægæi pars est. Nam Thracia, qua Macedoniæ committitur, in mare procurrens versus Austrum flectitur; eoque fit ut Zephyri inde videantur spirare Thaso, Lemno, Imbro et Samothracæ, ac mari quo illæ alluuntur: sicut et Atticæ spirare videntur a Scironiis saxis, unde etiam Zephyri Scirones vocantur, maxime Cauri. Id non sensit Eratosthenes, est tamen suspicatus. Ipse enim eam, quam dixi, Thraciæ inclinationem refert: quumque verba poetæ absolute de Zephyro ab occasu spirante acciperet, imperitiæ eum arguit, eo quod ab occasu et Iberia spiret is ventus, quo Thracia non pertinet. Quasi vero nesciverit ab occasu flare Favonium Homerus, qui suum ei proprium locum in his versibus adscripsit (*Od.* E, 295):

Una Eurusque, Notusque ruunt, Zephyrusque maligno
flamine, tum Boreas:

aut quasi nesciverit Thraciam non protendi ultra Pæonicos et Thessalicos montes. At vero ille quæ post Thraces ordine sequuntur gentes et maritimas et mediterraneas novit, ac nominatim expressit: Magnetas aliquos, Malienses, et qui sequuntur deinceps Græcos usque ad Thesprotos: item finitimos Pæonibus Dolopes, et Sellos circa Dodonam usque ad Acheloum: Thraces autem ultra non commemoravit. Sed proximum et notissimum sibi mare libenter nominat, ut quando dicit (*Il.* B, 144):

Concio tunc undæ velut exagitata marinæ est
Icarii pelagi.

21. Sunt etiam qui duos præcipuos ventos faciant, Boream ac Austrum, a quibus reliqui parva differant inclinatione, Eurus ab æstivo ortu, Subsolanus ab hiberno; Favonius ab occasu æstivo, ab hiberno Caurus. Atque duos esse ventos confirmant quum Thrasyalcis testimonio, tum

προσῆψεν, ὃν τῶν πάντων μάλιστα ἀρετῇ πάσῃ κοσμεῖ· οὗτος γὰρ αὐτῷ

πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω,

οὗτός τε ὁ

εἰδὼς παντοίους τε δόλους καὶ μήδεα πυκνά.

οὗτος δ' ὁ «πτολίπορθος» ἀεὶ λεγόμενος καὶ τὸ Ἴλιον ἑλὼν

βουλῇ καὶ μύθοισι καὶ ἠπεροπηίδι τέχνῃ·
τούτου γ' ἑσπομένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
ἄμφω νοστήσαιμεν,

φησὶν ὁ Διομήδης. καὶ μὴν ἐπί γε τῇ γεωργίᾳ σεμνύνεται· καὶ γὰρ ἐν ἀμητῷ,

ἐν ποίῃ δρέπανον μὲν ἐγὼν εὐκαμπὲς ἔχοιμι,
καὶ δὲ σὺ τοῖον ἔχοις·

καὶ ἐν ἀρότῳ,

τῷ κέ μ' ἴδοις, εἰ ὦλκα διηνεκέα προταμοίμην.

καὶ οὐχ Ὅμηρος μὲν οὕτω φρονεῖ περὶ τούτων, οὐχὶ δὲ πάντες οἱ πεπαιδευμένοι μάρτυρι χρῶνται τῷ ποιητῇ, ὡς ὀρθῶς λέγοντι, περὶ τοῦ τὴν τοιαύτην ἐμπειρίαν εἰς φρόνησιν συντείνειν μάλιστα.

5. Ἡ δὲ ῥητορικὴ φρόνησίς ἐστι δήπου περὶ λόγους· ἣν ἐπιδείκνυται παρ' ὅλην τὴν ποίησιν Ὀδυσσεὺς ἐν τῇ Διαπείρᾳ, ἐν ταῖς Λιταῖς, ἐν τῇ Πρεσβείᾳ, ἐν ᾗ φησίν·

ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος εἵη
καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν,
οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆί γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος.

τίς ἂν οὖν ὑπολάβοι τὸν δυνάμενον ποιητὴν εἰσάγειν ῥητορεύοντας ἑτέρους καὶ στρατηγοῦντας καὶ τὰ ἄλλα ἐπιδεικνυμένους τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα, αὐτὸν εἶναι τῶν φλυάρων ἕνα καὶ τῶν θαυματοποιῶν, γοητεύειν μόνον καὶ κολακεύειν τὸν ἀκροατὴν δυνάμενον, ὠφελεῖν δὲ μηδέν; πότερον δ' (οὐδ') ἀρετὴν ποιητοῦ λέγοιμεν ἂν ἡντινοῦν ἄλλην, ἢ τὴν μιμητικὴν τοῦ βίου διὰ λόγων; πῶς ἂν οὖν μιμοῖτο ἄπειρος ὢν τοῦ βίου καὶ ἄφρων; οὐ γὰρ οὕτω φαμὲν τὴν τῶν ποιητῶν ἀρετὴν ὡς ἢ τεκτόνων ἢ χαλκέων· ἀλλ' ἐκείνη μὲν οὐδενὸς ἔχεται καλοῦ καὶ σεμνοῦ, ἡ δὲ ποιητοῦ συνέζευκται τῇ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν γενέσθαι ποιητήν, μὴ πρότερον γενηθέντα ἄνδρα ἀγαθόν.

6. Τὸ δὲ δὴ καὶ τὴν ῥητορικὴν ἀφαιρεῖσθαι τὸν ποιητὴν τελέως ἀφειδοῦντος ἡμῶν ἐστι. τί γὰρ οὕτω ῥητορικόν, ὡς φράσις; τί δ' οὕτω ποιητικόν; τίς δ' ἀμείνων Ὁμήρου φράσαι; νὴ Δία, ἀλλ' ἑτέρα φράσις ἡ ποιητική. τῷ γε εἴδει, ὡς καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ποιητικῇ ἡ τραγικὴ καὶ ἡ κωμική· καὶ ἐν τῇ πεζῇ ἡ ἱστορικὴ καὶ ἡ δικανική. ἆρα γὰρ οὐδ' ὁ λόγος ἐστὶ γενικός, οὗ εἴδη ὁ ἔμμετρος καὶ ὁ πεζός; ἢ λόγος μέν, ῥητορικὸς δὲ λόγος οὐκ ἔστι γενικὸς καὶ φράσις καὶ ἀρετὴ λόγου; ὡς δ' εἰπεῖν, ὁ πεζὸς λόγος, ὅ γε κατεσκευασμένος, μίμημα τοῦ ποιητικοῦ ἐστι. πρώτιστα γὰρ ἡ ποιητικὴ κατα-

omni virtute exornat, attribuit. Hic enim ipso referente (*Od.* A, 3)

**Multorum mores hominum cognovit et urbes;**

is est (*Il.* Γ, 202)

Consilioque dolis variisque instructus abunde;

is est, quem subinde *urbis eversorem* vocat, et qui Ilium cepit

Consilio, verbisque, et vafræ fraudibus artis;

et (*Il.* K, 246),

Hoc comite ex igni sospes flagrante revertar,

inquit Diomedes. Idem Ulysses et de agricultura gloriatur: in messe quidem inquit (*Od.* Σ, 367):

Curva mihi viridi falx si tribuatur in herba,
atque tibi similis;

et in aratione (*ib.* 374),

Tunc me continuum videas proscindere sulcum.

Neque vero Homerus tantum ita sensit de his rebus, sed eruditi omnes testimonio ipsius, tanquam recte disserentis, confirmant hujusmodi peritiam ad prudentiam plurimum conducere.

5. Jam quum oratoria prudentia in oratione versetur, eam Ulysses per totam poesin exserit, in Tentatione (*libro II Iliadis*), in Precibus (*libro IX Iliadis*), in Legatione, in qua de eo scribitur (*Il.* Γ, 221),

At simul emisit magnam de pectore vocem,
hibernis fudit nivibusque simillima verba,
eloquio jam nemo hominum certarit Ulyssi.

Quis vero unquam opinetur poetam, qui introducere possit homines artificiose disserentes, et exercitus prudenter ductantes, ceteraque virtutis officia obeuntes, ipsum de nugatoribus ac præstigiatoribus aliquem esse, qui tantum decipere præstigiis et adulando mulcere auditorem, nihil autem ei utilitatis afferre possit? An autem alia poetæ virtus ulla est, quam ut oratione vitam humanam imitatam exprimat? Qui vero id præstet, vitæ ipse imperitus atque imprudens? Non enim eodem modo poetæ, quo fabrorum aut ærariorum præstantiam censemus: quum hæc nihil honestum aut venerabile consectetur, poetæ autem virtus hominis cum virtute sit conjuncta, neque bonus fieri possit poeta, qui non prius vir bonus exstiterit.

6. Is autem qui rhetoricam poetis adimit, plane nos deridet. Quid enim elocutione oratori, quid poetæ magis convenit? et quis Homero in eloquendo præferendus? Sed, per Jovem, alia est dictio poetica. Sed ut species solummodo diversa; et in ipsa poetica alia est dictio tragica, alia comica, ut in soluta aliam historicam, aliam forensem statuimus. Nonne autem oratio genus est, cujus species sunt metrica et soluta oratio? an oratio quidem, non autem rhetorica oratio genus est, et elocutio, et virtus orationis? Imo, ut dicam quod res est, pedestris oratio, quæ quidem sit arte parata, poeseos est imitatio. Primo

σκευὴ παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον καὶ εὐδοκίμησεν· εἶτα ἐκείνην μιμούμενοι, λύσαντες τὸ μέτρον, τἆλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον καὶ Φερεκύδη καὶ Ἑκαταῖον· εἶτα οἱ ὕστερον, ἀφαιροῦντες ἀεί τι τῶν τοιούτων, εἰς τὸ νῦν εἶδος κατήγαγον, ὡς ἂν ἀπὸ ὕψους τινός· καθάπερ ἄν τις καὶ τὴν κωμῳδίαν φαίη λαβεῖν τὴν σύστασιν ἀπὸ τῆς τραγῳδίας, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν ὕψους καταβιβασθεῖσαν εἰς τὸ λογοειδὲς νυνὶ καλούμενον. καὶ τὸ ἀείδειν δὲ ἀντὶ τοῦ φράζειν τιθέμενον παρὰ τοῖς πάλαι ταὐτὸ τοῦτο ἐκμαρτυρεῖ, διότι πηγὴ καὶ ἀρχὴ φράσεως κατεσκευασμένης καὶ ῥητορικῆς ὑπῆρξεν ἡ ποιητική. αὕτη γὰρ προσεχρήσατο τῷ μέλει κατὰ τὰς ἐπιδείξεις· τοῦτο δ' ἦν ᾠδὴ ἢ λόγος μεμελισμένος· ἀφ' οὗ δὴ ῥαψῳδίαν τ' ἔλεγον καὶ τραγῳδίαν καὶ κωμῳδίαν. ὥστ' ἐπειδὴ τὸ φράζειν πρώτιστα ἐπὶ τῆς ποιητικῆς ἐλέγετο φράσεως, αὕτη δὲ μετ' ᾠδῆς [ἦν], τὸ ἀείδειν (αὐτοῖς) τὸ αὐτὸ τῷ φράζειν ὑπῆρξε παρ' ἐκείνοις. καταχρησαμένων δ' αὐτῶν θατέρῳ καὶ ἐπὶ τοῦ πεζοῦ λόγου, καὶ ἐπὶ θάτερον ἡ κατάχρησις διέβη. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ πεζὸν λεχθῆναι τὸν ἄνευ τοῦ μέτρου λόγον ἐμφαίνει τὸν ἀπὸ ὕψους τινὸς καταβάντα καὶ ὀχήματος εἰς τοὔδαφος.

7. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ σύνεγγυς μόνον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης εἴρηκε, καὶ τὰ ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ τῶν πόρρω πολλὰ λέγει, καὶ δι' ἀκριβείας Ὅμηρος καὶ μᾶλλόν γε τῶν ὕστερον μυθολογεῖται, οὐ πάντα τερατευόμενος, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐπιστήμην ἀλληγορῶν ἢ διασκευάζων ἢ δημαγωγῶν ἄλλα τε καὶ τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην· περὶ ἧς πολλὰ διαμαρτάνει, τούς τ' ἐξηγητὰς φλυάρους ἀποφαίνων καὶ αὐτὸν τὸν ποιητήν· περὶ ὧν ἄξιον εἰπεῖν διὰ πλειόνων.

8. Καὶ πρῶτον ὅτι τοὺς μύθους ἀπεδέξαντο οὐχ οἱ ποιηταὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ πόλεις πολὺ πρότερον καὶ οἱ νομοθέται τοῦ χρησίμου χάριν, βλέψαντες εἰς τὸ φυσικὸν πάθος τοῦ λογικοῦ ζῴου· φιλειδήμων γὰρ ἄνθρωπος· προοίμιον δὲ τούτου τὸ φιλόμυθον· ἐντεῦθεν οὖν ἄρχεται τὰ παιδία ἀκροᾶσθαι καὶ κοινωνεῖν λόγων ἐπὶ πλεῖον. αἴτιον δ', ὅτι καινολογία τίς ἐστιν ὁ μῦθος, οὐ τὰ καθεστηκότα φράζων, ἀλλ' ἕτερα παρὰ ταῦτα· ἡδὺ δὲ τὸ καινὸν καὶ ὃ μὴ πρότερον ἔγνω τις· τοῦτο δ' αὐτό ἐστι καὶ τὸ ποιοῦν φιλειδήμονα. ὅταν δὲ προσῇ καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ τὸ τερατῶδες, ἐπιτείνει τὴν ἡδονήν, ἥπερ ἐστὶ τοῦ μανθάνειν φίλτρον. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἀνάγκη τοιούτοις δελέασι χρῆσθαι, προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων μάθησιν ἄγειν, ἤδη τῆς διανοίας ἐρρωμένης καὶ μηκέτι δεομένης κολάκων. καὶ ἰδιώτης δὲ πᾶς καὶ ἀπαίδευτος τρόπον τινὰ παῖς ἐστι φιλομυθεῖ τε ὡσαύτως· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πεπαιδευμένος μετρίως· οὐδὲ γὰρ οὗτος ἰσχύει τῷ λογισμῷ, πρόσεστι δὲ καὶ τὸ ἐκ παιδὸς ἔθος. ἐπεὶ δ' οὐ μόνον ἡδύ, ἀλλὰ καὶ φοβερὸν τὸ τερατῶδες, ἀμφοτέρων ἐστὶ τῶν εἰδῶν χρεία πρός τε τοὺς παῖδας καὶ τοὺς ἐν ἡλικίᾳ· τοῖς τε γὰρ παισὶ προσφέρομεν τοὺς ἡδεῖς μύθους εἰς προτροπήν, εἰς ἀποτροπὴν δὲ τοὺς φοβερούς. ἥ τε γὰρ Λά-

enim omnium poeticus apparatus in medium prodiit, approbationemque meruit : postea eum imitantes, mensura dissoluta, reliquis poeticis conservatis, sua conscripserunt Cadmus, Pherecydes atque Hecatæus : deinde posteriores subinde aliquid tale subtrahentes, orationem ad hanc, qua nunc usurpatur, formam deduxerunt, veluti de sublimi quodam statu; perinde ac si quis diceret, comœdiam esse a tragœdia procreatam, hujus sublimitate depressa usque ad eam formam, quæ nunc prosæ vocatur orationi similis. Jam quod veteres vocabulo *canendi* pro voce *dicendi* usi sunt, hoc ipsum testatum facit, fontem et principium orationis artificiosæ atque rhetoricæ fuisse poeticam. Hæc enim quum in publicum prodiret, cantum adhibuit; fuitque hoc *oda* seu carmen, id est oratio cantilenæ accommodata, unde rhapsodiæ, tragœdiæ ac comœdiæ nomina sunt facta. Itaque quum vocabulum *dicere* primo omnium de poetica esset usurpatum dictione, atque ipsa cum cantu esset conjuncta, *canere* apud illos idem fuit ac *dicere*; quorum quum altero abuterentur de pedestri oratione dicentes, ad alterum quoque transiit abusus. Quin et hoc ipsum, quod oratio versu carens *pedestris* vocatur, ostendit orationem a fastigio quodam et vehiculo ad humum esse deductam.

7. Neque vero propinqua tantum et quæ apud Græcos sunt, sicuti Eratosthenes dixit, verum longinqua etiam multa narrat, et accurate Homerus, accuratiusque quam qui post eum erant, fabulas tractavit, non monstrose omnia fingens, sed scienter interdum alium sensum verbis occultans, aut exornans carmen, animosve hominum oblectando ducens, quum aliis in narrationibus, tum de Ulyssis maxime erroribus : de qua re quum admodum erret Eratosthenes, et interpretes nugatores appellans et ipsum poetam, operæ pretium est copiosius disserere.

8. Primo omnium, non poetæ modo fabulas probaverunt, sed multo ante civitates ac legumlatores id fecere, utilitatis causa nimirum, et ad naturalem respicientes animalis ratione præditi affectionem. Cupidus enim cognitionis est homo : ad quam rem fabularum studium aditum ei parat : hinc igitur incipiunt pueri auscultare et magis magisque sermonibus assuefieri. Causa est, quod fabula novarum quædam rerum narratio est, non ea quæ sunt, sed alia quædam ab his diversa recensens : jucundum est autem quod novum et adhuc ignotum narratur, atque hoc ipsum est quod cognitionis studiosos efficit. Quodsi admirabilia et portentosa fabulis admisceantur, augetur voluptas, quæ quidem medicamenti instar discendi amorem ingenerat. Ab initio itaque necesse est hoc modo pueros inescari; progressu autem ætatis ad ipsarum rerum cognitionem sunt adducendi, confirmata jam intelligentia neque opus habente blandimentis. Quin etiam quicunque litterarum sunt et disciplinæ rudes, pueri sunt quodammodo, itidemque fabulas amant: quod ipsum mediocriter eruditi etiam faciunt; nam neque ratio eorum firma est, atque consuetudo a primis annis parta allicit. Porro quum fabularum monstra non tantum delectandi, sed et terrendi facultatem habeant, utrique generi usus est et apud pueros et apud adultos. Nam pueris jucundas quidem proponimus fabulas, exhortandi gratia, terribiles autem ad deterren-

μια μῦθός ἐστι καὶ ἡ Γοργὼ καὶ ὁ Ἐφιάλτης καὶ ἡ Μορμολύκη. οἵ τε πολλοὶ τῶν τὰς πόλεις οἰκούντων εἰς μὲν προτροπὴν ἄγονται τοῖς ἡδέσι τῶν μύθων, ὅταν ἀκούωσι τῶν ποιητῶν ἀνδραγαθήματα μυθώδη διηγουμένων, οἷον Ἡρακλέους ἄθλους ἢ Θησέως, ἢ τιμὰς παρὰ θεῶν νεμομένας, ἢ νὴ Δία ὁρῶσι γραφὰς ἢ ξόανα ἢ πλάσματα τοιαύτην τινὰ περιπέτειαν ὑποσημαίνοντα μυθώδη· εἰς ἀποτροπὴν δέ, ὅταν κολάσεις παρὰ θεῶν καὶ φόβους καὶ ἀπειλὰς ἢ διὰ λόγων ἢ διὰ τύπων ἀώρων τινῶν προσδέχωνται, ἢ καὶ πιστεύωσι περιπεσεῖν τινας. οὐ γὰρ ὄχλον τε γυναικῶν καὶ παντὸς χυδαίου πλήθους ἐπαγαγεῖν λόγῳ δυνατὸν φιλοσόφῳ, καὶ προκαλέσασθαι πρὸς εὐσέβειαν καὶ ὁσιότητα καὶ πίστιν, ἀλλὰ δεῖ καὶ διὰ δεισιδαιμονίας· τοῦτο δ' οὐκ ἄνευ μυθοποιίας καὶ τερατείας. κεραυνὸς γὰρ καὶ αἰγὶς καὶ τρίαινα καὶ λαμπάδες καὶ δράκοντες καὶ θυρσόλογχα, τῶν θεῶν ὅπλα, μῦθοι καὶ πᾶσα θεολογία ἀρχαϊκή· ταῦτα δ' ἀπεδέξαντο οἱ τὰς πολιτείας καταστησάμενοι μορμολύκας τινὰς πρὸς τοὺς νηπιόφρονας. τοιαύτης δὲ τῆς μυθοποιίας οὔσης καὶ καταστρεφούσης εἰς τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ πολιτικὸν τοῦ βίου σχῆμα καὶ τὴν τῶν ὄντων ἱστορίαν, οἱ μὲν ἀρχαῖοι τὴν παιδικὴν ἀγωγὴν ἐφύλαξαν μέχρι τῶν τελείων ἡλικιῶν, καὶ διὰ ποιητικῆς ἱκανῶς σωφρονίζεσθαι πᾶσαν ἡλικίαν ὑπέλαβον· χρόνοις δ' ὕστερον ἡ τῆς ἱστορίας γραφὴ καὶ ἡ νῦν φιλοσοφία παρελήλυθεν εἰς μέσον. αὕτη μὲν οὖν πρὸς ὀλίγους, ἡ δὲ ποιητικὴ δημωφελεστέρα καὶ θέατρα πληροῦν δυναμένη· ἡ δὲ δὴ τοῦ Ὁμήρου ὑπερβαλλόντως. καὶ οἱ πρῶτοι δὲ ἱστορικοὶ καὶ φυσικοὶ μυθογράφοι.

9. Ἅτε δὴ πρὸς τὸ παιδευτικὸν εἶδος τοὺς μύθους ἀναφέρων ὁ ποιητὴς ἐφρόντισε πολὺ μέρος τἀληθοῦς· « ἐν δ' ἐτίθει καὶ ψεῦδος », τὸ μὲν ἀποδεχόμενος, τῷ δὲ δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν τὰ πλήθη.

ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνήρ,

οὕτως ἐκεῖνος ταῖς ἀληθέσι περιπετείαις προσετίθει μῦθον, ἡδύνων καὶ κοσμῶν τὴν φράσιν· πρὸς δὲ τὸ αὐτὸ τέλος τοῦ ἱστορικοῦ καὶ τοῦ τὰ ὄντα λέγοντος βλέπων. οὕτω δὴ τόν τε Ἰλιακὸν πόλεμον γεγονότα παραλαβὼν ἐκόσμησε ταῖς μυθοποιίαις, καὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην ὡσαύτως· ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς ἀνάπτειν κενὴν τερατολογίαν οὐχ Ὁμηρικόν. προσπίπτει γάρ, ὡς εἰκός, ὡς πιθανώτερον ἂν οὕτω τις ψεύδοιτο, εἰ καταμίσγοι τι καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν· ὅπερ καὶ Πολύβιός φησι περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης ἐπιχειρῶν· τοιοῦτο δ' ἐστὶ καὶ τὸ

Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα·

οὐ γὰρ πάντα, ἀλλὰ πολλά, ἐπεὶ οὐδ' ἂν ἦν ἐτύμοισιν ὁμοῖα. ἔλαβεν οὖν παρὰ τῆς ἱστορίας τὰς ἀρχάς. καὶ γὰρ τὸν Αἴολον δυναστεῦσαί φασι τῶν περὶ τὴν Λιπάραν νήσων, καὶ τῶν περὶ τὴν Αἴτνην καὶ Λεοντίνην Κύκλωπας καὶ Λαιστρυγόνας ἀξένους τινάς· διὸ καὶ τὰ περὶ τὸν πορθμὸν ἀπροσπέλαστα εἶναι τοῖς τότε, καὶ τὴν Χάρυβδιν καὶ τὸ Σκύλλαιον ὑπὸ λῃστῶν κατέχε-

dum. Est enim fabula Lamia, Gorgo, Incubus, Larva. Et in urbibus habitantes plerique jucundis fabulis ad honestatem excitantur, quum audiunt a poetis fabulose res præclare gestas referri, Herculis puta aut Thesei labores, aut a deis tributos honores; aut profecto quum hujusmodi fictitios eventus picturis, statuis, fictilibusve operibus expressos vident. Iidem avertuntur a vitiis, quum supplicia, terrores et minas divinitus missas aut sermone aut aliqua aspectu horribili figura percipiunt, aut etiam credunt aliquos in talia incidisse. Fieri enim non potest ut mulierum ac promiscuæ turbæ multitudo philosophica oratione excitetur voceturque ad religionem, pietatem et fidem; sed superstitione præterea ad hoc opus est, quæ incuti sine fabularum portentis nequit. Etenim fulmen, ægis, tridens, faces, angues, thyrsi, quæ sunt deorum arma, atque universa prisca theologia, fabulæ sunt : hæc autem receperunt civitatum conditores, quibus veluti larvis insipientum animos terrerent. Proinde fabularum fictio quum talis res sit ac in societatem vitæque formam civilem et verarum cognitionem rerum desinat, veteres institutionem puerilem usque ad perfectam ætatem produxerunt, poeticam formandis ad virtutem omnis ætatis moribus sufficere existimantes. Posterioribus demum temporibus historiæ scriptio et qua hodie utimur philosophia in medium prodierunt. Verum hæc ad paucos pertinet : poetica in publicum utilior est, quæ etiam theatra implere valet, et maxime omnium Homerica poesis. Et quidem primi etiam historici ac naturæ rerum descriptores fabulas scripserunt.

9. Enimvero poeta fabulas ad morum formationem referens, veritatis magna ex parte rationem habuit, interdum tamen etiam mendacio adhibito : veritatem quidem amplectens, mendacio autem demulcens ac gubernans ducis instar multitudinem. Et (*Od.* Z, 232)

Ut faber argento quum circumfunderet aurum,

sic ille veris eventis fabulas adjecit, dictionem ita condiens et ornans, interim, qui historico et vera narranti est propositus, eum ipse quoque ad finem respiciens. Hoc modo Iliacum ille bellum, rem nimirum gestam, sumpsit ac fabularum commentis exornavit, itemque Ulyssis errores. Non enim Homericum est vana fabularum portenta proferre, quæ a nullo vero dependeant. Apparet enim et consentaneum est ita aliquem verisimilius mentiri, si verorum aliquid admisceat : id quod de Ulyssis erroribus disserens etiam Polybius affirmat. Tale est etiam hoc (*Od.* T, 203),

Sic falsa est veris affinia multa locutus.

Non enim omnia falsa dixit, sed *multa* modo dixit : alioqui ea *veris affinia* non fuissent. Accepit ergo principia suæ poeseos ex historia. Nam aiunt Æolum insulis Liparæ adjacentibus imperasse, ac circa Ætnam et Leontinorum regionem Cyclopas incoluisse et Læstrygonas inhospitales quosdam : ita loca freto vicina tum temporis inaccessa fuisse; Charybdin quoque et Scyllæum a latronibus fuisse

σθαι. οὕτω δὲ καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ὑπὸ Ὁμήρου λεγομένων ἐν ἄλλοις τόποις ἱστοροῦμεν· οὕτω δὲ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς οἰκοῦντας τὸν Κιμμερικὸν βόσπορον πρὸς Βορρᾶν καὶ ζοφώδη μετήγαγεν οἰκείως εἰς σκοτεινόν τινα τόπον τὸν καθ' ᾅδην, χρήσιμον ὄντα πρὸς τὴν μυθοποιίαν τὴν ἐν τῇ πλάνῃ. ὅτι δ' οἶδεν αὐτούς, οἱ χρονογράφοι δηλοῦσιν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ τὴν τῶν Κιμμερίων ἔφοδον ἢ κατ' αὐτὸν ἀναγράφοντες.

10. Ὡς δ' αὔτως καὶ τοὺς Κόλχους εἰδὼς καὶ τὸν Ἰάσονος πλοῦν τὸν εἰς Αἶαν καὶ τὰ περὶ Κίρκης καὶ Μηδείας μυθευόμενα καὶ ἱστορούμενα περὶ τῆς φαρμακείας καὶ τῆς ἄλλης ὁμοιοτροπίας, συγγενείας τε ἔπλασε τῶν οὕτω διῳκισμένων, τῆς μὲν ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Πόντου, τῆς δ' ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ ἐξωκεανισμὸν ἀμφοῖν, τάχα καὶ τοῦ Ἰάσονος μέχρι τῆς Ἰταλίας πλανηθέντος· δείκνυται γάρ τινα σημεῖα καὶ περὶ τὰ Κεραύνια ὄρη καὶ περὶ τὸν Ἀδρίαν καὶ ἐν τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ καὶ ταῖς πρὸ τῆς Τυρρηνίας νήσοις τῆς τῶν Ἀργοναυτῶν πλάνης (σημεῖα). προσέδοσαν δέ τι καὶ αἱ Κυάνεαι, ἅσπερ Συμπληγάδας καλοῦσι πέτρας τινές, τραχὺν ποιοῦσαι τὸν διέκπλουν τὸν διὰ τοῦ Βυζαντιακοῦ στόματος· ὥστε παρὰ μὲν τὴν Αἶαν ἡ Αἰαίη, παρὰ δὲ τὰς Συμπληγάδας αἱ Πλαγκταί, καὶ ὁ δι' αὐτῶν πλοῦς τοῦ Ἰάσονος πιθανὸς ἐφάνη· παρὰ δὲ τὴν Σκύλλαν καὶ τὴν Χάρυβδιν ὁ διὰ τῶν σκοπέλων πλοῦς. ἁπλῶς δ' οἱ τότε τὸ πέλαγος τὸ Ποντικὸν ὥσπερ ἄλλον τινὰ ὠκεανὸν ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς πλέοντας ἐκεῖσε ὁμοίως ἐκτοπίζειν ἐδόκουν, ὥσπερ τοὺς ἔξω Στηλῶν ἐπὶ πολὺ προϊόντας· καὶ γὰρ μέγιστον τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνομίζετο, καὶ διὰ τοῦτο κατ' ἐξοχὴν ἰδίως πόντον προσηγόρευον, ὡς ποιητὴν Ὅμηρον. ἴσως οὖν καὶ διὰ τοῦτο μετήνεγκε τὰ ἐκ τοῦ Πόντου πρὸς τὸν ὠκεανὸν ὡς εὐπαράδεκτα διὰ τὴν κατέχουσαν δόξαν. οἶμαι δὲ καὶ τῶν Σολύμων τὰ ἄκρα τοῦ Ταύρου τὰ περὶ τὴν Λυκίαν ἕως Πισιδίας κατεχόντων τὰ ὑψηλότατα, καὶ τὰς ἀπὸ τῆς μεσημβρίας ὑπερβολὰς ἐπιφανεστάτας παρεχόντων τοῖς ἐντὸς τοῦ Ταύρου, καὶ μάλιστα τοῖς περὶ τὸν Πόντον, καθ' ὁμοιότητά τινα καὶ τούτους ἐξωκεανισθῆναι· φησὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλέοντος ἐν τῇ σχεδίᾳ,

τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν κρείων Ἐνοσίχθων
τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδεν.

τάχα δὲ καὶ τοὺς μονομμάτους Κύκλωπας ἐκ τῆς Σκυθικῆς ἱστορίας μετενήνοχε· τοιούτους γάρ τινας τοὺς Ἀριμασπούς φασιν, οὓς ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις ἔπεσιν ἐνδέδωκεν Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος.

11. Δεῖ δὲ ταῦτα προϋποθέμενον σκοπεῖν, τί λέγουσιν οἱ φήσαντες περὶ Σικελίαν ἢ Ἰταλίαν γενέσθαι τῷ Ὀδυσσεῖ τὴν πλάνην καθ' Ὅμηρον, † ἢ μὴ γενέσθαι· ἔστι γὰρ ἀμφοτέρως τοῦτο δέξασθαι, καὶ βέλτιον καὶ χεῖρον. βέλτιον μέν, ἂν οὕτω δέχηταί [τις], ὅτι πεισθεὶς ἐκεῖ τὴν πλάνην τῷ Ὀδυσσεῖ γενέσθαι, λαβὼν ἀληθῆ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ποιητικῶς διεσκεύασε· τοῦτο γὰρ οἰκείως ἂν λέγοιτο περὶ αὐτοῦ, καὶ οὐ μόνον γε περὶ Ἰταλίαν,

insessa: eodemque modo alibi alios habitasse, quorum Homerus meminit, ex historia discimus. Atque ita quum nosset Cimmerios versus septentrionem habitare ad Bosporum Cimmerium, loco caliginoso, transtulit eos opportune in tenebricosum quemdam locum, inferis finitimum, et fabulis de Ulyssis erroribus aptum. Quod autem eos noverit, ex eo liquet, quod vel ejus ætate vel paulo ante ipsum natum Cimmeriorum incursionem annalium scriptores referunt.

10. Sic quum Colchos nosset et Iasonis ad Æam navigationem et quæ de Circe ac Medea feruntur fabulas et historias de earum veneficiis ac reliqua morum similitudine, cognatas eas inter se finxit (quum quidem longissime essent dissitæ, alteraque earum in recessu Ponti, altera in Italia habitaret) et utramque in oceano exteriore collocavit, quum quidem Iason ipse fortasse ad Italiam usque evagatus esset; quædam enim apud Ceraunios montes, circum Adriam, in Posidoniata sinu, et insulis quæ Tyrrheniæ sunt oppositæ, monstrantur indicia peregrinationis Argonauticæ. Contulerunt huc aliquid etiam Cyaneæ, quæ saxa quidam Symplegadas appellant, et quæ asperam exhibent navigantibus per fauces Byzantias navigationem. Sic ex Æa Ææa, ex Symplegadibus Planctæ, et per eas Iasonis iter verisimile habitum est; ex iis autem quæ de Scylla et Charybdi cognita erant, navigatio per istos scopulos. Omnino autem ista ætate mare Ponticum pro oceano quodam secundo habebatur, et qui eo navigassent, non minus procul ab hominibus discessisse putabantur, quam qui procul extra columnas Herculis essent profecti: maximum enim marium nostrorum putabatur, ideoque ob excellentiam Ponti (*maris*) nomen ei est impositum, sicut ob præstantiam Poetæ appellatione Homerus intelligitur. Itaque fortassis Pontica ad oceanum transtulit, ut qui ea ob receptam opinionem facile approbatum iri existimaret. Item, opinor, quum Solymi altissima Tauri juga a Lycia ad Pisidiam usque tenerent, et ex his cacumina versus meridiem sita admodum conspicua essent iis qui intra Taurum habitant, maxime iis qui circa Pontum, similitudine quadam eos quoque ultra oceanum posuit. Sic enim loquitur de Ulysse rate vehente (*Od.* E, 282):

Ast illum Æthiopum rediens Neptunus ab oris
e Solymis longe conspexit montibus.

Fortassis etiam unoculos istos Cyclopes e Scythica transtulit historia: tales enim ferunt esse Arimaspos quosdam, quos in Arimaspeis carminibus edidit Aristeas Proconnesius.

11. His ita positis, considerandum est quid dicant qui Ulyssem, ita ut Homerus scripsit, ad Siciliam aut Italiam evagatum fuisse asserunt, quique negant: in utramque enim partem sentire licet, recte ac secus. Recte, si quis ita Homero assentiatur, ut qui pro certo habens eo pervenisse Ulyssem, hoc verum argumentum sumptum poetice tractaverit: id enim de eo proprie dici potest, neque circa Italiam modo,

ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων τῆς Ἰβηρίας ἐστὶν εὑρεῖν ἴχνη τῆς ἐκείνου πλάνης καὶ ἄλλων πλειόνων. χεῖρον δέ, ἐάν τις καὶ τὴν διασκευὴν ὡς ἱστορίαν δέχηται, ἐκείνου ὠκεανὸν καὶ Ἅδην καὶ Ἡλίου βόας καὶ παρὰ θεαῖς ξενίας καὶ μεταμορφώσεις καὶ μεγέθη Κυκλώπων καὶ Λαιστρυγόνων καὶ μορφὴν Σκύλλης καὶ διαστήματα πλοῦ καὶ ἄλλα πλείω τοιαῦτα τερατογραφοῦντος φανερῶς. οὔτε δὲ πρὸς τοῦτον ἄξιον ἀντιλέγειν, οὕτω φανερῶς καταψευδόμενον τοῦ ποιητοῦ, καθάπερ οὐδ', εἰ φαίη, τοῦτον τὸν τρόπον γενέσθαι τὸν εἰς τὴν Ἰθάκην κατάπλουν τοῦ Ὀδυσσέως καὶ τὴν μνηστηροφονίαν καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ ἀγροῦ συστᾶσαν μάχην τοῖς Ἰθακησίοις πρὸς αὐτόν· οὔτε πρὸς τὸν δεξάμενον οἰκείως προσπλέκεσθαι δίκαιον.

12. Ὁ Ἐρατοσθένης δὲ πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ἀποφάσεις ἀπήντηκεν οὐκ εὖ. πρὸς μὲν τὴν δευτέραν, ὅτι πειρᾶται διαβάλλειν φανερῶς ψευδῆ καὶ οὐκ ἄξια λόγου διὰ μακρῶν· πρὸς δὲ τὴν προτέραν, ποιητήν τε ἅπαντα ἀποφήνας φλύαρον, καὶ μήτε τόπων ἐμπειρίαν μήτε τεχνῶν πρὸς ἀρετὴν συντείνειν νομίσας· τῶν τε μύθων τῶν μὲν ἐν τόποις οὐ πεπλασμένοις πεφημισμένων, οἷον ἐν Ἰλίῳ καὶ Ἴδῃ καὶ Πηλίῳ, τῶν δὲ ἐν πεπλασμένοις, καθάπερ ἐν οἷς αἱ Γοργόνες ἢ ὁ Γηρυόνης, ταύτης φησὶ τῆς ἰδέας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην λεγομένους, τοὺς δὲ μὴ πεπλάσθαι λέγοντας ἀλλ' ὑποκεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ τοῦ μὴ συμφωνεῖν ἐλέγχεσθαι ψευδομένους· τὰς γοῦν Σειρῆνας τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς Πελωριάδος καθιδρύειν, τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν Σειρηνουσσῶν πλείους ἢ δισχιλίους διεχουσῶν σταδίους· εἶναι δ' αὐτὰς σκόπελον τρικόρυφον διείργοντα τὸν Κύμαιον καὶ Ποσειδωνιάτην κόλπον. ἀλλ' οὐδὲ ὁ σκόπελος οὗτος ἐστὶ τρικόρυφος, οὔθ' ὅλως κορυφοῦται πρὸς ὕψος, ἀλλ' ἀγκών τις ἐκκεῖται μακρὸς καὶ στενὸς ἀπὸ τῶν κατὰ Σύρρεντον χωρίων ἐπὶ τὸν κατὰ Καπρίας πορθμόν, ἐπὶ θάτερα μὲν τῆς ὀρεινῆς τὸ τῶν Σειρήνων ἱερὸν ἔχων, ἐπὶ θάτερα δὲ πρὸς τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ νησίδια τρία προκείμενα ἔρημα πετρώδη, ἃ καλοῦσι Σειρῆνας· ἐπ' αὐτῷ δὲ τῷ πορθμῷ τὸ Ἀθήναιον, ᾧπερ ὁμωνυμεῖ καὶ ὁ ἀγκὼν αὐτός.

Σιδονίων βασιλεύς, ὅθ' ἑὸς δόμος ἀμφεκάλυψε
κεῖσέ με νοστήσαντα.

δεῖ [δὲ] δέξασθαι πρὸς ὑπερβολὴν εἰρημένον τὸ Ἡφαίστου ἔργον, ὡς λέγεται Ἀθηνᾶς ἔργα τὰ καλὰ καὶ Χαρίτων καὶ Μουσῶν. ἐπεὶ ὅτι γε οἱ ἄνδρες ἦσαν καλλίτεχνοι, δηλοῖ τὸν κρατῆρα ἐπαινῶν, ὃν ὁ Εὔνεως ἔδωκεν ἀντὶ Λυκάονος· φησὶ γάρ,

κάλλει ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν
πολλόν· ἐπεὶ Σιδόνες πολυδαίδαλοι εὖ ἤσκησαν,
Φοίνικες δ' ἄγον ἄνδρες.

34. Περὶ δὲ τῶν Ἐρεμβῶν πολλὰ μὲν εἴρηται, πιθανώτατοι δ' εἰσὶν οἱ νομίζοντες τοὺς Ἄραβας λέγεσθαι. Ζήνων δ' ὁ ἡμέτερος καὶ γράφει οὕτως·

Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους Ἄραβάς τε.

τὴν μὲν οὖν γραφὴν οὐκ ἀνάγκη κινεῖν, παλαιὰν οὖσαν· αἰτιᾶσθαι δὲ βέλτιον τὴν τοῦ ὀνόματος μετάπτωσιν, πολλὴν καὶ ἐπιπολαίαν οὖσαν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. ἀμέλει δὲ καὶ ποιοῦσί τινες παραγραμματίζοντες. ἄριστα δ' ἂν δόξειεν εἰπεῖν ὁ Ποσειδώνιος, κἀνταῦθα ἀπὸ τῆς τῶν ἐθνῶν συγγενείας καὶ κοινότητος ἐτυμολογῶν. τὸ γὰρ τῶν Ἀρμενίων ἔθνος καὶ τὸ τῶν Σύρων καὶ Ἀράβων πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει κατά τε τὴν διάλεκτον καὶ τοὺς βίους καὶ τοὺς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, καὶ μάλιστα καθὸ πλησιόχωροί εἰσι. δηλοῖ δ' ἡ Μεσοποταμία ἐκ τῶν τριῶν συνεστῶσα τούτων ἐθνῶν· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἡ ὁμοιότης διαφαίνεται. εἰ δέ τις παρὰ τὰ κλίματα γίνεται διαφορὰ τοῖς προσβόρροις ἐπὶ πλέον πρὸς τοὺς μεσημβρινοὺς καὶ τούτοις πρὸς μέσους τοὺς Σύρους, ἀλλ' ἐπικρατεῖ γε τὸ κοινόν. καὶ οἱ Ἀσσύριοι δὲ καὶ οἱ Ἀριανοὶ παραπλησίως πως ἔχουσι καὶ πρὸς τούτους καὶ πρὸς ἀλλήλους. εἰκάζει γε δὴ

Phœnice jam commemorata, tamen seorsum rursus Sidonem nominaret. Nam ad gentes ordine recensendas satis erat ita dixisse:

Cyprum, Phœnicenque, per Ægyptumque vagatus
Æthiopes adii:

sed ut ostenderet se etiam aliquamdiu apud Sidonios fuisse peregrinatum, commodum ei fuit id aut repetere aut subjungere narrationi: ostendit autem prædicando felicitatem eorum et sollertiam in artibus, et eo quod Helena cum Alexandro jam ante eorum usa erat hominum hospitio. Itaque et apud Alexandrum multa eorum opera recondita dicuntur (*Il.* Z, 289):

Hic inerant varii pepli, muliebria texta;
Sidonias namque ipse Paris per cærula secum
duxerat Iliacam famosa Sidone ad urbem,
Tyndarida adducens Helenam;

et apud Menelaum, qui ita Telemachum alloquitur: (*Od.* Δ, 615; O, 115):

Crateram tibi donabo, mira arte paratam
argento ex solido, labia undique circuit aurum.
Mulciber hanc fecit; dono mihi splendidus heros
olim rex Sidonum, redeuntem tempore quo me
hospitio excepit, dederat.

Intelligendum est autem hyperbolice vocari opus Vulcani, sicut præstantia opera Minervæ, Gratiis et Musis ascribuntur. Nam egregios artifices fuisse Sidonios, ostendit craterem laudans, quem pro redimendo Lycaone dederat Euneus (*Il.* Ψ, 742):

Aliis longe præstantior ille
omnibus: hunc etenim subtilis laudibus artis
illustres Sidones docto fecere labore,
navibus advexere suis Phœnices.

34. Jam de Erembis multa sunt dicta. Omnium autem hi vero simillima, qui Arabes significari putant. Et Zeno quidem noster ita scribit Homericum versum:

Æthiopes adii, tum Sidonios, Arabesque.

Sed scripturam mutare, quum sit vetusta, non est necesse. Culpanda est potius nominis mutatio, quæ frequens est et usitata omnibus gentibus: quod et quidam faciunt, qui literas nominum inter se comparant. Optime autem omnium existimo Posidonium hic quoque a gentium cognatione et communitate originem vocum ducere. Nam Armeniorum, Syrorum et Arabum multum cognationis præ se ferunt nationes, sermone, vita, corporum forma, maxime ubi degunt in vicinia: idque ostendit Mesopotamia ex tribus his conflata populis; maxime enim in his similitudo est illustris. Quodsi qua est varietas pro eo quod aliæ partes aliis magis ad septentrionem aut meridiem vergunt, aut in medio sunt sitæ: nihilominus tamen communis affectio obtinet. Atque Assyrii et Ariani, inter se atque istorum sunt assimiles. Conjicit exinde Posidonius, harum gentium nomina quo-

καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν τούτων κατονομασίας ἐμφερεῖς ἀλλήλαις εἶναι. τοὺς γὰρ ὑφ' ἡμῶν Σύρους καλουμένους ὑπ' αὐτῶν τῶν Σύρων (Ἀρμενίους, καὶ) Ἀραμμαίους καλεῖσθαι· τούτῳ δ' ἐοικέναι τοὺς Ἀρμενίους καὶ τοὺς Ἄραβας καὶ Ἐρεμβούς, τάχα τῶν πάλαι Ἑλλήνων οὕτω καλούντων τοὺς Ἄραβας, ἅμα καὶ τοῦ ἐτύμου συνεργοῦντος πρὸς τοῦτο. ἀπὸ γὰρ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν τοὺς Ἐρεμβοὺς ἐτυμολογοῦσιν οὕτως οἱ πολλοί, οὓς μεταλαβόντες οἱ ὕστερον ἐπὶ τὸ σαφέστερον Τρωγλοδύτας ἐκάλεσαν· οὗτοι δέ εἰσιν Ἀράβων οἱ ἐπὶ θάτερον μέρος τοῦ Ἀραβίου κόλπου κεκλιμένοι, τὸ πρὸς Αἰγύπτῳ καὶ Αἰθιοπίᾳ. τούτων δ' εἰκὸς μεμνῆσθαι τὸν ποιητὴν καὶ πρὸς τούτους ἀφῖχθαι λέγειν τὸν Μενέλαον, καθ' ὃν τρόπον εἴρηται καὶ πρὸς τοὺς Αἰθίοπας· τῇ γὰρ Θηβαΐδι καὶ οὗτοι πλησιάζουσιν· ὁμοίως οὐχ ἐργασίας οὐδὲ χρηματισμοῦ χάριν τούτων ὀνομαζομένων ( οὐ πολὺ γὰρ ἦν τοῦτο ), ἀλλὰ τοῦ μήκους τῆς ἀποδημίας καὶ τοῦ ἐνδόξου· ἔνδοξον γὰρ τοσοῦτον ἐκτοπίσαι. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ

πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω·

καὶ τὸ

ἦ γὰρ πολλὰ παθὼν καὶ πόλλ' ἐπαληθεὶς
ἠγαγόμην.

Ἡσίοδος δ' ἐν Καταλόγῳ φησὶ

καὶ κούρην Ἀράβοιο, τὸν Ἑρμάων ἀκάκητα
γείνατο καὶ Θρονίη, κούρη Βήλοιο ἄνακτος.

οὕτω δὲ καὶ Στησίχορος λέγει. εἰκάζειν οὖν ἔστιν, ὅτι ἀπὸ τούτου καὶ ἡ χώρα Ἀραβία ἤδη τότε ὠνομάζετο· κατὰ δὲ τοὺς ἥρωας τυχὸν ἴσως οὔπω.

35. Οἱ δὲ πλάττοντες Ἐρεμβοὺς ἴδιόν τι ἔθνος Αἰθιοπικὸν καὶ ἄλλο Κηφήνων καὶ τρίτον Πυγμαίων καὶ ἄλλα μυρία ἧττον ἂν πιστεύοιντο, πρὸς τῷ μὴ ἀξιοπίστῳ καὶ σύγχυσίν τινα ἐμφαίνοντες τοῦ μυθικοῦ καὶ ἱστορικοῦ σχήματος. ὅμοιοι δ' εἰσὶ τούτοις καὶ οἱ Σιδονίους ἐν τῇ κατὰ Πέρσας θαλάττῃ διηγούμενοι ἢ ἄλλοθί που τοῦ ὠκεανοῦ, καὶ τὴν τοῦ Μενελάου πλάνην ἐξωκεανίζοντες· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς Φοίνικας. τῆς δ' ἀπιστίας αἴτιον οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι τὸ ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλοις τοὺς λέγοντας· οἱ μὲν γὰρ καὶ τοὺς Σιδονίους τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀποίκους εἶναι τῶν ἐν τῷ ὠκεανῷ φασι, προστιθέντες καὶ διὰ τί Φοίνικες ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ ἡ θάλαττα ἐρυθρά· οἱ δ' ἐκείνους τούτων. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὴν Αἰθιοπίαν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς Φοινίκην μετάγουσι, καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἐν Ἰόπῃ συμβῆναί φασιν· οὐ δήπου κατ' ἄγνοιαν τοπικὴν καὶ τούτων λεγομένων, ἀλλ' ἐν μύθου μᾶλλον σχήματι· καθάπερ καὶ τῶν παρ' Ἡσιόδῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἃ προφέρει ὁ Ἀπολλόδωρος, οὐθ' ὃν τρόπον παρατίθησι τοῖς Ὁμήρου ταῦτα εἰδώς. τὰ μὲν γὰρ Ὁμήρου, τὰ περὶ τὸν Πόντον καὶ τὴν Αἴγυπτον, παρατίθησιν ἄγνοιαν αἰτιώμενος, ὡς λέγειν μὲν τὰ ὄντα βουλομένου, μὴ λέγοντος δὲ τὰ ὄντα, ἀλλὰ

que esse affinia: qui enim a nobis Syri dicuntur, ab ipsis Syris Aramæos vocari; idque Armeniis, Arabibus, et Erembis convenire, quo forte nomine veteres Græci Arabas vocasse videntur, ipsa nominis originatione juvante. Nam Eremborum nomen multi ab ἔραν ἐμβαίνειν (*id est* terram subire) deducunt, quos posteriores apertiore vocabulo Troglodytas appellaverunt. Sunt autem ii Arabes qui ad alterum latus sinus Arabici vergunt, quod est ad Ægyptum et Æthiopiam. Horum meminisse poetam probabile est, et dixisse, ad eos Menelaum pervenisse, quomodo etiam ad Æthiopes (nam hi quoque Thebaidi sunt vicini), non negotiatonis aut quæstus causa nominatos, qui multus esse non potuit, sed ob longitudinem peregrinationis et gloriationem: est enim gloriosum tam procul a patria recessisse. Atque ejusmodi sunt et hæc ( *Od.* Α, 3):

Multorum ille hominum mentes cognovit et urbes;

et (*Od.* Δ, 81),

Multa etenim perpessus ego hæc, multumque vagatus
adduxi.

Porro Hesiodus in Catalogo sic scribit:

Atque Arabi gnatam, Thronie quam filia Beli
regis Mercurio peperit mortalibus æquo.

Itaque etiam Stesichorus loquitur. Unde conjecturam facere licet, ab Arabo tunc Arabiæ nomen inditum fuisse, quod Heroum ætate nondum fortasse exstiterit.

35. Qui autem fingunt Erembos esse Æthiopicam quandam gentem peculiarem, aliamque Cephenum, et tertiam Pygmæorum, aliaque innumera, ii eo minus fidei merentur, quod, præterquam quod incredibilia proferunt, etiam historiæ formam cum fabulæ confundunt specie. Similes eorum sunt qui Sidonios in Persico mari ponunt, aut alicubi in oceano, itemque Phœnices, ac qui Menelaum in oceanum evectum fingunt. Causa, cur iis credi non debeat, non levissima est, quod invicem contraria dicunt. Alii enim Sidonios et Phœnices nostros, colonos eorum referunt, qui in oceano habitant, addentes eos Phœnices a puniceo colore vocari, quod mare illud sit rubrum: alii istos nostrorum colonos esse volunt. Neque desunt qui Æthiopiam in nostram Phœnicen transferunt, et quæ de Andromeda narrantur, apud Iopen evenisse tradunt: quæ sane non ob ignorationem locorum dicuntur, sed fabulæ potius prætextu; sicut et apud Hesiodum sunt et alios talia, quæ Apollodorus proferens nescit, quomodo ea cum Homericis componat. Nam de Ponto et Ægypto ab Homero scripta proferens, inscitiæ eum culpat, qui voluerit quidem vera dicere, sed ignoratione

τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα κατ' ἄγνοιαν. Ἡσιόδου δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν, Ἡμίκυνας λέγοντος καὶ Μακροκεφάλους καὶ Πυγμαίους· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ Ὁμήρου ταῦτα μυθεύοντος, ὧν εἰσι καὶ οὗτοι οἱ Πυγμαῖοι, οὐδ' Ἀλκμᾶνος Στεγανόποδας ἱστοροῦντος, οὐδ' Αἰσχύλου Κυνοκεφάλους καὶ Στερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους, ὅπου γε οὐδὲ τοῖς πεζῇ συγγράφουσιν ἐν ἱστορίας σχήματι προσέχομεν περὶ πολλῶν, κἂν μὴ ἐξομολογῶνται τὴν μυθογραφίαν. φαίνεται γὰρ εὐθύς, ὅτι μύθους παραπλέκουσιν ἑκόντες οὐκ ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων, ἀλλὰ πλάσει τῶν ἀδυνάτων τερατείας καὶ τέρψεως χάριν· δοκοῦσι δὲ κατ' ἄγνοιαν, ὅτι μάλιστα καὶ πιθανῶς τὰ τοιαῦτα μυθεύουσι περὶ τῶν ἀδήλων καὶ τῶν ἀγνοουμένων. Θεόπομπος δὲ ἐξομολογεῖται φήσας ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ, κρεῖττον ἢ ὡς Ἡρόδοτος καὶ Κτησίας καὶ Ἑλλάνικος καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες.

36. Περὶ δὲ τῶν τοῦ ὠκεανοῦ παθῶν εἴρηται μὲν ἐν μύθου σχήματι· καὶ γὰρ τούτου στοχάζεσθαι δεῖ τὸν ποιητήν. ἀπὸ γὰρ τῶν ἀμπώτεων καὶ τῶν πλημμυρίδων ἡ Χάρυβδις αὐτῷ μεμύθευται, οὐδ' αὐτὴ παντάπασιν Ὁμήρου πλάσμα οὖσα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἱστορουμένων περὶ τὸν Σικελικὸν πορθμὸν διεσκευασμένη. εἰ δὲ δὶς τῆς παλιρροίας γινομένης καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα ἐκεῖνος τρὶς εἴρηκε·

> τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ,

λέγοιτ' ἂν καὶ οὕτως· οὐ γὰρ κατ' ἄγνοιαν τῆς ἱστορίας ὑποληπτέον λέγεσθαι τοῦτο, ἀλλὰ τραγῳδίας χάριν καὶ φόβου, ὃν ἡ Κίρκη πολὺν τοῖς λόγοις προστίθησιν ἀποτροπῆς χάριν, ὥστε καὶ τὸ ψεῦδος παραμίγνυσθαι. ἐν αὐτοῖς γοῦν τοῖς ἔπεσι τούτοις εἴρηκε μὲν οὕτως ἡ Κίρκη·

> τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ
> δεινόν· μὴ σύ γε κεῖθι τύχοις, ὅτε ῥοιβδήσειε·
> οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπὲκ κακοῦ οὐδ' Ἐνοσίχθων.

καὶ μὴν παρέτυχέ τε τῇ ἀναρροιβδήσει ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ οὐκ ἀπώλετο, ὥς φησιν αὐτός·

> ἡ μὲν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ·
> αὐτὰρ ἐγώ, ποτὶ μακρὸν ἐρινεὸν ὑψόσ' ἀερθείς,
> τῷ προσφὺς ἐχόμην, ὡς νυκτερίς.

εἶτα περιμείνας τὰ ναυάγια καὶ λαβόμενος πάλιν αὐτῶν σῴζεται, ὥστ' ἐψεύσατο ἡ Κίρκη. ὡς οὖν τοῦτο, κἀκεῖνο τὸ « τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι » ἀντὶ τοῦ δίς, ἅμα καὶ τῆς ὑπερβολῆς τῆς τοιαύτης συνήθους πᾶσιν οὔσης, τρισμακαρίους καὶ τρισαθλίους λεγόντων· καὶ ὁ ποιητής·

> τρισμάκαρες Δαναοί,

καὶ

> ἀσπασίη τρίλλιστος,

[καὶ]

> τριχθά τε καὶ τετραχθά.

lapsus falsa pro veris dixerit. At enim Hesiodo nemo ignorationem objecerit, Semicanes nominanti, et Longicipites! et Pygmæos: (nam hæ fabulæ, ut hi quos dicimus Pygmæi, ipsi quoque Homero vitio non dantur:) neque Alcmani Latipedes, neque Æschylo Canicipites et Pectoroculatos et Unoculos; quid? quod ne prosa quidem oratione scribentibus animum advertimus multa narrantibus sub historiæ specie, etiamsi non fateantur se fabulas scribere. Statim enim apparet eos fabulas admiscere non ob verorum ignorationem, sed delectationis causa monstra, et alia quæ esse non possunt, fingentes: videntur autem ob ignorationem hoc facere, quia de obscuris maxime et ignotis tam probabiliter fabulantur. Theopompus quidem diserte profitetur se in historia fabulas narraturum rectius quam fecerint Herodotus, Ctesias, Hellanicus et Indicarum rerum scriptores.

36. Ceterum de oceani accidentibus dictum est sane sub fabulæ habitu: id enim sectari poetam decuit. Nam ab affluxu et refluxu figmentum Charybdis repetiit, quæ ne ipsa quidem omnino est Homeri commentum, sed ex iis adornata, quæ de freto Siculo narrantur. Si autem bis singulis diebus et noctibus fluxus isti reciproci eveniunt, Homerus autem ter fieri dixit (*Od.* M, 105):

> Terque die allidit fluctus, totiesque resorbet;

id quoque potest excusari. Non enim ignoratione historiæ dictum suspicari debes, sed tragicæ amplificationis causa et metus incutiendi. Nam Circe in sua oratione multum terroris addit avertendi causa, et mendacium etiam admiscet. Sic enim iisdem in versibus Circe loquitur:

> Terque die allidit fluctus, totiesque resorbet
> horrendum: cave sis ibi tu sorbente Charybdi;
> nam neque Neptunus posset tibi ferre salutem.

Atqui et interfuit Ulysses isti resorptioni, et evasit, ut ipse ait (*Od.* M, 431):

> Illa quidem canas rursum sorpsit maris undas.
> Ast ego proceræ summa amplexus caprifici
> sublimis, ramo ceu noctua, prorsus adhæsi.

Deinde præstolatus tabulas naufragii, easque rursus arripiens, evasit. Mentita est ergo Circe, ut hic, ita in eo etiam, quod ter dixit fieri id, quod bis tantum fiebat: præsertim quum etiam usitata sit admodum hæc hyperbola, quum ter beatos, ter miseros dicant: et Homerus ipse (*Od.* E, 306),

> Argivi terque (quaterque) beati;

et (*Il.* Θ, 488),

> Grata, ter exoptata;

et (*Il.* Γ, 363),

> Terque quaterque...

ἴσως δ' ἄν τις καὶ ἀπὸ τῆς ὥρας τεκμήραιτο, ὅτι ὑπαινίττεταί πως τὸ ἀληθές· μᾶλλον γὰρ [ἂν] ἐφαρμόττοι τῷ δὶς γενέσθαι τὴν παλίρροιαν κατὰ τὸν συνάμφω χρόνον, τὸν ἐξ ἡμέρας καὶ νυκτός, ἢ τῷ τρὶς τοσοῦτον χρόνον μεῖναι τὰ ναυάγια ὑποβρύχια, ὀψὲ δὲ ἀναβληθῆναι ποθοῦντι καὶ συνεχῶς προσισχομένῳ τοῖς κλάδοις·

νωλεμέως δ' ἐχόμην, ὄφρ' ἐξεμέσειεν ὀπίσσω
ἱστὸν καὶ τρόπιν αὖτις, ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθεν
ὄψ'· ἦμος τ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη,
κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν,
καὶ τότε δή μοι δοῦρα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη.

πάντα γὰρ ταῦτα χρόνου τινὸς ἔμφασιν ἀξιολόγου δίδωσι, καὶ μάλιστα τὸ τὴν ἑσπέραν ἐπιτεῖναι, (καὶ) μὴ κοινῶς εἰπόντα, ἡνίκα ὁ δικαστὴς ἀνίσταται, ἀλλ' ἡνίκα κρίνων νείκεα πολλά, ὥστε βραδῦναι πλέον τι. καὶ ἄλλως δὲ οὐ πιθανὴν ἂν ὑπέτεινε τῷ ναυαγῷ τὴν ἀπαλλαγήν, εἰ πρὶν ἀποσπασθῆναι πολὺ καὶ αὐτίκα εἰς τοὐπίσω παλίρρους μετέπιπτεν.

37. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ, συνηγορῶν τοῖς περὶ τὸν Ἐρατοσθένη, διότι, καίπερ γραμματικὸς ὤν, παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν ἐξωκεανισμὸν τῶν τόπων, περὶ οὓς τὴν πλάνην φράζει, Γαῦδον καὶ Κόρκυραν ὀνομάζει. ἀλλ' εἰ μὲν μηδαμοῦ γέγονεν ἡ πλάνη, ἀλλ' ὅλον πλάσμα ἐστὶν Ὁμήρου τοῦτο, ὀρθὴ ἡ ἐπιτίμησις· ἤ, εἰ γέγονε μέν, περὶ ἄλλους δὲ τόπους, δεῖ λέγειν εὐθὺς καὶ περὶ τίνας, ἐπανορθούμενον ἅμα τὴν ἄγνοιαν. μήτε δὲ ὅλου πλάσματος εἶναι πιθανῶς λεγομένου, καθάπερ ἐπεδείκνυμεν, μήτ' ἄλλων τόπων κατὰ πίστιν μείζω δεικνυμένων, ἀπολύοιτ' ἂν τῆς αἰτίας ὁ Καλλίμαχος.

38. Οὐδ' ὁ Σκήψιος δὲ Δημήτριος εὖ, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἀπολλοδώρῳ τῶν ἁμαρτιῶν ἐνίων αἴτιος ἐκεῖνος κατέστη. πρὸς γὰρ Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν φιλοτιμοτέρως ἀντιλέγων, εἰπόντα ὅτι οἱ Ἀργοναῦται πλέοντες εἰς Φᾶσιν τὸν ὑφ' Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ὁμολογούμενον πλοῦν, ἱδρύσαντο τὰ τῆς Ἰδαίας μητρὸς ἱερὰ περὶ Κύζικον, ἀρχήν φησι μηδ' εἰδέναι τὴν εἰς Φᾶσιν ἀποδημίαν τοῦ Ἰάσονος Ὅμηρον. τοῦτο δ' οὐ μόνον τοῖς ὑφ' Ὁμήρου λεγομένοις μάχεται, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ. φησὶ γὰρ τὸν Ἀχιλλέα Λέσβον μὲν πορθῆσαι καὶ ἄλλα χωρία, Λήμνου δ' ἀποσχέσθαι καὶ τῶν πλησίον νήσων διὰ τὴν πρὸς Ἰάσονα καὶ τὸν υἱὸν Εὔνεων συγγένειαν τότε τὴν νῆσον κατέχοντα. πῶς οὖν ὁ ποιητὴς τοῦτο μὲν ᾔδει, διότι συγγενεῖς ἢ ὁμοεθνεῖς ἢ γείτονες ἢ ὁπωσοῦν οἰκεῖοι ὑπῆρχον ὅ τε Ἀχιλλεὺς καὶ ὁ Ἰάσων (ὅπερ οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θετταλοὺς ἀμφοτέρους εἶναι συνέβαινε, καὶ τὸν μὲν Ἰώλκιον, τὸν δ' ἐκ τῆς Φθιώτιδος Ἀχαιίδος ὑπάρχειν), τοῦτο δ' ἠγνόει, πόθεν ἦλθε τῷ Ἰάσονι, Θετταλῷ καὶ Ἰωλκίῳ ὑπάρχοντι, ἐν μὲν τῇ πατρίδι μηδεμίαν καταλιπεῖν διαδοχήν, Λήμνου δὲ καταστῆσαι κύριον τὸν υἱόν; καὶ Πελίαν μὲν ᾔδει καὶ τὰς Πελιάδας καὶ τὴν ἀρίστην αὐτῶν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς

Εὔμηλον, τὸν ὑπ' Ἀδμήτῳ τέκε δῖα γυναικῶν

Ex ipso tamen tempore collegerit aliquis forsitan Homerum veritatem sub involucro significasse. Nam reciprocationem fluctuum bis tantum in diem et noctem accidisse magis, quam ter, quadrat ad id, quod tanto tempore sub aquis morata sunt naufragii frusta et sero ejecta Ulyssi ea desideranti et continenter ramis adhærenti ( *Od.* M, 437 ) :

Vi tenui summa, dum malus, dumque carina
insano pelagi rursum evomerentur ab æstu:
quæ mihi sera tamen votis persæpe petita
tempore sunt oblata illo, quo sole cadente
tam disceptatis multorum litibus ædes
ad proprias cœnamque foro solet ire relicto
judex : tum mihi ligna gravi emersere Charybdi.

Hæc omnia ostendunt non exiguum tempus significari : maxime quod vesperam intendi jam cœpisse ait, non simpliciter dicens « quando judex surgit », sed addens « disceptatis litibus multis », ut moratum aliquanto magis intelligas. Alioquin etiam parum probabilem naufragi sospitationem finxisset, si, antequam longius enatasset, retro rursus per refluxum in turbinem incidisset.

37. Ceterum Apollodorus, Eratosthenem defendens, Callimachum reprehendit, quod, tametsi grammaticus esset, tamen contra Homeri institutum, loca illa, circa quæ errores Ulyssis evenisse dicit, non in nostro mari, sed in oceano ponentis, Gaudum is ac Corcyram nominaverit. Verum si Ulysses omnino vagatus non est, sed tota res ab Homero conficta, merito reprehendit hominem : aut, si ille vagatus est, sed ad alia loca delatus, ea loca statim commemoranda erant, errorque corrigendus. Sed quum neque probabiliter dici possit rem totam esse commentitiam, quemadmodum ostendimus, neque majore fide alia loca commemorentur, liberandus sane hoc crimine est Callimachus.

38. Non recte etiam Demetrius Scepsius, sed et errorum quorundam causam Apollodoro is præbuit. Nam contra Neanthem Cyzicenum majore contentione disputans, qui dixerat Argonautas, quum navigarent ad Phasin (quæ sit ab Homero et aliis testibus confirmata navigatio), Idææ matris templa, quæ sunt circa Cyzicum, fundavisse : omnino de Iasonis peregrinatione ad Phasin Homero nihil quicquam fuisse cognitum ait. Id vero non Homeri modo, sed ipsius quoque Demetrii dictis repugnat. Ait enim Achillem Lesbum et alia loca populatum, a Lemno et vicinis insulis abstinuisse ob cognationem cum Iasone et Euneo ejus filio, qui tunc Lemnum tenebat. Quomodo ergo poeta sciebat Achillem et Iasonem sive cognatos sive gentiles sive vicinos sive quocunque tandem modo familiares fuisse (quod aliunde fieri non potuit, nisi quod uterque Thessalus fuit, alter Iolcius, alter ex Achaia Phthiotide), illud vero ignorabat, unde Iasoni contigisset Thessalo et Iolcio, ut, quum domi nullam reliquisset posteritatem, filius ejus Lemnum obtineret? Scilicet Peliam quoque Homerus norat et ejus filias, earumque præstantissimam et ejus filium (*Il.* B, 214)

Eumelum,
natarum Peliæ quem præstantissima forma

Ἄλκηστις, Πελίαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη·

τῶν δὲ περὶ τὸν Ἰάσονα συμβάντων καὶ τὴν Ἀργὼ καὶ τοὺς Ἀργοναύτας, τῶν μὲν ὁμολογουμένων παρὰ πᾶσιν ἀνήκοος ἦν, ἐν δὲ τῷ ὠκεανῷ τὸν παρ' Αἰήτου πλοῦν ἔπλαττεν, ἀρχὴν μηδεμίαν ἐξ ἱστορίας λαβών;

39. Ὡς μὲν γὰρ ἅπαντες λέγουσιν, ὅτι ἐξ ἀρχῆς ὁ πλοῦς ἐπὶ Φᾶσιν ἔχει πιθανόν τι, τοῦ Πελίου στείλαντος, καὶ ἡ ἐπάνοδος καὶ ἡ ἐν τῷ παράπλῳ νήσων δοσηδὴ ἐπικράτεια καὶ νὴ Δία ἡ ἐπὶ πλέον γενηθεῖσα πλάνη, καθάπερ καὶ τῷ Ὀδυσσεῖ καὶ τῷ Μενελάῳ, ἐκ τῶν ἔτι νῦν δεικνυμένων καὶ πεπιστευμένων ἐστὶν ἐκ τῆς Ὁμήρου φωνῆς. ἥ τε γὰρ Αἶα δείκνυται περὶ Φᾶσιν πόλις· καὶ ὁ Αἰήτης πεπίστευται βασιλεῦσαι τῆς Κολχίδος, καὶ ἔστι τοῖς ἐκεῖ τοῦτ' ἐπιχώριον τοὔνομα. ἥ τε Μήδεια φαρμακὶς ἱστορεῖται, καὶ ὁ πλοῦτος τῆς ἐκεῖ χώρας ἐκ τῶν χρυσείων καὶ ἀργυρείων καὶ σιδηρείων (καὶ) δικαίαν τινὰ ὑπαγορεύει πρόφασιν τῆς στρατείας, καθ' ἣν καὶ Φρίξος πρότερον ἔστειλε τὸν πλοῦν τοῦτον· καὶ ἔστιν ὑπομνήματα τῆς ἀμφοῖν στρατείας τό τε Φρίξειον τὸ ἐν τοῖς μεθορίοις τῆς τε Κολχίδος καὶ τῆς Ἰβηρίας, καὶ τὰ Ἰασόνεια, [ἃ] πολλαχοῦ καὶ τῆς Ἀρμενίας καὶ τῆς Μηδίας καὶ τῶν πλησιοχώρων αὐταῖς τόπων δείκνυται. καὶ μὴν καὶ περὶ Σινώπην καὶ τὴν ταύτης παραλίαν καὶ τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον μέχρι τῶν κατὰ τὴν Λῆμνον τόπων λέγεται πολλὰ τεκμήρια τῆς τε Ἰάσονος στρατείας καὶ τῆς Φρίξου· τῆς δ' Ἰάσονος καὶ τῶν ἐπιδιωξάντων Κόλχων καὶ μέχρι τῆς Κρήτης καὶ τῆς Ἰταλίας καὶ τοῦ Ἀδρίου, ὧν ἔνια καὶ ὁ Καλλίμαχος ἐπισημαίνεται, τοτὲ μὲν

Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ

λέγων [ἐν ἐλεγείᾳ, ἧς ἡ ἀρχή·]

Ἄρχμενος, ὡς ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου,
αὖτις ἐς ἀρχαίην ἔπλεον Αἱμονίην·

τοτὲ δὲ περὶ τῶν Κόλχων,

οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου σχάσσαντες ἐρετμὰ
λᾶα πάρα ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος
ἄστυρον ἐκτίσσαντο, τὸ μὲν Φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραικός, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

τινὲς δὲ καὶ τὸν Ἴστρον ἀναπλεῦσαί φασι μέχρι πολλοῦ τοὺς περὶ τὸν Ἰάσονα, οἱ δὲ καὶ μέχρι τοῦ Ἀδρίου· οἱ μὲν κατὰ ἄγνοιαν τῶν τόπων, οἱ δὲ καὶ ποταμὸν Ἴστρον ἐκ τοῦ μεγάλου Ἴστρου τὴν ἀρχὴν ἔχοντα ἐκβάλλειν εἰς τὸν Ἀδρίαν φασί· τὰ δὲ οὐκ ἀπιθάνως οὐδ' ἀπίστως λέγοντες.

40. Τοιαύταις δή τισιν ἀφορμαῖς ὁ ποιητὴς χρησάμενος τὰ μὲν ὁμολογεῖ τοῖς ἱστορουμένοις, προσμυθεύει δὲ τούτοις, ἔθος τι φυλάττων καὶ κοινὸν καὶ ἴδιον. ὁμολογεῖ μέν, ὅταν Αἰήτην ὀνομάζῃ, καὶ τὸν Ἰάσονα καὶ τὴν Ἀργὼ λέγῃ, καὶ παρὰ [τὴν Αἶην] τὴν Αἰαίην πλάττῃ, καὶ τὸν Εὔνεων ἐν Λήμνῳ καθιδρύῃ, καὶ ποιῇ τῷ

Alcestis tulit Admeto præclara marito:

quæ autem Iasoni evenissent et Argo navi ac Argonautis, et ab omnibus pro confessis habentur, de iis nihil acceperat, sed navigationem ab Æeta in oceano confinxerat, nullo ex historia petito principio?

39. Omnium quidem consensu illa expeditio in Phasin jussu Pelei instituta, reditus, et occupatio qualiscunque insularum inter navigandum, verisimilis est; atque hercle etiam longiores Iasonis errores, sicut res et Ulyssis et Menelai verisimiles judicari debent ob ea quæ hodieque monstrantur et fidem inveniunt ex Homeri carminibus. Nam et Æa urbs ad Phasin ostenditur, et Æetam Colchidis regem fuisse pro certo habetur, idque nomen ea in regione usitate geritur; et Medeæ veneficæ historia exstat, et divitiæ istarum regionum ex auri, argenti ferrique metallis justam ejus expeditionis causam ostendunt, quæ etiam Phrixum antea ad eandem impulerat navigationem. Exstantque utriusque navigationis monumenta, Phrixeum in confinio Colchidis et Iberiæ, et Iasonea, quæ passim in Armenia, Media et finitimis locis monstrantur. Quin et circa Sinopen ejusque oram maritimam, Propontidem, Hellespontum usque ad Lemnum, multa perhibentur Iasonis et Phrixi expeditionum indicia; tum Iasonis et persequentium eum Colchorum, usque ad Cretam et Italiam atque Adriam, quorum nonnulla Callimachus notavit, modo:

Ægleten, Anaphen, Spartanæ proxima Theræ,

dicens [*in elegia, cujus initium:*]

Dic ut ab Æeta heroum turba Cytæo
rursus ad antiquam naviget Æmoniam;

modo de Colchis:

Secessum maris Illyrici simul ac tetigerunt,
finem remigio mox statuere suo.
Harmoniæ dirumque ubi serpentem induit olim,
oppidulum ad lævam constituere sibi:
nomen ab exulibus Græco sermone notatur,
ast illam dicit Colchica lingua Polas.

Quidam etiam bonam Istri partem adverso flumine subvectos Iasonem cum suis autumant, nonnulli usque ad Adriam: alii ignoratione locorum decepti, alii Istrum quendam fluvium e magno illo ortum Istro in mare Adriaticum exire aiunt, alia tamen non absurda aut a fide veri aliena dicentes.

40. Hujusmodi ergo occasionibus usus poeta in quibusdam cum historia consentit, quædam etiam affingit, morem servans et communem et suum. Cum historia consentit quando Æetan nominat, et Iasonem, et Argo, et ab Æa Ææam fingit et in Lemno Euneum collocat, eamque insulam

Ἀχιλλεῖ φίλην τὴν νῆσον, καὶ παρὰ τὴν Μήδειαν τὴν Κίρκην φαρμακίδα ποιῇ,

αὐτοκασιγνήτην ὀλοόφρονος Αἰήταο·

προσμυθοποιεῖ δὲ τὸν ἐξωκεανισμὸν τὸν κατὰ τὴν πλάνην συμβάντα τὴν ἀπ' ἐκείνου τοῦ πλοῦ. ἐπεὶ κἀκεῖνο, ὑποκειμένων μὲν τούτων, εὖ λέγεται,

Ἀργὼ πασιμέλουσα,

ὡς ἐν γνωρίμοις τόποις καὶ εὐανδροῦσι τῆς ναυστολίας γενομένης· εἰ δ', ὥσπερ ὁ Σκήψιός φησι παραλαβὼν μάρτυρα Μίμνερμον, ὃς ἐν τῷ ὠκεανῷ ποιήσας τὴν οἴκησιν τοῦ Αἰήτου πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς ἐκτὸς πεμφθῆναί φησιν ὑπὸ τοῦ Πελίου τὸν Ἰάσονα καὶ κομίσαι τὸ δέρος, οὔτ' ἂν ἡ ἐπὶ τὸ δέρος ἐκεῖσε πομπὴ πιθανῶς λέγοιτο εἰς ἀγνῶτας καὶ ἀφανεῖς τόπους, οὔθ' ὁ δι' ἐρήμων καὶ ἀοίκων [καὶ] καθ' ἡμᾶς τοσοῦτον ἐκτετοπισμένων πλοῦς οὔτ' ἔνδοξος οὔτε πασιμέλων.

( οὐδέ κοτ' ἂν μέγα κῶας ἀνήγαγεν αὐτὸς Ἰήσων
ἐξ Αἴης, τελέσας ἀλγινόεσσαν ὁδόν,
ὑβριστῇ Πελίῃ τελέων χαλεπῆρες ἄεθλον,
οὐδ' ἂν ἐπ' ὠκεανοῦ καλὸν ἵκοντο ῥόον·

καὶ ὑποβάς,

Αἰήταο πόλιν, τόθι τ' ὠκέος ἠελίοιο
ἀκτῖνες χρυσέῳ κείαται ἐν θαλάμῳ
ὠκεανοῦ παρὰ χείλεσ', ἵν' ᾤχετο θεῖος Ἰήσων. )

## ΚΕΦ. Γ'.

Οὐδὲ τοῦτ' εὖ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἀνδρῶν οὐκ ἀξίων μνήμης ἐπὶ πλέον μέμνηται, τὰ μὲν ἐλέγχων, τὰ δὲ πιστεύων καὶ μάρτυσι χρώμενος αὐτοῖς, οἷον Δαμάστῃ καὶ τοιούτοις ἄλλοις. καὶ γὰρ εἴ τι λέγουσιν ἀληθές, οὐ μάρτυσί γε ἐκείνοις χρηστέον περὶ αὐτοῦ, οὐδὲ πιστευτέον διὰ τοῦτο· ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν μόνων τῷ τοιούτῳ τρόπῳ χρηστέον, οἳ πολλὰ μὲν εἰρήκασιν εὖ, πολλὰ δὲ καὶ παραλελοίπασιν ἢ οὐχ ἱκανῶς ἐξεῖπον, οὐδὲν δ' ἐψευσμένως. ὁ δὲ Δαμάστῃ χρώμενος μάρτυρι οὐδὲν διαφέρει τοῦ καλοῦντος μάρτυρα τὸν Βεργαῖον ἢ τὸν Μεσσήνιον Εὐήμερον καὶ τοὺς ἄλλους, οὓς αὐτὸς εἴρηκε διαβάλλων τὴν φλυαρίαν. καὶ τούτου δ' ἕνα τῶν λήρων αὐτὸς λέγει, τὸν μὲν Ἀράβιον κόλπον λίμνην ὑπολαμβάνοντος εἶναι, Διότιμον δὲ τὸν Στρομβίχου πρεσβείας Ἀθηναίων ἀφηγούμενον διὰ τοῦ Κύδνου ἀναπλεῦσαι ἐκ τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὸν Χοάσπην ποταμόν, ὃς παρὰ τὰ Σοῦσα ῥεῖ, καὶ ἀφικέσθαι τεσσαρακοσταῖον εἰς Σοῦσα· ταῦτα δ' αὐτῷ διηγήσασθαι αὐτὸν τὸν Διότιμον. εἶτα θαυμάζειν, εἰ τὸν Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγριν ἦν δυνατὸν διακόψαντα τὸν Κύδνον εἰς τὸν Χοάσπην ἐκβαλεῖν.

2. Οὐ μόνον δὲ ταῦτ' ἄν τις ἐπισημήναιτο, ἀλλ' ὅτι καὶ περὶ τῶν πόντων οὐδὲ καθ' ἑαυτόν πω γνώριμα

Achilli amicam facit, et imitatione Medeæ, Circen veneficam facit (*Od.* K, 137),

Æetæ immani præstantis mente sororem.

Affingit autem egressum in oceanum, qui evenerit in erroribus post illam expeditionem. Sed et hoc, istis positis, bene dicitur (*Od.* M, 70):

Quæ magni cunctis facta est mortalibus Argo:

quod nimirum navigatio illa fuit in locis nobilibus, et ubi multi homines incolerent. Si vero, quod Scepsius vult teste Mimnermo usus, in oceano habitavit (sic enim Mimnermus) exteriore versus orientem Æetas, eoque missus est a Pelia Iason ad vellus afferendum: profecto neque verisimilis est illa velleris causa missio ad ignota et obscura loca, neque navigatio per deserta et inculta tamque nostra quoque ætate procul remota vel gloriosa potuit esse, vel cujus omnes haberent homines rationem. [*Mimnermi versus fortasse ab lectore additi*:]

(Nec rutilum ex Æa ferret satus Æsone vellus,
difficile undosum per mare mensus iter,
injusti jussu Peliæ certamine obito,
nec pervenisset flumen ad oceani,

ac deinde:

Æetæ muros: celeres Hyperionis illic
auratis recubant in thalamis radii
litus ad oceani, qua divus vectus Iason.)

## CAP. III.

Id quoque non recte Eratosthenes, quod crebram facit hominum memoria indignorum mentionem, modo reprehendens, modo eorum utens testimoniis et fidem adhibens, ut Damastæ et aliis similibus. Nam etsi aliquid ii veri dicunt, tamen iis id testibus comprobandum aut propter ipsos credendum non est: hoc modo tantum auctoritate præditis viris utendum, qui multa recte tradiderunt, multa etiam omiserunt aut non satis explicarunt, nihil vero mendaciis depravarunt. Is autem Damasten producens testem, nihil ab eo differt, qui testem citat Bergæum aut Messenium Euhemerum aliosve, quos ipse nominat, eorum traducens futilitatem. Atque de ejus nugis unum ipse exemplum refert, quod sinum Arabicum existimaverit esse paludem: item, Diotimum Strombichi filium, ducem legationis Atheniensium, e Cilicia adverso fluvio Cydno in Choaspen fluvium navigasse, qui Susa alluit, ac quadraginta dierum spatio Susa pervenisse: idque ipsum sibi narrasse Diotimum. Deinde mirari se ait, si Cydnus Euphraten ac Tigrin potuit secare, et in Choaspen exire.

2. Non hæc tantum notari possunt, sed id quoque, quod ne sua quidem ætate satis constare ait notitiam marium

εἶναί φησι τὰ καθ' ἕκαστα ἀκριβολογούμενα, καὶ κελεύσας ἡμῖν μὴ ῥᾳδίως τοῖς τυχοῦσι πιστεύειν, καὶ τὰς αἰτίας διὰ μακρῶν ἀποδούς, δι' ἃς οὐδὲ πιστευτέον, οἷον περὶ τῶν κατὰ τὸν Πόντον καὶ τὸν Ἀδρίαν, αὐτὸς ἐπίστευσε τοῖς τυχοῦσι. τοιγάρτοι τὸν μὲν Ἰσσικὸν κόλπον ἐπίστευσεν ἑωθινώτατον τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης σημεῖον, τοῦ κατὰ Διοσκουριάδα τὴν ἐν τῷ τοῦ Πόντου μυχῷ σχεδόν τι καὶ τρισχιλίοις σταδίοις ἑωθινωτέρου ὄντος καὶ κατ' αὐτὸν ἐκ τοῦ σταδιασμοῦ οὗ φησι· τοῦ τε Ἀδρίου καὶ τὰ ἀρκτικὰ καὶ τὰ ἔσχατα διεξιὼν οὐδενὸς ἀπέχεται μυθώδους. πεπίστευκε δὲ καὶ περὶ τῶν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων πολλοῖς μυθώδεσι, Κέρνην τε νῆσον καὶ ἄλλους τόπους ὀνομάζων τοὺς μηδαμοῦ νυνὶ δεικνυμένους, περὶ ὧν μνησθησόμεθα καὶ ὕστερον. εἰπών τε τοὺς ἀρχαιοτάτους πλεῖν καὶ κατὰ λῃστείαν ἢ ἐμπορίαν, μὴ πελαγίζειν δέ, ἀλλὰ παρὰ γῆν, καθάπερ τὸν Ἰάσονα, ὅνπερ καὶ μέχρι τῆς Ἀρμενίας καὶ Μηδίας ἐκ τῶν Κόλχων στρατεῦσαι ἀφέντα τὰς ναῦς, ὕστερόν φησι τὸ παλαιὸν οὔτε τὸν Εὔξεινον θαρρεῖν τινα πλεῖν, οὔτε παρὰ Λιβύην καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν. εἰ μὲν οὖν τοὺς πάλαι τοὺς πρὸ τῆς ἡμετέρας λέγει μνήμης, οὐδὲν ἐμοὶ μέλει περὶ ἐκείνων λέγειν, οὔτ' εἰ ἔπλεον, οὔτ' εἰ μή. εἰ δὲ περὶ τῶν μνημονευομένων, οὐκ ἂν ὀκνήσαι τις εἰπεῖν ὡς οἱ παλαιοὶ μακροτέρας ὁδοὺς φανοῦνται καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν τελέσαντες τῶν ὕστερον, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λεγομένοις· οἷον Διόνυσος καὶ Ἡρακλῆς καὶ αὐτὸς ὁ Ἰάσων, ἔτι δ' οἱ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγόμενοι, Ὀδυσσεὺς καὶ Μενέλαος. καὶ Θησέα δὲ καὶ Πειρίθουν μακρὰς εἰκός ἐστι στρατείας ὑπομείναντας καταλιπεῖν δόξαν περὶ ἑαυτῶν ὡς εἰς Ἅδου καταβάντας, τοὺς δὲ Διοσκούρους ἐπιμελητὰς τῆς θαλάσσης λεχθῆναι καὶ σωτῆρας τῶν πλεόντων. ἥ τε Μίνω θαλαττοκρατία θρυλεῖται καὶ ἡ Φοινίκων ναυτιλία, οἳ καὶ τὰ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον καὶ πόλεις ἔκτισαν κἀκεῖ καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Λιβύης παραλίας μικρὸν τῶν Τρωικῶν ὕστερον. Αἰνείαν δὲ καὶ Ἀντήνορα καὶ Ἐνετοὺς καὶ ἁπλῶς τοὺς ἐκ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου πλανηθέντας εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἄξιον μὴ τῶν παλαιῶν ἀνθρώπων νομίσαι; συνέβη γὰρ δὴ τοῖς τότε Ἕλλησιν ὁμοίως καὶ τοῖς βαρβάροις διὰ τὸν τῆς στρατείας χρόνον ἀποβαλεῖν τά τε ἐν οἴκῳ καὶ τῇ στρατείᾳ πορισθέντα· ὥστε μετὰ τὴν τοῦ Ἰλίου καταστροφὴν τούς τε νικήσαντας ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι διὰ τὰς ἀπορίας, καὶ πολὺ μᾶλλον τοὺς ἡττηθέντας καὶ περιγενομένους ἐκ τοῦ πολέμου. καὶ δὴ καὶ πόλεις ὑπὸ τούτων πλεῖσται κτισθῆναι λέγονται κατὰ πᾶσαν τὴν ἔξω τῆς Ἑλλάδος παραλίαν, ἔστι δ' ὅπου καὶ τὴν μεσόγαιαν.

3. Εἰπὼν δὲ καὶ αὐτός, ὁπόσον προὔβη τὰ τῆς οἰκουμένης εἰς γνῶσιν τοῖς μετ' Ἀλέξανδρον καὶ κατ' αὐτὸν ἤδη, μεταβέβηκεν ἐπὶ τὸν περὶ τοῦ σχήματος λόγον, οὐχὶ περὶ τοῦ τῆς οἰκουμένης, ὅπερ ἦν οἰκειότερον τῷ περὶ αὐτῆς λόγῳ, ἀλλὰ τοῦ τῆς συμπάσης γῆς· δεῖ μὲν γὰρ καὶ τούτου μνησθῆναι, μὴ ἀτάκτως δέ. εἰπὼν οὖν,

per singula accurate traditam: jubensque non facile quibusvis credere, et prolixe rationes reddens, quare non sit credendum, velut in iis quæ de Ponto et Adria narrantur, ipse cuique credidit. Itaque ergo Issicum sinum nostrorum marium omnium maxime versus orientem situm credidit; quum, quod est ad Dioscuriadem in imo Ponti secessu situm mare, fere tribus stadiorum millibus sit orienti vicinius, vel ex ab ipso tradita stadiorum dimensione: Adriæque partes septentrionales et extremas enarrans, nihil fabularum prætermittit. Multis quoque fabulosis de iis quæ sint extra columnas Herculis, fidem adhibuit, Cernam insulam nominans aliaque loca, quæ hodie exstant nusquam, de quibus etiam postea memorabimus. Quumque dixisset priscos navigasse et prædatum et mercatum, non ut in altum eveherentur, sed tantum litus legerent, ut et Iason, qui relictis navibus terra expeditionem e Colchis in Armeniam et Mediam usque fecerit: postea inquit, antiquitus neque Euxinum mare, neque juxta Africam aut Syriam aut Ciliciam quenquam navigare ausum. Qui si per priscos intelligit eos qui ante nostram fuerunt memoriam, nihil me attinet de iis dicere, navigarintne an non navigarint. Sin de iis loquitur, quorum ad nos perlata est memoria, equidem nihil verear dicere antiquos manifesto longiora terra marique confecisse itinera quam posteros, si quidem historiis fides adhibenda est. Perhibentur enim Bacchus, Hercules, et ipse Iason: tum ab Homero commemorati Ulysses et Menelaus. Theseum quoque et Pirithoum probabile est propterea, quod longinquas fecerint expeditiones, hanc de se opinionem in animis hominum reliquisse, quod ad inferos descenderint: eademque de causa Castores maris esse procuratores dictos ac navigantium servatores. Vulgatum est etiam sermonibus Minois in mare imperium, et Phœnicum navigatio, qui etiam extra columnas Herculis progressi sunt, ibique et in media Africæ ora maritima urbes condiderunt paulo post Trojani belli tempora. Æneam quoque, Antenorem, et Enetos, atque in universum eos qui a bello Trojano per totum orbem terrarum dispersi vagatique sunt, nonne æquum est inter priscos recenseri? Usu venit enim istius belli tempore quum Græcis tum barbaris, ut et quæ domi possidebant, amitterent, et quæ bello adepti essent: itaque everso Ilio et victores ob inopiam prædationibus sese dederunt, et multo magis victi, qui illi bello fuissent superstites. Atque adeo urbes ab his plurimæ feruntur conditæ per omnem, quæ extra Græciam est, oram maritimam, et aliquæ etiam mediterraneæ.

3. Deinde Eratosthenes, postquam disseruit quantum sit profectum in terræ habitatæ cognitione eorum ætate qui post Alexandrum fuerunt, atque adeo jam eo vivente, transit ad disputationem de figura terræ, nimirum non de habitatæ, quod magis ad hanc tractationem pertinebat, sed de universæ terræ figura agens. Oportebat quidem hujus quoque mentionem facere, sed non confuse. Postquam

ὅτι σφαιροειδὴς ἡ σύμπασα, οὐχ ὡς ἐκ τόρνου δέ, ἀλλ' ἔχει τινὰς ἀνωμαλίας, ἐπιφέρει τὸ πλῆθος τῶν ἐν μέρει μετασχηματισμῶν αὐτῆς, οἳ συμβαίνουσιν ἔκ τε ὕδατος καὶ πυρὸς καὶ σεισμῶν καὶ ἀναφυσημάτων καὶ ἄλλων τοιούτων, οὐδ' ἐνταῦθα τὴν τάξιν φυλάττων. τὸ μὲν γὰρ σφαιροειδὲς περὶ ὅλην τὴν γῆν ἀπὸ τῆς τοῦ ὅλου ἕξεως συμβαίνει, οἱ δὲ τοιοῦτοι μετασχηματισμοὶ τὴν μὲν ὅλην γῆν οὐδὲν ἐξαλλάττουσιν (ἐν γὰρ τοῖς μεγάλοις ἐναφανίζεται τὰ οὕτω μικρά), τῆς δὲ οἰκουμένης διαθέσεις ἑτέρας καὶ ἑτέρας τινὰς ἀπεργάζονται, καὶ τὰς προσεχεῖς αἰτίας ἄλλας καὶ ἄλλας ἔχουσι.

4. Μάλιστα δέ φησι ζήτησιν παρασχεῖν, πῶς ἐν δισχιλίοις καὶ τρισχιλίοις ἀπὸ θαλάττης σταδίοις κατὰ τὴν μεσόγαιαν ὁρᾶται πολλαχοῦ κόγχων καὶ ὀστρέων καὶ χηραμύδων πλῆθος καὶ λιμνοθάλατται, καθάπερ φησὶ περὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἄμμωνος καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ ὁδὸν τρισχιλίων σταδίων οὖσαν· πολλὴν γὰρ εἶναι χύσιν ὀστρέων, ἅλας τε καὶ νῦν ἔτι εὑρίσκεσθαι πολλούς, ἀναφυσήματά τε θαλάττης εἰς ὕψος ἀναβάλλειν, πρὸς ᾧ καὶ ναυάγια θαλαττίων πλοίων δείκνυσθαι, ἃ ἔφασαν διὰ τοῦ χάσματος ἐκβεβράσθαι, καὶ ἐπὶ στυλιδίων ἀνακεῖσθαι δελφῖνας ἐπιγραφὴν ἔχοντας Κυρηναίων θεωρῶν. ταῦτα δ' εἰπὼν τὴν Στράτωνος ἐπαινεῖ δόξαν τοῦ φυσικοῦ, καὶ ἔτι Ξάνθου τοῦ Λυδοῦ· τοῦ μὲν Ξάνθου λέγοντος ἐπὶ Ἀρταξέρξου γενέσθαι μέγαν αὐχμόν, ὥστ' ἐκλιπεῖν ποταμοὺς καὶ λίμνας καὶ φρέατα· αὐτόν τε εἰδέναι πολλαχῇ πρόσω ἀπὸ τῆς θαλάττης λίθον τε κογχυλιώδη καὶ τὰ κτενώδεα καὶ χηραμύδων τυπώματα καὶ λιμνοθάλασσαν ἐν Ἀρμενίοις καὶ Ματιηνοῖς καὶ ἐν Φρυγίᾳ τῇ κάτω, ὧν ἕνεκα πείθεσθαι τὰ πεδία ποτὲ θάλατταν γενέσθαι. τοῦ δὲ Στράτωνος ἔτι μᾶλλον ἁπτομένου τῆς αἰτιολογίας, ὅτι φησὶν οἴεσθαι τὸν Εὔξεινον μὴ ἔχειν πρότερον τὸ κατὰ Βυζάντιον στόμα, τοὺς δὲ ποταμοὺς βιάσασθαι καὶ ἀνοῖξαι τοὺς εἰς αὐτὸν ἐμβάλλοντας, εἶτ' ἐκπεσεῖν τὸ ὕδωρ εἰς τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. τὸ δ' αὐτὸ συμβῆναι καὶ περὶ τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα τὸν κατὰ Στήλας ἐκραγῆναι πόρον, πληρωθείσης ὑπὸ τῶν ποταμῶν τῆς θαλάττης, κατὰ δὲ τὴν ἔκρυσιν ἀνακαλυφθῆναι τὰ τεναγώδη πρότερον. φέρει δ' αἰτίαν, πρῶτον μὲν ὅτι τῆς ἔξω θαλάττης καὶ τῆς ἐντὸς τοὔδαφος ἕτερόν ἐστιν, ἔπειθ' ὅτι καὶ νῦν ἔτι ταινία τις ὕφαλος διατέτακεν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Λιβύην, ὡς ἂν [μὴ] μιᾶς οὔσης πρότερον τῆς τε ἐντὸς καὶ τῆς ἐκτός. καὶ βραχύτατα μὲν εἶναι τὰ περὶ τὸν Πόντον, τὸ δὲ Κρητικὸν καὶ Σικελικὸν καὶ Σαρδῷον πέλαγος σφόδρα βαθέα. τῶν γὰρ ποταμῶν πλείστων καὶ μεγίστων ῥεόντων ἀπὸ τῆς ἄρκτου καὶ τῆς ἀνατολῆς, ἐκεῖνα μὲν ἰλύος πληροῦσθαι, τὰ ἄλλα δὲ μένειν βαθέα. διὸ καὶ γλυκυτάτην εἶναι τὴν Ποντικὴν θάλατταν, τάς τ' ἐκρύσεις γίνεσθαι εἰς οὓς ἐγκέκλιται τόπους τὰ ἐδάφη. δοκεῖν δὲ κἂν χωσθῆναι τὸν Πόντον ὅλον εἰς ὕστερον, ἂν μένωσιν αἱ ἐπιρρύσεις τοιαῦται· καὶ γὰρ νῦν ἤδη τεναγίζειν τὰ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Πόντου, τόν τε Σαλμυδησσὸν καὶ τὰ

ergo dixit totam terram esse globi formâ, non ut torno facti, sed qui habeat quasdam inæqualitates; infert multitudinem singularum mutationum, quæ formæ ejus accidunt ab aqua, igne, concussionibus, exhalationibus, aliisque similibus, ne hic quidem observato ordine. Universi quippe dispositio efficit ut terra tota globi sit forma; hujusmodi autem mutationes, figuræ totius terræ qualitatem non mutant, quum in magnis tam exigua ad nihilum redigantur; in habitata tamen terra istæ mutationes multiplicem efficiunt varietatem, habentque alias atque alias proximas causas.

4. Id autem ait maxime quæstionem movere, quomodo in mediterraneis a mari ad duo vel tria stadiorum millia dissitis inveniatur multis locis concharum ostreorumque et cheramydum multitudo, tum lacus aqua salsa stagnantes; sicuti, ait, circa Ammonis templum et iter quod ad illud ducit, longum tria stadiorum millia, multum esse ostreorum diffusum, salisque etiamnum inveniri multum, et maris in altum rejici exsufflationes, ibidemque in mari fractarum navium ostendi frusta, quæ maris motu ferantur esse ejecta, et in columnulis esse positos delphinas cum hac inscriptione « Cyrenæorum ad solenne spectaculum missorum. » His dictis, Stratonis physici laudat sententiam, et Xanthi Lydi. Xanthus dixerat, Artaxerxis ætate ingentem fuisse siccitatem, adeo ut defecerint paludes, flumina et putei; vidisse autem se passim procul a mari lapides conchylii formam referentes, aut pectinum, aut cheramydum effigies; tum marinum lacum in Armenia et Matienis, inque Phrygia inferiori : quas ob causas sibi persuasum esse campos istos aliquando fuisse mare. Strato autem ad causæ explicationem magis accedens, existimare se ait Euxinum mare caruisse aliquando eo exitu qui est ad Byzantium; sed flumina quæ in id effunduntur, vi eum aperuisse, itaque aquam in Propontidem et Hellespontum erupisse. Idem nostro quoque mari accidisse; nam in eo quoque apud Columnas fretum perrupisse, mari a fluminibus repleto, eaque effusione aquæ detecta esse loca prius palustria. Causam autem affert, primum quod externi maris aliud est solum quam interni; deinde quod etiamnum terra quædam fasciæ instar in longum porrecta sub mari ab Europa in Africam protenditur, quia nimirum prius mare externum atque internum non fuerint unum. Pontum porro esse omnium minime altum, profundissima vero Creticum, Siculum, Sardoumque maria. Quum enim plurimi ac maximi fluvi a septentrione et ortu fluant, Pontum cœno impleri, cetera autem maria manere profunda; ideoque dulcissimam esse Ponti aquam, fierique effluxus in eos locos, quo inclinatus sit fundus. Putat quoque fore ut, si hujusmodi affluxus fluviorum perduret, aliquando totus Pontus aggere oppleatur terræ: nam jam nunc in paludem conversam esse sinistram Ponti partem, ubi est Salmydessus, et quæ

καλούμενα Στήθη ὑπὸ τῶν ναυτικῶν τὰ περὶ τὸν Ἴστρον καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν. τάχα δὴ καὶ τὸ τοῦ Ἄμμωνος ἱερὸν πρότερον ἐπὶ τῆς θαλάττης ὂν ἐκρύσεως γενομένης νῦν ἐν τῇ μεσογαίᾳ κεῖσθαι. εἰκάζει τε τὸ μαντεῖον εὐλόγως ἐπὶ τοσοῦτον γενέσθαι ἐπιφανές τε καὶ γνώριμον ἐπὶ θαλάττῃ ὄν· τόν τε ἐπὶ πολὺ οὕτως ἐκτοπισμὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης οὐκ εὔλογον ποιεῖν τὴν νῦν οὖσαν ἐπιφάνειαν καὶ δόξαν. τήν τε Αἴγυπτον τὸ παλαιὸν θαλάττῃ κλύζεσθαι μέχρι τῶν ἑλῶν τῶν περὶ τὸ Πηλούσιον, καὶ τὸ Κάσιον ὄρος καὶ τὴν Σιρβωνίδα λίμνην· ἔτι γοῦν καὶ νῦν κατὰ τὴν Αἴγυπτον τῆς ἁλμυρίδος ὀρυττομένης ὑφάμμους καὶ κογχυλιώδεις εὑρίσκεσθαι τοὺς βόθρους, ὡς ἂν τεθαλαττωμένης τῆς χώρας καὶ τοῦ τόπου παντὸς τοῦ περὶ τὸ Κάσιον καὶ τὰ Γέρρα καλούμενα τεναγίζοντος, ὥστε συνάπτειν τῷ τῆς Ἐρυθρᾶς κόλπῳ· ἐνδούσης δὲ τῆς θαλάττης ἀνακαλυφθῆναι, μεῖναι δὲ τὴν Σιρβωνίδα λίμνην, εἶτ' ἐκραγῆναι καὶ ταύτην, ὥστε ἑλώδη γενέσθαι. ὡς δ' αὕτως καὶ τῆς Μοίριδος λίμνης τοὺς αἰγιαλοὺς θαλάττης μᾶλλον ἢ ποταμοῦ προσεοικέναι. τὸ μὲν οὖν ἐπικλύζεσθαί ποτε πολὺ μέρος τῶν ἠπείρων ἐπὶ καιρούς τινας καὶ πάλιν ἀνακαλύπτεσθαι δοίη τις ἄν· ὡς δ' αὕτως καὶ τὸ τοῖς ἐδάφεσιν ἀνώμαλον εἶναι τὴν γῆν ἅπασαν τὴν νῦν ὕφαλον, καθάπερ γε νὴ Δία καὶ τὴν ἔξαλον, ἐν ᾗ οἰκοῦμεν, τοσαύτας γε δεχομένην, ὅσας αὐτὸς Ἐρατοσθένης εἴρηκε μεταβολάς· ὥστε πρός γε τὸν Ξάνθου λόγον οὐδὲν ἂν ἔχοι τις προσφέρειν ἄτοπον.

5. Πρὸς δὲ τὸν Στράτωνα λέγοιτ' ἄν, ὅτι πολλῶν αἰτίων ὄντων ἀφεὶς ταῦτα τὰ μὴ ὄντα αἰτιᾶται. πρώτην γὰρ αἰτίαν φησίν, ὅτι τῆς ἐντὸς θαλάττης καὶ τῆς ἐκτὸς οὐ ταὐτὸν τὸ ἔδαφος καὶ ὁ βυθός. πρὸς γὰρ τὸ μετεωρίζεσθαι ταύτην καὶ ταπεινοῦσθαι καὶ ἐπικλύζειν τόπους τινὰς καὶ ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτῶν οὐ τοῦτό ἐστιν αἴτιον, ἄλλα καὶ ἄλλα ἐδάφη τὰ μὲν ταπεινότερα εἶναι τὰ δὲ ὑψηλότερα, ἀλλὰ τὸ τὰ αὐτὰ ἐδάφη ποτὲ μὲν μετεωρίζεσθαι, ποτὲ δ' αὖ ταπεινοῦσθαι καὶ συνεξαίρειν ἢ συνενδιδόναι τὸ πέλαγος· ἐξαρθὲν μὲν γὰρ ἐπικλύσαι ἄν, ταπεινωθὲν δὲ ἀναδράμοι ἂν εἰς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν. εἰ γὰρ [οὐχ] οὕτω, δεήσει πλεονασμῷ τῆς θαλάττης αἰφνιδίῳ γενομένῳ τὴν ἐπίκλυσιν συμβαίνειν, καθάπερ ἐν ταῖς πλημμυρίσιν ἢ ταῖς ἀναβάσεσι τῶν ποταμῶν, τοτὲ μὲν ἐπενεχθέντος ἑτέρωθεν, τοτὲ δ' αὐξηθέντος τοῦ ὕδατος. ἀλλ' οὔθ' αἱ αὐξήσεις ἀθρόαι καὶ αἰφνίδιοι γίνονται, οὔθ' αἱ πλημμυρίδες τοσοῦτον ἐπιμένουσι χρόνον, οὐδ' ἄτακτοί εἰσιν, οὔτε κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπικλύζουσι θάλατταν, οὐδ' ὅπου ἔτυχε. λοιπὸν οὖν αἰτιᾶσθαι τὸ ἔδαφος ἢ τὸ τῇ θαλάττῃ ὑποκείμενον ἢ τὸ ἐπικλυζόμενον, μᾶλλον δὲ τὸ ὕφαλον. πολὺ γὰρ εὐκινητότερον καὶ μεταβολὰς θάττους δέξασθαι δυνάμενον τὸ ἔνυγρον· καὶ γὰρ τὸ πνευματικὸν τὸ πάντων τῶν τοιούτων αἴτιον πλέον ἐνταῦθα. ἀλλ', ὡς ἔφην, τῶν τοιούτων ἀπεργαστικόν ἐστι παθῶν τὸ τὰ αὐτὰ ἐδάφη ποτὲ μὲν ἐξαίρεσθαι ποτὲ δὲ ὑφίζησιν λαμβάνειν, οὐ τὸ τὰ μὲν εἶναι ὑψηλὰ τὰ δὲ ἧττον· ὁ δὲ τοῦτο λαμβάνει, νομίζων

Stethe, (*id est* Pectora) a nautis vocantur circa Istrum, et Scytharum desertum. Fortassis etiam Ammonis templum aliquando in mari jacuisse, quod nunc maris effluxu facto sit in media terra. Atque conjicit se, oraculum illud optima ratione tam illustre ac celebre factum esse, quod in mari esset situm, neque ejus gloriam probabile esse tantam potuisse exsistere, quanta nunc est, si tam longe fuisset a mari dissitum. Sed et Ægyptum priscis temporibus mari fuisse inundatam usque ad paludes quæ sunt apud Pelusium et ad Casium montem ac Sirbonidem lacum. Nam etiamnum, quando salsugo in Ægypto effoditur, fossas arenosas et conchyliis refertas inveniri, nimirum regione mari olim tecta, et locis quæ circa Casium sunt et Gerrha quæ vocantur, palude oppletis, adeo ut cum Rubro mari connecterentur: post, mari recedente, ea fuisse detecta loca, et mansisse lacum Sirbonidem, qui ipse postea ita eruperit, ut paludis naturam induerit. Similiter etiam ripas lacus Mœridis littori maris quam fluvii esse similiores. Enimvero multas continentis terræ partes aliquamdiu olim aquis tectas, rursumque inde retectas fuisse, concedat aliquis: itemque terram fundis suis inæqualem esse, quæ nunc aqua integitur, eodem hercle modo quo ea quæ supra mare exstat et a nobis habitatur, tot obnoxiam quot Eratosthenes dixit mutationibus. Itaque Xanthi quidem ratio non potest ullo labefactari absurdo.

5. Adversus Stratonem autem dici potest, quod, quum multæ sint veræ causæ, iis omissis falsas ipse proposuerit. Principem enim causam esse ait, quod maris interni, atque externi non idem est solum eademque profunditas. Quod enim hoc attollitur aut subsidit, et vel inundat quædam loca, vel ab iis recedit, ejus rei causa non est quod alia aliis sola humiliora sunt aut altiora; sed quod idem solum modo attollitur, modo deprimitur, simulque etiam vel attollitur vel subsidit mare: itaque vel exundat sublatum, vel depressum in suum redit locum. Sin minus, necesse erit ut subito maris incremento eluvies fiat, sicut in æstus exundatione fit et vel in ascensione fluminum, ab altera ibi parte aquis translatis, hic auctis. Atqui neque incrementa confertim et subito accidunt, neque æstu maris eruptiones tantum durant temporis, neque nullo fiunt ordine, neque secundum nostrum mare exundationem faciunt, neque quibusvis in locis. Restat ut causam ascribamus solo, sive quod mari subest, sive quod inundatur; potius tamen ei quod mari subest. Hoc enim multo est mobilius, et quod ob humiditatem celerius mutari possit. Ventis enim, hujusmodi omnium rerum causæ, ibi est major vis. Sed, sicuti dixi, causa horum efficiens accidentium est, quod eadam sola alias attolluntur, alias subsidunt, non quod alia aliis sunt altiora, quod Strato sumpsit, putans rem ut in flu-

ὅπερ ἐπὶ τῶν ποταμῶν συμβαίνει, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς θαλάττης ἀπαντᾶν, τὸ ἀπὸ τῶν μετεώρων τόπων εἶναι τὴν ῥύσιν. οὐδὲ γὰρ ἂν τοῦ κατὰ Βυζάντιον ῥοῦ τὸ ἔδαφος ᾐτιᾶτο, λέγων ὑψηλότερον τὸ τοῦ Εὐξείνου ἢ τὸ τῆς Προποντίδος καὶ τοῦ ἑξῆς πελάγους, ἅμα καὶ αἰτίαν προστιθείς· ἀπὸ γὰρ τῆς ἰλύος τῆς ἀπὸ τῶν ποταμῶν καταφερομένης πληροῦσθαι τὸν βυθὸν καὶ βραχὺν γίνεσθαι, διὰ τοῦτο δὲ καὶ ῥεῖν εἰς τὰ ἐκτός. τὸν δ' αὐτὸν λόγον καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέραν θάλατταν σύμπασαν μεταφέρει πρὸς τὴν ἐκτός, ὡς καὶ ταύτης μετεωρότερον τοὔδαφος ποιούσης τοῦ ὑποκειμένου τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει· καὶ γὰρ αὐτὴ ἐκ πολλῶν ποταμῶν πληροῦται, καὶ τὴν ὑποστάθμην τῆς ἰλύος δέχεται τὴν ἀνάλογον. ἐχρῆν οὖν καὶ τὸν εἰσροῦν ὅμοιον γίνεσθαι τῷ κατὰ Βυζάντιον τὸν κατὰ Στήλας καὶ τὴν Κάλπην. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐῶ· ἐροῦσι γὰρ κἀκεῖ τοῦτο συμβαίνειν, περισπᾶσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἀμπώτεων καὶ τῶν πλημμυρίδων καὶ ἐπικρύπτεσθαι.

6. Ἐκεῖνο δὲ πυνθάνομαι, τί ἐκώλυε, πρὶν ἀνεῳγέναι τὸ στόμα τὸ κατὰ Βυζάντιον, ταπεινότερον ὂν τὸ τοῦ Εὐξείνου ἔδαφος τοῦ τῆς Προποντίδος καὶ τῆς ἑξῆς θαλάττης πληρωθῆναι ὑπὸ τῶν ποταμῶν, εἴτε θάλατταν οὖσαν καὶ πρότερον εἴτε λίμνην μείζω τῆς Μαιώτιδος; εἰ γὰρ τοῦτο συγχωροῖτο, προσερήσομαι καὶ τοῦτο· ἆρά γε ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ὕδατος ἐκείνου καὶ τοῦ τῆς Προποντίδος οὐχ οὕτως εἶχεν, ὥστε, μέχρι μὲν ἡ αὐτὴ ἦν, μὴ βιάζεσθαι πρὸς ἔκρυσιν διὰ τὴν ἐξ ἴσης ἀντέρεισιν καὶ θλῖψιν, ἐπειδὴ δὲ ὑπερεπόλασεν ἡ ἐντός, βιάσασθαι καὶ ἀπεράσαι τὸ πλεονάζον· ἐκ δὲ τούτου γενέσθαι σύρρουν τὸ ἔξω πέλαγος τῷ ἐντός, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιφάνειαν ἐκείνῳ λαβεῖν, εἴτε θαλαττίῳ εἴτε λιμναίῳ μὲν πρότερον ὄντι, θαλαττίῳ δὲ ὕστερον, διὰ τὴν μίξιν καὶ τὴν ἐπικράτειαν; εἰ γὰρ καὶ τοῦτο δώσουσιν, ἡ μὲν ἔκρυσις οὐκ ἂν κωλύοιτο ἡ νῦν, οὐκ ἀπὸ ὑπερτέρου δὲ ἐδάφους οὐδὲ ἐπικλινοῦς, ὅπερ ἠξίου Στράτων.

7. Ταῦτα δὲ [δεῖ] μεταφέρειν καὶ ἐπὶ τὴν ὅλην τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν καὶ τὴν ἐκτός, μὴ ἐν τοῖς ἐδάφεσι καὶ ταῖς ἐπικλίσεσιν αὐτῶν τὴν αἰτίαν τοῦ ἔκρου τιθεμένους, ἀλλ' ἐν τοῖς ποταμοῖς· ἐπεὶ οὐκ ἀπίθανον κατ' αὐτούς, οὐδ' εἰ τὴν ὅλην θάλατταν τὴν ἡμετέραν λίμνην πρότερον εἶναι συνέβαινε, πληρουμένην ὑπὸ τῶν ποταμῶν, ἐπιπολάσασαν ἐκπεσεῖν ἔξω διὰ τῶν κατὰ Στήλας στενῶν, ὡς ἐκ καταράκτου· ἐπαυξομένην [δ'] ἀεὶ καὶ μᾶλλον τὴν θάλατταν σύρρουν γενέσθαι ὑπ' αὐτῆς τῷ χρόνῳ καὶ συνδραμεῖν εἰς μίαν ἐπιφάνειαν, ἐκθαλαττωθῆναι δὲ διὰ τὴν ἐπικράτειαν. οὐ φυσικὸν δ' ὅλως οὔτε τοῖς ποταμοῖς εἰκάζειν τὴν θάλατταν· οἱ μὲν γὰρ φέρονται κατὰ ἐπικλινὲς ῥεῖθρον, ἡ δὲ ἀκλινὴς ἕστηκεν. οἱ δὲ πορθμοὶ ῥευματίζονται κατ' ἄλλον τρόπον, οὐ διὰ τὸ τὴν ἰλὺν τὴν ἐκ τῶν ποταμῶν προσχοῦν τὸν τοῦ πελάγους βυθόν. ἡ γὰρ πρόσχωσις περὶ αὐτὰ συνίσταται τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, οἷον περὶ μὲν τὰ τοῦ Ἴστρου τὰ λεγόμενα Στήθη καὶ ἡ Σκυθῶν ἐρημία καὶ ὁ Σαλμυδησσός, καὶ ἄλλων χειμάρρων συνεργούντων πρὸς τοῦτο, περὶ δὲ τὰ τοῦ Φάσιδος ἡ Κολχικὴ παραλία,

minibus, ita etiam in mari se habere, nimirum fluxum fieri a sublimioribus partibus. Alias maris fluxum qui apud Byzantium fit, non imputasset solo, sublimius esse dicens Euxini solum quam Propontidis aut quod proxime sequitur maris, simul etiam causam addens: nempe fundum impleri a limo quem illabentia ingerunt flumina, fierique brevem, ideoque aquam extra profluere; atque hanc causam ad universum nostrum mare externi respectu transfert, quod nimirum hoc quoque sublimius effecerit solum quam id quod Atlantico mari subjacet: quippe multis illud impletur fluminibus, ac certa proportione respondentem consequitur limi subsidentiam. Atqui oportebat hoc pacto influxum quoque maris qui apud columnas Herculis et Calpen fit, similem esse ei qui est apud Byzantium. Verum hoc missum facio; dicent enim ibi quoque idem evenire, sed avelli reciprocatione maris atque occultari.

6. Hoc autem quæro: Quid impediebat, antequam apertæ sunt apud Byzantium maris fauces, quin fundus Euxini, quum esset humilior fundo Propontidis et maris quod deinceps est, impleretur affluxu fluminum, sive mare id erat prius, sive lacus Mæotide major? Si enim hoc concedatur, id porro quæram: an non istius aquæ, et aquæ Propontidis superficies ita erant affectæ, ut, quamdiu eædem manebant, non cogeretur aqua ad effluxum, quum ex æquo se invicem sustinerent ac premerent superficies; postquam autem interior esset facta elatior, ibi demum vi eruperit atque quod abundabat evomuerit: quo factum esset ut exterius cum interno conflueret mare, eandemque cum eo superficiem nancisceretur, sive marina fuit ejus aqua, sive lacustris prius, deinde ob mixturam et maris vim superiorem marina? Nam si id quoque dabunt, hodie quoque effluxus nunquam prohibebitur, neque a superiore solo, neque ab inclinato, quod voluit Strato.

7. Hæc transferri debent et ad totum nostrum mare, et ad externum, ita ut non in fundis et inclinationibus eorum causam effluxus quæramus, sed in fluminibus. Nam ipsorum quoque sententia id absurdum non est, ne si totum quidem mare nostrum olim lacus fuit, qui a fluminibus impletus, turgente superficie per angustias apud Calpen eruperit veluti per cataractas, ac magis magisque auctus cum mari hoc successu temporis magis subinde confluxerit et in unam concurrerit superficiem, ac qualitate maris prævalente ipse quoque maris naturam induerit. Omnino autem philosophiæ naturali consentaneum non est, mare fluviis conferre, quum hi fluxu ferantur declivi, maris contra nulla sit declivitas. Et fretorum inundatio ab alia causa dependet, non ab eo, quod ingesto a fluviis cœno fundum pelagi exaggeret. Istæ nempe terræ aggestiones ad ipsa fiunt fluviorum ostia, sicut Stethe quæ ad Istri ostia dicuntur, et Scytharum desertum, et Salmydessus, ubi alii quoque torrentes ad id operam suam conferunt: ad Pha-

Βοιωτίας ἐχώρισ', ἀκτὴν ἐκτεμὼν
προβλῆτα πορθμῷ.

20. Δημήτριος δ' ὁ Καλλατιανὸς τοὺς καθ' ὅλην τὴν Ἑλλάδα γενομένους ποτὲ σεισμοὺς διηγούμενος τῶν τε Λιχάδων νήσων καὶ τοῦ Κηναίου τὰ πολλὰ καταδῦναί φησι, τά τε θερμὰ τὰ ἐν Αἰδηψῷ καὶ Θερμοπύλαις ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπισχεθέντα πάλιν ῥυῆναι, τὰ δ' ἐν Αἰδηψῷ καὶ καθ' ἑτέρας ἀναρραγῆναι πηγάς· Ὠρεοῦ δὲ τὸ πρὸς θαλάττῃ τεῖχος καὶ τῶν οἰκιῶν περὶ ἑπτακοσίας συμπεσεῖν, Ἐχίνου τε καὶ Φαλάρων καὶ Ἡρακλείας τῆς Τραχῖνος, τῶν μὲν πολὺ μέρος πεσεῖν, Φαλάρων δὲ καὶ ἐξ ἐδάφους ἀναστραφῆναι τὸ κτίσμα. παραπλήσια δὲ συμβῆναι καὶ Λαμιεῦσι καὶ Λαρισαίοις· καὶ Σκάρφειαν δ' ἐκ θεμελίων ἀναρριφῆναι, καὶ καταδῦναι σώματα χιλίων καὶ ἑπτακοσίων οὐκ ἐλάττω, Θρονίους δ' ὑπὲρ ἥμισυ τούτων· κῦμά τε ἐξαρθὲν τριχῇ, τὸ μὲν πρὸς Σκάρφην ἐνεχθῆναι καὶ Θρόνιον, τὸ δὲ πρὸς Θερμοπύλας, ἄλλο δὲ εἰς τὸ πεδίον ἕως τοῦ Φωκικοῦ Δαφνοῦντος. πηγάς τε ποταμῶν ξηρανθῆναι πρὸς ἡμέρας τινάς, τὸν δὲ Σπερχειὸν ἀλλάξαι τὸ ῥεῖθρον καὶ ποιῆσαι πλωτὰς τὰς ὁδούς, τὸν δὲ Βοάγριον κατ' ἄλλης ἐνεχθῆναι φάραγγος, καὶ Ἀλόπης δὲ καὶ Κύνου καὶ Ὀποῦντος πολλὰ καταβλαβῆναι μέρη, Οἶον δὲ τὸ ὑπερκείμενον φρούριον πᾶν ἀνατραπῆναι, Ἐλατείας δὲ τοῦ τείχους καταρραγῆναι μέρος, περὶ δὲ Ἄλπωνον θεσμοφορίων ὄντων πέντε καὶ εἴκοσι παρθένους ἀναδραμούσας εἰς πύργον τῶν ἐλλιμενίων κατὰ θέαν, πεσόντος τοῦ πύργου, πεσεῖν καὶ αὐτὰς εἰς τὴν θάλατταν. λέγουσι δὲ καὶ τῆς Ἀταλάντης τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ τὰ μέσα, ῥήγματος γενομένου, διάπλουν δέξασθαι, μεταξὺ καὶ τῶν πεδίων ἔνια καὶ μέχρι εἴκοσι σταδίων ἐπικλυσθῆναι, καὶ τριήρη τινὰ ἐκ τῶν νεωρίων ἐξαιρεθεῖσαν ὑπερπεσεῖν τοῦ τείχους.

21. Προστιθέασι δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν μεταστάσεων μεταβολὰς ἐπὶ πλέον τὴν ἀθαυμαστίαν ἡμῖν κατασκευά-

cilium est, quale Homerus descripsit : præstat autem in his mutationem pro causa accipi, quam ignorationem aut fabulosa de locis mendacia poetæ adscribere. Verum hoc ut incertum, in medio relinquo.

19. Antissa insula pridem fuit, ut Myrsilus ait : quod autem tum Lesbi nomen Issa esset, insula appellata est Antissa : nunc eadem urbs est Lesbi. Sunt qui Lesbum ab Ida abruptam credant, ut Prochytam et Pithecussam a Miseno, Capreas ab Athenæo, a Rhegino agro Siciliam, Ossam ab Olympo. Et sunt in his quoque regionibus ejusmodi mutationes factæ. Ladon quoque Arcadiæ fluvius fluxum aliquando suum inhibuit. Et Duris Rhagadas, quæ in Media sunt, nomen inde habere ait, quod terræ motibus rupta fuerit (ἐρράγη) terra apud Caspias portas, compluresque eversæ urbes et pagi, ac fluviorum variæ inciderint mutationes. De Eubœa quoque Ion sic in fabula satyrica Omphale dicit :

Eubœa rura fluctus Euripi levis
Bœotiæ aufert, litus exscindens freto
projectum.

20. Demetrius porro Callatianus terræ motus qui ab antiquis temporibus per Græciam totam acciderunt, enumerans, Lichadum insularum et Cenæi multas partes demersas narrat, et thermas quæ sunt Ædepsi atque in Thermopylis, per triduum retentas, rursum fluxisse, ita quidem, ut Ædepsanæ aliis eruperint fontibus. Et Orei murum maritimum et domos ad septingentas corruisse; Echini, Phalarorum et Heracleæ Trachiniæ magnam concidisse partem, Phalara funditus esse eversa. Similia evenisse Lamiensibus et Larisæis; et Scarphiam e fundamentis subrutam, et demersos homines mille septingentis non pauciores, Throniorum dimidiam partem horum et amplius : ac fluctum excitatum trifariam, cujus una pars ad Scarphen et Thronium delata, altera ad Thermopylas, tertia in campum usque ad Daphnuntem Phocicis. Fontes quoque fluminum per aliquot dies fuisse siccatos; Spercheum alveo mutato vias reddidisse navigabiles; Boagrium per aliam decurrisse convallem; Alopes, Cyni et Opuntis multas partes læsas : Œum autem castellum, quod supra urbem situm fuit, totum eversum, partem muri Elateæ concidisse : et apud Alponum, quum Thesmophoria agerentur, viginti quinque virgines in turrim in portu sitam spectandi causa accurrisse ac ruina turris in mare decidisse. Ferunt et Atalantam quæ est juxta Eubœam, ruptura accidente mediam navibus perviam redactam, campos etiam quosdam ad viginti stadia usque inundatos, et triremem quandam e navali ablatam supra muros decidisse.

21. His etiam mutationes addunt peregrinatione gentium consecutas, ad majorem admirationis vacuitatem paran-

ζειν ἐθέλοντες, ἣν ὑμνεῖ Δημόκριτος καὶ οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι πάντες· παράκειται γὰρ τῷ ἀθαμβεῖ καὶ ἀταράχῳ καὶ ἀνεκπλήκτῳ· οἷον Ἰβήρων μὲν τῶν ἑσπερίων εἰς τοὺς ὑπὲρ τοῦ Πόντου καὶ τῆς Κολχίδος τόπους μετῳκισμένων, οὓς ὁ Ἀράξης, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος, ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ὁρίζει, Κῦρος δὲ μᾶλλον καὶ τὰ ὄρη τὰ Μοσχικά, Αἰγυπτίων δ' εἴς τε Αἰθίοπας καὶ Κόλχους, Ἐνετῶν δ' ἐκ Παφλαγονίας ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν. ἅπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐθνῶν συνέβη, Ἰώνων καὶ Δωριέων καὶ Ἀχαιῶν καὶ Αἰολέων· καὶ Αἰνιᾶνες οἱ νῦν Αἰτωλοῖς ὅμοροι περὶ τὸ Δώτιον ᾤκουν καὶ τὴν Ὄσσαν μετὰ Περραιβῶν· καὶ αὐτοὶ δὲ Περραιβοὶ μετανάσται τινές. πλήρης δέ ἐστι τῶν τοιούτων παραδειγμάτων ἡ νῦν ἐνεστῶσα πραγματεία. τινὰ μὲν οὖν καὶ πρόχειρα τοῖς πολλοῖς εἰσιν· αἱ δὲ τῶν Καρῶν καὶ Τρηρῶν καὶ Τεύκρων μεταναστάσεις καὶ Γαλατῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ τῶν ἡγεμόνων οἱ ἐπὶ πολὺ ἐκτοπισμοί, Μάδυός τε τοῦ Σκυθικοῦ καὶ Τεαρκὼ τοῦ Αἰθίοπος καὶ Κώβου τοῦ Τρηρὸς καὶ Σεσώστριος καὶ Ψαμμιτίχου τῶν Αἰγυπτίων καὶ Περσῶν τῶν ἀπὸ Κύρου μέχρι Ξέρξου οὐχ ὁμοίως ἐν ἑτοίμῳ πᾶσίν εἰσιν. οἵ τε Κιμμέριοι, οὓς καὶ Τρῆρας ὀνομάζουσιν, ἢ ἐκείνων τι ἔθνος πολλάκις ἐπέδραμον τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ Πόντου καὶ τὰ συνεχῆ αὐτοῖς, τοτὲ μὲν ἐπὶ Παφλαγόνας, τοτὲ δὲ καὶ Φρύγας ἐμβαλόντες, ἡνίκα Μίδαν αἷμα ταύρου πιόντα φασὶν ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεών. Λύγδαμις δὲ τοὺς αὑτοῦ ἄγων μέχρι Λυδίας καὶ Ἰωνίας ἤλασε καὶ Σάρδεις εἷλεν, ἐν Κιλικίᾳ δὲ διεφθάρη. πολλάκις δὲ καὶ οἱ Κιμμέριοι καὶ οἱ Τρῆρες ἐποιήσαντο τὰς τοιαύτας ἐφόδους· τοὺς δὲ Τρῆρας καὶ Κῶβον ὑπὸ Μάδυος τὸ τελευταῖον ἐξελαθῆναί φασι τοῦ τῶν † Κιμμερίων βασιλέως. ταῦτα μὲν εἰρήσθω πρὸς ἅπασαν κοινῇ τὴν περίοδον τῆς γῆς ἔχοντα οἰκείαν ἱστορίαν.

22. Ἐπάνιμεν δ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς, ἀφ' ὧν παρέβημεν. τοῦ γὰρ Ἡροδότου μηδένας Ὑπερβορείους εἶναι φήσαντος, μηδὲ γὰρ Ὑπερνοτίους, γελοίαν φησὶν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν καὶ ὁμοίαν ὁ Ἐρατοσθένης τῷ σοφίσματι τούτῳ, εἴ τις λέγοι μηδένας εἶναι ἐπιχαιρεκάκους, μηδὲ γὰρ ἐπιχαιραγάθους· κατὰ τύχην τε εἶναι καὶ Ὑπερνοτίους· κατὰ γοῦν τὴν Αἰθιοπίαν μὴ πνεῖν Νότον, ἀλλὰ [καὶ] κατωτέρω. θαυμαστὸν δ', εἰ, καθ' ἕκαστον κλίμα πνέοντος ἀνέμου, καὶ πανταχοῦ τοῦ ἀπὸ μεσημβρίας Νότου προσαγορευομένου, ἔστι τις οἴκησις ἐν ᾗ τοῦτο μὴ συμβαίνει. τοὐναντίον γὰρ οὐ μόνον Αἰθιοπία ἔχοι ἂν τὸν καθ' ἡμᾶς Νότον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀνωτέρω πᾶσα μέχρι τοῦ ἰσημερινοῦ. εἰ δ' ἄρα, τοῦ Ἡροδότου τοῦτ' ἐχρῆν αἰτιᾶσθαι, ὅτι τοὺς Ὑπερβορείους τούτους ὑπέλαβε λέγεσθαι, παρ' οἷς ὁ Βορέας οὐ πνεῖ. καὶ γὰρ εἰ οἱ ποιηταὶ μυθικώτερον οὕτω φασίν, οἵ γ' ἐξηγούμενοι τὸ ὑγιὲς ἂν ἀκούσαιεν, Ὑπερβορείους τοὺς βορειοτάτους λέγεσθαί (φασι). ὅρος δὲ τῶν μὲν βορείων ὁ πόλος, τῶν δὲ νοτίων ὁ ἰσημερινός· καὶ τῶν ἀνέμων δ' ὁ αὐτὸς ὅρος.

23. Ἑξῆς δὲ λέγει πρὸς τοὺς φανερῶς πεπλασμένα καὶ ἀδύνατα λέγοντας, τὰ μὲν (γὰρ) ἐν μύθου σχήματι,

dam, quam, quia stupore ac perturbationibus liberat, valde prædicat Democritus, ceterique philosophi omnes. Ut quod Iberi occidentales in loca ultra Pontum et Colchidem commigrarunt, quos Araxes, ut ait Apollodorus, ab Armenia separat, verius autem Cyrus et Moschici montes; Ægyptii in Æthiopiam et ad Colchos. Eneti e Paphlagonia ad Adriam. Quæ eadem Græcis quoque evenerunt gentibus, Ionibus, Doribus, Achæis, Æolibus: et Ænianes Ætolis nunc finitimi, ad Dotium habitaverunt et Ossam inter Perrhæbos: sed et ipsi Perrhæbi peregrini sunt. Atque nostrum institutum refertum est hujusmodi exemplis. Quædam horum in promptu sunt omnibus: migrationes autem Carum, Trerum, Teucrorum, Galatarum, ducumque longinquæ peregrinationes, Madyis Scythæ, Tearco Æthiopis, Cobi e Trerum gente, Sesostris ac Psammitichi Ægyptiorum, Persarum a Cyro usque ad Xerxem, non itidem omnibus notæ sunt. Ac Cimmerii, quos et Treras appellant, aut quædam eorum natio, sæpe incursiones fecerunt in dextram Ponti partem et iis contigua, modo in Paphlagoniam, alias in Phrygiam irrumpentes; quando etiam obiisse Midam tauri poto sanguine narrant. Lygdamis vero suos ducens usque ad Lydiam et Ioniam est progressus, ac Sardes cepit, periit in Cilicia. Sæpe etiam Cimmerii et Treres hujusmodi fecerunt incursiones: ac Treras et Cobum tandem a Madye Cimmeriorum [Scytharum?] rege expulsos ajunt. Atque hæc dicta sunto, quatenus ad totius terræ ambitum in universum aptam cognitionem præbent.

22. Referat nunc se eo nostra unde egressa est oratio, et persequamur sequentia. Dixerat Herodotus nullos esse Hyperboreos, nam ne Hypernotios quidem esse. Id argumentum Eratosthenes simile ait esse cavillo isti, quo negantur esse qui malis alienis gaudeant, quia non sint qui bonis alienis gaudeant: atque evenire ut sint Hypernotii; nam in Æthiopia non spirare Notum (sive Austrum), sed locis inferioribus. Atqui mirum est, quum in quovis climate ventus spiret, et ubique is qui flat a meridie Notus vocetur, esse aliquam habitationem hujus expertem. Contra enim non modo Æthiopia nostrum sentit Notum, sed et superiores omnes usque ad æquinoctialem regiones. Quod quum ita sit, id in Herodoto erat reprehendendum, quod eos existimavit vocari Hyperboreos, apud quos non spiret Boreas. Nam tametsi fabulosius poetæ ista dicunt, interpretes id quod sanum erat poterant intelligere: scilicet Hyperboreos dici eos qui maxime sunt omnium septentrionales: porro septentrionalium terminus est polus, meridionalium æquinoctialis, idemque est ventorum terminus.

23. Secundum hæc Eratosthenes disputat contra eos qui perspicue falsa et impossibilia dixerunt, sive fabulæ, sive

τὰ δ' ἱστορίας, περὶ ὧν οὐκ ἄξιον μεμνῆσθαι· οὐδ' ἐκεῖνον ἐχρῆν ἐν ὑποθέσει τοιαύτῃ φλυάρους ἐπισκοπεῖν. ἡ μὲν οὖν πρώτη διέξοδος αὐτῷ τῶν ὑπομνημάτων τοιαύτη.

## ΚΕΦ. Δ'.

Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ πειρᾶται διόρθωσίν τινα ποιεῖσθαι τῆς γεωγραφίας, καὶ τὰς ἑαυτοῦ λέγει ὑπολήψεις· πρὸς ἃς πάλιν εἴ ἐστι τις ἐπανόρθωσις, πειρατέον προσφέρειν. τὸ μὲν οὖν τὰς μαθηματικὰς ὑποθέσεις [εἰσ-]άγειν καὶ φυσικὰς εὖ λέγεται, καὶ ὅτι εἰ σφαιροειδὴς ἡ γῆ, καθάπερ καὶ ὁ κόσμος, περιοικεῖται, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα. εἰ δὲ τηλικαύτη, ἡλίκην αὐτὸς εἴρηκεν, οὐχ ὁμολογοῦσιν οἱ ὕστερον, [οὐ]δ' ἐπαινοῦσι τὴν ἀναμέτρησιν· ὅμως δὲ πρὸς τὴν σημείωσιν τῶν κατὰ τὰς οἰκήσεις ἑκάστας φαινομένων προσχρῆται τοῖς διαστήμασιν ἐκείνοις Ἵππαρχος ἐπὶ τοῦ διὰ Μερόης καὶ Ἀλεξανδρείας καὶ Βορυσθένους μεσημβρινοῦ, μικρὸν παραλλάττειν φήσας παρὰ τὴν ἀλήθειαν. καὶ περὶ τοῦ σχήματος δ' ἐν τοῖς ἑξῆς διὰ πλειόνων [λέγων] καὶ δεικνὺς ὅτι σφαιροειδὴς καὶ ἡ γῆ σὺν τῇ ὑγρᾷ φύσει καὶ ὁ οὐρανός, ἀλλοτριολογεῖν ἂν δόξειεν· ἀρκεῖ γὰρ τὸ ἐπὶ μικρόν.

2. Ἑξῆς δὲ τὸ πλάτος τῆς οἰκουμένης ἀφορίζων φησὶν ἀπὸ μὲν Μερόης ἐπὶ τοῦ δι' αὐτῆς μεσημβρινοῦ μέχρι Ἀλεξανδρείας εἶναι μυρίους, ἐνθένδε εἰς τὸν Ἑλλήσποντον περὶ ὀκτακισχιλίους ἑκατόν, εἶτ' εἰς Βορυσθένη πεντακισχιλίους, εἶτ' ἐπὶ τὸν κύκλον τὸν διὰ Θούλης (ἥν φησι Πυθέας ἀπὸ μὲν τῆς Βρεττανικῆς ἓξ ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχειν πρὸς ἄρκτον, ἐγγὺς δ' εἶναι τῆς πεπηγυίας θαλάττης) ἄλλους ὡς μυρίους χιλίους πεντακοσίους. ἐὰν οὖν ἔτι προσθῶμεν ὑπὲρ τὴν Μερόην ἄλλους τρισχιλίους τετρακοσίους, ἵνα τὴν τῶν Αἰγυπτίων νῆσον ἔχωμεν καὶ τὴν Κινναμωμοφόρον καὶ τὴν Ταπροβάνην, ἔσεσθαι σταδίους τρισμυρίους ὀκτακισχιλίους.

3. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα διαστήματα δεδόσθω αὐτῷ· ὡμολόγηται γὰρ ἱκανῶς· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ Βορυσθένους ἐπὶ τὸν διὰ Θούλης κύκλον τίς ἂν δοίη νοῦν ἔχων; ὅ τε γὰρ ἱστορῶν τὴν Θούλην Πυθέας ἀνὴρ ψευδίστατος ἐξήτασται, καὶ οἱ τὴν Βρεττανικὴν [καὶ] Ἰέρνην ἰδόντες οὐδὲν περὶ τῆς Θούλης λέγουσιν, ἄλλας νήσους λέγοντες μικρὰς περὶ τὴν Βρεττανικήν. αὐτή τε ἡ Βρεττανικὴ τὸ μῆκος ἴσως πώς ἐστι τῇ Κελτικῇ παρεκτεταμένη, τῶν πεντακισχιλίων σταδίων οὐ μείζων καὶ τοῖς ἄκροις τοῖς ἀντικειμένοις ἀφοριζομένη. ἀντίκειται γὰρ ἀλλήλοις τά τε ἑῷα ἄκρα τοῖς ἑῴοις καὶ τὰ ἑσπέρια τοῖς ἑσπερίοις, καὶ τά γε ἑῷα ἐγγὺς ἀλλήλων ἐστὶ μέχρις ἐπόψεως, τό τε Κάντιον καὶ αἱ τοῦ Ῥήνου ἐκβολαί. ὁ δὲ πλειόνων ἢ δισμυρίων τὸ μῆκος ἀποφαίνει τῆς νήσου, καὶ τὸ Κάντιον ἡμερῶν τινων πλοῦν ἀπέχειν τῆς Κελτικῆς φησι· καὶ τὰ περὶ τοὺς

**historiæ forma : quæ quidem indigna sunt mentione, neque ipsum in tractatione talis materiæ decebat nugas referre. Hæc ergo est primi ejus commentariorum explicatio.**

## CAP. IV.

**Secundo libro quandam molitur geographiæ correctionem, et suas proponit sententias : quibus ipsis an aliqua possit adhiberi emendatio, tentandum est. Id quidem recte dicitur, quod mathematica et physica postulata sint usurpanda : et quod terra per orbem inhabitetur, siquidem, sicut totum universum, ipsa quoque globi habeat figuram; aliaque id genus. Utrum vero ea sit, quam ipse ponit, ejus quantitas, non convenit inter scriptores posteriores, qui nec dimensionem ejus laudant : tamen Hipparchus ad annotanda quæ secundum habitationes diversa in rebus cœlestibus observantur, adhibet ab eo tradita intervalla in Meroes, Alexandriæ et Borysthenis meridiano, eaque non multum ait a vero deviare. Deinceps de figura pluribus disserens, ac demonstrans terram una cum aquæ elemento globum constituere, sicut cœlum, extra propositum vagari videtur : hæc enim paucis expedire oportuit.**

**2. Porro latitudinem terræ definiens juxta meridiani circulum qui Meroen transit, a Meroe pronuntiat usque ad Alexandriam esse stadiûm decem millia : inde ad Hellespontum ad octo millia et centum : hinc ad Borysthenem quinque millia, deinde ad circulum qui per Thulen transit (quam Pytheas a Britannia insula ait sex dierum navigationem abesse versus septentrionem, vicinam congelato mari) alia fere undecim millia cum quingentis. Quodsi adhuc addamus ultra Meroen alia ter mille et quadringenta stadia, ut etiam Ægyptiam insulam, Cinnamomiferam regionem ac Taprobanam complectamur, fore in universum stadiorum triginta et octo millia.**

**3. Ac reliqua sane intervalla, quia satis de iis convenit, concedamus ita habere. Quis autem mentis compos intervallum quod a Borysthene ponit ad circulum qui Thulen transit, pro vero judicabit? quum et Pytheas, qui Thules historiam retulit, homo mendacissimus sit inventus, et qui Britanniam et Iberniam viderunt, nihil de Thule dicant, sed alias quasdam parvas circa Britanniam insulas commemorent. Et ipsa Britannia longitudine fere æquali est Celticæ juxta porrecta, quinque millibus stadiorum non major, atque extremitatibus oppositæ regionis definita. Opponuntur enim invicem orientales orientalibus, atque occiduæ occidentalibus, adeoque orientales propinquæ invicem sunt, ita ut altera ab altera conspici possit, Cantium inquam et Rheni ostia. At ille insulam viginti stadiorum millibus longiorem facit, aitque Cantium aliquot**

Ὠστιμίους δὲ καὶ τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου τὰ μέχρι Σκυθῶν πάντα κατέψευσται τῶν τόπων. ὅστις οὖν περὶ τῶν γνωριζομένων τόπων τοσαῦτα ἔψευσται, σχολῇ γ' ἂν περὶ τῶν ἀγνοουμένων παρὰ πᾶσιν ἀληθεύειν δύναιτο.

4. Τὸν δὲ διὰ τοῦ Βορυσθένους παράλληλον τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ διὰ τῆς Βρεττανικῆς εἰκάζουσιν Ἵππαρχός τε καὶ ἄλλοι ἐκ τοῦ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν διὰ Βυζαντίου τῷ διὰ Μασσαλίας· ὃν γὰρ λόγον εἴρηκε τοῦ ἐν Μασσαλίᾳ γνώμονος πρὸς τὴν σκιάν, τὸν αὐτὸν καὶ Ἵππαρχος κατὰ τὸν ὁμώνυμον καιρὸν εὑρεῖν ἐν τῷ Βυζαντίῳ φησίν. ἐκ Μασσαλίας δὲ εἰς μέσην τὴν Βρεττανικὴν οὐ πλέον τῶν πεντακισχιλίων ἐστὶ σταδίων. ἀλλὰ μὴν ἐκ μέσης τῆς Βρεττανικῆς οὐ πλέον τῶν τετρακισχιλίων προελθὼν εὕροι ἂν οἰκήσιμον ἄλλως πως (τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ περὶ τὴν Ἰέρνην), ὥστε τὰ ἐπέκεινα, εἰς ἃ ἐκτοπίζει τὴν Θούλην, οὐκέτ' οἰκήσιμα. τίνι δ' ἂν καὶ στοχασμῷ λέγοι τὸ ἀπὸ τοῦ διὰ Θούλης ἕως τοῦ διὰ Βορυσθένους μυρίων καὶ χιλίων πεντακοσίων, οὐχ ὁρῶ.

5. Διαμαρτὼν δὲ τοῦ πλάτους ἠνάγκασται καὶ τοῦ μήκους ἀστοχεῖν. ὅτι μὲν γὰρ πλέον ἢ διπλάσιον τὸ γνώριμον μῆκός ἐστι τοῦ γνωρίμου πλάτους, ὁμολογοῦσι καὶ οἱ ὕστερον καὶ τῶν ἄλλων οἱ χαριέστατοι· λέγω δὲ ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Ἰνδικῆς ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Ἰβηρίας, [ἀπὸ] τοῦ [δι'] Αἰθιόπων ἕως τοῦ κατὰ Ἰέρνην κύκλου. ὁρίσας δὲ τὸ λεχθὲν πλάτος, τὸ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων Αἰθιόπων μέχρι τοῦ διὰ Θούλης ἐκτείνει πλέον ἢ δεῖ τὸ μῆκος, ἵνα ποιήσῃ πλέον ἢ διπλάσιον τοῦ λεχθέντος πλάτους. φησὶ δ' οὖν τὸ μὲν τῆς Ἰνδικῆς μέχρι τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὸ στενώτατον σταδίων μυρίων ἑξακισχιλίων· τὸ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀκρωτήρια τεῖνον τρισχιλίοις εἶναι μεῖζον· τὸ δὲ ἔνθεν ἐπὶ Κασπίους πύλας μυρίων τετρακισχιλίων, εἶτ' ἐπὶ τὸν Εὐφράτην μυρίων, ἐπὶ δὲ τὸν Νεῖλον ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου πεντακισχιλίων, ἄλλους δὲ χιλίους καὶ τριακοσίους μέχρι Κανωβικοῦ στόματος, εἶτα μέχρι τῆς Καρχηδόνος μυρίους τρισχιλίους πεντακοσίους, εἶτα μέχρι Στηλῶν ὀκτακισχιλίους τοὐλάχιστον· ὑπεραίρειν δὴ τῶν ἑπτὰ μυριάδων ὀκτακοσίους. δεῖν δὲ ἔτι προσθεῖναι τὸ ἐκτὸς Ἡρακλείων στηλῶν κύρτωμα τῆς Εὐρώπης, ἀντικείμενον μὲν τοῖς Ἴβηρσι, προπεπτωκὸς δὲ πρὸς τὴν ἑσπέραν, οὐκ ἔλαττον σταδίων τρισχιλίων, καὶ τὰ ἀκρωτήρια τά τε ἄλλα καὶ τὸ τῶν Ὠστιμίων, ὃ καλεῖται Κάβαιον, καὶ τὰς κατὰ τοῦτο νήσους, ὧν τὴν ἐσχάτην Οὐξισάμην φησὶ Πυθέας ἀπέχειν ἡμερῶν τριῶν πλοῦν. ταῦτα δ' εἰπὼν τὰ τελευταῖα οὐδὲν πρὸς τὸ μῆκος συντείνοντα προσέθηκε τὰ περὶ τῶν ἀκρωτηρίων καὶ τῶν Ὠστιμίων καὶ τῆς Οὐξισάμης καὶ ὧν φησι νήσων· ταῦτα γὰρ πάντα, φησί, προσάρκτιά ἐστι καὶ Κελτικά, οὐκ Ἰβηρικά, μᾶλλον δὲ Πυθέου πλάσματα. προστίθησί [τε] τοῖς εἰρημένοις τοῦ μήκους διαστήμασιν ἄλλους σταδίους δισχιλίους μὲν πρὸς τῇ δύσει, δισχι-

dierum navigatione abesse a Celtica. De Ostimiis [*codd. fere* Ostidamniis] etiam, et quæ trans Rhenum sunt ad Scythiam usque locis, omnia falsa perhibuit, ut qui tam multa de iis mentitus sit quæ nota sunt omnibus, non facile videatur de iis vera traditurus, quæ ab omnibus ignorantur.

4. Jam parallelum qui per Borysthenem transit, eundem esse cum Britannico Hipparchus aliique inde conjiciunt, quod idem parallelus est Byzantii ac Massiliæ: nam quam Eratosthenes umbræ ad gnomonem rationem Massiliæ ascripsit, eandem se sub ejusdem nominis tempus Byzantii observasse Hipparchus scribit. Jam a Massilia in mediam Britanniam non amplius est quinquies mille stadiis. Atqui e Britannia media non amplius quattuor stadiorum progressus millia, terram inveniet quæ vix habitari possit (et hæc erit circa Iberniam), ut ulteriora ista, in quæ ille Thulen rejicit, non jam habitari possint. Qua etiam ductus conjectura dixerit inter Thules et Borysthenis circulos undecies mille et quingenta stadia interesse, non video.

5. Ceterum in latitudine aberrans, necessario etiam in longitudine designanda est allucinatus. Nam cognitam longitudinem cognita latitudine duplo esse ampliorem, quum posteriores, tum reliquorum etiam elegantissimus quisque confitetur: ab extremis Indiæ usque ad ultimos Hispaniæ fines longitudinem, ab Æthiopico circulo usque ad Ibernicum latitudinem dico. Hanc ille postquam definiit ab extremis Æthiopibus usque ad circulum per Thulen, longitudinem porro extendit, ut amplius dupla ejus ad latitudinem efficiat proportionem. Itaque inquit, Indiam usque ad Indum fluvium, ubi est arctissima, porrigi per sedecim stadiorum millia: quæ ad extremas pertinent partes, tribus stadiorum millibus amplius: inde ad Caspias usque portas, quattuordecim millia: hinc ad Euphratem decem millia: ab hoc ad Nilum quinque millia: rursum usque ad Canopicum ostium alia mille et trecenta: atque hinc Carthaginem usque tredecim millia et quingenta: indeque ad columnas Herculis octo minimum millia: summam ergo fieri stadiorum septuagies millium et octingentorum: addendam vero adhuc esse Europæ curvitatem extra columnas Herculis, quæ Hispanis opposita vergit ad occasum, non minor tribus stadiorum millibus, et extremitates quum alias, tum Ostimiorum quod appellatur Cabæum, eique adjacentes insulas, quarum ultimam Uxisamam Pytheas ait abesse tridui navigatione. Hæc ille disserens, ultima ista nihil ad longitudinem pertinentia adjecit de promontoriis et Ostimiis et Uxisama, ac quas memorat insulis: nam hæc, inquit, omnia versus septentrionem sita et Celtica sunt, non Hispanica, imo Pytheæ potius sunt figmenta. Deinde ad hæc longitudinis spatia alia duo sta-

λίους δὲ πρὸς τῇ ἀνατολῇ, ἵνα σώσῃ τὸ [μὴ] πλέον ἢ ἥμισυ τοῦ μήκους τὸ πλάτος εἶναι.

6. Παραμυθούμενος δ' ἐπὶ πλέον, ὅτι κατὰ φύσιν ἐστὶ τὸ ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν διάστημα μεῖζον λέγειν, κατὰ φύσιν φησὶν εἶναι ἀπὸ τῆς ἕω πρὸς τὴν ἑσπέραν μακροτέραν εἶναι τὴν οἰκουμένην, καθάπερ εἰρήκαμεν·....... ὡς οἱ μαθηματικοί φασι, κύκλον συνάπτειν, συμβάλλουσαν αὐτὴν ἑαυτῇ· ὥστ', εἰ μὴ τὸ μέγεθος τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους ἐκώλυε, κἂν πλεῖν ἡμᾶς ἐκ τῆς Ἰβηρίας εἰς τὴν Ἰνδικὴν διὰ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου, τὸ λοιπὸν μέρος παρὰ τὸ λεχθὲν διάστημα ὑπὲρ τὸ τρίτον μέρος ὂν τοῦ ὅλου κύκλου· εἴπερ ὁ δι' Ἀθηνῶν ἐλάττων ἐστὶν εἴκοσι μυριάδων, ὅπου πεποιήμεθα τὸν εἰρημένον σταδιασμὸν ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς εἰς τὴν Ἰβηρίαν. οὐδὲ ταῦτα οὖν εὖ λέγει. οὗτος γὰρ ὁ λόγος (τὰ) περὶ μὲν τῆς εὐκράτου καὶ καθ' ἡμᾶς ζώνης λέγοιτ' ἂν κατὰ τοὺς μαθηματικούς, ἧς μέρος ἡ οἰκουμένη ἐστί, περὶ δὲ τῆς οἰκουμένης.... καλοῦμεν γὰρ οἰκουμένην ἣν οἰκοῦμεν καὶ γνωρίζομεν· ἐνδέχεται δὲ ἐν τῇ αὐτῇ εὐκράτῳ ζώνῃ καὶ δύο οἰκουμένας εἶναι ἢ καὶ πλείους, (εἰ) καὶ μάλιστα ἐγγὺς τοῦ δι' Ἀθηνῶν κύκλου τοῦ διὰ τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους γραφομένου. πάλιν δὲ ἐπιμένων τῇ περὶ τοῦ σφαιροειδῆ τὴν γῆν εἶναι ἀποδείξει τῆς αὐτῆς ἐπιτιμήσεως ἂν τυγχάνοι. ὡς δ' αὔτως καὶ πρὸς τὸν Ὅμηρον οὐ παύεται περὶ τῶν αὐτῶν διαφερόμενος.

7. Ἑξῆς δὲ περὶ τῶν ἠπείρων εἰπὼν γεγονέναι πολὺν λόγον, καὶ τοὺς μὲν τοῖς ποταμοῖς διαιρεῖν αὐτάς, τῷ τε Νείλῳ καὶ τῷ Τανάϊδι, νήσους ἀποφαίνοντας, τοὺς δὲ τοῖς ἰσθμοῖς, τῷ τε μεταξὺ τῆς Κασπίας καὶ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης καὶ τῷ μεταξὺ τῆς Ἐρυθρᾶς καὶ τοῦ Ἐκρήγματος, τού[τους] δὲ χερρονήσους αὐτὰς λέγειν, οὐχ ὁρᾶν φησι, πῶς ἂν εἰς πράγματα καταστρέφοι ἡ ζήτησις αὕτη, ἀλλὰ μόνον ἔριν διαιτώντων (μᾶλλον) κατὰ Δημόκριτον εἶναι. μὴ ὄντων γὰρ ἀκριβῶν ὅρων καθάπερ Κολυττοῦ καὶ Μελίτης, οἷον στηλῶν ἢ περιβόλων, τοῦτο μὲν ἔχειν φάναι ἡμᾶς, ὅτι τουτὶ μέν ἐστι Κολυττός, τουτὶ δὲ Μελίτη, τοὺς ὅρους [δὲ] μὴ ἔχειν εἰπεῖν. διὸ καὶ συμβαίνειν κρίσεις πολλάκις περὶ χωρίων τινῶν, καθάπερ Ἀργείοις μὲν καὶ Λακεδαιμονίοις περὶ Θυρέας, Ἀθηναίοις δὲ καὶ Βοιωτοῖς περὶ Ὠρωποῦ. ἄλλως τε τοὺς Ἕλληνας τὰς τρεῖς ἠπείρους ὀνομάσαι, οὐκ εἰς τὴν οἰκουμένην ἀποβλέψαντας, ἀλλ' εἴς τε τὴν σφετέραν καὶ τὴν ἀπαντικρὺ τὴν Καρικήν, ἐφ' ἣ νῦν Ἴωνες καὶ οἱ ἑξῆς· χρόνῳ δὲ ἐπὶ πλέον προϊόντας ἀεὶ καὶ πλειόνων γνωριζομένων χωρῶν εἰς τοῦτο καταστρέψαι τὴν διαίρεσιν. πότερον οὖν οἱ πρῶτοι διορίσαντες τὰς τρεῖς, ἵνα ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἄρξωμαι διαιτῶν τὴν ἔριν μὴ κατὰ Δημόκριτον, ἀλλὰ κατ' αὐτόν, οὗτοι ἦσαν οἱ πρῶτοι τὴν σφετέραν ἀπὸ τῆς ἀντικειμένης τῆς τῶν Καρῶν διορίσαι ζητοῦντες; ἢ οὗτοι μὲν τὴν Ἑλλάδα ἐπενόουν μόνην καὶ τὴν Καρίαν καὶ ὀλίγην τὴν συνεχῆ, οὔτε δ' Εὐρώπην οὔτε Ἀσίαν ὡσαύτως οὔτε Λιβύην,

diorum millia occidenti, totidem orienti adjicit, ut latitudinem longitudinis non æquare semissem teneat.

6. Pluribus deinde verbis persuadere nititur natura ita esse comparatum, ut intervallum ab ortu ad occasum reliquo sit majus : id quoque addit, terræ habitatæ eandem esse naturam, ut ab oriente in occidentem longius sit intervallum, sicut et ante diximus; [*nam temperatam seu nostram zonam ipsam quoque longiorem esse, et*] uti mathematici loqui solent, circulum scribere atque in se redire. Itaque, nisi Atlantici maris obstaret magnitudo, posse nos navigare per eundem parallelum ex Hispania in Indiam id quod reliquum est ultra dictam distantiam, quod totius circuli trientem excedit : siquidem circulus per Athenas [*codd.* Thinas] ductus minor est ducentis milliaribus, ubi nos stadia quæ diximus dimensi sumus ex India in Hispaniam. Neque hæc recte dicit. Namque hoc argumentum de temperata seu nostra zona, cujus pars terra habitata est, mathematicis reliquendum est : de habitata autem terra [*non item*]. Habitatam nempe appellamus eam terram, quam inhabitamus et notam habemus : possunt autem in eadem temperata zona vel duæ habitatæ terræ esse, imo et plures, præsertim proxime ad circulum qui per Athenas [*codd.* Thinas] et Atlanticum mare describitur. Rursum deinde insistens demonstrationi de terræ forma, quam globum referre ait, eandem meretur reprehensionem; itemque, quod nullum finem facit Homerum iisdem de rebus impugnandi.

7. Deinde ostendit varias de continentium distinctione sententias fuisse, alios eas fluviis divisisse Nilo ac Tanaï, itaque insulas effecisse; alios isthmis, qui sunt inter Caspium ac Ponticum mare, et inter Rubrum mare ac Ecregma : alios eas pro peninsulis habere. Ad hæc ille ait se non videre, quomodo ea quæstio ad rem pertineat, sed eam tantum esse hominum altercantium litem, secundum Democriti illud. Quando enim, ut inter Colyttum et Meliten, non exstant termini certi, ut columnæ verbi gratia aut mœnia, licere quidem ut dicamus hoc e se Colyttum, illud Meliten, at terminos non posse indicari. Eandem causam esse quod sæpe de quibusdam locis orta est controversia, ut Argivis ac Spartanis de Thyrea, Atheniensibus ac Bœotis de Oropo. Ipsos vero alioqui Græcos tres continentes nominasse non respectu terræ habitatæ, sed suæ et ejus quæ opposita est, Caricæ nimirum, in qua nunc Iones ac ceteræ gentes degunt : successu deinde temporis paulatim eos ulterius progressos, plures regiones cognovisse, ut ista divisio hanc notionem induerit. Utrum ergo ii qui principes trium continentium divisionem instituerunt (ut ab extremis ordiar, litemque non secundum Democritum, sed ipsum Eratosthenem disceptem), isti erant qui primo suam terram ab opposita Carum terra distinguere voluere? an potius solam illi ad Græciam et Cariam paucaque ei contigua respexerunt, neutiquam vero ad Europam, Asiam et Afri-

οἱ δὲ λοιποὶ ἐπιόντες ὅση ἦν ἱκανὴ ὑπογράψαι τὴν τῆς οἰκουμένης ἐπίνοιαν, οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τρία [μέρη] διαιροῦντες; πῶς οὖν οὐ τῆς οἰκουμένης ἐποιοῦντο διαίρεσιν; τίς δὲ τρία μέρη λέγων καὶ καλῶν ἤπειρον ἕκαστον τῶν μερῶν οὐ προσεπινοεῖ τὸ ὅλον, οὗ τὸν μερισμὸν ποιεῖται; εἰ δ' ἐπινοοῖ μὲν μὴ τὴν οἰκουμένην, μέρους δέ τινος αὐτῆς τὸν μερισμὸν ποιοῖτο, τίνος ἄν τις μέρους τῆς οἰκουμένης μέρος εἶπε τὴν Ἀσίαν ἢ τὴν Εὐρώπην [ἢ] ὅλως ἤπειρον; ταῦτα γὰρ εἴρηται παχυμερῶς.

8. Ἔτι δὲ παχυμερέστερον τὸ φήσαντα μὴ ὁρᾶν, εἰς τί πραγματικὸν καταστρέφει τὸ τοὺς ὅρους ζητεῖν, παραθεῖναι τὸν Κολυττὸν καὶ τὴν Μελίτην, εἶτ' εἰς τἀναντία περιτρέπεσθαι. εἰ γὰρ οἱ περὶ Θυρεῶν καὶ Ὠρωποῦ πόλεμοι διὰ τὰς τῶν ὅρων ἀγνοίας ἀπέβησαν, εἰς πραγματικόν τι καταστρέφον τὸ διαχωρίζειν τὰς χώρας· ἢ τοῦτο λέγει, ὡς ἐπὶ μὲν τῶν χωρίων, καὶ νὴ Δία τῶν καθ' ἕκαστα ἐθνῶν πραγματικὸν τὸ διορίζειν ἀκριβῶς, ἐπὶ δὲ τῶν ἠπείρων περιττόν. καίτοι οὐδὲ ἐνταῦθα ἧττον οὐδέν· γένοιτο γὰρ ἂν καὶ ἐπὶ τούτων ἡγεμόσι μεγάλοις ἀμφισβήτησις, τῷ μὲν ἔχοντι τὴν Ἀσίαν, τῷ δὲ τὴν Λιβύην, ὁποτέρου δ' ἐστὶν ἡ Αἴγυπτος, δηλονότι ἡ κάτω λεγομένη τῆς Αἰγύπτου χώρα. καὶ ἐάσας δέ τις τοῦτο διὰ τὸ σπάνιον ἄλλως φατέον διαιρεῖσθαι τὰς ἠπείρους κατὰ μέγαν διορισμὸν καὶ πρὸς τὴν οἰκουμένην ὅλην ἀναφερόμενον· καθ' ὃν οὐδὲ τούτου φροντιστέον, εἰ οἱ τοῖς ποταμοῖς διορίσαντες ἀπολείπουσί τινα χωρία ἀδιόριστα, τῶν ποταμῶν μὴ μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ διηκόντων, ( τὰς ) μηδὲ νήσους ὡς ἀληθῶς ἀπολειπόντων τὰς ἠπείρους.

9. Ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ ὑπομνήματος οὐκ ἐπαινέσας τοὺς δίχα διαιροῦντας ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος εἴς τε Ἕλληνας καὶ βαρβάρους, καὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ παραινοῦντας τοῖς μὲν Ἕλλησιν ὡς φίλοις χρῆσθαι, τοῖς δὲ βαρβάροις ὡς πολεμίοις, βέλτιον εἶναί φησιν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν ταῦτα. πολλοὺς γὰρ καὶ τῶν Ἑλλήνων εἶναι κακοὺς καὶ τῶν βαρβάρων ἀστείους, καθάπερ Ἰνδοὺς καὶ Ἀριανούς, ἔτι δὲ Ῥωμαίους καὶ Καρχηδονίους, οὕτω θαυμαστῶς πολιτευομένους. διόπερ τὸν Ἀλέξανδρον, ἀμελήσαντα τῶν παραινούντων, ὅσους οἷόν τ' ἦν ἀποδέχεσθαι τῶν εὐδοκίμων ἀνδρῶν καὶ εὐεργετεῖν· ὥσπερ δι' ἄλλο τι τῶν οὕτω διελόντων τοὺς μὲν ἐν ψόγῳ, τοὺς δ' ἐν ἐπαίνῳ τιθεμένων, ἢ διότι τοῖς μὲν ἐπικρατεῖ τὸ νόμιμον καὶ τὸ παιδείας καὶ λόγων οἰκεῖον, τοῖς δὲ τἀναντία. καὶ ὁ Ἀλέξανδρος οὖν οὐκ ἀμελήσας τῶν παραινούντων, ἀλλ' ἀποδεξάμενος τὴν γνώμην τὰ ἀκόλουθα, οὐ τὰ ἐναντία ἐποίει, πρὸς τὴν διάνοιαν σκοπῶν τὴν τῶν ἐπεσταλκότων.

cam; reliqui autem ad terram habitabilem respicientes quantam describere valuerunt, ii demum auctores sunt hujus in tres partes divisionis? Jam quomodo non instituerunt ii terræ habitatæ partitionem? Quis autem est qui tres statuat partes, et partium unamquamque continentis nomine appellet, qui non prius totum animo conceperit cujus partitionem aggreditur? Quod si autem non respexit ad totam habitabilem terram, sed tantummodo partem aliquam ejus dividere instituit, scire velim cujus partis terræ habitatæ partem dicat Asiam, Europam aut denique continentem. Hæc ergo pingui Minerva dixit.

8. Illud adhuc rudius, quod is ipse, qui ait se non videre quomodo ad ullam rem conducere possit terminorum indagatio, Colyttum producit et Meliten, ac deinde in contrarium avertitur. Si enim de Thyrea et Oropo bella ob finium ignorationem orta sunt, nimirum distinctio locorum pertinebit ad res gerendas: nisi fortassis dicat, loca, atque adeo singulis hoc in gentibus, distinguere, id quidem ad negotia tractanda facere, totam autem habitatam terram in continentes dividere, hoc esse rem supervacaneam. Atqui nihil minus hic est: nam summis imperatoribus eam ob rem possit controversia nasci, ut, si alter Asiam possideat, Africam alter, ad utrum pertineat Ægyptus, nimirum inferior quæ vocatur Ægypti plaga. Ceterum hoc omisso, ut quod sit rarum, dicendum est, aliter dividi continentes, magnæ divisionis ratione, quæ totam habitatam terram respiciat; propter quam ne id quidem curandum est, quod qui fluviis ea in re utuntur, quædam loca suâ divisione non comprehendunt, quia fluvii non usque ad oceanum pertingunt et continentes non quasi veras insulas disterminant.

9. In fine commentarii autem improbans eorum sententiam, qui universum genus humanum in duas dividunt partes, videlicet in Græcos et barbaros, et qui Alexandro suaserunt ut Græcos pro amicis, barbaros pro hostibus haberet, dicit rectius virtute et malitia eos dividi: nam et multos Græcorum esse malos, et de barbaris laude dignos, ut Indos, ut Arianos, itemque Romanos et Carthaginienses, quorum in magna sunt admiratione respublicæ: itaque etiam Alexandrum istis admonitoribus valere jussis, quoscunque posset nancisci viros egregios, amplexum fuisse et beneficiis ornasse. Quasi vero qui ita homines distribuerunt, aliosque vituperio, alios laude dignos judicaverunt, alio respexerint, quam quod apud hos leges, civilitas, institutio et certa ratio agendi omnia, in usu essent, apud illos negligerentur. Itaque etiam Alexander consilium hoc nequaquam sprevit, sed probans hanc sententiam et ad consilium eorum qui sic suaserant, respiciens, non diversum ab eo, sed quæ ei consectaria erant, fecit.

## ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

# ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

### ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ δευτέρῳ κατὰ λέξιν προβαλλόμενος τὰ Ἐρατοσθένους διαιτᾷ καὶ διελέγχει, ὅσα μὴ ὀρθῶς εἴρηται ἢ διῄρηται ἢ διαγέγραπται· καὶ Ἱππάρχου δὲ τῶν πολλῶν μιμνήσκεται ἐπιλαμβανόμενος. καὶ ἐπὶ τέλει ἔκθεσις σύντομος καὶ τρόπον τινὰ σύνοψις τῆς ὅλης πραγματείας, τοῦτ' ἔστι τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας.

## ΚΕΦ. Α΄.

Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῶν γεωγραφικῶν καθιστάμενος τὸν τῆς οἰκουμένης πίνακα γραμμῇ τινι διαιρεῖ δίχα ἀπὸ δύσεως ἐπ' ἀνατολὴν παραλλήλῳ τῇ ἰσημερινῇ γραμμῇ. πέρατα δ' αὐτῆς τίθησι πρὸς δύσει μὲν τὰς Ἡρακλείους στήλας, ἐπ' ἀνατολῇ δὲ τὰ ἄκρα καὶ ἔσχατα ὄρη τῶν ἀφοριζόντων ὀρῶν τὴν πρὸς ἄρκτον τῆς Ἰνδικῆς πλευράν. γράφει δὲ τὴν γραμμὴν ἀπὸ Στηλῶν διά τε τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ καὶ τῶν μεσημβρινῶν ἄκρων τῆς τε Πελοποννήσου καὶ τῆς Ἀττικῆς, (καὶ) μέχρι τῆς Ῥοδίας καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου. μέχρι μὲν δὴ δεῦρο διὰ τῆς θαλάττης φησὶν εἶναι τὴν λεχθεῖσαν γραμμὴν καὶ τῶν παρακειμένων ἠπείρων (καὶ γὰρ αὐτὴν ὅλην τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν οὕτως ἐπὶ μῆκος τετάσθαι μέχρι τῆς Κιλικίας), εἶτα ἐπ' εὐθείας πως ἐκβάλλεσθαι παρ' ὅλην τὴν ὀρεινὴν τοῦ Ταύρου μέχρι τῆς Ἰνδικῆς· τὸν γὰρ Ταῦρον ἐπ' εὐθείας τῇ ἀπὸ Στηλῶν θαλάττῃ τεταμένον δίχα τὴν Ἀσίαν διαιρεῖν ὅλην ἐπὶ μῆκος, τὸ μὲν αὐτῆς μέρος βόρειον ποιοῦντα, τὸ δὲ νότιον· ὥσθ' ὁμοίως καὶ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ δι' Ἀθηνῶν ἱδρῦσθαι παραλλήλου καὶ τὴν ἀπὸ Στηλῶν μέχρι δεῦρο θάλατταν.

2. Ταῦτα δ' εἰπὼν οἴεται δεῖν διορθῶσαι τὸν ἀρχαῖον γεωγραφικὸν πίνακα. πολὺ γὰρ ἐπὶ τὰς ἄρκτους παραλλάττειν τὰ ἑωθινὰ μέρη τῶν ὀρῶν κατ' αὐτόν, συνεπισπᾶσθαι δὲ καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἀρκτικωτέραν ἢ δεῖ γινομένην. πίστιν δὲ τούτου φέρει μίαν μὲν τοιαύτην, ὅτι τὰ τῆς Ἰνδικῆς ἄκρα τὰ μεσημβρινώτατα ὁμολογοῦσι πολλοὶ τοῖς κατὰ Μερόην ἀνταίρειν τόποις, ἀπό τε τῶν ἀέρων καὶ τῶν οὐρανίων τεκμαιρόμενοι, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὰ βορειότατα τῆς Ἰνδικῆς τὰ πρὸς τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι Πατροκλῆς, ὁ μάλιστα πιστεύεσθαι δίκαιος διά τε τὸ ἀξίωμα καὶ διὰ τὸ μὴ ἰδιώτης εἶναι τῶν γεωγραφικῶν, φησὶ σταδίους μυρίους καὶ πεντακισχιλίους· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὸν δι' Ἀθηνῶν παράλληλον τοσοῦτόν πώς ἐστιν, ὥστε τῆς Ἰνδικῆς τὰ προσάρκτια

## STRABONIS

# GEOGRAPHICORUM.

## LIBER SECUNDUS.

### ARGUMENTUM.

In secundo libro Eratosthenis sententiam ad verbum proponens dijudicat et arguit, quæcunque non recte dicta aut distincta aut descripta sunt : complura etiam Hipparchi commemorat ac reprehendit. Brevis demum expositio et quodammodo synopsis totius operis, hoc est geographicæ cognitionis.

## CAP. I.

Tertio commentario rerum geographicarum Eratosthenes, tabula totius habitatæ terræ constituta, linea quadam eam in duas dividit partes, quæ æqualiter ubique ab æquatore dissita ab occasu ad ortum porrigitur. Fines ejus lineæ facit, ad occasum columnas Herculis, ad ortum extremas partes eorum montium qui versus septentrionem latus Indiæ definiunt; describit autem lineam istam a Columnis per fretum Siculum, et extremitates meridiem spectantes Peloponnesi atque Atticæ, usque ad Rhodum et sinum Issicum. Atque hactenus quidem dictam lineam ait per mare et oram continentis adjacentis duci (quippe totum nostrum mare sic in longitudinem extendi usque ad Ciliciam) deinde vero ad rectam pæne lineam porrigi pone totum Tauri tractum montanum usque ad Indiam : etenim Taurum ad lineam et regione maris quod a columnis Herculis incipit positum, totam Asiam in duas partes secundum longitudinem dividere, ita ut una septentrioni, altera Austro obvertatur. Itaque similiter eum in parallelo per Athenas [*codd.* Thinas] ducto situm esse, ac mare quod eo usque a columnis pertinet Herculeis.

2. His expositis, veterem geographicam tabulam corrigi debere pronunciat : nam montium partes orientales juxta hanc tabulam nimium versus septentrionem declinare, simulque ipsam etiam Indiam in eandem partem plus æquo trahi. Fidem dictis primum hac ratione nititur facere, quod extremos Indiæ versus meridiem terminos plerique fatentur Meroæ oppositos, ab aeris et rerum cœlestium observatione conjecturam ducentes : inde autem, usque ad septentrioni maxime propinquas partes Indiæ, quæ sunt ad Caucasios montes, Patroclem (quum ob autoritatem, tum quod rerum geographicarum nequaquam fuerit rudis, fide apprime dignum) stadiorum numerare millia quindecim : atqui a Meroes parallelo usque ad eum qui per Athenas transit, esse spatium

μέρη συνάπτοντα τοῖς Καυκασίοις ὄρεσιν εἰς τοῦτον τελευτᾶν τὸν κύκλον.

3. Ἄλλην δὲ πίστιν φέρει τοιαύτην, ὅτι τὸ ἀπὸ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου διάστημα ἐπὶ τὴν θάλατταν τὴν Ποντικὴν τρισχιλίων πώς ἐστι σταδίων πρὸς ἄρκτον ἰόντι καὶ τοὺς περὶ Ἀμισὸν ἢ Σινώπην τόπους, ὅσον καὶ τὸ πλάτος τῶν ὀρῶν λέγεται· ἐκ δὲ Ἀμισοῦ πρὸς τὴν ἰσημερινὴν ἀνατολὴν φερομένῳ πρῶτον μὲν ἡ Κολχίς ἐστιν, ἔπειτα ἡ ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν ὑπέρθεσις καὶ ἡ ἐφεξῆς (ἡ) ἐπὶ Βάκτρα καὶ τοὺς ἐπέκεινα Σκύθας ὁδὸς δεξιὰ ἔχοντι τὰ ὄρη· αὕτη δ' ἡ γραμμὴ διὰ Ἀμισοῦ πρὸς δύσιν ἐκβαλλομένη διὰ τῆς Προποντίδος ἐστὶ καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου. ἀπὸ δὲ Μερόης ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον οὐ πλείους εἰσὶ τῶν μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων σταδίων, ὅσοι καὶ ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ πλευροῦ τῆς Ἰνδικῆς πρὸς τὰ περὶ τοὺς Βακτρίους μέρη, προστεθέντων τρισχιλίων τοῖς μυρίοις καὶ πεντακισχιλίοις, ὧν οἱ μὲν τοῦ πλάτους ἦσαν τῶν ὀρῶν, οἱ δὲ τῆς Ἰνδικῆς.

4. Πρὸς δὲ τὴν ἀπόφασιν ταύτην ὁ Ἵππαρχος ἀντιλέγει διαβάλλων τὰς πίστεις· οὔτε γὰρ Πατροκλέα πιστὸν εἶναι, δυεῖν ἀντιμαρτυρούντων αὐτῷ Δηιμάχου τε καὶ Μεγασθένους, οἳ καθ' οὓς μὲν τόπους δισμυρίων εἶναι σταδίων τὸ διάστημά φασι τὸ ἀπὸ τῆς κατὰ μεσημβρίαν θαλάττης, καθ' οὓς δὲ καὶ τρισμυρίων· τούτους γε δὴ τοιαῦτα λέγειν, καὶ τοὺς ἀρχαίους πίνακας τούτοις ὁμολογεῖν. ἀπίθανον δή που νομίζει τὸ μόνῳ δεῖν πιστεύειν Πατροκλεῖ, παρέντας [τοὺς] τοσοῦτον *ἀντιμαρτυροῦντας αὐτῷ, καὶ διορθοῦσθαι παρ' αὐτὸ τοῦτο τοὺς ἀρχαίους πίνακας, ἀλλὰ μὴ ἐᾶν οὕτως, ἕως ἄν τι πιστότερον περὶ αὐτῶν γνῶμεν.

5. Οἶμαι δὴ πολλὰς ἔχειν εὐθύνας τοῦτον τὸν λόγον. πρῶτον μὲν ὅτι πολλαῖς μαρτυρίαις ἐκείνου χρησαμένου, μιᾷ φησι τῇ Πατροκλέους αὐτὸν χρῆσθαι. τίνες οὖν ἦσαν οἱ φάσκοντες τὰ μεσημβρινὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς ἀνταίρειν τοῖς κατὰ Μερόην; τίνες δ' οἱ τὸ ἀπὸ Μερόης διάστημα μέχρι τοῦ δι' Ἀθηνῶν παραλλήλου τοσοῦτον λέγοντες; τίνες δὲ πάλιν οἱ τὸ τῶν ὀρῶν πλάτος [τοσοῦτον], ἢ οἱ τὸ ἀπὸ τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὴν Ἀμισὸν τὸ αὐτὸ τούτῳ λέγοντες; τίνες δὲ οἱ [τὸ] ἀπὸ Ἀμισοῦ διὰ Κόλχων καὶ τῆς Ὑρκανίας μέχρι Βακτρίων καὶ τῶν ἐπέκεινα εἰς τὴν ἑῴαν θάλατταν καθηκόντων ἐπ' εὐθείας τε εἶναι λέγοντες καὶ ἐπ' ἰσημερινὰς ἀνατολὰς καὶ παρὰ τὰ ὄρη ἐν δεξιᾷ ἔχοντι αὐτά; ἢ πάλιν τὸ ἐπὶ τὴν δύσιν ἐπ' εὐθείας ταύτῃ τῇ γραμμῇ, διότι ἐπὶ τὴν Προποντίδα ἐστὶ καὶ τὸν Ἑλλήσποντον; ταῦτα γὰρ ὁ Ἐρατοσθένης λαμβάνει πάντα ὡς καὶ ἐκμαρτυρούμενα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις γενομένων, ἐντετυχηκὼς ὑπομνήμασι πολλοῖς, ὧν εὐπόρει, βιβλιοθήκην ἔχων τηλικαύτην, ἡλίκην αὐτὸς Ἵππαρχός φησι.

6. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τοῦ Πατροκλέους πίστις ἐκ πολλῶν μαρτυριῶν σύγκειται, τῶν βασιλέων τῶν πεπιστευκότων αὐτῷ τηλικαύτην ἀρχήν, τῶν ἐπακολουθησάντων αὐτῷ, τῶν ἀντιδοξούντων, ὧν αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος κα-

fere idem : proinde in hunc circulum desinere septentrionales Indiæ fines, qui sunt ad Caucasios montes.

3. Alio quoque utitur argumento, tali : intervallum ab Issico sinu ad mare Ponticum pergenti versus septentrionem et quæ circa Amisum sunt aut Sinopen loca, stadiorum esse ter mille circiter, quanta etiam montium perhibeatur latitudo : ab Amiso autem versus ortum æquinoctialem proficiscenti primum Colchidem adiri, deinde montana quæ sunt usque ad mare Hyrcanum, ab his deinceps ad Bactra et ulteriores Scythas, montibus ad dextram sitis, iter fieri : hanc autem lineam ab Amiso versus occasum ductam per Propontidem ire et Hellespontum. Jam a Meroe ad Hellespontum non esse amplius duodeviginti stadiorum millibus, quot etiam sunt a meridionali Indiæ latere usque ad Bactrianos, accedentibus tribus millibus ad quindecim ista millia, quorum hæc erant latitudo montium, illa Indiæ.

4. Hanc sententiam impugnans Hipparchus argumenta hæc culpat. Negat enim Patroclem fidem mereri, contra quem duo sint testimonium ferentes Deimachus et Megasthenes, qui intervallum a mari meridionali quibusdam locis vicies, aliquibus etiam tricies mille stadiorum affirment esse; cum his consentire veteres etiam tabulas. Ac videtur ei absurdum, velle soli Patrocli credere, neglectis testibus adeo evidenter contraria dicentibus, et ex ipsius nutu veteres corrigere tabulas, neque potius sinere tales, donec certius aliquid hac de re cognoverimus.

5. Quam ego ejus orationem multas mereri reprehensiones existimo. Primum quod eum multis usum testimoniis, solius Patroclis usum testimonio ait. Qui ergo erant qui extrema Indiæ meridionalia Meroæ opposita dixerunt? qui a Meroes parallelo usque ad eum qui per Athenas ducitur, ea esse quantitate spatium affirmarunt? qui porro montium latitudinem tantam, aut qui a Cilicia ad Amisum iter tantum esse perhibuerunt? qui ab Amiso per Colchos et Hyrcaniam ad Bactra et ulteriores regiones usque ad orientale mare tractum in recta linea esse et versus ortum æquinoctialem et secundum montes, qui ad dextram habeantur? rursum eandem lineam occasum versus porrectam per Propontidem duci et Hellespontum? Nam hæc omnia sumit Eratosthenes ut testimonio eorum qui istis in locis fuerunt comprobata, quum multos ipse legerit commentarios, copia eorum instructus, ut qui tantam possideret bibliothecam, quantam ei fuisse ipse scribit Hipparchus.

6. Jam ipsius Patroclis fides multis nititur testimoniis, regum scilicet qui ei tantum commiserunt imperium, et eorum qui vel ipsius sententiam secuti sunt, vel contrarium senserunt, quos ipse nominat Hipparchus : quibus enim ii

τονομάζει· οἱ γὰρ κατ' ἐκείνων ἔλεγχοι πίστεις τῶν ὑπὸ τούτου λεγομένων εἰσίν. οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀπίθανον τοῦ Πατροκλέους, ὅτι φησὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ συστρατεύσαντας ἐπιδρομάδην ἱστορῆσαι ἕκαστα, αὐτὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἀκριβῶσαι, ἀναγραψάντων τὴν ὅλην χώραν τῶν ἐμπειροτάτων αὐτῷ· τὴν δ' ἀναγραφὴν αὐτῷ δοθῆναί φησιν ὕστερον ὑπὸ Ξενοκλέους τοῦ γαζοφύλακος.

7. Ἔτι φησὶν ὁ Ἵππαρχος ἐν τῷ δευτέρῳ ὑπομνήματι αὐτὸν τὸν Ἐρατοσθένη διαβάλλειν τὴν τοῦ Πατροκλέους πίστιν ἐκ τῆς πρὸς Μεγασθένη διαφωνίας περὶ τοῦ μήκους τῆς Ἰνδικῆς τοῦ κατὰ τὸ βόρειον πλευρόν, τοῦ μὲν Μεγασθένους λέγοντος σταδίων μυρίων ἑξακισχιλίων, τοῦ δὲ Πατροκλέους χιλίοις λείπειν φαμένου· ἀπὸ γάρ τινος ἀναγραφῆς σταθμῶν ὁρμηθέντα τοῖς μὲν ἀπιστεῖν διὰ τὴν διαφωνίαν, ἐκείνῃ δὲ προσέχειν. εἰ οὖν διὰ τὴν διαφωνίαν ἐνταῦθα ἄπιστος ὁ Πατροκλῆς, καίτοι παρὰ χιλίους σταδίους τῆς διαφορᾶς οὔσης, πόσῳ χρὴ μᾶλλον ἀπιστεῖν ἐν οἷς παρὰ ὀκτακισχιλίους ἡ διαφορά ἐστι, πρὸς δύο καὶ ταῦτα ἄνδρας συμφωνοῦντας ἀλλήλοις, τῶν μὲν λεγόντων τὸ τῆς Ἰνδικῆς πλάτος δισμυρίων σταδίων, τοῦ δὲ μυρίων καὶ δισχιλίων;

8. Ἐροῦμεν δ' ὅτι οὐ ψιλὴν τὴν διαφωνίαν ᾐτιάσατο, ἀλλὰ συγκρίνων πρὸς τὴν ὁμολογίαν καὶ τὴν ἀξιοπιστίαν τῆς ἀναγραφῆς τῶν σταθμῶν. οὐ θαυμαστὸν δέ, εἰ πιστοῦ γίνεταί τι πιστότερον, καὶ εἰ τῷ αὐτῷ ἐν ἑτέροις μὲν πιστεύομεν, ἐν ἑτέροις δ' ἀπιστοῦμεν, ὅταν παρά τινος τεθῇ τι βεβαιότερον. γελοῖόν τε τὸ τὴν παρὰ πολὺ διαφωνίαν ἀπιστοτέρους ποιεῖν νομίσαι τοὺς διαφωνοῦντας· τοὐναντίον γὰρ ἐν τῷ παρὰ μικρὸν συμβαίνειν τοῦτο μᾶλλον ἔοικε. παρὰ μικρὸν γὰρ ἡ πλάνη συμβαίνει μᾶλλον οὐ τοῖς τυχοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλέον τι τῶν ἑτέρων φρονοῦσιν· ἐν δὲ τοῖς παρὰ πολὺ ὁ μὲν τυχὼν ἁμάρτοι ἄν, ὁ δ' ἐπιστημονικώτερος ἧττον ἂν τοῦτο πάθοι· διὸ καὶ πιστεύεται θᾶττον.

9. Ἅπαντες μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγόνασι, καθ' ὑπερβολὴν δὲ Δηίμαχος· τὰ δὲ δεύτερα λέγει Μεγασθένης· Ὀνησίκριτος δὲ καὶ Νέαρχος καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι παραψελλίζοντες ἤδη. καὶ ἡμῖν δ' ὑπῆρξεν ἐπὶ πλέον κατιδεῖν ταῦτα, ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις· διαφερόντως δ' ἀπιστεῖν ἄξιον Δηιμάχῳ τε καὶ Μεγασθένει. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τοὺς Ἐνωτοκοίτας καὶ τοὺς Ἀστόμους καὶ Ἄρρινας ἱστοροῦντες Μονοφθάλμους τε καὶ Μακροσκελεῖς καὶ Ὀπισθοδακτύλους· ἀνεκαίνισαν δὲ καὶ τὴν Ὁμηρικὴν τῶν Πυγμαίων γερανομαχίαν, τρισπιθάμους εἰπόντες. οὗτοι δὲ καὶ τοὺς χρυσωρύχους μύρμηκας καὶ Πᾶνας σφηνοκεφάλους ὄφεις τε καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους σὺν κέρασι καταπίνοντας· περὶ ὧν ἕτερος τὸν ἕτερον ἐλέγχει, ὅπερ καὶ Ἐρατοσθένης φησίν. ἐπέμφθησαν μὲν γὰρ εἰς τὰ Παλίμβοθρα, ὁ μὲν Μεγασθένης πρὸς Σανδρόκοττον, ὁ δὲ

**refelluntur, his fides Patrocli sententiæ paratur. Id quoque alienum a vero videri non debet, quod Patrocles ait, eos qui Alexandro comites expeditionis fuerunt obiter tantum singula cognovisse, Alexandrum vero ipsum accurate omnia indagasse, quum ei regionum descriptiones a peritissimis traderentur : atque hanc descriptionem sibi postea temporis exhibitam esse ait a Xenocle gazæ præfecto.**

7. Addit Hipparchus libro secundo, ipsum Eratosthenem Patrocli fidem derogare, quod is a Megasthene dissenserit in longitudine lateris Indiæ septentrionalis annotanda, quod, quam Megasthenes sedecim millibus stadiorum definit, Patrocles mille stadia summæ ei detrahit : ac Eratosthenem dicere, se occasione ductum cujusdam diurnorum itinerum ac stadiorum annotationis, a qua uterque discrepet, credere neutri eorum, sed illam sequi. Quodsi hic fidem Patrocles non mereatur, quod mille tantum stadiis ab altero dissentit : quanto magis fidem ei denegandam, dissentienti de octo stadiorum millibus a duobus iisque consentientibus, quum hi dicant Indiæ latitudinem esse viginti millia stadiorum, Patrocles autem duodecim?

8. Hic respondebimus, non ob solam dissensionem culpatum fuisse Patroclem, sed comparatam ejus sententiam cum consensione et auctoritate annotationis itinerum. Neque vero mirum, esse aliquid credibili alio credibilius, aut eidem alia in re fidem adhiberi, in alia derogari, ubi ab alio firmius aliquid affertur. Ridiculum quoque est quod dissentientes eo minus putat fidei mereri, quo magis discrepant : contra enim in parvis dissensionibus id potius usu venire videtur. In minutioribus enim errare contingit non vulgares modo, sed et eos qui plus ceteris sapiunt : in multum habentibus discriminis scientior non perinde facile aberraverit atque rudis, ideoque illi facilius creditur.

9. Sane quicunque de India scripserunt, pleraque mentiti sunt : præ reliquis Deimachus, proxime Megasthenes; Onesicritus denique et Nearchus aliique tales nonnihil balbutiunt. Quod nobis plenius perspicere contigit, quum de rebus Alexandri faceremus commentarium. Præcipue autem fides Deimacho est et Megastheni deroganda. Hi enim sunt qui Aurincubos (*in auribus cubantes*), Ore-carentes, Naribus-carentes, Unoculos, Longipedes, Digitis-retroaversis-præditos referunt : renovarunt etiam Homericam Pygmæorum contra grues pugnam, trium spithamarum iis staturam assignantes : iidem narrant formicas aurum effodientes, Panas capita cunei forma habentes, serpentes etiam qui boves et cervos cum cornibus deglutiant; atque de hi alter alterum redarguit, quod commemorat etiam Eratosthenes. Missi enim fuerunt legati Palimbothra, Megasthenes

Δηίμαχος πρὸς Ἀλλιτροχάδην τὸν ἐκείνου υἱὸν κατὰ πρεσβείαν· ὑπομνήματα δὲ τῆς ἀποδημίας κατέλιπον τοιαῦτα, ὑφ' ἧς δή ποτε αἰτίας προαχθέντες. Πατροκλῆς δὲ ἥκιστα τοιοῦτος· καὶ οἱ ἄλλοι δὲ μάρτυρες οὐκ ἀπίθανοι, οἷς κέχρηται ὁ Ἐρατοσθένης.

10. . . . εἰ γὰρ ὁ διὰ Ῥόδου καὶ Βυζαντίου μεσημβρινὸς ὀρθῶς εἴληπται, καὶ ὁ διὰ τῆς Κιλικίας καὶ Ἀμισοῦ ὀρθῶς ἂν εἴη εἰλημμένος· φαίνεται γὰρ τὸ παράλληλον ἐκ πολλῶν, ὅταν μηδετέρως ἡ σύμπτωσις ἀπελέγχηται.

11. Ὅ τε ἐξ Ἀμισοῦ πλοῦς ἐπὶ τὴν Κολχίδα ὅτι ἐστὶν ἐπὶ ἰσημερινὴν ἀνατολήν, καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐλέγχεται καὶ ὥραις καὶ καρποῖς καὶ ταῖς ἀνατολαῖς αὐταῖς· ὡς δ' αὔτως καὶ ἡ ἐπὶ τὴν Κασπίαν ὑπέρβασις καὶ ἡ ἐφεξῆς ὁδὸς μέχρι Βάκτρων. πολλαχοῦ γὰρ ἡ ἐνάργεια καὶ τὸ ἐκ πάντων συμφωνούμενον ὀργάνου πιστότερόν ἐστιν· ἐπεὶ καὶ ὁ αὐτὸς Ἵππαρχος τὴν ἀπὸ Στηλῶν μέχρι τῆς Κιλικίας γραμμήν, ὅτι ἐστὶν ἐπ' εὐθείας καὶ ὅτι ἐπὶ ἰσημερινὴν ἀνατολήν, οὐ πᾶσαν ὀργανικῶς καὶ γεωμετρικῶς ἔλαβεν, ἀλλ' ὅλην τὴν ἀπὸ Στηλῶν μέχρι πορθμοῦ τοῖς πλέουσιν ἐπίστευσεν, ὥστ' οὐδ' [ἂν] ἐκεῖνο εὖ λέγοιτο, ἐπειδὴ οὐκ ἔχομεν λέγειν οὔθ' ἡμέρας μεγίστης πρὸς τὴν βραχυτάτην λόγον οὔτε γνώμονος πρὸς σκιὰν ἐπὶ τῇ παρωρείᾳ τῇ ἀπὸ Κιλικίας μέχρις Ἰνδῶν, οὐδ' εἰ ἐπὶ παραλλήλου γραμμῆς ἐστιν ἡ λόξωσις, ἔχομεν εἰπεῖν, ἀλλ' ἐᾶν ἀδιόρθωτον, λοξὴν φυλάξαντες, ὡς οἱ ἀρχαῖοι πίνακες περιέχουσι. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ μὴ ἔχειν εἰπεῖν ταὐτόν ἐστι τῷ ἐπέχειν, ὁ δ' ἐπέχων οὐδ' ἑτέρωσε ῥέπει, ἐὰν δὲ κελεύων, ὡς οἱ ἀρχαῖοι, ἐκεῖσε ῥέπει. μᾶλλον δ' ἂν τἀκόλουθον ἐφύλαττεν, εἰ συνεβούλευε μηδὲ γεωγραφεῖν ὅλως· οὐδὲ γὰρ τῶν ἄλλων ὀρῶν τὰς θέσεις, οἷον Ἄλπεων καὶ τῶν Πυρηναίων καὶ τῶν Θρᾳκίων καὶ Ἰλλυρικῶν καὶ Γερμανικῶν, οὕτως ἔχομεν εἰπεῖν. τίς δ' ἂν ἡγήσαιτο πιστοτέρους τῶν ὕστερον τοὺς παλαιοὺς τοσαῦτα πλημμελήσαντας περὶ τὴν πινακογραφίαν, ὅσα εὖ διαβέβληκεν Ἐρατοσθένης, ὧν οὐδενὶ ἀντείρηκεν Ἵππαρχος;

12. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ πλήρη μεγάλων ἀποριῶν ἐστιν. ὅρα γάρ, εἰ τοῦτο μὲν μὴ κινοίη τις τὸ τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς τὰ μεσημβρινὰ ἀνταίρειν τοῖς κατὰ Μερόην, μηδὲ τὸ διάστημα τὸ ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὸ στόμα τὸ κατὰ τὸ Βυζάντιον, ὅτι ἐστὶ περὶ μυρίους σταδίους καὶ ὀκτακισχιλίους, ποιοίη δὲ τρισμυρίων τὸ ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν Ἰνδῶν μέχρι τῶν ὀρῶν, ὅσα ἂν συμβαίη ἄτοπα. τὸ πρῶτον μὲν γὰρ εἴπερ ὁ αὐτός ἐστι παράλληλος ὁ διὰ Βυζαντίου τῷ διὰ Μασσαλίας (καθάπερ εἴρηκεν Ἵππαρχος πιστεύσας Πυθέᾳ), ὁ δ' αὐτὸς καὶ μεσημβρινός ἐστιν ὁ διὰ Βυζαντίου τῷ διὰ Βορυσθένους, ὅπερ καὶ αὐτὸ δοκιμάζει ὁ Ἵππαρχος, δοκιμάζει δὲ καὶ τὸ ἀπὸ Βυζαντίου διάστημα ἐπὶ τὸν Βορυσθένη σταδίους εἶναι τρισχιλίους ἑπτακοσίους, τοσοῦτοι ἂν εἶεν καὶ οἱ ἀπὸ Μασσαλίας ἐπὶ τὸν διὰ Βορυσθένους παράλληλον, ὅς γε διὰ τῆς Κελτικῆς παρωκεανίτιδος ἂν εἴη· τοσούτους γάρ πως διελθόντες συνάπτουσι τῷ ὠκεανῷ.

ad Sandrocottum, Deimachus ad filium ejus Allitrochaden, talesque suarum peregrinationum commentarios nescio qua de causa reliquerunt. Patrocles vero minime eorum similis est, neque reliqui leves sunt testes, quibus utitur Eratosthenes.

10. [*Non pauca desunt.*] Nam si meridianus qui per Rhodum et Byzantium ducitur, recte est assumptus, recte etiam habebit is qui per Ciliciam et Amisum transit: etenim eos eandem inter se usquequaque obtinere distantiam multis observationibus constat, quum neuter in alterum incidat.

11. Jam ab Amiso in Colchos navigari versus ortum æquinoctialem, et ventis deprehenditur, et anni temporibus, et fructibus, et ipsis solis exortibus: itemque transitus ad Caspium mare, et via deinceps ad Bactra usque idem indicat. Sæpe enim evidentia et omnium consensus plus fidei quam instrumentum meretur: quando ipse etiam Hipparchus lineam quæ ab Herculis columnis ad Ciliciam pertinet, rectam esse et versus ortum æquinoctialem docens, non totum id instrumentis et rationibus geometricis confecit, sed de eo toto, quod est a Columnis usque ad fretum, navigantibus credidit. Itaque ne illud quidem recte dicatur, quia diei longissimæ ad brevissimam non possumus nominare proportionem, neque umbræ ad gnomonem in montanis a Cilicia usque in Indiam regionibus, ne hoc quidem nos asserere posse, an obliquatio ea fiat in linea æqualiter undique dissita: sed debere nos eam absque ulla emendatione obliquam relinquere, sicut eam habent antiquæ tabulæ. Primo enim non habere quod dicas, idem est atque cohibere affirmationem; is in neutram partem inclinat: at qui jubet ita hæc relinqui ut habent antiqui, is quidem eo inclinat. Imo id quod ex hoc consequebatur verius dixisset, si consuluisset omnino supersedendum terræ descriptione: nam etiam in aliorum definiendo situ montium, ut Alpium, Pyrenæorum, Thraciorum, Illyricorum et Germanicorum, eodem modo laboratur. Quis autem credat recentioribus fide digniores esse antiquos, quorum tot exstant in tabulæ designatione errata, ab Eratosthene jure reprehensa, ab Hipparcho autem non refutata?

41. Enimvero Hipparcho, ut qui non scriberet geographiam, sed examinaret ea quæ Eratosthenes in sua Geographia scripsisset, familiare fuit plerumque singula reprehendere. Nos autem existimavimus, ubi vera tradit Eratosthenes, magis etiam ubi errat, singulatim proprias ipsi esse afferendas rationes corrigendis aliis, aliis contra Hipparchi reprehensionem defendendis; ipso etiam juxta Hipparcho excutiendo, ubi quid studio culpandi dixit. In his autem videntes illum plane delirantem, hunc juste incusantem, sufficere rati sumus, si in ipsa tractatione geographiæ res uti se habent exponentes, ejus sententiam emendemus. Ubi enim crebra sunt et in promptu sita errata, expedit eorum nullam nisi raro et in universum fieri mentionem: quod in singulis exponendis facere conabimur. Atque in præsentia id a nobis sit dictum, et Timosthenem et Eratosthenem et qui eos ætate antecesserunt, plane ignaros fuisse Hispanicarum Gallicarumque rerum; ac multis modis magis Germanicarum, Britannicarum, item Geticarum, Bastarnicarumque. Magna etiam ignoratione laborarunt rerum Italicarum, Adriaticarum, Ponticarum, aliarumque deinceps septentrionalium. Quanquam hoc quidem videri potest reprehendendi studio dictum. Quum enim dicat Eratosthenes se eorum quæ procul dissita sunt ab aliis tradita intervalla referre, neque affirmet quicquam, sed uti acceperat ea referat, addens aliquando ad rectam lineam ista magis minusve congruere, non sunt refellenda accuratius ea quæ pro certis non ponuntur intervalla; quod facere tentat Hipparchus, quum in his quæ retulimus, tum ubi ille Hyrcaniæ a Bactria et ulterioribus gentibus exponit distantiam, porroque quæ est a Colchide usque ad mare Hyrcanium. Non enim eodem modo fuit de his in eum inquirendum, atque de * Europæ ora maritima aliisque ita notis locis quæ perhibuit; quanquam ne hic quidem geometrice examinandus fuit, sed (ut dixi) geographice potius. Porro Hipparchus quum Eratosthenem sub finem secundi eorum quos contra ejus Geographiam scripsit commentarii de quibusdam Æthiopicis reprehendisset, in tertio ait majorem partem disputationis fore mathematicam, nonnihil tamen etiam geographicam. Mihi autem ne aliqua quidem ex parte videtur eam fecisse geographicam, sed totam mathematicam, præbente ei etiam ansam Eratosthene. Is enim sæpe delabitur ad ea quæ scientiæ magis sunt propria quam institutæ geographicæ tractationis; delapsusque eo non accuratas, sed rudes et crassas profert conclusiones, et quodammodo in geographicis mathematice, in mathematicis geographice se gerens, utrobique occasionem reprehensoribus præbet: in hoc autem

τούτῳ τῷ ὑπομνήματι καὶ δικαίας καὶ οὗτος καὶ ὁ Τιμοσθένης, ὥστ' οὐδ' ἡμῖν καταλείπεται συνεπισκοπεῖν, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἱππάρχου λεχθεῖσιν.

## ΚΕΦ. Β'.

Ἴδωμεν δὲ καὶ Ποσειδώνιον, ἅ φησιν ἐν τοῖς περὶ ὠκεανοῦ· δοκεῖ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὰ πολλὰ γεωγραφεῖν, τὰ μὲν οἰκείως, τὰ δὲ μαθηματικώτερον. οὐκ ἄτοπον οὖν ἔνια καὶ τῶν ὑπὸ τούτου λεγομένων διαιτῆσαι, τὰ μὲν νῦν, τὰ δ' ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, ὡς ἂν ὑποπίπτῃ, μέτρου τινὸς ἐχομένους. ἔστιν οὖν τι τῶν πρὸς γεωγραφίαν οἰκείων τὸ τὴν γῆν ὅλην ὑποθέσθαι σφαιροειδῆ, καθάπερ καὶ τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἄλλα παραδέξασθαι τὰ ἀκόλουθα τῇ ὑποθέσει ταύτῃ· τούτων δ' ἐστὶ καὶ τὸ πεντάζωνον αὐτὴν εἶναι.

2. Φησὶ δὴ ὁ Ποσειδώνιος τῆς εἰς πέντε ζώνας διαιρέσεως ἀρχηγὸν γενέσθαι Παρμενίδην· ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν σχεδόν τι διπλασίαν ἀποφαίνειν τὸ πλάτος τὴν διακεκαυμένην (τῆς μεταξὺ τῶν τροπικῶν), ὑπερπίπτουσαν ἑκατέρων τῶν τροπικῶν εἰς τὸ ἐκτὸς καὶ πρὸς ταῖς εὐκράτοις· Ἀριστοτέλη δὲ αὐτὴν καλεῖν τὴν μεταξὺ τῶν τροπικῶν, [τὰς δὲ μεταξὺ τῶν τροπικῶν] καὶ τῶν ἀρκτικῶν εὐκράτους. ἀμφοτέροις δ' ἐπιτιμᾷ δικαίως. διακεκαυμένην γὰρ λέγεσθαι τὸ ἀοίκητον διὰ καῦμα· τῆς δὲ μεταξὺ τῶν τροπικῶν πλέον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ πλάτους [οὐκ] οἰκήσιμόν ἐστιν ἐκ τῶν ὑπὲρ Αἰγύπτου στοχαζομένοις Αἰθιόπων, εἴπερ τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ παντὸς πλάτους ἐστίν, ὃ διαιρεῖ ἐφ' ἑκάτερα ὁ ἰσημερινός. τούτου δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς Συήνης, ἥπερ ἐστὶν ὅριον τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ, εἰς Μερόην εἰσὶ πεντακισχίλιοι· τὸ δ' ἐνθένδε ἕως [τοῦ] τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλου, ὅσπερ ἐστὶν ἀρχὴ τῆς διακεκαυμένης, τρισχίλιοι. τοῦτο μὲν οὖν τὸ διάστημα πᾶν ἐστι μετρητόν, πλεῖταί τε γὰρ καὶ ὁδεύεται· τὸ δ' ἑξῆς, μέχρι τοῦ ἰσημερινοῦ λέγω, δείκνυται κατὰ τὴν ὑπ' Ἐρατοσθένους γενομένην ἀναμέτρησιν τῆς γῆς, ὅτι ἐστὶ σταδίων ὀκτακισχιλίων ὀκτακοσίων· ὃν δὴ λόγον ἔχει τὰ μύρια ἑξακισχίλια [ὀκτακόσια] πρὸς τὰ ὀκτακισχίλια ὀκτακόσια, τοῦτον ἂν ἔχοι τὸ μεταξὺ τῶν τροπικῶν διάστημα πρὸς τὸ τῆς διακεκαυμένης πλάτος. κἂν τῶν νεωτέρων δὲ ἀναμετρήσεων εἰσάγηται ἡ ἐλαχίστην ποιοῦσα τὴν γῆν, οἵαν ὁ Ποσειδώνιος ἐγκρίνει περὶ ὀκτωκαίδεκα μυριάδας οὖσαν, περὶ ἥμισύ που ἀποφαίνει τὴν διακεκαυμένην τῆς μεταξὺ τῶν τροπικῶν, ἢ μικρῷ τοῦ ἡμίσους μείζονα· ἴσην δὲ καὶ τὴν αὐτὴν οὐδαμῶς. τοῖς τε ἀρκτικοῖς, οὔτε παρὰ πᾶσιν οὖσιν, οὔτε τοῖς αὐτοῖς πανταχοῦ, τίς ἂν διορίζοι τὰς εὐκράτους, αἵπερ εἰσὶν ἀμετάπτωτοι; τὸ μὲν οὖν μὴ παρὰ πᾶσιν εἶναι τοὺς ἀρκτικούς, οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὸν ἔλεγχον· δεῖ γὰρ παρὰ τοῖς τὴν εὔκρατον οἰκοῦσιν εἶναι πᾶσι, πρὸς οὕσπερ καὶ λέγεται μόνους εὔκρατος. τὸ δὲ μὴ πανταχοῦ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλὰ μεταπίπτειν, καλῶς εἴληπται.

præcipue commentario quum ipse, tum Timosthenes occasionem reprehendendi tam justam dederunt, ut nobis necesse non sit ea accuratius expendere, sed in iis quæ ab Hipparcho dicta sunt, acquiescere possimus.

## CAP. II.

Videamus jam nunc quæ Posidonius dicat in opere de Oceano, in quo videtur multa geographica tradere, partim instituto proprie, partim magis mathematice. Haud abs re igitur fuerit etiam quædam ab ipso dicta perpendere, partim nunc, partim ut suis singula locis sese offerent, justi modi memores. Ex iis igitur quæ ad geographiam proprie pertinent, hoc est quod ponitur, totam terram æque globi forma esse, ac mundum, et quod quæ ad hanc consequuntur positionem admittuntur: inter quæ et hoc est, quinque zonis terram distingui.

2. Posidonius primum hujus divisionis auctorem Parmenidem fuisse ait; sed hunc adustam zonam duplo fere latiorem quam oportebat statuere, quum eam extra tropicos producat utrinque usque ad temperatas zonas: Aristotelem autem vocare torridam eam quæ inter tropicos est, eas autem, quæ inter tropicos et arcticos circulos intercipiuntur, temperatas. Horum utrumque merito reprehendit. Torrida nempe zona (inquit) ea dicitur quæ habitari ob æstum non potest: at amplius dimidio ejus latitudinis quæ tropicis includitur non posse habitari, argumento sunt supra Ægyptum incolentes Æthiopes. Nimirum enim dimidium totius latitudinis est, quod utrinque ab æquatore ad tropicos pertinet. In ea latitudine a Syena, qui est limes æstivi tropici, ad Meroen stadia sunt quinquies mille: atque inde ad Cinnamomiferæ regionis parallelum, qui initium est zonæ torridæ, tria stadiorum millia: totiusque hujus intervalli dimensio haberi potest, quum et navigetur et peragretur. Quod autem restat, usque ad æquatorem inquam, id ex dimensione terræ ab Eratosthene tradita cognoscitur stadiorum esse octies mille et octingentorum. Quæ igitur ratio est sex millium et octingentorum ad octo millia et octingenta, ea erit spatii inter tropicos intercepti ad latitudinem torridæ zonæ. Quodsi recentiorum dimensionum ea introducatur, quæ minimam facit terram, qualem Posidonius refert centum et octoginta millium, ea torridam zonam spatii ejus quod est inter tropicos aut semissem circiter, aut semisse non multo majorem ostendet, æqualem et eandem minime. Jam quum arcti circuli neque sint apud omnes, neque ubi sunt, iidem omnibus sint, quomodo iis poterunt zonæ temperatæ distingui, quæ quidem sunt immutabiles? Id quidem ad refellendum nihil facit, quod arctici non sunt ubique: nam apud eos exsistant omnes necesse est qui temperatis zonis inhabitant, de quibus quidem solis temperata zona dicitur. Id autem recte ad refellendum adhibetur, quod sunt hi non iidem ubique, sed variantur.

3. Αὐτὸς δὲ διαιρῶν εἰς τὰς ζώνας πέντε μέν φησιν εἶναι χρησίμους πρὸς τὰ οὐράνια. τούτων δὲ περισκίους δύο τὰς ὑπὸ τοῖς πόλοις μέχρι τῶν ἐχόντων τοὺς τροπικοὺς ἀρκτικούς, ἑτεροσκίους δὲ τὰς ἐφεξῆς ταύταις δύο μέχρι τῶν ὑπὸ τοῖς τροπικοῖς οἰκούντων, ἀμφίσκιον δὲ τὴν μεταξὺ τῶν τροπικῶν. πρὸς δὲ τὰ ἀνθρώπεια ταύτας τε καὶ δύο ἄλλας στενὰς τὰς ὑπὸ τοῖς τροπικοῖς, καθ' ἃς ἥμισύ πως μηνὸς κατὰ κορυφήν ἐστιν ὁ ἥλιος, δίχα διαιρουμένας ὑπὸ τῶν τροπικῶν. ἔχειν γάρ τι ἴδιον τὰς ζώνας ταύτας, αὐχμηράς τε ἰδίως καὶ ἀμμώδεις ὑπαρχούσας καὶ ἀφόρους πλὴν σιλφίου καὶ πυρωδῶν τινων καρπῶν συγκεκαυμένων. ὄρη γὰρ μὴ εἶναι πλησίον, ὥστε τὰ νέφη προσπίπτοντα ὄμβρους ποιεῖν, μηδὲ δὴ ποταμοῖς διαρρεῖσθαι· διόπερ οὐλότριχας καὶ οὐλόκερως καὶ προχείλους καὶ πλατύρρινας γεννᾶσθαι· τὰ γὰρ ἄκρα αὐτῶν συστρέφεσθαι· καὶ τοὺς ἰχθυοφάγους δὲ κατὰ ταύτας τὰς ζώνας οἰκεῖν. ὅτι δὲ ταῦτ' ἴδια τῶν ζωνῶν τούτων δηλοῦν φησι τὸ τοὺς νοτιωτέρους αὐτῶν ἔχειν τὸ περιέχον εὐκρατότερον καὶ τὴν γῆν καρπιμωτέραν καὶ εὐυδροτέραν.

## ΚΕΦ. Γ'.

Πολύβιος δὲ ποιεῖ ζώνας ἕξ· δύο μὲν τὰς τοῖς ἀρκτικοῖς ὑποπιπτούσας, δύο δὲ τὰς μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν τροπικῶν, [καὶ δύο τὰς μεταξὺ τούτων] καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ. ἡ μὲν οὖν εἰς πέντε διαίρεσις δοκεῖ μοι καὶ φυσικῶς ἅμα καὶ γεωγραφικῶς εἰρῆσθαι. φυσικῶς μέν, ὅτι καὶ πρὸς τὰ οὐράνια καὶ πρὸς τὴν τοῦ περιέχοντος κρᾶσιν· πρὸς μὲν τὰ οὐράνια, ὅτι τοῖς περισκίοις καὶ τοῖς ἀμφισκίοις, οὕτως ἂν ἄριστα διοριζομένοις, συνδιορίζεται καὶ τὰ περὶ τὴν θέαν τῶν ἄστρων, ὁλοσχερεῖ τινι μερισμῷ λαμβάνοντα τὴν ἐξάλλαξιν· πρὸς δὲ τὴν τοῦ περιέχοντος κρᾶσιν, ὅτι τῆς τούτου κράσεως πρὸς τὸν ἥλιον κρινομένης διαφοραὶ τρεῖς εἰσιν αἱ γενικώταται καὶ συντείνουσαι πρός τε τὰς τῶν ζῴων καὶ φυτῶν συστάσεις καὶ τῶν ἄλλων (ἡμισυσταλεῖς) τῶν ὑπὸ τῷ ἀέρι καὶ ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ, ὑπερβολὴ θάλπους καὶ ἔλλειψις καὶ μεσότης. αὕτη δὲ τῷ εἰς τὰς ζώνας μερισμῷ λαμβάνει τὴν οἰκείαν διάκρισιν· αἵ τε γὰρ κατεψυγμέναι δύο τὴν ἔλλειψιν τοῦ θάλπους ὑπαγορεύουσιν, εἰς μίαν τοῦ περιέχοντος φύσιν συναγόμεναι; αἵ τε εὔκρατοι παραπλησίως εἰς μίαν τὴν μεσότητα ἄγονται, εἰς δὲ τὴν λοιπὴν ἡ λοιπὴ μία καὶ διακεκαυμένη. ὅτι δὲ καὶ γεωγραφικός ἐστιν ὁ μερισμός, δῆλον. ζητεῖ γὰρ ἡ γεωγραφία τῆς ἑτέρας τῶν εὐκράτων ἀφορίσαι τὸ οἰκούμενον ὑφ' ἡμῶν τμῆμα· πρὸς δύσει μὲν οὖν καὶ ἀνατολῇ θάλαττά ἐστιν ἡ περατοῦσα, πρὸς δὲ τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια ὁ ἀήρ, ὁ μὲν μέσος εὔκρατος ὢν καὶ φυτοῖς καὶ ζῴοις, ὁ δ' ἐφ' ἑκάτερα δύσκρατος ὑπερβολῇ καὶ ἐλλείψει τοῦ θάλπους. εἰς δὲ τὰς τρεῖς διαφορὰς ταύτας ἐδέησε τῆς εἰς πέντε ζώνας διαιρέσεως. τῷ γὰρ ἰσημερινῷ τμηθεῖσα δίχα

3. Ipse zonas dividens, quinque ait utiles esse ad res cœlestes: ex his duas periscios, sub polis usque ad eos quibus tropicus est pro arctico: inde duas heteroscios, quæ ab his sunt usque ad habitantes sub ipsis tropicis: tum unam amphiscion, quæ est spatium tropicis inclusum habitantium. Ad humanas autem res adhiberi vult quum has, tum alias duas arctas sub tropicis, et ab iis per medium diversas, secundum quas semissem mensis sol vertici incolarum imminet. Has enim zonas habere quippiam peculiare, quod et singulariter siccæ et arenosæ sint, et nullius rei feraces præterquam silphii et frugum quarundam tritico similium, sed adustarum: nam neque montes esse in propinquo, ut nubium concursu imbres fieri possint, neque amnibus eas rigari. Itaque villosa ibi, admodum cornuta, labiis promissis et latis nasis animalia nasci; extrema enim eorum contorqueri: et Ichthyophagos iis in zonis habitare. Atque hæc propria esse istarum zonarum inde liquere, quod qui vicinius austro habitant, aerem habent melius temperatum, solumque fertilius et magis irriguum.

## CAP. III.

Polybius porro zonas facit sex: duas quæ ad arcticos pertinent, duas quæ inter has et tropicos, et duas inter hos et æquinoctialem. Ceterum divisio in quinque zonas mihi et naturæ rerum et geographiæ convenienter instituta videtur: naturæ, quod et cœlestibus rebus et aeris temperamenti respondet: cœlestibus rebus, quod quum sic periscii [et heteroscii] et amphiscii optime distinguantur, simul et contemplatio astrorum grandioribus diversitatibus divisa distinguitur; aeris temperamento, quod quum id solis respectu æstimetur, tres ejus sunt differentiæ maxime generales, quæ quum ad animalium, tum ad stirpium et reliquarum rerum, quæ aeri subsunt et eo undique ambiuntur, pertinet constitutionem: excessus nempe caloris, defectus et mediocritas ejus: quæ omnia in quinque zonarum distributione suum retinent discrimen. Duæ enim frigidæ, in unam aeris naturam conductæ, inopiam caloris indicant: et temperatæ itidem ad unam referuntur mediocritatem: adusta ad tertium caput, nempe excessum caloris. Geographiæ autem consentaneam esse hanc divisionem liquet. Hoc enim agit geographia, alterius temperatarum zonarum portionem a nobis habitatam definire: atqui eam ortum et occasum versus mare terminat, versus septentrionem et meridiem aer, qui in medio temperatus animalibus plantisque est, ab utraque autem parte intemperatus ob caloris penuriam et abundantiam. Ad has autem tres differentias opus fuit divisione in quinque zonas. Etenim globus terræ, æquatore in duas æquales scissus partes, in

ἡ σφαῖρα τῆς γῆς εἴς τε τὸ βόρειον ἡμισφαίριον, ἐν ᾧ ἡμεῖς ἐσμεν, καὶ τὸ νότιον, ὑπέγραψε τὰς τρεῖς διαφοράς· τὰ μὲν γὰρ πρὸς τῷ ἰσημερινῷ καὶ τῇ διακεκαυμένῃ ζώνῃ διὰ καῦμα ἀοίκητά ἐστι, τὰ δὲ πρὸς τῷ πόλῳ διὰ ψῦχος, τὰ δὲ μέσα τὰ εὔκρατα καὶ τὰ οἰκήσιμα. ὁ δὲ τὰς ὑπὸ τοῖς τροπικοῖς προστιθεὶς οὐκ ἀνὰ λόγον ταῖς πέντε ταύταις προστίθησιν, οὐδ' ὁμοίᾳ κεχρημένας διαφορᾷ, ἀλλ' ὡς ἂν εἰ καὶ ταῖς ἐθνικαῖς διαφοραῖς ἀπέφαινε ζώνας, ἄλλην μὲν τὴν Αἰθιοπικήν, ἄλλην δὲ τὴν Σκυθικὴν καὶ Κελτικήν, τρίτην δὲ τὴν ἀνὰ μέσον.

2. Ὁ δὲ Πολύβιος τοῦτο μὲν οὐκ εὖ, τὸ ποιεῖν τινας ζώνας τοῖς ἀρκτικοῖς διοριζομένας, δύο μὲν τὰς ὑποπιπτούσας αὐτοῖς, δύο δὲ τὰς μεταξὺ τούτων καὶ τῶν τροπικῶν· εἴρηται γὰρ ὅτι τοῖς μεταπίπτουσι σημείοις οὐχ ὁριστέον τὰ ἀμετάπτωτα. οὐδὲ τοῖς τροπικοῖς δὲ τῆς διακεκαυμένης ὅροις χρηστέον· καὶ γὰρ τοῦτ' εἴρηται. τὴν διακεκαυμένην μέντοι δίχα διαιρῶν πρὸς οὐ φαύλην ἐπίνοιαν φαίνεται κεκινημένος, πρὸς ἣν καὶ ὅλην δίχα διαιροῦμεν εὐφυῶς τὴν γῆν εἴς τε τὸ βόρειον ἡμισφαίριον καὶ τὸ νότιον τῷ ἰσημερινῷ· δῆλον γὰρ ὅτι διαιρεῖται κατὰ ταύτην τὴν τομὴν καὶ ἡ διακεκαυμένη, [καὶ] ποιεῖ τινα ἐπιτηδειότητα, ὥστε καὶ τὸ ἡμισφαίριον ἑκάτερον ἐξ ὅλων συντετάχθαι τριῶν ζωνῶν ὁμοιοειδῶν τῶν ἐν θατέρῳ. ἡ μὲν οὖν τοιαύτη τομὴ δέχεται τὴν εἰς ἓξ ζώνας διαίρεσιν, ἡ δ' ἑτέρα οὐ πάνυ. εἰ γοῦν τῷ διὰ τῶν πόλων δίχα τέμνοις τὴν γῆν, οὐκ ἂν εἰκότως ἑκάτερον τῶν ἡμισφαιρίων, τό τε ἑσπέριον καὶ τὸ ἀνατολικόν, τέμνοις εἰς ζώνας ἕξ, ἀλλὰ ἡ εἰς πέντε ἀρκοῦσα ἂν εἴη· τὸ γὰρ ὁμοιοπαθὲς τῶν τμημάτων ἀμφοτέρων τῆς διακεκαυμένης, ἃ ποιεῖ ὁ ἰσημερινός, καὶ τὸ συγκεῖσθαι περιττὴν καὶ περίεργον ἀποφαίνει τὴν τομήν, ὁμοιοειδῶν μὲν οὐσῶν καὶ τῶν εὐκράτων καὶ τῶν κατεψυγμένων, ἀλλ' οὐ συγκειμένων· οὕτως οὖν καὶ τὴν ὅλην γῆν ἐκ τῶν τοιούτων ἡμισφαιρίων ἐπινοουμένην ἀρκούντως ἂν εἰς πέντε διαιροίης. εἰ δ', ὥσπερ Ἐρατοσθένης φησίν, ἡ ὑποπίπτουσα τῷ ἰσημερινῷ ἐστιν εὔκρατος, καθάπερ καὶ Πολύβιος ὁμοδοξεῖ (προστίθησι δ' οὗτος καὶ διότι ὑψηλοτάτη ἐστί· διόπερ καὶ κατομβρεῖται, τῶν βορείων νεφῶν κατὰ τοὺς ἐτησίας ἐκεῖ τοῖς ἀναστήμασι προσπιπτόντων πλείστων), πολὺ κρεῖττον τρίτην (τὴν) εὔκρατον ταύτην ποιεῖν στενήν τινα, ἢ τὰς ὑπὸ τοῖς τροπικοῖς εἰσάγειν. συνηγορεῖ δὲ τούτοις καὶ τὰ τοιαῦτα, ὧν μέμνηται καὶ Ποσειδώνιος, τὸ * ἐκεῖ τὰς μεταστάσεις ὀξυτέρας εἶναι τὰς εἰς τὰ πλάγια, ὡς δ' αὔτως καὶ τὰς ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν τοῦ ἡλίου· ὀξύτεραι γὰρ αἱ κατὰ μεγίστου κύκλου τῶν ὁμοταχῶν κινήσεων.

3. Ἐνίσταται δ' ὁ Ποσειδώνιος τῷ Πολυβίῳ, διότι φησὶ τὴν ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ οἴκησιν ὑψηλοτάτην· οὐδὲν γὰρ εἶναι κατὰ τὴν σφαιρικὴν ἐπιφάνειαν ὕψος διὰ τὴν ὁμαλότητα, οὐδὲ δὴ ὀρεινὴν εἶναι τὴν ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ, ἀλλὰ μᾶλλον πεδιάδα ἰσόπεδόν πως τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς θαλάττης· τοὺς δὲ πληροῦντας τὸν Νεῖ-

hemisphærium boreale in quo nos sumus, et in austrinum, has tres designavit differentias. Nam quæ ad æquatorem sunt partes in zona torrida, propter æstum habitari non possunt; quæ ad polos, ob frigus; in medio sunt temperatæ et habitabiles. Qui vero eas adjicit quæ sunt sub tropicis, is non eadem cum quinque prioribus ratione eas addit, neque eodem discrimine dispares, sed quasi gentilibus differentiis utitur, ut si aliam zonam Æthiopicam diceret, aliam Scythicam et Celticam, et tertiam in medio.

2. Id autem Polybius non recte facit, quod zonas quasdam statuit arcticis circulis definitas, duas quæ cadant sub eos, duas inter ipsas et tropicos: docuimus enim mutabilibus punctis non esse definienda ea quæ mutari nequeunt. Et ne tropicis quidem definiendam esse zonam torridam ostendimus. Quod autem zonam torridam in duas divisit partes, videtur argumento nequaquam inepto ductus fuisse, quod nimirum æquinoctiali circulo totam terram commode in septentrionale ac meridionale diducimus hemisphærium; liquet enim hac eadem sectione secari etiam torridam plagam, quæ res ad hoc conducit, ut utrumque hemisphærium constet ex tribus integris zonis, quæ cum zonis in altero hemisphærio eandem naturam obtinent. Hujusmodi ergo divisio sex zonas admittit, altera non item. Nam si circulo per polos ducto terram dividas, nulla probabili ratione utrumque hemisphæriorum tam ortivum quam occiduum in sex diviseris plagas, quum sufficiant quinque: quum enim ambæ sectiones plagæ torridæ, quas dividit æquator, ejusdem naturæ et ambæ contiguæ sint, ipsas dividere prorsus supervacaneum est: temperatæ quidem et frigidæ ejusdem sunt naturæ, sed non contiguæ: proinde totam quoque terram ex hemisphæriis hujusmodi compactam suffecerit in quinque plagas secuisse. Quodsi (ut ait Eratosthenes) plaga quædam temperata æquatori subjecta est (in quod etiam Polybius consentit, et addit quod, quum sit sublimissima, imbribus rigatur, quando flantibus Etesiis nubes a borea plurimæ eminentibus locis appelluntur, multo rectius esset tertiam hanc angustam zonam temperatam constituere quam tropicis subjectas admittere. His adstipulantur ista quoque, etiam a Posidonio commemorata, quod illic solis progressiones celeriores sunt, in obliquum factæ itemque ab ortu in occasum: nam motionum ejusdem ordinis celerrimæ sunt quæ fiunt in maximo circulo.

3. Reprehendit porro Posidonius Polybium, qui habitationem sub æquatore dixerit esse editissimam, quum neque in globosa superficie, utpote æquabili, altitudo locum habeat, neque montosa sit terra æquinoctiali subdita, sed campestris potius ac fere eadem cum mari planitie; quibus Nilus impletur imbribus, eos ex Æthiopicis decurrere

λον ὄμβρους ἐκ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν συμβαίνειν. ταῦτα δ' εἰπὼν ἐνταῦθα ἐν ἄλλοις συγχωρεῖ, φήσας ὑπονοεῖν ὄρη εἶναι τὰ ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ, πρὸς ἃ ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῶν εὐκράτων ἀμφοῖν προσπίπτοντα τὰ νέφη ποιεῖν τοὺς ὄμβρους. αὕτη μὲν οὖν ἡ ἀνομολογία φανερά· ἀλλὰ καὶ δοθέντος τοῦ ὀρεινὴν εἶναι τὴν ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ, ἄλλη τις ἀνακύπτειν ἂν δόξειεν. οἱ γὰρ αὐτοὶ σύρρουν φασὶν εἶναι τὸν ὠκεανόν· πῶς οὖν ὄρη κατὰ μέσον ἱδρύουσιν αὐτόν; πλὴν εἰ νήσους τινὰς βούλονται λέγειν. ὅπως δὲ [δή] ποτε τοῦτ' ἔχει, τῆς γεωγραφικῆς μερίδος ἔξω πίπτει· δοτέον δ' ἴσως τῷ προθεμένῳ τὴν περὶ ὠκεανοῦ πραγματείαν ταῦτ' ἐξετάζειν.

4. Μνησθεὶς δὲ τῶν περιπλεῦσαι λεγομένων τὴν Λιβύην Ἡρόδοτον μὲν οἴεσθαί φησιν ὑπὸ Δαρείου πεμφθέντας τινὰς τελέσαι τὸν περίπλουν· Ἡρακλείδην δὲ τὸν Ποντικὸν ἐν διαλόγῳ ποιεῖν ἀφιγμένον παρὰ Γέλωνι μάγον τινὰ περιπλεῦσαι φάσκοντα. ἀμάρτυρα δὲ ταῦτ' εἶναι φήσας καὶ Εὔδοξόν τινα Κυζικηνὸν θεωρὸν καὶ σπονδοφόρον τοῦ τῶν Κορείων ἀγῶνος ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον ἱστορεῖ κατὰ τὸν δεύτερον Εὐεργέτην· συσταθῆναι δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν καὶ μάλιστα κατὰ τοὺς ἀνάπλους τοῦ Νείλου, θαυμαστικὸν ὄντα τῶν τοπικῶν ἰδιωμάτων ἅμα καὶ οὐκ ἀπαίδευτον. τυχεῖν δή τινα Ἰνδὸν κομισθέντα ὡς τὸν βασιλέα ὑπὸ τῶν φυλάκων τοῦ Ἀραβίου μυχοῦ, λεγόντων εὑρεῖν ἡμιθανῆ καταχθέντα μόνον ἐν νηΐ, τίς δ' εἴη καὶ πόθεν, ἀγνοεῖν, μὴ συνιέντας τὴν διάλεκτον· τὸν δὲ παραδοῦναι τοῖς διδάξουσιν ἑλληνίζειν. ἐκμαθόντα δὲ διηγήσασθαι, διότι ἐκ τῆς Ἰνδικῆς πλέων περιπέσοι πλάνῃ καὶ σωθείη δεῦρο, τοὺς σύμπλους ἀποβαλὼν λιμῷ· ὑποληφθέντα δὲ ὑποσχέσθαι τὸν εἰς Ἰνδοὺς πλοῦν ἡγήσασθαι τοῖς ὑπὸ τοῦ βασιλέως προχειρισθεῖσι· τούτων δὲ γενέσθαι τὸν Εὔδοξον. πλεύσαντα δὴ μετὰ δώρων ἐπανελθεῖν ἀντιφορτισάμενον ἀρώματα καὶ λίθους πολυτελεῖς, ὧν τοὺς μὲν καταφέρουσιν οἱ ποταμοὶ μετὰ τῶν ψήφων, τοὺς δ' ὀρυκτοὺς εὑρίσκουσι, πεπηγότας ἐξ ὑγροῦ, καθάπερ τὰ κρυστάλλινα παρ' ἡμῖν· διαψευσθῆναι δὲ τῶν ἐλπίδων· ἀφελέσθαι γὰρ αὐτὸν ἅπαντα τὸν φόρτον τὸν Εὐεργέτην. τελευτήσαντος δ' ἐκείνου τὸν βίον, Κλεοπάτραν τὴν γυναῖκα διαδέξασθαι τὴν ἀρχήν· πάλιν οὖν καὶ ὑπὸ ταύτης πεμφθῆναι τὸν Εὔδοξον μετὰ μείζονος παρασκευῆς. ἐπανιόντα δ' ἀνέμοις παρενεχθῆναι ὑπὲρ τὴν Αἰθιοπίαν· προσφερόμενον δέ τισι τόποις ἐξοικειοῦσθαι τοὺς ἀνθρώπους μεταδόσει σιτίων τε καὶ οἴνου καὶ παλαθίδων, ὧν ἐκείνοις οὐ μετῆν, ἀντὶ δὲ τούτων ὑδρείας τε τυγχάνειν καὶ καθοδηγίας, ἀπογράφεσθαί τε τῶν ῥημάτων ἔνια. εὑρόντα δ' ἀκρόπρωρον ξύλινον ἐκ ναυαγίου ἵππον ἔχον ἐγγεγλυμμένον, πυθόμενον ὡς ἀπὸ τῆς ἑσπέρας πλεόντων τινῶν εἴη τὸ ναυάγιον τοῦτο, κομίζειν αὐτὸ ἀναστρέψαντα πρὸς τὸν οἰκεῖον πλοῦν. σωθέντα δ' εἰς Αἴγυπτον, οὐκέτι τῆς Κλεοπάτρας ἡγουμένης, ἀλλὰ τοῦ παιδός, ἀφαιρεθῆναι

montibus. Hæc ille hoc fatus loco, alibi concedit, inquiens se arbitrari montes esse id quod sub æquatore jacet, ad quos utrinque a temperatis plagis concurrant nubes, et imbres generent. Atque hæc quidem a se ipso dissensio est evidens. Præterea autem etiam hoc concesso, montosam esse regionem quæ substrata est æquatori, alia videtur emergere. Iidem enim in sese confluere oceanum affirmant : quomodo ergo in medio montes ponunt? nisi si insulas aliquas intelligi volunt. Utut res ea habet, extra geographiæ ea professionem cadit, sed ei fortasse qui de oceano tractationem instituerit, fuerit committenda.

4. Facta deinde mentione eorum qui navigando Libyam ambiverint, scribit Herodotum in ea fuisse opinione, quosdam a Dario [*dicendum erat* Necone] missos ambitum istum confecisse; Heraclidem vero Ponticum in dialogo perhibere, magum quendam ad Gelonem venisse, qui se navigio circumivisse diceret : sed ea testibus carere ait, et narrat Eudoxum quendam Cyzicenum, sacrum legatum et inducias nuntiantem caduceatorem in ludis solennibus Proserpinæ [*alii* in ludis Corinthiorum *Isthmicis*], in Ægyptum venisse, quo tempore Euergetes secundus regnum tenuit : eumque cum rege et ejus familiaribus sermones contulisse, maxime de sursum navigando Nilo, utpote hominem et admiratione eorum quæ singulis locis propria sunt præditum, neque ineruditum. Forte tum a custodibus Arabici sinus Indum quendam ad regem fuisse allatum, dicentibus eum semimortuum ab ipsis inventum fuisse in navi solum deprehensum, neque se scire quis aut cujas esset, quod sermonem ejus non intelligerent. Eum a rege mandatum iis qui Græcam eum linguam docerent : qua percepta hominem narrasse ex India se navigantem recto cursu excidisse, atque huc evasisse, sociis fame amissis : simulque pollicitum se navigationis ad Indos monstratorem fore iis quibus eam rem rex demandaret, quos inter et Eudoxus fuerit. Hunc ad Indos cum donis navigasse, et eorum loco reportasse aromata ac lapides pretiosos, quorum alios fluvii cum scrupis devehunt, alii effodiuntur concreti ex humore, ut apud nos crystalli. Ceterum Eudoxum sua fuisse spe falsum, Euergeta quidquid navi advexerat adimente. Mortuo Euergeta, uxorem ejus Cleopatram regnum tenuisse, rursumque ab hac missum Eudoxum majore cum apparatu, in reditu ventis supra Æthiopiam fuisse delatum : ubi quum ad quædam loca appulisset, animos incolentium sibi conciliasse frumenti, vini et caricarum largitione, quibus illi carebant, ab iisque contra aquam et navigationis duces accepisse, et vocabula quædam descripsisse. Quumque invenisset ligneam summitatem proræ e naufragio superstitem, equoque insculpto insignem, idque cujusdam navi ab occasu advecti naufragium esse inaudivisset, secum in reditu detulisse, salvumque in Ægyptum rediisse : ubi filio jam Cleopatræ suffecto in regnum, denuo

πάλιν πάντα· φωραθῆναι γὰρ νενοσφισμένον πολλά. τὸ δ' ἀκρόπρωρον προφέροντα ἐς τὸ ἐμπόριον, δεικνύναι τοῖς ναυκλήροις, γνῶναι δὲ Γαδειριτῶν ὄν· τούτων γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους μεγάλα στέλλειν πλοῖα, τοὺς δὲ πένητας μικρά, ἃ καλεῖν ἵππους, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πρῴραις ἐπισήμων· τούτους δὲ πλεῖν μέχρι τοῦ Λίξου ποταμοῦ περὶ τὴν Μαυρουσίαν ἁλιευομένους· ἀλλὰ τῶν δὴ ναυκλήρων τινὰς γνωρίσαι τὸ ἀκρόπρωρον ἑνὸς τῶν ἀπὸ τοῦ Λίξου ποταμοῦ πορρώτερον πλευσάντων καὶ μὴ σωθέντων ὑπάρξαν. ἐκ δὲ τούτου συμβαλόντα τὸν Εὔδοξον, ὡς δυνατὸς εἴη ὁ περίπλους ὁ Λιβυκός, πορευθέντα οἴκαδε τὴν οὐσίαν ἐνθέμενον πᾶσαν ἐξορμῆσαι. καὶ πρῶτον μὲν εἰς Δικαιαρχίαν, εἶτ' εἰς Μασσαλίαν ἐλθεῖν, καὶ τὴν ἑξῆς παραλίαν μέχρι Γαδείρων, πανταχοῦ δε διακωδωνίζοντα ταῦτα καὶ χρηματιζόμενον κατασκευάσασθαι πλοῖον μέγα καὶ ἐφόλκια δύο λέμβοις ληστρικοῖς ὅμοια, [οἷς] ἐμβιβάσασθαι μουσικὰ παιδισκάρια καὶ ἰατροὺς καὶ ἄλλους τεχνίτας, ἔπειτα πλεῖν ἐπὶ τὴν Ἰνδικὴν μετέωρον ζεφύροις συνεχέσι. καμνόντων δὲ τῷ πλῷ τῶν συνόντων, ἄκοντα ἐπουρίσαι πρὸς γῆν, δεδοικότα τὰς πλημμυρίδας καὶ τὰς ἀμπώτεις. καὶ δὴ καὶ συμβῆναι ὅπερ ἐδεδίει· καθίσαι γὰρ τὸ πλοῖον, ἡσυχῇ δέ, ὥστε μηδ' ἀθροῦν διαλυθῆναι, ἀλλὰ φθῆναι τὰ φορτία σωθέντα εἰς γῆν καὶ τῶν ξύλων τὰ πλεῖστα· ἐξ ὧν τρίτον λέμβον συμπηξάμενον πεντηκοντόρῳ πάρισον πλεῖν, ἕως ἀνθρώποις συνέμιξε τὰ αὐτὰ ῥήματα φθεγγομένοις, ἅπερ πρότερον ἀπογέγραπται· ἅμα δὲ τοῦτό γε γνῶναι, ὅτι τε οἱ ἐνταῦθα ἄνθρωποι ὁμοεθνεῖς εἶεν τοῖς Αἰθίοψιν ἐκείνοις, καὶ ὅτι ὁμοροῖεν τῇ Βόγου βασιλείᾳ. ἀφέντα δὴ τὸν ἐπὶ Ἰνδοὺς πλοῦν ἀναστρέφειν· ἐν δὲ τῷ παράπλῳ νῆσον εὔυδρον καὶ εὔδενδρον ἐρήμην ἰδόντα σημειώσασθαι. σωθέντα δὲ εἰς τὴν Μαυρουσίαν, διαθέμενον τοὺς λέμβους πεζῇ κομισθῆναι πρὸς τὸν Βόγον καὶ συμβουλεύειν αὐτῷ τὴν ναυστολίαν ἐπανελέσθαι ταύτην, ἰσχῦσαι δ' εἰς τἀναντία τοὺς φίλους ὑποτείνοντας φόβον, μὴ συμβῇ τὴν χώραν εὐεπιβούλευτον γενέσθαι, δειχθείσης παρόδου τοῖς ἔξωθεν ἐπιστρατεύειν ἐθέλουσιν. ὡς δ' ἐπύθετο λόγῳ μὲν πεμπόμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν ἀναδειχθεῖσαν ναυστολίαν, ἔργῳ δ' ἐκτεθησόμενον εἰς ἐρήμην τινὰ νῆσον, φυγεῖν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν, κἀκεῖθεν εἰς τὴν Ἰβηρίαν διᾶραι. πάλιν δὲ κατασκευασάμενον στρογγύλον πλοῖον καὶ μακρὸν πεντηκόντορον, ὥστε τῷ μὲν πελαγίζειν, τῷ δὲ πειρᾶσθαι τῆς γῆς, ἐνθέμενον γεωργικὰ ἐργαλεῖα καὶ σπέρματα καὶ οἰκοδόμους ὁρμῆσαι πρὸς τὸν αὐτὸν περίπλουν· διανοούμενον, εἰ βραδύνοιτο ὁ πλοῦς, ἐνδιαχειμάσαι τῇ προεσκεμμένῃ νήσῳ, καὶ σπείραντα καὶ ἀνελόμενον τοὺς καρποὺς τελέσαι τὸν ἐγνωσμένον ἐξ ἀρχῆς πλοῦν.

5. Ἐγὼ μὲν οὖν, φησί, μέχρι [τοῦδε] τῆς περὶ τὸν Εὔδοξον ἱστορίας ἥκω· τί δ' ὕστερον συνέβη, τοὺς ἐκ Γαδείρων καὶ τῆς Ἰβηρίας εἰκὸς εἰδέναι. ἐκ πάν-

omnibus spoliatum fuisse, comperto multa ipsum intervertisse. Proræ autem summitatem ab ipso in emporium delatam, nauclerisque exhibitam; fuisseque ab his edoctum, Gaditanæ esse id navis: nam Gaditanorum mercatores ingentibus uti navibus, pauperes parvis, quas equos appellent a proræ insignibus, iisque eos piscandi gratia usque ad Lixum amnem circa Maurusiam navigare: atque adeo quosdam naucleroruni agnovisse lignum illud unius eorum fuisse, qui ulterius a Lixo fluvio navigarant, neque reversi fuerant. Ex his Eudoxum collegisse, posse Libyam navigio circumiri: ita domum revertisse, omnibusque suis facultatibus impositis navigationem instituisse, et primum Dicæarchiam, inde Massiliam, ac reliqua deinde ora maritima navigata Gades pervenisse. Ubique autem divulgato instituto, rem fecisse, magnaque navi comparata, et duabus scaphis lemborum piraticorum similibus, impositis pueris symphoniacis, medicis, aliisque artificibus, Indiam versus per altum navigasse, subvectum continentibus Favoniis. Iis autem qui una vehebantur ex navigatione defessis, invitum ad terram secundo vento appulisse, metuentem sibi a maris æstuum vicibus; et evenisse id quod metuerat: subsedisse enim navim, sensim tamen, neque subito fuisse solutam, sed et merces prius, et lignorum deinde majorem partem in terram fuisse egestam. Quibus eum e lignis tertium confecisse lembum, assimilem quinquaginta remorum navi, et navigasse usque ad eos homines, qui sermone uterentur qualem ante litteris ab eo fuisse consignatum retulimus: quod simul senserit, simul etiam certiorem se factum, hos ejusdem cum illis Æthiopibus gentis esse, et esse vicinos Bogi regno. Inde omissa ad Indos navigatione eum revertisse, interque navigandum annotasse insulam desertam, quam aqua et arboribus bene instructam vidisset. Hinc quum in Maurusiam incolumis pervenisset, divenditis lembis, terrestri itinere ad Bogum ivisse, eique suscipiendæ hujus navigationis auctorem fuisse: vicisse tamen sententiam familiarium, qui monebant metuendum esse ne ditio hæc ita insidiis aliorum opportuna redderetur, commonstrato aditu iis qui extrinsecus bellum inferre vellent. Itaque se, quum audiret verbis se ad eam destinari navigationem, futurum autem ut in desertam aliquam exponeretur insulam, in Romanorum effugisse provinciam, indeque in Iberiam navigasse. Tum rursus constructa rotunda navi, et longa quinquaginta remorum alia, ut per altum veheretur illa, hac pone terram, impositis instrumentis rusticis, seminibus, et ædificandi peritis ad eandem circumnavigationem se contulisse, eo consilio, ut, si tardius hæc succederet, in antea observata insula hiemaret, consitisque agris et perceptis fructibus, initio propositam absolveret navigationem.

5. Hactenus mihi quidem (inquit) cognita est historia Eudoxi: quid vero postea illi acciderit, par est Gaditanos scire et Hispanos. Ex his ergo omnibus demonstrari ait,

των δὴ τούτων φησὶ δείκνυσθαι, διότι ἡ οἰκουμένη κύκλῳ περιρρεῖται τῷ ὠκεανῷ·

οὐ γάρ μιν δεσμὸς περιβάλλεται ἠπείροιο,
ἀλλ' ἐς ἀπειρεσίην κέχυται· τό μιν οὔτι μιαίνει.

θαυμαστὸς δὴ κατὰ πάντα ἐστὶν ὁ Ποσειδώνιος, τὸν μὲν τοῦ μάγου περίπλουν, ὃν Ἡρακλείδης εἶπεν, ἀμάρτυρον νομίσας, καὶ αὐτῶν τῶν ὑπὸ Δαρείου πεμφθέντων, ὃν Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, τὸ δὲ Βεργαῖον διήγημα τοῦτο ἐν πίστεως μέρει τιθείς, εἴθ' ὑπ' αὐτοῦ πεπλασμένον, εἴτ' ἄλλων πλασάντων πιστευθέν. τίς γὰρ ἡ πιθανότης πρῶτον μὲν τῆς κατὰ τὸν Ἰνδὸν περιπετείας; ὁ γὰρ Ἀράβιος κόλπος ποταμοῦ δίκην στενός ἐστι καὶ μακρὸς [πεντακισχιλίους] ἐπὶ μυρίοις που σταδίους μέχρι τοῦ στόματος, καὶ τούτου στενοῦ παντάπασιν ὄντος· οὐκ εἰκὸς δ' οὔτ' ἔξω που τὸν πλοῦν ἔχοντας εἰς τὸν κόλπον παρωσθῆναι τοὺς Ἰνδοὺς κατὰ πλάνην (τὰ γὰρ στενὰ ἀπὸ τοῦ στόματος δηλώσειν ἔμελλε τὴν πλάνην), οὔτ' εἰς τὸν κόλπον ἐπίτηδες καταχθεῖσιν ἔτι πλάνης ἦν πρόφασις καὶ ἀνέμων ἀστάτων. λιμῷ τε πῶς περιεῖδον ἅπαντας ἀπολομένους σφᾶς πλὴν ἑνός; περιγενόμενός τε πῶς ἱκανὸς ἦν μόνος κατευθύνειν τὸ πλοῖον οὐ μικρὸν ὄν, τά γε τηλικαῦτα πελάγη διαίρειν δυνάμενον; τίς δ' ἡ ὀξυμάθεια τῆς διαλέκτου, ἀφ' ἧς ἱκανὸς ἦν πεῖσαι τὸν βασιλέα, ὡς δυνάμενος τοῦ πλοῦ καθηγήσασθαι; τίς δ' ἡ σπάνις τῷ Εὐεργέτῃ τῶν τοιούτων καθηγεμόνων, ἤδη γνωριζομένης ὑπὸ πολλῶν τῆς ταύτῃ θαλάττης; ὁ δὲ δὴ σπονδοφόρος καὶ θεωρὸς τῶν Κυζικηνῶν πῶς ἀφεὶς τὴν πόλιν εἰς Ἰνδοὺς ἔπλει; πῶς δὲ ἐπιστεύθη τηλικαύτην χρείαν; πῶς δ' ἐπανιὼν ἀφαιρεθεὶς πάντα παρὰ τὴν ἐλπίδα καὶ ἀτιμωθεὶς ἔτι μείζονα ἐπιστεύθη παρασκευὴν δώρων; ἐπανιὼν δὲ καὶ παρενεχθεὶς εἰς τὴν Αἰθιοπίαν τίνος χάριν ἢ τὰς διαλέκτους ἀπεγράφετο, ἢ τὸ ἀκρόπρῳρον ἐπυνθάνετο τῆς ἁλιάδος πόθεν ἐκπέσοι; τὸ γὰρ μαθεῖν ὅτι ἀπὸ δύσεως πλεόντων ἦν ναυάγιον, οὐδενὸς ἔμελλεν ὑπάρξειν σημεῖον, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἔμελλεν ἀπὸ δύσεως πλεῖν κατὰ τὴν ἐπάνοδον. ἐλθὼν δ' οὖν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, φωραθεὶς ὡς νενοσφισμένος πολλά, πῶς οὐκ ἐκολάσθη, ἀλλὰ καὶ περιῄει τοὺς ναυκλήρους διαπυνθανόμενος, δεικνὺς ἅμα τὸ ἀκρόπρῳρον; ὁ δὲ γνωρίσας οὐχὶ θαυμαστός; ὁ δὲ πιστεύσας οὐ θαυμασιώτερος, καὶ κατ' ἐλπίδα τοιαύτην ἐπανιὼν εἰς τὴν οἰκείαν, καὶ μετοικισμὸν ἐκεῖθεν ποιησάμενος εἰς τὰ ἔξω Στηλῶν; ἀλλ' οὐδ' ἐξὸν ἦν ἄνευ προστάγματος ἐξ Ἀλεξανδρείας ἀνάγεσθαι, καὶ ταῦτα νενοσφισμένῳ βασιλικὰ χρήματα. οὐδέ γε λαθεῖν ἐκπλεύσαντα ἐνεδέχετο, τοσαύτῃ φρουρᾷ κεκλεισμένου τοῦ λιμένος καὶ τῶν ἄλλων ἐξόδων, ὅσην καὶ νῦν ἔτι διαμένουσαν ἔγνωμεν ἡμεῖς ἐπιδημοῦντες τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πολὺν χρόνον, καίτοι τὰ νῦν πολὺ ἀνεῖται, Ῥωμαίων ἐχόντων· αἱ βασιλικαὶ δὲ φρουραὶ πολὺ ἦσαν πικρότεραι. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀπῆρεν εἰς τὰ Γάδειρα καὶ ναυπηγησάμενος ἔπλει βασιλικῶς, (καὶ) διαλυθέντος αὐτῷ τοῦ πλοίου, πῶς μὲν ἐναυπηγήσατο τρίτον λέμβον ἐν τῇ ἐρήμῳ; πῶς δὲ πλέων πάλιν καὶ εὑρὼν τοὺς

oceanum terrarum orbi circuli in morem esse circumfusum :

**Non etenim terræ vinclo circumdatur ille :**
**fusus in immensum est, ne quicquam polluat ipsum.**

Enimvero mirum se in his omnibus præbet Posidonius, qui quum Magi circumnavigationem ab Heraclide expositam testimonio destitui censeat, itemque eorum qui a Dario [*imo* Necone] missi fuerant ab Herodoto narratam, fidem adhibet huic Bergæo commento, sive ipse confinxerit, sive ab alio confictum pro vero habuerit. Quid enim est quod sit probabile primum in illa narratione de Indo? etenim Arabicus sinus fluvii instar angustus est et in longum porrectus per quindecim circiter stadiorum millia usque ad fauces, ipsas quoque admodum arctas. Itaque quum probabile non est foris cursum tenentes Indos in sinum per errorem fuisse intrusos (quippe faucium angustiæ eos erroris monuissent), tum dedita opera in sinum advectis, erroris jam aut instabilium ventorum nulla restabat excusatio. Ad hæc, qui factum est ut uno dempto reliqui omnes fame perire se videntes negligerent? unusque superstes qui poterat solus navim dirigere, quam necesse est parvam non fuisse, tantis maribus trajiciendis aptam? quæ porro fuit illa linguæ discendæ celeritas, ita ut idoneus fieret qui regi persuadere se constituendum esse navigationis ducem? unde autem ipsi Euergetæ ista hujusmodi ductorum penuria, mari isto multis jam noto? Jam ille induciarum caduceator et sacer legatus Cyzicenorum quomodo urbe relicta ad Indos navigabat? qua ratione tantum ei fuit creditum negotium? quomodo autem reverso domum, et præter spem omnibus spoliato, ignominiaque affecto, major adhuc donorum apparatus fuit commissus? Tum reversus et in Æthiopiam appulsus, cujus rei causa vel sermonem in litteras retulit, vel percunctatus est unde summitas proræ allata esset? nulli enim rei indicio erat futurum, compertum habere navim fuisse ab occidente navigantium, quando ipse quoque in reditu erat ab occasu navigaturus. Porro Alexandriam quum venisset et peculatum esse multa constaret, qui non dedit pœnas? sed et obambulavit monstrato proræ summo naucleros interrogans? Quod qui agnovit, nonne mirabilis? nonne mirabilior qui credidit? Deinde hac spe domum reversus, migrationem instituit extra columnas Herculis? Atqui ne licebat quidem sine mandato Alexandria avehi, præsertim ei qui regis bona clepsisset; neque clam poterat avehi, portu et reliquis exitibus tanta obsessis custodia, quantam adhuc adhiberi nos ipsi cognovimus multo tempore Alexandriæ degentes, quanquam nunc Romanis urbem tenentibus multum est de illa regiorum præsidiorum severitate remissum. Ceterum postquam Gades pervenit, et navibus conditis regio more navigavit, navigio dissoluto quomodo in deserta terra tertium fabricatus est lembum? Qui factum est ut instaurata navigatione quum invenisset occiduos

ἑσπερίους Αἰθίοπας τοῖς ἑῴοις ὁμογλώττους οὐχ ὠρέχθη διανύσαι τὸν ἑξῆς πλοῦν, οὕτω χαῦνος ὢν πρὸς τὸ φιλέκδημον, μικρὸν ἔχειν ἐλπίσας λοιπὸν τὸ ἄγνωστον, ἀλλ' ἀφεὶς ταῦτα τῆς διὰ Βόγου ναυστολίας ἐπεθύμησε; πῶς δ' ἔγνω τὴν λάθρα κατ' αὐτοῦ συνισταμένην ἐπιβουλήν; τί δὲ τοῦτ' ἦν τῷ Βόγῳ πλεονέκτημα, ὁ τἀνθρώπου ἀφανισμός, ἐξὸν ἄλλως ἀποπέμψασθαι; γνοὺς δὲ τὴν ἐπιβουλὴν πῶς ἔφθη φυγὼν εἰς ἀσφαλεῖς τόπους; ἕκαστον γὰρ τῶν τοιούτων οὐκ ἀδύνατον μέν, ἀλλὰ χαλεπὸν καὶ σπανίως γινόμενον μετὰ τύχης τινός· τῷ δ' εὐτυχεῖν ἀεὶ συνέβαινεν, εἰς κινδύνους καθισταμένῳ συνεχεῖς. πῶς δ' οὐκ ἔδεισεν ἀποδρὰς τὸν Βόγον πλεῖν πάλιν παρὰ τὴν Λιβύην σὺν παρασκευῇ δυναμένῃ συνοικίσαι νῆσον; οὐ πολὺ οὖν ἀπολείπεται ταῦτα τῶν Πυθέου καὶ Εὐημέρου καὶ Ἀντιφάνους ψευσμάτων. ἀλλ' ἐκείνοις μὲν συγγνώμη, τοῦτ' αὐτὸ ἐπιτηδεύουσιν, ὥσπερ τοῖς θαυματοποιοῖς· τῷ δ' ἀποδεικτικῷ καὶ φιλοσόφῳ, σχεδὸν δέ τι καὶ περὶ πρωτείων ἀγωνιζομένῳ, τίς ἂν συγγνοίη; ταῦτα μὲν οὖν οὐκ εὖ.

6. Τὸ δὲ ἐξαίρεσθαι τὴν γῆν ποτε καὶ ἱζήματα λαμβάνειν καὶ μεταβολὰς τὰς ἐκ τῶν σεισμῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν παραπλησίων, ὅσα διηριθμησάμεθα καὶ ἡμεῖς, ὀρθῶς κεῖται παρ' αὐτῷ· πρὸς ὃ καὶ τὸ τοῦ Πλάτωνος εὖ παρατίθησιν, ὅτι ἐνδέχεται καὶ μὴ πλάσμα εἶναι τὸ περὶ τῆς νήσου τῆς Ἀτλαντίδος, περὶ ἧς ἐκεῖνος ἱστορῆσαι Σόλωνά φησι πεπυσμένον παρὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων, ὡς ὑπάρχουσά ποτε ἀφανισθείη, τὸ μέγεθος οὐκ ἐλάττων ἠπείρου· καὶ τοῦτο οἴεται βέλτιον εἶναι λέγειν ἢ διότι ὁ πλάσας αὐτὴν ἠφάνισεν, ὡς ὁ ποιητὴς τὸ τῶν Ἀχαιῶν τεῖχος. εἰκάζει δὲ καὶ τὴν τῶν Κίμβρων καὶ τῶν συγγενῶν ἐξανάστασιν ἐκ τῆς οἰκείας † γενέσθαι κατὰ θαλάττης ἔφοδον, οὐκ ἀθρόαν συμβᾶσαν. ὑπονοεῖ δὲ τὸ τῆς οἰκουμένης μῆκος ἑπτά που μυριάδων σταδίων ὑπάρχον ἥμισυ εἶναι τοῦ ὅλου κύκλου, καθ' ὃν εἴληπται, ὥστε, φησίν, ἀπὸ τῆς δύσεως εὔρῳ πλέων ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἔλθοι ἂν εἰς Ἰνδούς.

7. Ἐπιχειρήσας δὲ αἰτιᾶσθαι τοὺς οὕτω τὰς ἠπείρους διορίσαντας, ἀλλὰ μὴ παραλλήλοις τισὶ τῷ ἰσημερινῷ, δι' ὧν ἔμελλον ἐξαλλάξεις δείκνυσθαι ζῴων τε καὶ φυτῶν καὶ ἀέρων, τῶν μὲν τῇ κατεψυγμένῃ συναπτόντων, τῶν δὲ τῇ διακεκαυμένῃ, ὥστε οἱονεὶ ζώνας εἶναι τὰς ἠπείρους, ἀνασκευάζει πάλιν καὶ ἐν ἀναλύσει δίκης γίνεται, ἐπαινῶν πάλιν τὴν οὖσαν διαίρεσιν, θετικὴν ποιούμενος τὴν ζήτησιν πρὸς οὐδὲν χρησίμως. αἱ γὰρ τοιαῦται διατάξεις οὐκ ἐκ προνοίας γίνονται, καθάπερ οὐδὲ αἱ κατὰ τὰ ἔθνη διαφοραί, οὐδὲ [αἱ] διάλεκτοι, ἀλλὰ κατὰ ἐπίπτωσιν καὶ συντυχίαν· καὶ τέχναι τε καὶ δυνάμεις καὶ ἐπιτηδεύσεις, ἀρξάντων τινῶν, κρατοῦσιν αἱ πλείους ἐν ὁποιῳοῦν κλίματι, ἔστι δέ τι καὶ παρὰ τὰ κλίματα, ὥστε τὰ μὲν φύσει ἐστὶν ἐπιχώριά τισι, τὰ δ' ἔθει καὶ ἀσκήσει. οὐ γὰρ φύσει Ἀθηναῖοι μὲν φιλόλογοι, Λακεδαιμόνιοι δ' οὔ, καὶ οἱ ἔτι ἐγγυτέρω Θηβαῖοι, ἀλλὰ μᾶλλον ἔθει· οὕτως οὐδὲ Βαβυλώνιοι φιλόσοφοι φύσει καὶ Αἰγύπτιοι, ἀλλ' ἀσκήσει

Æthiopes orientalium lingua utentes, non cogitaret de reliqua navigatione absolvenda, homo tanta ad peregrinandum cupiditate præditus, quum sperare posset paulum adhuc incogniti restare? cur his omissis, ad navigationem Bogi ope faciendam animum adjecit? quomodo deprehendit occulto sibi insidias parari? quid amplius habiturus erat Bogus homine sublato, quem alia ratione ablegare licebat? cognitis autem insidiis, quomodo in tuta perfugit loca? Nam horum unumquodque non sane fieri omnino nequit, sed difficile est, raroque bona quadam fortuna contingit: ille autem in continentibus constitutus periculis, faustis semper est usus successibus. Quomodo autem non veritus est Bogo evitato rursus Africam prætervehi cum apparatu etiam ad insulam incolendam sufficiente? Hæc igitur non multum absunt a Pytheæ, Euhemeri et Antiphanis mendaciis. Verum hi quidem digni sunt venia, quibus idem fuit quod præstigiatoribus propositum; demonstratori autem, philosopho, ac nonnihil etiam de palma certanti quis ignoscat? Hæc itaque male.

6. Recte autem apud eum exposita sunt, terram aliquando attolli, aliquando subsidere, mutarique terræmotibus, et alia id genus, etiam a nobis enumerata; quibus etiam Platonis sententiam commode apponit, fieri nempe posse ut non sit figmentum id quod de Atlantide insula fertur, de qua is ait tradidisse Solonem, qui ita ab Ægyptiis didicisset sacerdotibus, deletam eam esse, quum fuerit aliquando, continente tota non minor insula, existimatque hoc rectius dici, quam id, deletam fuisse ab eo ipso qui eam commentus fuerit, sicut apud Homerum accidit muro Achæorum. Conjectura etiam colligit Cimbrorum illisque cognatorum populorum migrationem e patria factam esse [prædandi causa, non] ob maris incursiones subito obortas. Suspicatur etiam habitatæ terræ longitudinem septuaginta circiter millibus stadiorum constare, dimidiumque esse totius in quo sumitur circuli: itaque (inquit) ab occasu Euro spirante navigans tantum spatium, ad Indos pervenias.

7. Aggressus deinde eos reprehendere qui continentis partes hoc modo distinxerunt, non lineis quibusdam respectu æquatoris parallelis, quibus ductis diversitates animalium, plantarum et aeris demonstrari potuissent, quatenus alia ad frigidam, alia ad torridam pertinent plagam, partibus continentis zonarum instar descriptis: rursum retractat et in solvenda accusatione versatur, laudans eam quæ obtinet divisionem et disputationem in utramque partem instituens, nulla sane cum utilitate. Hujusmodi enim dispositiones non magis dedita opera institutæ sunt, quam gentium et linguarum differentiæ, sed casu quodam et fortuna; quin etiam artes, facultates, et studia, si ab uno fiat initium, plerumque invalescunt in quocunque terræ situ: quanquam et climati aliquid tribuendum est: itaque alia domestica fiunt naturâ, alia institutione et exercitio. Non enim natura fit quod Athenienses studiosi sunt litterarum, Lacedæmonii non item, ac ne Thebani quidem illis viciniores, sed institutione potius. Ita neque Babylonios natura philoso-

καὶ ἔθει· καὶ ἵππων τε καὶ βοῶν ἀρετὰς καὶ ἄλλων ζώων, οὐ τόποι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσκήσεις ποιοῦσιν· ὁ δὲ συγχεῖ ταῦτα. ἐπαινῶν δὲ τὴν τοιαύτην διαίρεσιν τῶν ἠπείρων, οἵα νῦν ἐστι, παραδείγματι χρῆται τῷ τοὺς Ἰνδοὺς τῶν Αἰθιόπων διαφέρειν τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ· εὐερνεστέρους γὰρ εἶναι καὶ ἧττον ἕψεσθαι τῇ ξηρασίᾳ τοῦ περιέχοντος· διὸ καὶ Ὅμηρον πάντας λέγοντα Αἰθίοπας δίχα διελεῖν,

οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος·

* * καὶ εἰσάγοντα τὴν ἑτέραν οἰκουμένην, ἣν οὐκ οἶδεν Ὅμηρος, δουλεύειν ὑποθέσει· καὶ ἔδει, φησί, μεταγράφειν οὕτως·

ἠμὲν ἀπερχομένου Ὑπερίονος,

οἷον ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ περικλίνοντος.

8. Πρῶτον μὲν οὖν οἱ πρὸς Αἰγύπτῳ Αἰθίοπες καὶ αὐτοὶ δίχα διαιροῦνται· οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἀσίᾳ εἰσίν, οἱ δ' ἐν τῇ Λιβύῃ, οὐδὲν διαφέροντες ἀλλήλων. ἔπειθ' Ὅμηρος οὐ διὰ τοῦτο διαιρεῖ τοὺς Αἰθίοπας, (ἢ) ὅτι τοὺς Ἰνδοὺς ᾔδει τοιούτους τινὰς τοῖς σώμασιν (οὐδὲ γὰρ ἀρχὴν εἰδέναι τοὺς Ἰνδοὺς εἰκὸς Ὅμηρον, ὅπου γε οὐδ' ὁ Εὐεργέτης κατὰ τὸν Εὐδόξειον μῦθον ᾔδει τὰ κατὰ τὴν Ἰνδικήν, οὐδὲ τὸν πλοῦν τὸν ἐπ' αὐτήν), ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ τὴν λεχθεῖσαν ὑφ' ἡμῶν πρότερον διαίρεσιν. ἐκεῖ δὲ καὶ περὶ τῆς γραφῆς τῆς Κρατητείου διῃτήσαμεν, ὅτι οὐδὲν διαφέρει, οὕτως ἢ ἐκείνως γράφειν· ὁ δὲ τοῦτο μὲν διαφέρειν φησί, κρεῖττον δ' οὕτως εἶναι μεταθεῖναι « ἠμὲν ἀπερχομένου. » τί οὖν διαφέρει τοῦτο τοῦ « ἠμὲν δυσομένου; » πᾶν γὰρ τὸ τμῆμα τὸ ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ ἐπὶ δύσιν δύσις καλεῖται, καθάπερ καὶ τὸ τοῦ ὁρίζοντος ἡμικύκλιον· ὅπερ καὶ Ἄρατος ἐπισημαίνεται,

ἧχί περ ἄκραι
μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσιν.

εἰ δ' ἐπὶ τῆς Κρατητείου γραφῆς οὕτω βέλτιον, φήσει τις καὶ ἐπὶ τῆς Ἀρισταρχείου δεῖν. τοσαῦτα καὶ πρὸς Ποσειδώνιον. πολλὰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα τυγχάνει τῆς προσηκούσης διαίτης, ὅσα γεωγραφικά· ὅσα δὲ φυσικώτερα, ἐπισκεπτέον ἐν ἄλλοις, ἢ οὐδὲ φροντιστέον· πολὺ γάρ ἐστι τὸ αἰτιολογικὸν παρ' αὐτῷ καὶ τὸ Ἀριστοτελίζον, ὅπερ ἐκκλίνουσιν οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἐπίκρυψιν τῶν αἰτιῶν.

## ΚΕΦ. Δ'.

Πολύβιος δὲ τὴν Εὐρώπην χωρογραφῶν τοὺς μὲν ἀρχαίους ἐᾶν φησι, τοὺς δ' ἐκείνους ἐλέγχοντας ἐξετάζειν Δικαίαρχόν τε καὶ Ἐρατοσθένη, τὸν τελευταῖον πραγματευσάμενον περὶ γεωγραφίας, καὶ Πυθέαν, ὑφ' οὗ παρακρουσθῆναι πολλούς, ὅλην μὲν τὴν Βρεττανικὴν ἐμβαδὸν ἐπελθεῖν φάσκοντος, τὴν δὲ περίμετρον πλειόνων ἢ τεττάρων μυριάδων ἀποδόντος τῆς νήσου, προσ-

phos facit, aut Ægyptios, sed exercitatio et consuetudo. Quin et equorum, boum, aliorumque animalium præstantia non locis tantum, sed et assuefactioni debetur. Hæc iste confundit. Porro laudans talem continentis regionum distinctionem, qualis nunc est, exemplo utitur, Indos Æthiopibus qui sunt in Africa præstare, quia robustiores sint, minusque aeris siccitate adusti : ideo Homerum quoque de universis loquentem Æthiopibus, sic eos divisisse (*Od.* A, 24):

Hi qua sol cadit, et qua nascitur illi :

** [et Cratetem] qui alterius habitatæ terræ, quam Homerus ignoravit, mentionem hoc in loco invenire voluit, opinionis suæ tenacem esse, dum ait, ita potius scribendum esse :

Aut qua Sol abit,

utpote declinante eo a meridiano.

8. Primum quidem Æthiopes Ægypto contermini, ipsi quoque bifariam dividuntur, quum in Asia partim eorum sit, partim in Africa, nihilque a se invicem differant. Deinde Homerus non ideo dividit Æthiopas, quod tales fere corporibus Indos nosset (quos ei plane ignotos fuisse probabile est, quum secundum Eudoxeam fabulam ne Euergetes quidem Indiam navigationemque ad eam cognitam habuerit), sed respexit Homerus potius ad supra dictam a nobis divisionem. Atque ibi etiam de Cratetis lectione pronunciavimus, nihil ad rem interesse utro modo legatur. Posidonius tamen interesse aliquid sentit, sed ita potius corrigendum :

Hi qua sol abit.

Quid autem interest inter *abit* et *cadit?* nam tota quidem portio quæ a meridie versus occasum est, occasus dicitur, sicut et horizontis ille semicirculus : quod et Aratus indicat : (*Phæn.* 61):

supremus
Ortus ubi atque Obitus parte admiscentur in una.

Quodsi quis rectius hoc habere in Cratetis scriptura dicat, etiam in Aristarchea eandem is dicet obtinere rationem. Atque hæc adversus Posidonium. Multa enim quæ ad geographiam pertinent in ipsa tractatione singulatim sub censuram vocabimus; quæ autem ad naturæ contemplationem pertinent, ea alibi sunt excutienda, aut potius nihil curanda. Multas enim habet is de causis disputationes, in multis Aristotelem imitatur, quæ nostri declinant ob causarum obscuritatem.

## CAP. IV.

Jam Polybius Europæ regiones describens, veteres se ait missos facere, in eos autem inquirere velle, a quibus illi sunt reprehensi, ut Dicæarchum et Eratosthenem, qui ultimus geographiam tractarit, et Pytheam qui multis imposuerit : hunc enim perhibere, totam quidem Britanniam pedibus se peragrasse, ambitum autem insulæ majorem esse quadraginta stadiorum millibus : tum de Thule et istis locis

ιστορήσαντος δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς Θούλης καὶ τῶν τόπων ἐκείνων, ἐν οἷς οὔτε γῆ καθ' αὑτὴν ὑπῆρχεν ἔτι οὔτε θάλαττα οὔτ' ἀήρ, ἀλλὰ σύγκριμά τι ἐκ τούτων πλεύμονι θαλαττίῳ ἐοικός, ἐν ᾧ φησι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν αἰωρεῖσθαι καὶ τὰ σύμπαντα, καὶ τοῦτον ὡς ἂν δεσμὸν εἶναι τῶν ὅλων, μήτε πορευτὸν μήτε πλωτὸν ὑπάρχοντα· τὸ μὲν οὖν τῷ πλεύμονι ἐοικὸς αὐτὸς ἑωρακέναι, τἄλλα δὲ λέγειν ἐξ ἀκοῆς. ταῦτα μὲν τὰ τοῦ Πυθέου, καὶ διότι ἐπανελθὼν ἐνθένδε πᾶσαν ἐπέλθοι τὴν παρωκεανῖτιν τῆς Εὐρώπης ἀπὸ Γαδείρων ἕως Ταναΐδος.

2. Φησὶ δ' οὖν ὁ Πολύβιος ἄπιστον καὶ αὐτὸ τοῦτο, πῶς ἰδιώτῃ ἀνθρώπῳ καὶ πένητι τὰ τοσαῦτα διαστήματα πλωτὰ καὶ πορευτὰ γένοιτο· τὸν δ' Ἐρατοσθένη διαπορήσαντα, εἰ χρὴ πιστεύειν τούτοις, ὅμως περί τε τῆς Βρεττανικῆς πεπιστευκέναι καὶ τῶν κατὰ Γάδειρα καὶ τὴν Ἰβηρίαν· πολὺ δέ φησι βέλτιον τῷ Μεσσηνίῳ πιστεύειν ἢ τούτῳ. ὁ μέντοι γε εἰς μίαν χώραν τὴν Παγχαίαν λέγει πλεῦσαι· ὁ δὲ καὶ μέχρι τῶν τοῦ κόσμου περάτων κατωπτευκέναι τὴν προσάρκτιον τῆς Εὐρώπης πᾶσαν, ἣν οὐδ' ἂν τῷ Ἑρμῇ πιστεύσαι τις λέγοντι. Ἐρατοσθένη δὲ τὸν μὲν Εὐήμερον Βεργαῖον καλεῖν, Πυθέᾳ δὲ πιστεύειν, καὶ ταῦτα μηδὲ Δικαιάρχου πιστεύσαντος. τὸ μὲν οὖν μηδὲ Δικαιάρχου πιστεύσαντος, γελοῖον· ὥσπερ ἐκείνῳ κανόνι χρήσασθαι προσῆκον, καθ' οὗ τοσούτους ἐλέγχους αὐτὸς προφέρεται· Ἐρατοσθένους δὲ εἴρηται ἡ περὶ τὰ ἑσπέρια καὶ τὰ ἀρκτικὰ τῆς Εὐρώπης ἄγνοια. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν καὶ Δικαιάρχῳ συγγνώμη, τοῖς μὴ κατιδοῦσι τοὺς τόπους ἐκείνους· Πολυβίῳ δὲ καὶ Ποσειδωνίῳ τίς ἂν συγγνοίη; ἀλλὰ μὴν Πολύβιός γέ ἐστιν ὁ λαοδογματικὰς καλῶν ἀποφάσεις, ἃς ποιοῦνται περὶ τῶν ἐν τούτοις τοῖς τόποις διαστημάτων καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἐν οἷς ἐκείνους ἐλέγχει καθαρεύων. τοῦ γοῦν Δικαιάρχου μυρίους μὲν εἰπόντος τοὺς ἐπὶ Στήλας ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου σταδίους, πλείους δὲ τούτων τοὺς ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν μέχρι τοῦ μυχοῦ, τοῦ δ' ἐπὶ Στήλας τὸ μέχρι τοῦ Πορθμοῦ τρισχιλίους ἀποδόντος, ὡς γίνεσθαι τὸ λοιπὸν ἑπτακισχιλίους τὸ ἀπὸ Πορθμοῦ μέχρι Στηλῶν· τοὺς μὲν τρισχιλίους ἐᾶν φησιν, εἴτ' εὖ λαμβάνονται εἴτε μή, τοὺς δ' ἑπτακισχιλίους οὐδετέρως, οὐδὲ τὴν παραλίαν ἐκμετροῦντι, οὔτε τὴν διὰ μέσου τοῦ πελάγους. τὴν μὲν γὰρ παραλίαν ἐοικέναι μάλιστ' ἀμβλείᾳ γωνίᾳ, βεβηκυίᾳ ἐπί τε τοῦ Πορθμοῦ καὶ τῶν Στηλῶν, κορυφὴν δ' ἐχούσῃ Νάρβωνα· ὥστε συνίστασθαι τρίγωνον βάσιν ἔχον τὴν διὰ τοῦ πελάγους εὐθεῖαν, πλευρὰς δὲ τὰς τὴν γωνίαν ποιούσας τὴν λεχθεῖσαν, ὧν ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ Πορθμοῦ μέχρι Νάρβωνος μυρίων ἐστὶ καὶ πλειόνων ἢ διακοσίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις, ἡ δὲ λοιπὴ μικρῷ (λοιπὸν) ἐλαττόνων ἢ ὀκτακισχιλίων· καὶ μὴν πλεῖστον μὲν διάστημα ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Λιβύην ὁμολογεῖσθαι κατὰ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος σταδίων οὐ πλειόνων ἢ τρισχιλίων, κατὰ τὸ Σαρδόνιον δὲ λαμβάνειν συναγωγήν. ἀλλ' ἔστω, φησί, καὶ ἐκεῖνο τρισχιλίων, προειλήφθω δ' ἐπὶ

ita narrare, neque terram ibi porro esse, neque mare, neque aerem quæ proprie vocantur, sed quippiam ex his concretum, pulmonis marini simile, in quo terra et mare atque universa sublimia pendeant, hocque esse quasi vinculum universi, neque pedibus accessum, neque navibus; ac pulmonis simile illud se ipsum vidisse; cetera auditu percepta referre. Hæc Pytheam dicere, idque addere, inde reversum quidquid Europæ regionum est ad oceanum peragrasse, a Gadibus ad Tanain usque.

2. Polybius autem id quoque incredibile ait esse, privatum hominem, eumque pauperem, tantum spatii mari terraque obivisse. Eratosthenem autem dubitantem hisne esset fides adhibenda, tamen quæ de Britannia, Gadibus et Hispania ab eo dicuntur credidisse : multo autem (inquit Polybius) præstabat Messenio credere, quam Pytheæ. Ille enim tantum unam in regionem Panchæam se navigasse ait; hic septentrionalem Europam universam usque ad fines mundi perlustrasse dicit, quod ne Mercurio quidem dicenti crederes. Interim Eratosthenem, qui Euhemerum Bergæum appellet, Pytheæ credere, atque hoc ne Dicæarcho quidem credente. Id quidem ridiculum est, quod Dicæarchum profert, quasi vero conveniat eum veluti normam aqui, quem ipse Polybius tot reprehensionibus incessit. Dictum est autem quam fuerit Eratosthenes ignarus occiduarum et septentrionalium Europæ partium. Verum huic quidem et Dicæarcho danda est venia, qui loca ista non inspexerunt : sed Polybio et Posidonio quis ignoscat? Atqui is est Polybius, qui quæ de horum locorum distantiis et aliis multis illi proferunt, a vulgo conceptas opiniones vocat; quum ne in his quidem, in quibus illos reprehendit, vitio careat. Quum enim Dicæarchus a Peloponneso ad Columnas stadia numeret decies mille, his plura usque ad intimum Adriatici sinus recessum, et tria millia assignet intervallo quod porrigitur versus Columnas usque ad Fretum, ut fiant de cetero a Freto usque ad Columnas stadiorum septem millia : Polybius ait, de tribus millibus se non disputare, verene an falso ponantur, sed ista septem millia neque maritimæ oræ mensuræ, neque per medium pelagus ductæ lineæ respondere. Nam oram maritimam esse apprime similem angulo obtuso, Freto et Columnis insistenti, cujus vertex sit Narbo : ita ut constituatur triangulus, cujus basis sit recta linea per altum ducta mare, latera autem iis lineis efficiantur, quæ dictum includunt angulum, quorum quod a Freto est Narbonem usque, stadia habet undecies mille ducenta et amplius, alterum paulo minus est octo stadiorum millibus : ac longissimum quidem ab Europa ad Africam intervallum secundum mare Tyrrhenum in confesso haberi non amplius esse ter mille stadiis, minus fieri autem in Sardoo mari. Verum esto, inquit, etiam hoc trium millium, at comprehendantur in iis duo alia millia, profunditas

τούτοις δισχιλίων σταδίων τὸ τοῦ κόλπου βάθος τοῦ κατὰ Νάρβωνα, ὡς ἂν κάθετος ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν τοῦ ἀμβλυγωνίου· δῆλον οὖν, φησίν, ἐκ τῆς παιδικῆς μετρήσεως, ὅτι ἡ σύμπασα παραλία ἡ ἀπὸ τοῦ Πορθμοῦ ἐπὶ Στήλας ἔγγιστα ὑπερέχει τῆς διὰ τοῦ πελάγους εὐθείας πεντακοσίοις σταδίοις. προστεθέντων δὲ τῶν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ἐπὶ τὸν Πορθμὸν τρισχιλίων, οἱ σύμπαντες ἔσονται στάδιοι, αὐτοὶ οἱ ἐπ' εὐθείας, πλείους ἢ διπλάσιοι ὧν Δικαίαρχος εἶπε· πλείους δὲ τούτων τοὺς ἐπὶ τὸν μυχὸν τὸν Ἀδριατικὸν δεήσει, φησί, τιθέναι κατ' ἐκεῖνον.

3. Ἀλλ' ὦ φίλε Πολύβιε, φαίη τις ἄν, ὥσπερ τούτου τοῦ ψεύσματος ἐναργῆ παρίστησι τὸν ἔλεγχον ἡ πεῖρα ἐξ αὐτῶν, ὧν εἴρηκας αὐτός, εἰς μὲν Λευκάδα ἐκ Πελοποννήσου ἑπτακοσίους, ἐντεῦθεν δὲ τοὺς ἴσους εἰς Κόρκυραν, καὶ πάλιν ἐντεῦθεν εἰς τὰ Κεραύνια τοὺς ἴσους, καὶ ἐν δεξιᾷ εἰς τὴν Ἰαπυγίαν, ἀπὸ δὲ τῶν Κεραυνίων, τὴν Ἰλλυρικὴν παραλίαν σταδίων ἑξακισχιλίων ἑκατὸν πεντήκοντα· οὕτως κἀκεῖνα ψεύσματά ἐστιν ἀμφότερα, καὶ ὃ Δικαίαρχος εἶπε, τὸ ἀπὸ Πορθμοῦ ἐπὶ Στήλας εἶναι σταδίων ἑπτακισχιλίων, καὶ ὃ σὺ δοκεῖς ἀποδεῖξαι. ὁμολογοῦσι γὰρ οἱ πλεῖστοι λέγοντες τὸ διὰ πελάγους μυρίων εἶναι καὶ δισχιλίων, συμφωνεῖ δὲ τοῦτο καὶ τῇ ἀποφάσει τῇ περὶ τοῦ μήκους τῆς οἰκουμένης. μάλιστα γὰρ εἶναί φασι μυριάδων ἑπτά· τούτου δὲ τὸ ἑσπέριον τμῆμα τὸ ἀπὸ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τῶν ἄκρων τῆς Ἰβηρίας, ἅπερ δυσμικώτατά ἐστι, μικρὸν ἀπολείπειν τῶν τρισμυρίων. συντιθέασι δ' οὕτως· ἀπὸ μὲν τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τῆς Ῥοδίας πεντακισχιλίους· ἐνθένδ' ἐπὶ Σαλμώνιον τῆς Κρήτης, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἑῷον ἄκρον, χιλίους· αὐτῆς δὲ τῆς Κρήτης μῆκος πλείους ἢ δισχιλίους ἐπὶ Κριοῦ μέτωπον· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Πάχυνον τῆς Σικελίας τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους, καὶ ἀπὸ Παχύνου δὲ ἐπὶ Πορθμὸν πλείους ἢ χιλίους· εἶτα τὸ δίαρμα τὸ ἐπὶ Στήλας ἀπὸ Πορθμοῦ μυρίους δισχιλίους· ἀπὸ Στηλῶν δὲ ἐπὶ τὰ τελευταῖα τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου τῆς Ἰβηρίας περὶ τρισχιλίους. καὶ ἡ κάθετος δὲ οὐ καλῶς εἴληπται, εἴπερ ἡ μὲν Νάρβων ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου σχεδόν τι ἵδρυται τῷ διὰ Μασσαλίας, αὕτη τε τῷ διὰ Βυζαντίου, καθάπερ καὶ Ἵππαρχος πείθεται, ἡ δὲ διὰ τοῦ πελάγους ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐστι τῷ διὰ Πορθμοῦ καὶ τῆς Ῥοδίας, ἀπὸ δὲ τῆς Ῥοδίας εἰς Βυζάντιον ὡς ἂν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ κειμένων ἀμφοῖν περὶ πεντακισχιλίους, ὡς εἰρήκασι, σταδίους· τοσοῦτοι γὰρ ἂν εἶεν καὶ οἱ τῆς εἰρημένης καθέτου. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ μέγιστον δίαρμα τοῦ πελάγους τούτου τὸ ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Λιβύην πεντακισχιλίων που σταδίων λέγουσιν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου, δοκεῖ μοι πεπλανημένως λέγεσθαι τοῦτο, ἢ πολὺ τὴν Λιβύην κατὰ τοῦτο τὸ μέρος προσνεύειν ἐπὶ τὴν ἄρκτον καὶ συνάπτειν τῷ διὰ τῶν Στηλῶν παραλλήλῳ. καὶ τοῦτο οὐκ εὖ λέγεται, τὸ πλησίον τῆς Σαρδόνος τὴν λεχθεῖσαν κάθετον τελευτᾶν· οὐ γὰρ παραπλήσιον, ἀλλὰ πολὺ δυσμικώτερον εἶναι τὸ δίαρμα τοῦτο τῆς Σαρδόνος, ὅλον σχεδόν τι ἀπολαμβά-

nempe sinus apud Narbonem, tanquam perpendicularis a vertice ad basin obtusi anguli trianguli: coustat ergo, inquit, ex dimensione, qualem ipsi pueri instituere sciunt, quod totam maritimam oram a Freto usque ad Columnas proxime excedit rectam per pelagus ductam stadiis quingentis: quibus si addantur tria millia quæ sunt a Peloponneso ad Fretum, erunt in universum stadia, illa ipsa in recta linea, plura quam duplum eorum quæ Dicæarchus assignavit: et secundum eundem plura his oportebit, inquit, ponere ea quæ sunt ad intimum sinus Adriatici.

3. Verum mi Polybi, dixerit aliquis, quemadmodum hoc mendacium evidenter refellit experientia, his ipsis quæ tute tradidisti, a Peloponneso ad Leucadem esse stadia septingenta, inde totidem ad Corcyram, totidemque rursus hinc ad montes Ceraunios, et in dextra ad Iapygiam, et a Cerauniis oram Illyrici esse sexies mille centum et quinquaginta stadiorum: ita utrumque falsum est, et quod Dicæarchus a Freto ad Columnas ponit spatium septies mille stadiorum, et quod tu videris tibi demonstrasse. Plurimi enim in hoc consentiunt, per pelagus esse spatium duodecim millium, atque hoc etiam cum eo concordat, quod de terræ habitatæ longitudine pronunciatum est. Aiunt enim eam potissimum esse stadiorum septuagies millium: atque hujus occidua portio quæ est ab Issico sinu versus Hispaniæ extrema maxime occidua, paulo minus est triginta millibus. Sic autem colligunt: a sinu Issico usque ad Rhodum quinque millia; inde usque ad Salmonium Cretæ orientale promontorium mille; ipsius Cretæ longitudo major duobus millibus usque ad Criu metopon: inde ad Pachynum Siciliæ quattuor millia et quingenta; a Pachyno ad Fretum mille et amplius; a Freto usque ad Columnas intercapedinem esse duodecim millium; a Columnis ad extrema Sacri promontorii Hispaniæ tria fere millia. Sed et perpendicularis non recte sumpta est, siquidem Narbo fere in eodem jacet parallelo in quo Massilia, atque hæc in eodem cum Byzantio, ut etiam Hipparchus credidit: præterea autem linea per pelagus in eodem est cum eo qui per Fretum transit et Rhodum, et a Rhodo ad Byzantium, quum sub eodem meridiano collocantur, stadia sunt, ut tradiderunt, circiter quinquies mille; totidem etiam debent tribui perpendiculari dictæ stadia. Quoniam autem etiam maximum trajectum hujus pelagi ab Europa ad Africam quinque circiter millium esse stadiorum dicunt ab intimo sinus Gallici recessu: videtur mihi hoc falso dictum, aut Africam valde versus septentrionem inclinare ea parte, et ad parallelum Columnarum se adjungere. Id quoque non bene dicitur, istam perpendicularem prope Sardiniam desinere: non enim vicinus, sed multo occidentalior est iste trajectus quam sit Sardinia, quippe qui præter Sardoum toto

νον ἐν τῷ μεταξὺ πρὸς τῷ Σαρδονίῳ τὸ Λιγυστικὸν πέλαγος. καὶ τῆς παραλίας δὲ τὰ μήκη πεπλεόνασται, πλὴν οὐχ ἐπὶ τοσοῦτόν γε.

4. Ἑξῆς δὲ τὰ τοῦ Ἐρατοσθένους ἐπανορθοῖ, τὰ μὲν εὖ, τὰ δὲ χεῖρον λέγων ἢ ἐκεῖνος. ἐξ Ἰθάκης μὲν γὰρ εἰς Κόρκυραν τριακοσίους εἰπόντος, πλείους φησὶν εἶναι τῶν ἐνναχοσίων· ἐξ Ἐπιδάμνου δὲ εἰς Θεσσαλονίκειαν ἐνναχοσίους ἀποδόντος, πλείους τῶν δισχιλίων φησί· ταῦτα μὲν εὖ. ἀπὸ δὲ Μασσαλίας ἐπὶ Στήλας λέγοντος ἑπτακισχιλίους, ἀπὸ δὲ Πυρήνης ἑξακισχιλίους, αὐτὸς λέγει χεῖρον πλείους ἢ ἐνναχισχιλίους τοὺς ἀπὸ Μασσαλίας, ἀπὸ δὲ Πυρήνης μικρὸν ἐλάττους ἢ ὀκτακισχιλίους· ἐγγυτέρω γὰρ τῆς ἀληθείας ἐκεῖνος εἴρηκεν. οἱ γὰρ νῦν ὁμολογοῦσιν, εἴ τις τὰς τῶν ὁδῶν ἀνωμαλίας ὑποτέμνοιτο, μὴ μείζω τῶν ἑξακισχιλίων σταδίων εἶναι τὸ μῆκος τὴν σύμπασαν Ἰβηρίαν ἀπὸ Πυρήνης ἕως τῆς ἑσπερίου πλευρᾶς. ὁ δ' αὐτὸν τὸν Τάγον ποταμὸν ὀκτακισχιλίων τίθησι τὸ μῆκος ἀπὸ τῆς πηγῆς μέχρι τῶν ἐκβολῶν, οὐ δή που τὸ σὺν τοῖς σκολιώμασιν (οὐ γὰρ γεωγραφικὸν τοῦτο), ἀλλ' ἐπ' εὐθείας λέγων, καίτοι γε ἀπὸ Πυρήνης αἱ τοῦ Τάγου πηγαὶ πλέον διέχουσιν ἢ χιλίους σταδίους. πάλιν δὲ τοῦτο μὲν ὀρθῶς ἀποφαίνεται, ὅτι ἀγνοεῖ τὰ Ἰβηρικὰ ὁ Ἐρατοσθένης, καὶ διότι περὶ αὐτῆς ἔσθ' ὅπου τὰ μαχόμενα ἀποφαίνεται· ὅς γε μέχρι Γαδείρων ὑπὸ Γαλατῶν περιοικεῖσθαι φήσας [τὰ] ἔξωθεν αὐτῆς, εἴ γε τὰ πρὸς δύσιν τῆς Εὐρώπης μέχρι Γαδείρων ἔχουσιν ἐκεῖνοι, τούτων ἐκλαθόμενος κατὰ τὴν τῆς Ἰβηρίας περίοδον τῶν Γαλατῶν οὐδαμοῦ μέμνηται.

5. Τό [τε] μῆκος τῆς Εὐρώπης ὅτι ἔλαττόν ἐστι τοῦ συνάμφω τῆς τε Λιβύης καὶ τῆς Ἀσίας ἐκθείς, οὐκ ὀρθῶς τὴν σύγκρισιν ποιεῖται· τὸ μὲν γὰρ στόμα τὸ κατὰ Στήλας φησίν, ὅτι κατὰ τὴν ἰσημερινὴν δύσιν ἐστίν, ὁ δὲ Τάναϊς ῥεῖ ἀπὸ θερινῆς ἀνατολῆς· ἐλαττοῦται δὴ τοῦ συνάμφω μήκους τῷ μεταξὺ τῆς θερινῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς ἰσημερινῆς· τοῦτο γὰρ ἡ Ἀσία προλαμβάνει πρὸς τὴν ἰσημερινὴν ἀνατολὴν τοῦ πρὸς τὰς ἄρκτους ἡμικυκλίου. χωρὶς γὰρ τοῦ περισκελοῦς ἐν πράγμασιν εὐαποδότοις καὶ ψεῦδός ἐστι τὸ ἀπὸ θερινῆς ἀνατολῆς τὸν Τάναϊν ῥεῖν· ἅπαντες γὰρ οἱ ἔμπειροι τῶν τόπων ἀπὸ τῶν ἄρκτων ῥεῖν φασιν εἰς τὴν Μαιῶτιν, ὥστε τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ καὶ τὸ τῆς Μαιώτιδος καὶ αὐτὸν τὸν ποταμόν, ἐφ' ὅσον γνώριμός ἐστιν, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ κεῖσθαι.

6. Οὐχ ἄξιοι δὲ λόγου τινὲς εἶπον, οἱ μὲν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἴστρον τόπων αὐτὸν τὰς ἀρχὰς ἔχειν καὶ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας, οὐκ ἐνθυμηθέντες ὡς μεταξὺ ὁ Τύρας καὶ Βορυσθένης καὶ Ὕπανις, μεγάλοι ποταμοί, ῥέουσιν εἰς τὸν Πόντον, ὁ μὲν τῷ Ἴστρῳ παράλληλος, οἱ δὲ τῷ Ταναΐδι· οὔ τε τοῦ Τύρα τῶν πηγῶν κατωπτευμένων, οὐδὲ τοῦ Βορυσθένους, οὐδὲ τοῦ Ὑπάνιος, πολὺ ἂν εἴη ἀγνωστότερα τὰ ἐκείνων ἀρκτικώτερα· ὥσθ' ὁ δι' ἐκείνων ἄγων ἐπὶ τὴν Μαιῶτιν τὸν Τάναϊν, εἶτ' ἐπιστρέφων ἐπ' αὐτήν (αἱ γὰρ ἐκβολαὶ φανερῶς ἐν τοῖς

Ligustico mari ab ipsa distat. Longitudines etiam oræ maritimæ auctæ sunt, quanquam non adeo.

4. Secundum hæc Polybius Eratosthenis dicta corrigit, quædam recte, quædam illo deterius dicens. Quum enim is ab Ithaca Corcyram usque trecenta stadia metiatur, amplius nongentis iste ponit: et quum ab Epidamno ad Thessalonicam ille stadia numeret nongenta, Polybius plura duobus millibus perhibet. Recte hæc. Sed quum idem ille a Massilia ad Columnas ponat septem millia stadiorum, a Pyrene sex, ipse pejus dicit a Massilia amplius esse novem millibus, a Pyrene paulo pauciora octo millibus: nam propiora vero Eratosthenes tradiderat. Qui enim hodie ista tractant, inter eos convenit, si quis itinerum inæqualitates demat, totius Hispaniæ longitudinem a Pyrene usque ad occiduum latus non excedere sex stadiorum millia. At Polybius soli Tago fluvio a fontibus usque ad ostia octo stadiorum millia assignat, non scilicet obliquitatum habita ratione, quod geographicum non est, sed rectam lineam intelligens: atqui fontes Tagi a Pyrene amplius mille stadiis absunt. Rursus autem hoc vere pronunciat, Eratosthenem esse rerum Hispanicarum ignarum, et interdum de his regionibus inter se repugnantia tradere, qui usque ad Gades in ora Hispaniam a Gallis incoli dicens (siquidem Galli occidua Europæ usque ad Gades incolunt), horum oblitus, in Hispaniæ describendo circuitu nullam usquam facit Gallorum mentionem.

5. Idem longitudinem Europæ minorem conjunctim et Africæ et Asiæ longitudine exponens, comparationem non recte instituit. Nam fauces quæ ad Columnas sunt, ait esse versus occasum æquinoctialem, Tanain autem fluere ab æstivo ortu: utraque igitur conjuncta longitudine Europam minorem esse eo spatio, quod est inter æquinoctialem et æstivum ortum: id enim spatium ad æquinoctialem ortum assumere Asiam septentrionalis semicirculi. Etenim præterquam quod in rebus quæ explicatus habent faciles se morosum præbet, falsum est Tanain ab ortu æstivo fluere. Quicunque enim locorum periti sunt, eum a septentrione aiunt defluere in Mæotidem, ita ut ostia fluvii, et ostium Mæotidis, et ipse, quantum ejus notum est, fluvius in eodem posita sint meridiano.

6. Minime porro audiendi sunt qui putant eum oriri a locis Istro vicinis et ab occasu fluere, non animadverso inter ea loci Tyram, Borysthenem et Hypanin magna flumina in Pontum defluere, alter juxta Istrum, alteri juxta Tanain æqualibus spatiis meantes. Et quum neque Tyræ fontes visi sint, neque Borysthenis, neque Hypanis, multo magis ignota erunt quæ sunt his septentrionaliora. Is itaque qui Tanain per eos ad Mæotin perducit, ac deinde ad eam revertitur (nam ostia perspicue in septentrionalibus paludis par-

προσαρκτίοις μέρεσι τῆς λίμνης δείκνυνται, καὶ τούτοις τοῖς ἑωθινωτάτοις), πλαστὸς ἂν τις εἴη καὶ ἀπέραντος λόγος. ὡς δ' αὔτως ἀπέραντος καὶ ὁ διὰ τοῦ Καυκάσου πρὸς ἄρκτον φήσας ῥεῖν, εἶτ' ἐπιστρέφειν εἰς τὴν Μαιῶτιν· εἴρηται γὰρ καὶ τοῦτο. ἀπὸ μέντοι τῆς ἀνατολῆς οὐδεὶς εἴρηκε τὴν ῥύσιν· καὶ γὰρ εἰ ἔρρει οὕτως, οὐκ ἂν ὑπεναντίως τῷ Νείλῳ καὶ τρόπον τινὰ κατὰ διάμετρον ῥεῖν αὐτὸν ἀπεφαίνοντο οἱ χαριέστεροι, ὡς ἂν ἐπὶ ταὐτοῦ μεσημβρινοῦ [ἢ] παρακειμένου τινὸς τῆς ῥύσεως οὔσης ἑκατέρῳ ποταμῷ.

7. Ἥ τε τοῦ μήκους τῆς οἰκουμένης μέτρησις κατὰ παραλλήλου τῷ ἰσημερινῷ ἐστιν, ἐπειδὴ καὶ αὐτὴ ἐπὶ μῆκος οὕτως ἐκτέταται, ὥστε καὶ τῶν ἠπείρων ἑκάστης οὕτω δεῖ λαμβάνειν τὸ μῆκος μεταξὺ μεσημβρινῶν δυεῖν κείμενον. τά τε μέτρα τῶν μηκῶν σταδιασμοί εἰσιν, οὓς θηρεύομεν, ἢ δι' αὐτῶν ἐκείνων ἰόντες ἢ τῶν παραλλήλων ὁδῶν ἢ πόρων. ὁ δὲ τοῦτον ἀφεὶς τὸν τρόπον καινὸν εἰσάγει τὸ μεταξὺ τῆς τε θερινῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς ἰσημερινῆς τμῆμά τι τοῦ ἀρκτικοῦ ἡμικυκλίου. πρὸς δὲ τὰ ἀμετάπτωτα οὐδεὶς κανόσι καὶ μέτροις χρῆται τοῖς μεταπτώτοις οὐδὲ τοῖς κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην σχέσιν λεγομένοις πρὸς τὰ καθ' αὑτὰ καὶ † διαφοράν. τὸ μὲν οὖν μῆκος ἀμετάπτωτον καὶ καθ' αὑτὸ λέγεται, ἀνατολὴ δ' ἰσημερινὴ καὶ δύσις, ὡς δ' αὔτως θερινή τε καὶ χειμερινή, οὐ καθ' αὑτήν, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς· ἡμῶν δ' ἄλλοτ' ἄλλῃ μεταχωρούντων, ἄλλοτ' ἄλλοι τόποι καὶ δύσεών εἰσι καὶ ἀνατολῶν ἰσημερινῶν τε καὶ τροπικῶν, τὸ δὲ μῆκος μένει ταὐτὸν τῆς ἠπείρου. Τάναϊν μὲν οὖν καὶ Νεῖλον οὐκ ἄτοπον πέρας ποιεῖσθαι, θερινὴν δ' ἀνατολὴν [ἢ] ἰσημερινὴν καινόν.

8. Προπεπτωκυίας δὲ τῆς Εὐρώπης ἄκραις πλείοσι, βέλτιον μὲν οὗτος εἴρηκεν περὶ αὐτῶν Ἐρατοσθένους, οὔπω δὲ ἱκανῶς. ἐκεῖνος μὲν γὰρ τρεῖς ἔφη, τὴν ἐπὶ τὰς Στήλας καθήκουσαν, ἐφ' ἧς ἡ Ἰβηρία, καὶ τὴν ἐπὶ τὸν Πορθμόν, ἐφ' ἧς ἡ Ἰταλία, καὶ τρίτην τὴν κατὰ Μαλέας, ἐφ' ἧς τὰ μεταξὺ τοῦ Ἀδρίου καὶ τοῦ Εὐξείνου πάντ' ἔθνη καὶ τοῦ Ταναΐδος. οὗτος δὲ τὰς μὲν δύο τὰς πρώτας ὁμοίως ἐκτίθεται, τρίτην δὲ τὴν κατὰ Μαλέας καὶ Σούνιον, ἐφ' ἧς ἡ Ἑλλὰς πᾶσα καὶ ἡ Ἰλλυρὶς καὶ τῆς Θρᾴκης τινά, τετάρτην δὲ τὴν κατὰ Θρᾳκίαν χερρόνησον, ἐφ' ἧς τὰ κατὰ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον στενά, ἔχουσι δ' αὐτὴν Θρᾷκες· πέμπτην δὲ τὴν κατὰ τὸν Κιμμερικὸν βόσπορον καὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος. τὰς μὲν οὖν δύο τὰς πρώτας δοτέον· ἁπλοῖς γάρ τισι περιλαμβάνονται κόλποις, ἡ μὲν τῷ μεταξὺ τῆς Κάλπης καὶ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου, ἐν ᾧ τὰ Γάδειρα, καὶ τῷ μεταξὺ Στηλῶν καὶ τῆς Σικελίας πελάγει· ἡ δὲ τούτῳ τε καὶ τῷ Ἀδρίᾳ, καίτοι ἥ γε τῶν Ἰαπύγων ἄκρα παρεμπίπτουσα καὶ τὴν Ἰταλίαν δικόρυφον ποιοῦσα ἔχει τινὰ ἀντέμφασιν· αἱ λοιπαὶ δ' ἔτι ἐναργέστερον ποικίλαι καὶ πολυμερεῖς οὖσαι ζητοῦσιν ἄλλην διαίρεσιν. ὡς δ' αὔτως ἔχει καὶ ἡ εἰς ἓξ διαίρεσις τὴν ὁμοίαν ἔνστασιν ἀκολούθως ταῖς ἄκραις διειλημμένη. ποιησόμεθα δ' ἡμεῖς ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα τὴν προσήκουσαν

tibus, iisque maxime orientalibus, monstrantur) ementitam et infirmam profert sententiam. Non minus ineptum et hoc est quod et ipsum dicitur a nonnullis, Tanain per Caucasum labi versus septentrionem, inde ad Mæotidem reverti. Ab ortu quidem nemo eum fluere dixit : hac enim ratione si flueret, non adversus Nilo iret et quodammodo e regione ad lineam, quod de eo meliores auctores affirmant, quasi in eodem meridiano aut in valde propinquis esset utriusque fluminis defluxus.

7. Præterea longitudinis habitatæ terræ mensura concipitur in linea quæ æquatori parallela est : quoniam enim ipsa terra in longum hoc modo porrecta est, etiam singularum continentis partium longitudo inter duos meridianos sita sic est sumenda. Et mensuræ longitudinum sunt stadiorum certi numeri descriptiones, quas venamur, vel ipsas longitudines peragrando, vel parallela earum itinera aut trajectus. At ille hoc omisso modo, novum introducit, inter ortum æstivum et æquinoctialem aliquod semicirculi septentrionalis segmentum. Atqui ad res immutabiles nemo normas et mensuras adhibuerit mutabiles, neque iis quæ subinde aliter aliterque habere possunt, utatur in iis tractandis quæ per se sunt neque varietatem admittunt. Ceterum longitudo immutabilis est, ac per se intelligitur : contra æquinoctialis ortus et interitus, itemque hibernus et æstivus, non per se, sed nostri respectu : et nobis hinc inde proficiscentibus, alias alii loci ortibus occasibusque quum æquinoctialibus tum tropicis obtingunt, manente eadem semper terræ habitatæ longitudine. Quare Tanain et Nilum pro terminis ponere absurdum non est, æstivum autem vel æquinoctialem ortum, insolens.

8. At enim quum Europa pluribus procurrat promontoriis, Polybius de his rectius quam Eratosthenes, non tamen quantum sufficeret dixit. Eratosthenes enim tria retulit, unum quod ad Columnas pertinet, in quo sita est Hispania; secundum ad Fretum, in quo Italia; tertium ad Maleas, in quo omnes gentes incolant quæ sunt inter Adriam, Euxinum mare et Tanain. Polybius autem duo quidem priora eodem modo refert : tertium autem inter Maleam et Sunium, in quo Græcia universa, Illyricum et quædam Thraciæ partes : quartum peninsulam Thraciæ contiguam, ad quam sunt fauces inter Sestum et Abydum, obtinetur autem a Thracibus : quintum ad Cimmerium Bosporum et os Mæotidis. Horum duo quidem prima concedenda sunt : simplicibus enim quibusdam includuntur sinubus, primum eo qui est inter Calpen et Sacrum promontorium, in quo sinu Gades sunt, tum pelago quod est inter Columnas et Siciliam; secundum hoc ipso, et Adria, quamvis Iapygium promontorium intercidens et Italiæ verticem in duos secans quasi mucrones, nonnihil videtur refragari : reliqua autem quum manifestius etiam varia sint multisque partibus divulsa, aliam requirunt distinctionem. Eodem modo etiam divisio secundum promontoria in sex partes eidem reprehensioni obnoxia est. Nos autem singula persequentes, suis locis et

ἐπανόρθωσιν καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα ἔν τε τῇ Εὐρώπῃ διημάρτηται καὶ ἐν τῇ τῆς Λιβύης περιοδείᾳ. νῦν δ' ἀρκέσει ταῦτα λεχθέντα πρὸς τοὺς πρὸ ἡμῶν, ὅσους ᾠήθημεν ἱκανοὺς εἶναι παρατεθέντας ἐκμαρτυρεῖν ἡμῖν, ὅτι δικαίως προειλόμεθα καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔργον, τοσαύτης ἐπανορθώσεως καὶ προσθήκης δεόμενον.

## ΚΕΦ. Ε'.

Ἐπεὶ δὲ τοῖς πρὸς ἐκείνους λόγοις συνεχής ἐστιν ἡ ἐγχείρησις τῆς ἡμετέρας ὑποσχέσεως, λαβόντες ἀρχὴν ἑτέραν λέγωμεν ὅτι δεῖ τὸν χωρογραφεῖν ἐπιχειροῦντα πολλὰ τῶν φυσικῶς τε καὶ μαθηματικῶς λεγομένων ὑποθέσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιάν τε καὶ πίστιν τὰ ἑξῆς πραγματεύεσθαι. εἴρηται γὰρ ὅτι οὐδ' οἰκοδόμος, οὐδ' ἀρχιτέκτων οἰκίαν ἢ πόλιν ἱδρῦσαι καλῶς οἷός τε γένοιτ' ἄν, ἀπρονοήτως ἔχων κλιμάτων (τε) τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν καὶ σχημάτων τε καὶ μεγεθῶν καὶ θάλπους καὶ ψύχους καὶ ἄλλων τοιούτων, μή τί γε τὴν ὅλην οἰκουμένην τοποθετῶν. αὐτὸ γὰρ τὸ εἰς ἐπίπεδον γράφειν ἐπιφάνειαν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τά τε Ἰβηρικὰ καὶ τὰ Ἰνδικὰ καὶ τὰ μέσα τούτων, καὶ μηδὲν ἧττον δύσεις καὶ ἀνατολὰς ἀφορίζειν καὶ μεσουρανήσεις, ὡς ἂν κοινὰς πᾶσι, τῷ μὲν προεπινοήσαντι τὴν τοῦ οὐρανοῦ διάθεσίν τε καὶ κίνησιν, καὶ λαβόντι ὅτι σφαιρικὴ μέν ἐστιν ἡ κατ' ἀλήθειαν τῆς γῆς ἐπιφάνεια, πλάττεται δὲ νῦν ἐπίπεδος πρὸς τὴν ὄψιν, γεωγραφικὴν ἔχει τὴν παράδοσιν, τῷ δ' ἄλλως, οὐ γεωγραφικήν. οὐ γάρ, ὥσπερ διὰ πεδίων ἰοῦσι μεγάλων, οἷον τῶν Βαβυλωνίων, ἢ διὰ πελάγους παρίσταται τὰ πρόσω πάντα καὶ τὰ κατόπιν καὶ ἐκ πλαγίων ἐπίπεδα, καὶ οὐδεμίαν ἀντέμφασιν παρέχει πρὸς τὰ οὐράνια καὶ τὰς τοῦ ἡλίου κινήσεις καὶ σχέσεις πρὸς ἡμᾶς καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων, οὕτω καὶ γεωγραφοῦσιν παρίστασθαι ἀεὶ δεῖ τὰ ὅμοια. ὁ μὲν γὰρ πελαγίζων καὶ ὁδεύων διὰ χώρας πεδιάδος κοιναῖς τισι φαντασίαις ἄγεται, καθ' ἃς καὶ ὁ ἀπαίδευτος καὶ ὁ πολιτικὸς ἐνεργεῖ ταὐτά, ἄπειρος ὢν τῶν οὐρανίων, καὶ τὰς πρὸς ταῦτα ἀντεμφάσεις ἀγνοῶν. ἀνατέλλοντα μὲν γὰρ ὁρᾷ ἥλιον καὶ δύνοντα καὶ μεσουρανοῦντα, τίνα δὲ τρόπον, οὐκ ἐπισκοπεῖ· οὐδὲ γὰρ χρήσιμον αὐτῷ πρὸς τὸ προκείμενον, ὥσπερ οὐδὲ τὸ παράλληλον ἑστάναι τῷ παρεστῶτι ἢ μή· τάχα δ' ἐπισκοποῖ μὲν ἄν τι, δόξει δ' ἐν τοῖς μαθηματικῶς λεγομένοις, καθάπερ οἱ ἐπιχώριοι· ἔχει γὰρ ὁ τόπος τοιαῦτα διαπτώματα. ὁ δὲ γεωγραφικὸς οὐκ ἐπιχωρίῳ γεωγραφεῖ, οὐδὲ πολιτικῷ τοιούτῳ, ὅστις μηδὲν ἐφρόντισε τῶν λεγομένων ἰδίως μαθημάτων· οὐδὲ γὰρ θεριστῇ καὶ σκαπανεῖ, ἀλλὰ τῷ πεισθῆναι δυναμένῳ τὴν γῆν ἔχειν οὕτω τὴν ὅλην, ὡς οἱ μαθηματικοί φασι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τὴν τοιαύτην. κελεύει τε τοῖς προσιοῦσιν, ἐκεῖνα προενθυμηθεῖσι τὰ ἑξῆς ἐφορᾶν· ἐκείνοις γὰρ τὰ ἀκόλουθα ἐρεῖν, ὥστε μᾶλλον ποιήσασθαι τῶν παραδιδομένων ἀσφαλῆ τὴν

hæc corrigemus, et quæ alia ab illo sunt in Europæ Africæque descriptione errata. In præsentia nobis sufficiet hæc dixisse adversum eos qui ante nos fuerunt, quibus productis arbitrati sumus contentos nos posse esse ad testificandum, recte nos quoque idem hoc opus suscepisse, tanta correctione et additione indigens.

## CAP. V.

Quoniam vero iis quæ contra illos disputavimus continuo apponenda est nostri promissi aggressio, alio sumpto exordio dicimus eum qui regiones describere animum induxerit, eorum quæ physice et mathematice dicuntur multa pro veris sumere atque ponere debere, et ad eorum sententiam atque fidem reliqua tractando accommodare. Dictum est enim neque ædificatorem neque architectum posse domum urbemve recte constituere, qui non prius de cœlestibus inclinationibus, figuris, magnitudinibus, calore, frigore et aliis id genus rebus rationes subduxerit : nedum res absque horum prænotione successura sit ei qui totius terræ habitatæ locorum descriptionem instituit. Hoc ipsum enim, in unam eandemque superficiem describere Hispaniam, Indiam atque in medio horum quæ jacent, nihiloque tamen minus definire ortus, occasus, et appulsus ad medium cœlum, utpote omnibus communes; id quidem illi qui cœli constitutionem ac motum animo anticipavit, intelligitque re ipsa superficiem terræ esse globosam, nunc autem visus gratia planam fingi, geographicam cognitionem præbet, illi autem qui earum notionum expers est, non geographicam. Non enim, quemadmodum per magnos ambulantibus campos, quales sunt Babylonii, aut altum navigantibus, omnia quæ ante ac post eos sunt vel ex obliquo sita, plana videntur, nullamque offerunt diversitatem apparitionis rerum cœlestium, motuumque solis et reliquorum siderum, eorumque respectuum ad nos : non, inquam, eodem modo semper geographis hæc apparere debent. Nam qui per altum vehitur, aut per campestria iter facit, is communibus quibusdam utitur visis, quæ secuti et ineruditus et civilis homo eodem modo agunt, ignarus uterque rerum cœlestium, et quæ his visis repugnant apparentiæ inscius. Cernit enim solem oriri, ad medium cœli evehi, et occidere : quo modo autem ea fiant, non considerat, quum id ei ad propositum nihil conducat suum, sicut ne hoc quidem, utrum cum adstante parallelus sit necne : atque ut fortassis aliquid consideret, tamen de rebus mathematicis eam sequetur sententiam, quæ est ejus loci incolarum; cuilibet enim loco inhærent errorum ansæ. Geographus vero suas descriptiones non incolæ loci accommodat, aut tali civili viro, qui nihil curet ea quæ proprie dicuntur mathemata : non enim messori scribit, aut fossori, sed ei cui possit persuaderi totius terræ eam esse, qualem tradunt mathematici, conditionem, et reliqua ad propositum hoc pertinentia, jubetque eos qui accedunt ad se, istis prius perceptis reliqua inspicere, quæ istis consequentia sit dicturus : ut auditores

χρῆσιν τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἂν ἀκούωσι μαθηματικῶς, τοῖς δ' ἄλλως ἔχουσιν οὔ φησι γεωγραφεῖν.

2. Τὸν μὲν δὴ γεωγραφοῦντα πιστεῦσαι δεῖ περὶ τῶν ἐχόντων αὐτῷ τάξιν ἀρχῆς τοῖς ἀναμετρήσασι τὴν ὅλην γῆν γεωμέτραις, τούτους δὲ τοῖς ἀστρονομικοῖς, ἐκείνους δὲ τοῖς φυσικοῖς. Ἡ δὲ φυσικὴ ἀρετή τις· τὰς δ' ἀρετὰς ἀνυποθέτους φασὶν ἐξ αὑτῶν ἠρτημένας, καὶ ἐν αὑταῖς ἐχούσας τάς τε ἀρχὰς καὶ τὰς περὶ τούτων πίστεις. Τὰ μὲν οὖν παρὰ τῶν φυσικῶν δεικνύμενα τοιαῦτά ἐστι· σφαιροειδὴς μὲν ὁ κόσμος καὶ ὁ οὐρανός, ἡ ῥοπὴ δ' ἐπὶ τὸ μέσον τῶν βαρέων· περὶ τοῦτό τε συνεστῶσα ἡ γῆ σφαιροειδῶς ὁμόκεντρος τῷ μὲν οὐρανῷ μένει καὶ αὐτὴ καὶ ὁ δι' αὐτῆς ἄξων καὶ τοῦ οὐρανοῦ μέσου τεταμένος, ὁ δ' οὐρανὸς περιφέρεται περί τε αὐτὴν καὶ περὶ τὸν ἄξονα ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν, σὺν αὐτῷ δὲ οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες ὁμοταχεῖς τῷ πόλῳ. οἱ μὲν οὖν ἀπλανεῖς ἀστέρες κατὰ παραλλήλων φέρονται κύκλων· παράλληλοι δ' εἰσὶ γνωριμώτατοι ὅ τε ἰσημερινὸς καὶ οἱ τροπικοὶ δύο καὶ οἱ ἀρκτικοί· οἱ δὲ πλάνητες ἀστέρες καὶ ἥλιος καὶ σελήνη κατὰ λοξῶν τινων, τῶν τεταγμένων ἐν τῷ ζωδιακῷ. τούτοις δὲ πιστεύσαντες ἢ πᾶσιν ἤ τισιν οἱ ἀστρονομικοὶ τὰ ἑξῆς πραγματεύονται, κινήσεις καὶ περιόδους καὶ ἐκλείψεις καὶ μεγέθη καὶ ἀποστάσεις καὶ ἄλλα μυρία· ὡς δ' αὔτως οἱ τὴν γῆν ὅλην ἀναμετροῦντες γεωμέτραι προστίθενται ταῖς τῶν φυσικῶν καὶ τῶν ἀστρονομικῶν δόξαις, ταῖς δὲ τῶν γεωμετρῶν πάλιν οἱ γεωγράφοι.

3. Πεντάζωνον μὲν γὰρ ὑποθέσθαι δεῖ τὸν οὐρανόν, πεντάζωνον δὲ καὶ τὴν γῆν, ὁμωνύμους δὲ καὶ τὰς ζώνας τὰς κάτω ταῖς ἄνω· τὰς δ' αἰτίας εἰρήκαμεν τῆς εἰς τὰς ζώνας διαιρέσεως. διορίζοιντο δ' ἂν αἱ ζῶναι κύκλοις παραλλήλοις τῷ ἰσημερινῷ γραφομένοις ἑκατέρωθεν αὐτοῦ, δυσὶ μὲν τοῖς ἀπολαμβάνουσι τὴν διακεκαυμένην, δυσὶ δὲ τοῖς μετὰ τούτους, οἳ πρὸς μὲν τῇ διακεκαυμένῃ τὰς εὐκράτους δύο ποιοῦσι, πρὸς δὲ ταῖς εὐκράτοις τὰς κατεψυγμένας. ὑποπίπτει δ' ἑκάστῳ τῶν οὐρανίων κύκλων ὁ ἐπὶ γῆς ὁμώνυμος αὐτῷ, καὶ ἡ ζώνη δὲ ὡσαύτως τῇ ζώνῃ. εὐκράτους μὲν οὖν φασι τὰς οἰκεῖσθαι δυναμένας, ἀοικήτους δὲ τὰς ἄλλας, τὴν μὲν διὰ καῦμα, τὰς δὲ διὰ ψῦχος. τὸν δ' αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τῶν τροπικῶν καὶ τῶν ἀρκτικῶν, παρ' οἷς εἰσιν ἀρκτικοί, διορίζουσιν ὁμωνύμως τοῖς ἄνω τοὺς ἐπὶ γῆς ποιοῦντες, καὶ τοὺς ἑκάστοις ὑποπίπτοντας. τοῦ δ' ἰσημερινοῦ δίχα τέμνοντος τὸν ὅλον οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν ἀνάγκη διαιρεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἰσημερινοῦ. καλεῖται δὲ τῶν ἡμισφαιρίων ἑκάτερον τῶν τε οὐρανίων καὶ τῶν ἐπὶ γῆς τὸ μὲν βόρειον, τὸ δὲ νότιον· οὕτως δὲ καὶ τῆς διακεκαυμένης ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ κύκλου δίχα διαιρουμένης τὸ μὲν ἔσται βόρειον αὐτῆς μέρος, τὸ δὲ νότιον. δῆλον δ' ὅτι καὶ τῶν εὐκράτων ζωνῶν ἡ μὲν ἔσται βόρειος, ἡ δὲ νότιος ὁμωνύμως τῷ ἡμισφαιρίῳ, ἐν ᾧ ἐστι. καλεῖται δὲ βόρειον μὲν ἡμισφαίριον τὸ τὴν εὔκρατον ἐκείνην περιέχον, ἐν ᾗ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς βλέποντι ἐπὶ τὴν δύσιν ἐν δεξιᾷ μέν ἐστιν ὁ πόλος,

eo tutius iis quæ traduntur uti possint, si mathematice audiant; aliter affectis se geographiam tradere negat.

2. Enimvero terræ descriptionem moliens de iis quæ principii locum obtinent, geometricis credat necesse est totam dimensis terram: geometræ astronomis fidem habeant oportet, hique physicis. Porro autem physica virtus quædam est (*disciplina in se nitens*): quod genus aiunt hypothesibus aliunde pendentibus carere, aptum ex se, et in se ipso habens principia et ea quibus fidem suis propositis conciliet. Ac physico demonstrata fere hæc sunt: mundum esse globi forma, itidemque cœlum; gravia ad medium ferri; circa hoc terram constitutam esse globi in morem, idemque cum cœlo habere centrum, sicut et axem per ipsam mediam ac cœlum medium productum; cœlum circa terram et axem circumagi ab ortu ad occasum, cumque eo etiam fixas stellas, æquabilem motum cum cœli circuitu tenentes: atque has inerrantes stellas parallelos sua conversione describere circulos, quorum notissimi sunt æquinoctialis, duo tropici, et arctici: errantes autem seu vagas stellas, solemque et lunam obliquis ferri circuitibus, qui in Zodiaco describantur. His fidem adhibentes aut omnibus aut parti eorum astronomi reliqua pertractant de motibus, revolutionibus, defectibus, magnitudine, intervallis, aliisque sexcentis. Similiter geometræ totam dimetientes terram assumunt physicorum et astronomorum decreta, rursumque geometrarum geographi.

3. Ponendum est enim cœlum quinque zonis esse distinctum, itemque terram, et superiores zonas inferiorum esse cognomines: causas hujus distinctionis demonstravimus. Distingui autem possint zonæ circulis æquinoctiali parallelis et ab utraque ejus parte descriptis, quorum duo torridam includant zonam, duobus aliis et his ipsis temperatas constituentibus, quas sequuntur frigidæ. Subjacet autem cuivis cœlesti circulo terrestris, eodem nomine, item zonæ zona. Temperatas vocant eas quæ habitari possunt, reliquas inhabitatas, unam ob æstum, duas propter frigus. Eodem modo etiam de tropicis et arcticis circulis constituunt, in iis nempe regionibus quæ circulos admittunt arcticos, circulos hosce ejusdem nominis facientes atque eos qui in cœlo sunt, hisque singulis suppositos. Quum autem æquator totum cœlum in duas æquales partes dividat, necesse est terram quoque a suo æquatore eundem in modum dividi. Vocatur autem hemisphæriorum et cœlestium et terrestrium alterum septentrionale, alterum meridionale: itemque torridæ zonæ ab eodem circulo in duas divisæ partes altera septentrionalis dicitur, altera meridionalis; et in promptu est, temperatarum quoque zonarum utramque ab hemisphærio suo denominari, alteram septentrionalem, meridionalem alteram. Septentrionale porro hemisphærium id vocatur, quod zonam temperatam eam continet, in qua, si ab ortu ad occasum spectes, ad dextram polus est, ad sini-

ἐν ἀριστερᾷ δ' ὁ ἰσημερινός, ἢ ἐν ᾧ πρὸς μεσημβρίαν βλέπουσιν ἐν δεξιᾷ μέν ἐστι δύσις, ἐν ἀριστερᾷ δ' ἀνατολή, νότιον δὲ τὸ ἐναντίως ἔχον· ὥστε δῆλον ὅτι ἡμεῖς ἐσμεν ἐν θατέρῳ τῶν ἡμισφαιρίων, καὶ τῷ βορείῳ γε, ἐν ἀμφοτέροις δ' οὐχ οἷόν τε·

μέσσῳ γὰρ μεγάλοι ποταμοί,
ὠκεανὸς μὲν πρῶτα,

ἔπειτα ἡ διακεκαυμένη. οὔτε δὲ ὠκεανὸς ἐν μέσῳ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἐστὶ τέμνων ὅλην, οὔτ' οὖν διακεκαυμένον χωρίον· οὐδὲ δὴ μέρος αὐτῆς εὑρίσκεται τοῖς κλίμασι ὑπεναντίως ἔχον τοῖς λεχθεῖσιν ἐν τῇ βορείῳ εὐκράτῳ.

4. Λαβὼν οὖν ταῦθ' ὁ γεωμέτρης, προσχρησάμενος τοῖς γνωμονικοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπὸ τοῦ ἀστρονομικοῦ δεικνυμένοις, ἐν οἷς οἵ τε παράλληλοι τῷ ἰσημερινῷ εὑρίσκονται οἱ καθ' ἑκάστην τὴν οἴκησιν καὶ οἱ πρὸς ὀρθὰς τέμνοντες τούτους, γραφόμενοι δὲ διὰ τῶν πόλων, καταμετρεῖ τὴν μὲν οἰκήσιμον ἐμβατεύων, τὴν δ' ἄλλην ἐκ τοῦ λόγου τῶν ἀποστάσεων. οὕτω δ' ἂν εὑρίσκοι, πόσον ἂν εἴη τὸ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ μέχρι πόλου, ὅπερ ἐστὶ τεταρτημόριον τοῦ μεγίστου κύκλου τῆς γῆς· ἔχων δὲ τοῦτο ἔχει καὶ τὸ τετραπλάσιον αὐτοῦ, τοῦτο δ' ἔστιν ἡ περίμετρος τῆς γῆς. ὥσπερ οὖν ὁ μὲν τὴν γῆν ἀναμετρῶν παρὰ τοῦ ἀστρονομοῦντος ἔλαβε τὰς ἀρχάς, ὁ δὲ ἀστρονόμος παρὰ τοῦ φυσικοῦ, τὸν αὐτὸν τρόπον χρὴ καὶ τὸν γεωγράφον παρὰ τοῦ ἀναμεμετρηκότος ὅλην τὴν γῆν ὁρμηθέντα, πιστεύσαντα τούτῳ καὶ οἷς ἐπίστευσεν οὗτος, πρῶτον μὲν ἐκθέσθαι τὴν οἰκουμένην καθ' ἡμᾶς, πόση τις καὶ ποία τὸ σχῆμα καὶ τὴν φύσιν οἵα ἐστὶ καὶ πῶς ἔχουσα πρὸς τὴν ὅλην γῆν· ἴδιον γὰρ τοῦ γεωγράφου τοῦτο· ἔπειτα περὶ τῶν καθ' ἕκαστα τῶν τε κατὰ γῆν καὶ τῶν κατὰ θάλατταν ποιήσασθαι τὸν προσήκοντα λόγον, παρασημαινόμενον ὅσα μὴ ἱκανῶς εἴρηται τοῖς πρὸ ἡμῶν τοῖς μάλιστα πεπιστευμένοις ἀρίστοις γεγονέναι περὶ ταῦτα.

5. Ὑποκείσθω δὴ σφαιροειδὴς ἡ γῆ σὺν τῇ θαλάττῃ, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιφάνειαν ἴσχουσα τοῖς πελάγεσι. συγκρύπτοιτο γὰρ ἂν τὸ ἐξέχον τῆς γῆς ἐν τῷ τοσούτῳ μεγέθει μικρὸν ὂν καὶ λανθάνειν δυνάμενον, ὥστε τὸ σφαιροειδὲς ἐπὶ τούτων οὐχ ὡς ἂν ἐκ τόρνου φαμέν, οὐδ' ὡς ὁ γεωμέτρης πρὸς λόγον, ἀλλὰ πρὸς αἴσθησιν, καὶ ταύτην παχυτέραν. νοείσθω δὴ πεντάζωνος, καὶ ὁ ἰσημερινὸς τεταγμένος ἐν αὐτῇ κύκλος, καὶ ἄλλος τούτῳ παράλληλος, ὁρίζων τὴν κατεψυγμένην ἐν τῷ βορείῳ ἡμισφαιρίῳ, καὶ διὰ τῶν πόλων τις τέμνων τούτους πρὸς ὀρθάς. τοῦ δὴ βορείου ἡμισφαιρίου δύο περιέχοντος τεταρτημόρια τῆς γῆς, ἃ ποιεῖ ὁ ἰσημερινὸς πρὸς τὸν διὰ τῶν πόλων, ἐν ἑκατέρῳ τούτων ἀπολαμβάνεται τετράπλευρον χωρίον, οὗ ἡ μὲν βόρειος πλευρὰ ἥμισυ τοῦ πρὸς τῷ πόλῳ παραλλήλου ἐστίν, ἡ δὲ νότιος τοῦ ἰσημερινοῦ ἥμισυ, αἱ δὲ λοιπαὶ πλευραὶ τμήματά εἰσι τοῦ διὰ τῶν πόλων, ἀντικείμενα ἀλλήλοις, ἴσα τὸ μῆκος. ἐν θατέρῳ δὴ τῶν τετραπλεύρων τούτων (ὁποτέρῳ

stram æquator, aut in quo versus meridiem intuenti ad dextram occasus est, ad sinistram ortus: meridionale contraria omnia habet. Liquet ergo, nos in altero hemisphæriorum esse, videlicet septentrionali: non enim possumus in utroque esse simul: (*Od.* Λ, 157:)

In medio magni fluvii,
Oceanus primum,

deinde zona torrida. Neque vero oceanus, qui terram in duas dividit partes, in medio est nostræ habitatæ terræ, neque regio adusta; neque etiam pars ejus invenitur contrario modo sese habens climatibus iis quæ in boreali dicuntur temperata.

4. Hæc sumens geometra, et adhibens gnomonica et cetera ab astronomo demonstrata, quibus in una quavis regione reperiuntur paralleli æquinoctiali, et hos ad angulos rectos qui secant per polos ducti, dimetitur habitatam terram peragrans, et non habitatam ratione intervallorum: atque hoc modo indagare potest quantum spatii sit ab æquinoctiali ad polum, qui est quadrans maximi eorum qui in terra describuntur circuli: quo cognito, quadruplum ejus, videlicet terrestris globi ambitum, simul tenet. Quemadmodum ergo is qui terram dimetitur ab astronomo principia mutuatur, et a physico astronomus, ita par est geographum pro certis acceptis iis quæ totius terræ mensor tradidit ac pro certo habuit, primum exponere nostra habitata terra quanta sit, qua figura, qua natura, quam rationem ad totam terræ molem obtineat; hoc enim proprium est geographi, deinde singulatim de omnibus terra marique se offerentibus pro re disserere, simulque indicare ubi non satis explicata ea sunt ab iis qui nobis ætate priores in hoc genere scribendi primas laudis partes tulerunt.

5. Hoc ergo pro certo positum sit, terram globum esse cum mari, eandemque obtinere cum altis maribus superficiem. Nam quæ partes terræ eminent, eæ in tanta mole minimæ occultantur neque observantur: itaque globi forma hoc loco non tanquam ad tornum exacta, aut qualis in geometria definitur, intelligi debet, sed qualis sensu, neque eo accuratissimo percipitur. Intelligatur quinque zonis distincta, et descriptus in ea æquinoctialis circulus, aliusque huic parallelus, frigidam in hemisphærio septentrionali zonam definiens, tum alius a polis ductus, hos ad angulos rectos secans. Quum ergo septentrionale hemisphærium duos terræ quadrantes complectatur, circulo per polos acto et æquinoctiali terminatos, in utroque horum figura quattuor contenta lateribus concipitur, cujus septentionale latus dimidium est paralleli versus polum, meridionale semissis æquinoctialis, reliqua sunt segmenta circuli per polos acti opposita invicem, sed longitudine æqualia. In altero igitur

δ' οὐδὲν ἂν διαφέρειν δόξειεν) ἱδρῦσθαί φαμεν τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην, περίκλυστον θαλάττῃ καὶ ἐοικυῖαν νήσῳ· εἴρηται γὰρ ὅτι καὶ τῇ αἰσθήσει καὶ τῷ λόγῳ δείκνυται τοῦτο. εἰ δ' ἀπιστεῖ τις τῷ λόγῳ τούτῳ, διαφέροι ἂν πρὸς τὴν γεωγραφίαν οὐδὲν νῆσον ποιεῖν, ἢ ὅπερ ἐκ τῆς πείρας ἐλάβομεν, τούτῳ συγχωρεῖν, ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς ἠοῦς ἑκατέρωθεν περίπλους ἐστὶ καὶ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας, πλὴν ὀλίγων τῶν μέσων χωρίων. ταῦτα δ' οὐ διαφέρει θαλάττῃ περατοῦσθαι ἢ γῇ ἀοικήτῳ· ὁ γὰρ γεωγραφῶν ζητεῖ τὰ γνώριμα μέρη τῆς οἰκουμένης εἰπεῖν, τὰ δ' ἄγνωστα ἐᾷ, καθάπερ καὶ τὰ ἔξω αὐτῆς. ἀρκέσει δ' ἐπιζεύξασιν εὐθεῖαν γραμμὴν ἐπὶ τὰ ὕστατα σημεῖα τοῦ ἑκατέρωθεν παράπλου τὸ πᾶν ἐκπληρῶσαι σχῆμα τῆς λεγομένης νήσου.

6. Προκείσθω δὲ ἡ μὲν νῆσος ἐν τῷ λεχθέντι τετραπλεύρῳ. δεῖ δὲ λαβεῖν τὸ μέγεθος αὐτῆς τὸ φαινόμενον, ἀφελόντας ἀπὸ μὲν τοῦ ὅλου μεγέθους τῆς γῆς τὸ ἡμισφαίριον τὸ καθ' ἡμᾶς, ἀπὸ δὲ τούτου τὸ ἥμισυ, ἀπὸ δ' αὖ τούτου πάλιν τὸ τετράπλευρον, ἐν ᾧ δὴ τὴν οἰκουμένην κεῖσθαί φαμεν. ἀνάλογον δὲ καὶ περὶ τοῦ σχήματος ὑπολαβεῖν δεῖ, τὸ φαινόμενον τοῖς ὑποκειμένοις ἐφαρμόττοντα. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μεταξὺ τοῦ ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ ληφθέντος παραλλήλου τούτῳ πρὸς τῷ πόλῳ τμῆμα τοῦ βορείου ἡμισφαιρίου σπόνδυλός ἐστι τὸ σχῆμα, ὁ δὲ διὰ τοῦ πόλου δίχα τέμνων τὸ ἡμισφαίριον δίχα τέμνει καὶ τὸν σπόνδυλον καὶ ποιεῖ τὸ τετράπλευρον, ἔσται δηλονότι σπονδύλου ἐπιφανείας ἥμισυ τὸ τετράπλευρον, ᾧ ἐπίκειται τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος· ἡ δ' οἰκουμένη χλαμυδοειδὴς ἐν τούτῳ νῆσος, ἔλαττον ἢ ἥμισυ τοῦ τετραπλεύρου μέρος οὖσα. φανερὸν δὲ τοῦτο ἔκ τε γεωμετρίας καὶ τοῦ πλήθους τῆς περικεχυμένης θαλάττης, καλυπτούσης τὰ ἄκρα τῶν ἠπείρων ἑκατέρωθεν καὶ συναγούσης εἰς μείουρον σχῆμα, καὶ τρίτου τοῦ μήκους καὶ πλάτους τοῦ μεγίστου· ὧν τὸ μὲν ἑπτὰ μυριάδων σταδίων ἐστίν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ περατούμενον θαλάττῃ μηκέτι πλεῖσθαι δυναμένῃ διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἐρημίαν, τὸ δ' ἔλαττον τριῶν μυριάδων ὁριζόμενον τῷ ἀοικήτῳ διὰ θάλπος ἢ ψῦχος. αὐτὸ γὰρ τὸ διὰ θάλπος ἀοίκητον τοῦ τετραπλεύρου, πλάτος μὲν ἔχον ὀκτακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων σταδίων, μῆκος δὲ τὸ μέγιστον μυριάδων δώδεκα καὶ ἑξακισχιλίων, ὅσον ἐστὶν ἥμισυ τοῦ ἰσημερινοῦ, πλέον ἂν εἴη τὸ λοιπόν.

7. Τούτοις δὲ συνῳδά πώς ἐστι καὶ τὰ ὑπὸ Ἱππάρχου λεγόμενα· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος, ὑποθέμενος τὸ μέγεθος τῆς γῆς ὅπερ εἶπεν Ἐρατοσθένης, ἐντεῦθεν δεῖν ποιεῖσθαι τὴν τῆς οἰκουμένης ἀφαίρεσιν· οὐ γὰρ πολὺ διοίσειν πρὸς τὰ φαινόμενα τῶν οὐρανίων καθ' ἑκάστην τὴν οἴκησιν οὕτως ἔχειν τὴν ἀναμέτρησιν, ἢ ὡς οἱ ὕστερον ἀποδεδώκασιν. ὄντος δὴ κατ' Ἐρατοσθένη τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου σταδίων μυριάδων πέντε καὶ εἴκοσι καὶ δισχιλίων, τὸ τεταρτημόριον εἴη ἂν ἓξ μυριάδες καὶ τρισχίλιοι· τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ τὸν πόλον πεντεκαίδεκα ἑξηκοντάδων, οἵων ἐστὶν ὁ ἰσημερι-

horum quadrangulorum (nihil refert utrorum) sitam dicimus terram quam nos incolimus, mari ambitam, insulæque similem : quod jam dictum est et sensu et ratiocinatione demonstrari. Si quis autem huic ratiocinationi fidem derogat, nihil interest geographiæ, sive insulam facias, sive quod experientia constat dicas, et ab ortu eam utrinque esse circumnavigabilem et ab occasu, nisi quod in medio sunt pauca quædam loca. Nihil autem interest, marine an terra non habitabili hæc definias : vult enim geographus partes terræ notas exponere, ignotis omissis, ut et iis quæ extra eam sunt. Sufficiet autem ducta recta linea quæ circumnavigationis utrinque factæ extrema puncta conjungat, totam dictæ insulæ figuram absolvisse.

6. Ponatur ergo insula hæc in dicto quadrangulo. Oportet autem magnitudinem ejus apparentem sumere, subtracto de tota terræ magnitudine hemisphærio nostro, ab hoc semisse, rursumque hinc quadrangulo in quo sitam nostram habitatam terram dicimus. Oportet autem de figura etiam eodem modo judicare, iis quæ apparent propositæ rei accommodandis. Ceterum quoniam segmentum septentrionalis hemisphærii, interceptum æquinoctiali et huic parallelo versus polos, formam habet verticilli, qui ipse in duas partes scinditur a ducto per polum et hemisphærium dividente circulo, qui figuram quadrilateram conficit : omnino erit verticilli superficiei semissis figura illa quadrilatera, cui incumbit Atlanticum mare; terra autem habitata chlamydis formam gerens in illo est insula, minor semisse pars quadrilateri. Id manifestum est quum ex geometria, tum ex circumfusi maris magnitudine, occultantis extrema continentium terrarum utrinque, et contrahentis ad figuram mutilam, et tertiæ longitudinis, et latitudinis maximæ : quorum illa quidem continet stadiorum millia septuaginta, majori ex parte finita mari, quod navigari porro ob vastitatem et solitudinem nequit; hæc minor triginta millibus, definita inhabitabili ob æstum aut frigus. Nam quæ ob æstum habitari non potest quadrilateri portio, vel sola lata est octo millia stadiorum cum octingentis, longitudo autem ejus maxima est centum viginti sex millium, quantum est dimidium æquinoctialis : hæc ergo reliqua pars superet necesse est.

7. His quodammodo consentiunt quæ Hipparchus tradit. Ait enim is, ponens eam quam Eratosthenes docuit terræ quantitatem, hinc utique habitatæ terræ secretionem fieri decere : non enim magni relaturum ad ea quæ in cœlo apparent in singulis habitationibus, sive hoc modo dimensio instituatur, sive ut posteriores tradiderunt. Quum ergo sit secundum Eratosthenem circulus æquinoctialis stadiûm ducentorum et quinquaginta duorum millium, quadrans erit millium sexaginta trium, atque hoc est ab æquatore ad polum quindecim sexagesimarum, quarum sexaginta continet æquinoctialis. Ab æquinoctiali autem quattuor

νὸς ἑξήκοντα. τὸ δ' ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ τὸν θερινὸν τροπικὸν τεττάρων· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ διὰ Συήνης γραφόμενος παράλληλος. συλλογίζεται δὴ τὰ καθ' ἕκαστα διαστήματα ἐκ τῶν φαινομένων μέτρων· τὸν μὲν γὰρ τροπικὸν κατὰ Συήνην κεῖσθαι συμβαίνει, διότι ἐνταῦθα κατὰ τὰς θερινὰς τροπὰς ἄσκιός ἐστιν ὁ γνώμων μέσης ἡμέρας. ὁ δὲ διὰ τῆς Συήνης μεσημβρινὸς γράφεται μάλιστα διὰ τῆς τοῦ Νείλου ῥύσεως (ὡς) ἀπὸ Μερόης ἕως Ἀλεξανδρείας· στάδιοι δ' εἰσὶν οὗτοι περὶ μυρίους· κατὰ μέσον δὲ τὸ διάστημα τὴν Συήνην ἱδρῦσθαι συμβαίνει, ὥστ' ἐντεῦθεν ἐπὶ Μερόην πεντακισχίλιοι. προϊόντι δ' ἐπ' εὐθείας ὅσον τρισχιλίους σταδίους ἐπὶ μεσημβρίαν, οὐκέτ' οἰκήσιμα τἆλλά ἐστι διὰ καῦμα· ὥστε τὸν διὰ τούτων τῶν τόπων παράλληλον, τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου, πέρας καὶ ἀρχὴν δεῖ τίθεσθαι τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης πρὸς μεσημβρίαν. ἐπεὶ οὖν πεντακισχίλιοι μέν εἰσιν οἱ ἀπὸ Συήνης εἰς Μερόην, ἄλλοι δὲ προσγεγόνασι τρισχίλιοι, εἶεν ἂν οἱ πάντες ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς οἰκουμένης ὀκτακισχίλιοι. ἐπὶ δέ γε τὸν ἰσημερινὸν ἀπὸ Συήνης μύριοι ἑξακισχίλιοι ὀκτακόσιοι (τοσοῦτοι γάρ εἰσιν οἱ τῶν τεττάρων ἑξηκοντάδων, τεθείσης ἑκάστης τετρακισχιλίων καὶ διακοσίων), ὥστε λοιποὶ εἶεν ἂν ἀπὸ τῶν ὅρων τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τὸν ἰσημερινὸν ὀκτακισχίλιοι ὀκτακόσιοι, ἀπὸ δὲ Ἀλεξανδρείας δισμύριοι χίλιοι ὀκτακόσιοι. πάλιν δ' ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπ' εὐθείας τῇ ῥύσει τοῦ Νείλου πάντες ὁμολογοῦσι τὸν ἐπὶ Ῥόδον πλοῦν· κἀντεῦθεν δὲ τὸν τῆς Καρίας παράπλουν καὶ Ἰωνίας μέχρι τῆς Τρῳάδος καὶ Βυζαντίου καὶ Βορυσθένους. λαβόντες οὖν τὰ διαστήματα γνώριμα καὶ πλεόμενα σκοποῦσι τὰ ὑπὲρ τοῦ Βορυσθένους ἐπ' εὐθείας ταύτῃ τῇ γραμμῇ μέχρι τίνος οἰκήσιμά ἐστι, καὶ περατοῖ τὰ προσάρκτια μέρη τῆς οἰκουμένης. οἰκοῦσι δ' ὑπὲρ τοῦ Βορυσθένους ὕστατοι τῶν γνωρίμων Σκυθῶν Ῥωξολανοί, νοτιώτεροι ὄντες τῶν ὑπὲρ τῆς Βρεττανικῆς ἐσχάτων γνωριζομένων· ἤδη δὲ τἀπέκεινα διὰ ψῦχος ἀοίκητά ἐστι· νοτιώτεροι δὲ τούτων καὶ οἱ ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος Σαυρομάται καὶ Σκύθαι μέχρι τῶν ἑῴων Σκυθῶν.

8. Ὁ μὲν οὖν Μασσαλιώτης Πυθέας τὰ περὶ Θούλην τὴν βορειοτάτην τῶν Βρεττανίδων ὕστατα λέγει, παρ' οἷς ὁ αὐτός ἐστι τῷ ἀρκτικῷ ὁ θερινὸς τροπικὸς κύκλος· παρὰ δὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἱστορῶ, οὔθ' ὅτι Θούλη νῆσός ἐστί τις, οὔτ' εἰ τὰ μέχρι δεῦρο οἰκήσιμά ἐστιν, ὅπου ὁ θερινὸς τροπικὸς ἀρκτικὸς γίνεται. νομίζω δὲ πολὺ εἶναι νοτιώτερον τοῦτο τὸ τῆς οἰκουμένης πέρας τὸ προσάρκτιον· οἱ γὰρ νῦν ἱστοροῦντες περαιτέρω τῆς Ἰέρνης οὐδὲν ἔχουσι λέγειν, ἣ πρὸς ἄρκτον πρόκειται τῆς Βρεττανικῆς πλησίον, ἀγρίων τελέως ἀνθρώπων καὶ κακῶς οἰκούντων διὰ ψῦχος, ὥστ' ἐνταῦθα νομίζω τὸ πέρας εἶναι θετέον. τοῦ δὲ παραλλήλου τοῦ διὰ Βυζαντίου (τοῦ) διὰ Μασσαλίας πως ἰόντος, ὥς φησιν Ἵππαρχος πιστεύσας Πυθέᾳ (φησὶ γὰρ ἐν Βυζαντίῳ τὸν αὐτὸν εἶναι λόγον τοῦ γνώμονος πρὸς τὴν σκιάν, ὃν εἶπεν ὁ Πυθέας ἐν Μασσαλίᾳ), τοῦ δὲ διὰ Βορυ-

sunt ad tropicum usque æstivum, qui est parallelus per Syenen ductus. Singula porro intervalla ex mensuris apparentibus colliguntur. Evenit enim ut tropicus Syenæ incumbat, quia ibi solstitio æstivo meridie gnomo umbram nullam projicit. Meridianus autem per Syenam maxime describitur Nili defluxu a Meroe ad Alexandriam, qui est stadiorum circiter decem millium: medio autem spatio Syene sita est, inde ergo ad Meroen stadia sunt quinquies mille. Recta autem versus meridiem progressus ad tria millia stadiorum, loca inveniet quæ habitari præ æstu non possunt: eorum ergo locorum parallelus, qui idem est cum Cinnamomiferæ regionis parallelo, terminus et principium poni debet terræ nostræ versus meridiem habitatæ. Quum ergo a Syena ad Meroen sint stadia quinquies mille, accedantque alia tria millia, erunt universi ad finem usque terræ habitatæ millia octo. Jam a Syena ad æquinoctialem stadia sunt sedecies mille et octingenta (tantum enim in quattuor sexagesimas competit, quum una quævis sit quater mille et ducentorum stadiûm): ergo a finibus habitatæ terræ ad æquinoctialem erunt octies mille et octingenta stadia, ad eundem ab Alexandria unum et viginti millia cum octingentis. Rursum ab Alexandria in recta linea cum Nili defluxu omnes consentiunt esse navigationem ad Rhodum, indeque præter Cariam et Ioniam usque ad Troadem, Byzantium et Borysthenem. Sumentes igitur intervalla navigationibus comperta, considerant ultra Borysthenem in eadem recta linea quousque habitetur terra, et partes terræ habitatæ versus septentrionem finiuntur. Habitant autem ultra Borysthenem ultimi notorum Scytharum Roxolani, magis versus meridiem siti quam extrema ultra Britanniam cognita. Ulteriora jam frigus habitari non sinit: sed ab his versus meridiem incolunt qui supra Mæotidem sunt Sauromatæ et Scythæ, usque ad orientales Scythas.

8. Pytheas ergo Massiliensis circa Thulen Britannicarum regionum septentrionalissimam ultima ait esse, ubi tropicus æstivus arctici circuli vicem gerit: apud reliquos vero nihil narratum reperio, neque quod insula sit Thule, neque utrum eo usque habitationes pertingant, ubi æstivus tropicus pro arctico est. Ego autem illum septentrionalem finem multo propius meridiem versus esse existimo: qui enim hodie terras perlustrant, nihil possunt referre ultra Iberniam, quæ non longe versus septentrionem ante Britanniam jacet, plane ferorum hominum domicilium et propter frigus male incolentium: ibi ergo finem habitatæ terræ constituendum censeo. Jam quum Byzantii idem sit qui Massiliæ parallelus, quod Hipparchus tradit Pytheæ fidem secutus (ait enim Byzantii eandem umbræ ad stylum esse rationem, quam esse Massiliæ tradidit Pytheas (et ab

σθένους ἀπὸ τούτου διέχοντος περὶ τρισχιλίους καὶ ὀκτακοσίους, εἴη ἂν ἐκ τοῦ διαστήματος τοῦ ἀπὸ Μασσαλίας ἐπὶ τὴν Βρεττανικὴν ἐνταῦθά που πίπτων ὁ διὰ τοῦ Βορυσθένους κύκλος. πανταχοῦ (πολλαχοῦ) δὲ παρακρουόμενος τοὺς ἀνθρώπους ὁ Πυθέας κἀνταῦθά που διέψευσται. τὸ μὲν γὰρ τὴν ἀπὸ Στηλῶν γραμμὴν ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Πορθμὸν καὶ Ἀθήνας καὶ Ῥόδον τόπους ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κεῖσθαι ὡμολόγηται παρὰ πολλῶν· ὁμολογεῖται δὲ ὅτι καὶ διὰ μέσου πως τοῦ πελάγους ἐστὶν ἡ ἀπὸ Στηλῶν ἐπὶ τὸν Πορθμόν. οἱ δὲ πλέοντες τὸ μέγιστον δίαρμα ἀπὸ τῆς Κελτικῆς ἐπὶ τὴν Λιβύην εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου σταδίων πεντακισχιλίων, τοῦτο δ' εἶναι καὶ τὸ μέγιστον πλάτος τοῦ πελάγους, ὥστ' εἴη ἂν τὸ ἀπὸ τῆς λεχθείσης γραμμῆς ἐπὶ τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου σταδίων δισχιλίων πεντακοσίων, ἐπὶ δὲ Μασσαλίαν ἐλαττόνων· νοτιωτέρα γάρ ἐστιν ἡ Μασσαλία τοῦ μυχοῦ τοῦ κόλπου. τὸ δέ γε ἀπὸ τῆς Ῥοδίας ἐπὶ τὸ Βυζάντιόν ἐστι τετρακισχιλίων που καὶ ἐνναχοσίων σταδίων, ὥστε πολὺ ἀρκτικώτερος ἂν εἴη ὁ διὰ Βυζαντίου τοῦ διὰ Μασσαλίας. τὸ δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Βρεττανικὴν δύναται συμφωνεῖν τῷ ἀπὸ Βυζαντίου ἐπὶ Βορυσθένη· τὸ δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Ἰέρνην οὐκέτι γνώριμον, πόσον ἄν τις θείη, οὐδ', εἰ περαιτέρω ἔτι οἰκήσιμά ἐστιν, οὐδὲ δεῖ φροντίζειν τοῖς ἐπάνω λεχθεῖσι [προσέχοντας]. πρός τε γὰρ ἐπιστήμην ἀρκεῖ τὸ λαβεῖν, καθάπερ ἐπὶ τῶν νοτίων μερῶν, ὅτι ὑπὲρ Μερόης μέχρι τρισχιλίων σταδίων προελθόντι τῆς οἰκησίμου τίθεσθαι [πέρας] προσῆκεν (οὐχ ὡς ἂν τούτου ἀκριβεστάτου πέρατος ὄντος, ἀλλ' ἐγγύς γε τἀκριβοῦς), οὕτω κἀκεῖ τοὺς ὑπὲρ τῆς Βρεττανικῆς οὐ πλείους τούτων θετέον ἢ μικρῷ πλείους, οἷον τετρακισχιλίους. πρός τε τὰς ἡγεμονικὰς χρείας οὐδὲν ἂν εἴη πλεονέκτημα τὰς τοιαύτας γνωρίζειν χώρας καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας, καὶ μάλιστα εἰ νήσους οἰκοῖεν τοιαύτας, αἳ μήτε λυπεῖν μήτ' ὠφελεῖν ἡμᾶς δύνανται μηδὲν διὰ τὸ ἀνεπίπλεκτον. καὶ γὰρ τὴν Βρεττανικὴν ἔχειν δυνάμενοι Ῥωμαῖοι κατεφρόνησαν, ὁρῶντες ὅτι οὔτε φόβος ἐξ αὐτῶν οὐδὲ εἷς ἐστιν (οὐ γὰρ ἰσχύουσι τοσοῦτον, ὥστ' ἐπιδιαβαίνειν ἡμῖν), οὔτ' ὠφέλεια τοσαύτη τις, εἰ κατάσχοιεν. πλέον γὰρ (ἂν) ἐκ τῶν τελῶν δοκεῖ προσφέρεσθαι νῦν, ἢ ὁ φόρος δύναται συντελεῖν, ἀφαιρουμένης τῆς εἰς τὸ στρατιωτικὸν δαπάνης τὸ φρουρῆσον καὶ φορολογῆσον τὴν νῆσον· πολὺ δ' ἂν ἐπιγένοιτο τὸ ἄχρηστον ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ ταύτην νήσων.

9. Εἰ δὲ προστεθείη τῷ ἀπὸ τῆς Ῥοδίας μέχρι Βορυσθένους διαστήματι τὸ ἀπὸ Βορυσθένους ἐπὶ τὰς ἄρκτους τῶν τετρακισχιλίων σταδίων διάστημα, γίνεται τὸ πᾶν μύριοι δισχίλιοι ἑπτακόσιοι στάδιοι, τὸ δ' ἀπὸ τῆς Ῥοδίας ἐπὶ τὸ νότιον πέρας ἐστὶ τῆς οἰκουμένης μύριοι ἑξακισχίλιοι ἑξακόσιοι, ὥστε τὸ σύμπαν πλάτος τῆς οἰκουμένης εἴη ἂν ἔλαττον τῶν τρισμυρίων ἀπὸ νότου πρὸς ἄρκτον. τὸ δέ γε μῆκος περὶ ἑπτὰ μυριάδας λέγεται, τοῦτο δ' ἐστὶν ἀπὸ δύσεως ἐπὶ τὰς

hoc parallelus per Borysthenem distet stadiis ferme ter mille et octingentis. Sequitur ex ipso intervallo a Massilia ad Britanniam, circulum per Borysthenem transeuntem huc fere incidere. Ceterum Pytheas, qui ubique homines decepit, hic quoque haud dubie erravit. Multi enim uno ore affirmant, lineam a Columnis ad fretum Siculum, Athenas, Rhodumque ductam in eodem esse parallelo : in confesso est etiam lineam a Columnis ad Fretum ductam per medium fere pelagus duci. Porro qui navigant, maximum a Gallia in Africam trajectum aiunt esse a sinu Gallico, stadiorum quinquies mille, eamque maximam alti maris esse latitudinem; ergo a dicta linea ad intimum sinus recessum erunt stadia bis mille et quingenta, ad Massiliam pauciora : est enim Massilia quam is recessus meridiei propior. Atqui a Rhodo ad Byzantium sunt quattuor millia ferme stadiorum cum noningentis; quo concluditur, Byzantinum parallelum multo esse Massiliensi septentrionaliorem. quod inde est ad Britanniam, convenire potest spatio quod a Byzantio est ad Borysthenem : sed inde ad Iberniam quantum sit, ignotum est, itemque an ultra sint loca habitata, nihil attinet requirere, ut ex supra dictis patet. Nam ad scientiam satis est statuere, sicut in austrinis partibus posuimus, ultra Meroen ad tria millia stadiorum finem esse terræ habitatæ, (non quod prorsus præcise ita res se habeat, sed quod prope ad veritatem acceditur); ita hic quoque supra Britanniam totidem licet ponere stadia, aut non multo plura, tanquam quattuor millia. Nam et ad Principis officium non multum emolumenti conferet hujusmodi regionum et incolarum notitia; præcipue si tales incolant insulas, quæ neque damnum afferre nobis neque utilitatem possint, quia nulla nobis cum iis intercedant commercia. Certe Britanniam occupare quum possent Romani, spreverunt, quum viderent neque ullum ab illis metum esse (non enim tantum iis est virium, ut in nostras ditiones ingressionem faciant) neque tantum utilitatis, si occuparent. Videtur enim nunc plus percipi ex vectigalibus, quam tributum efficere posset, detracto in militem præsidio insulæ futurum et stipendium exacturum sumptu : multumque præterea incommodi ab aliis eam insulam circumjacentibus oblatum iri probabile est.

9. Quodsi intervallo quod a Rhodo est ad Borysthenem adjiciantur versus septentrionem quattuor millia stadiorum, erunt in summa duodecim millia cum septingentis, et a Rhodo ad finem habitatæ terræ meridionalem sedecim millia cum sexcentis : ergo universa terræ habitatæ latitudo ab austro ad septentrionem erit minor triginta millibus stadiorum. Longitudo autem ad septuaginta millia esse fertur, quæ intelligitur ab occasu ad ortum, ab extremis

ἀνατολὰς τὸ ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Ἰβηρίας ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς, τὸ μὲν ὁδοῖς, τὸ δὲ ταῖς ναυτιλίαις ἀναμεμετρημένον. ὅτι δ' ἐντὸς τοῦ λεχθέντος τετραπλεύρου τὸ μῆκός ἐστι τοῦτο, ἐκ τοῦ λόγου τῶν παραλλήλων (τῶν) πρὸς τὸν ἰσημερινὸν δῆλον, ὥστε πλέον ἢ διπλάσιόν ἐστι τοῦ πλάτους τὸ μῆκος. λέγεται δὲ καὶ χλαμυδοειδές πως τὸ σχῆμα· πολλὴ γὰρ συναγωγὴ τοῦ πλάτους πρὸς τοῖς ἄκροις εὑρίσκεται, καὶ μάλιστα τοῖς ἑσπερίοις, τὰ καθ' ἕκαστα ἐπιόντων ἡμῶν.

10. Νυνὶ μὲν οὖν ἐπιγεγράφαμεν ἐπὶ σφαιρικῆς ἐπιφανείας τὸ χωρίον, ἐν ᾧ φαμεν ἱδρῦσθαι τὴν οἰκουμένην· καὶ δεῖ τὸν ἐγγυτάτω διὰ τῶν χειροκμήτων *εἰκασμάτων μιμούμενον τὴν ἀλήθειαν ποιήσαντα σφαῖραν τὴν γῆν, καθάπερ τὴν Κρατήτειον, ἐπὶ ταύτης ἀπολαβόντα τὸ τετράπλευρον, ἐντὸς τούτου τιθέναι τὸν πίνακα τῆς γεωγραφίας. ἀλλ' ἐπειδὴ μεγάλης δεῖ σφαίρας, ὥστε πολλοστημόριον αὐτῆς ὑπάρχον τὸ λεχθὲν τμῆμα ἱκανὸν γενέσθαι δέξασθαι σαφῶς τὰ προσήκοντα μέρη τῆς οἰκουμένης, καὶ τὴν οἰκείαν παρασχεῖν ὄψιν τοῖς ἐπιβλέπουσι, τῷ μὲν δυναμένῳ κατασκευάσασθαι τηλικαύτην οὕτω ποιεῖν βέλτιον· ἔστω δὲ μὴ μείω δέκα ποδῶν ἔχουσα τὴν διάμετρον· τῷ δὲ μὴ δυναμένῳ τηλικαύτην ἢ μὴ πολλῷ ταύτης ἐνδεεστέραν ἐν ἐπιπέδῳ καταγραπτέον πίνακι τοὐλάχιστον ἑπτὰ ποδῶν. διοίσει γὰρ μικρόν, ἐὰν ἀντὶ τῶν κύκλων, τῶν τε παραλλήλων καὶ τῶν μεσημβρινῶν, οἷς τά τε κλίματα καὶ τοὺς ἀνέμους διασαφοῦμεν καὶ τὰς ἄλλας διαφορὰς καὶ τὰς σχέσεις τῶν τῆς γῆς μερῶν πρὸς ἄλληλά τε καὶ τὰ οὐράνια, εὐθείας γράφωμεν, τῶν μὲν παραλλήλων παραλλήλους, τῶν δὲ ὀρθῶν πρὸς ἐκείνους ὀρθάς, τῆς διανοίας ῥᾳδίως μεταφέρειν δυναμένης τὸ ὑπὸ τῆς ὄψεως ἐν ἐπιπέδῳ θεωρούμενον ἐπιφανείᾳ σχῆμα καὶ μέγεθος ἐπὶ τὴν περιφερῆ τε καὶ σφαιρικήν. ἀνάλογον δὲ καὶ περὶ τῶν λοξῶν κύκλων καὶ εὐθειῶν φαμεν. εἰ δ' οἱ μεσημβρινοὶ οἱ παρ' ἑκάστοις [διὰ] τοῦ πόλου γραφόμενοι πάντες συννεύουσιν ἐν τῇ σφαίρᾳ πρὸς ἓν σημεῖον, ἀλλ' ἐν τῷ ἐπιπέδῳ γε οὐ διοίσει πίνακι τὰς εὐθείας μικρὰς συννευούσας ποιεῖν μόνον τὰς μεσημβρινάς. οὐδὲ γὰρ πολλαχοῦ τοῦτ' ἀναγκαῖον, οὐδ' ἐκφανής ἐστιν ὥσπερ ἡ περιφέρεια οὕτω καὶ ἡ σύννευσις, μεταφερομένων τῶν γραμμῶν εἰς τὸν πίνακα τὸν ἐπίπεδον καὶ γραφομένων εὐθειῶν.

11. Καὶ δὴ καὶ τὸν ἑξῆς λόγον ὡς ἐν ἐπιπέδῳ πίνακι τῆς γραφῆς γινομένης ἐκθήσομεν. ἐροῦμεν δὴ τὴν μὲν ἐπελθόντες αὐτοὶ τῆς γῆς καὶ θαλάττης, περὶ ἧς δὲ πιστεύσαντες τοῖς εἰποῦσιν ἢ γράψασιν. ἐπήλθομεν δὲ ἐπὶ δύσιν μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας μέχρι τῶν κατὰ Σαρδόνα τόπων τῆς Τυρρηνίας, ἐπὶ μεσημβρίαν δὲ ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου μέχρι τῶν τῆς Αἰθιοπίας ὅρων· οὐδὲ τῶν ἄλλων δὲ οὐδὲ εἷς ἂν εὑρεθείη τῶν γεωγραφησάντων πολύ τι ἡμῶν μᾶλλον ἐπεληλυθὼς τῶν λεχθέντων διαστημάτων, ἀλλ' οἱ πλεονάσαντες περὶ τὰ δυσμικὰ μέρη τῶν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς οὐ τοσοῦτον ἥψαντο, οἱ δὲ περὶ τἀναντία τῶν ἑσπερίων ὑστέρησαν· ὁμοίως δ' ἔχει καὶ

Hispaniæ ad Indiæ extrema, partim itineribus terrestribus, partim navigationibus percepta mensura. Hanc autem longitudinem esse intra dictum quadrilaterum, constat ex proportione parallelorum ad æquatorem, ita ut majorem dupla rationem longitudo ad latitudinem obtineat. Dicitur hæc figura etiam chlamydis similis : nam in extremis latitudinem valde contrahi animadversum est, præcipue occiduis, singula nobis perlustrantibus.

10. Nunc quidem descripsimus locum, in quo terram habitatam sitam dicimus, in sphærica superficie : atque oportet eum qui manu fabricatis simulacris veritatem imitatur quam fieri potest proxime, globo qui terram referat formato, qualis est Cratetis, in eo quadrilaterum illud designare, inque eo tabulam geographicam inscribere. Sed quoniam magno opus est globo, cujus exigua pars illud sit quadrilaterum, quod sufficiat ad perspicue inscribendas terræ habitatæ partes, easque aspectui proprie exhibeat; sane fecerit egregie, qui talem conficere poterit : diametrum globus talis requirit decem pedibus non minorem. Qui vero tantum aut non multo minorem globum parare nequit, is in plana describat tabula, septem minimum pedum. Parum enim intererit, si loco circulorum parallelorum ac meridianorum, quibus climata et ventos indicamus, reliquasque differentias et comparationes partium terræ inter se et cum cœlo, rectis lineis utamur parallelis et in eos ad angulos rectos incidentibus, quum magnitudinem et figuram visu in plana spectatam superficie intellectus facile transferre possit ad rotundam et sphæricam. Idem statuimus de circulis obliquis et rectis lineis. Ac tametsi per polos ducti meridiani quique circuli in sphæra omnes ad unum punctum concurrunt, nihil tamen refert si in plana tabula rectæ et parvæ lineæ meridianæ repræsententur tantum convergentes : non enim sæpe hoc necessitas exiget, nec translatis in tabulam planam delineationibus et descriptis rectis lineis, coitio tam evidens est, ut curvatura in orbem.

11. Et quidem deinceps reliqua ita exponemus, ut descriptione in tabula plana proposita. Exponemus enim tum quæ ipsi obivimus terra marique, tum de quibus aliorum sermonibus aut scriptis nobis fides est facta. Ipsi obivimus versus occasum ab Armenia usque ad Etruriæ loca Sardiniæ opposita : versus meridiem ab Euxino ponto usque ad fines Æthiopiæ. Neque vero reliquorum qui situm terræ descripserunt quenquam facile invenies, qui de dictis intervallis multo plura quam nos obierit : sed qui in occidua plaga plura viderunt, orientalium non tantum quam nos attigerunt; contra alii pauciora in occasu : quod idem de septentrione et meridie affirmo. Pleraque tamen, ut illi,

περὶ τῶν πρὸς νότον καὶ τὰς ἄρκτους. τὸ μέντοι πλέον κἀκεῖνοι καὶ ἡμεῖς ἀκοῇ παραλαβόντες συντίθεμεν καὶ τό (τε) σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἄλλην φύσιν, ὁποία καὶ ὁπόση, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἡ διάνοια ἐκ τῶν αἰσθητῶν συντίθησι τὰ νοητά· σχῆμα γὰρ καὶ χρόαν καὶ μέγεθος μήλου καὶ ὀδμὴν καὶ ἁφὴν καὶ χυμὸν ἀπαγγέλλουσιν αἱ αἰσθήσεις, ἐκ δὲ τούτων συντίθησιν ἡ διάνοια τὴν τοῦ μήλου νόησιν· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν μεγάλων σχημάτων τὰ μέρη μὲν αἴσθησις ὁρᾷ, τὸ δ' ὅλον ἐκ τῶν ὁραθέντων ἡ διάνοια [συν]τίθησιν. οὕτω δὲ καὶ οἱ φιλομαθεῖς ἄνδρες, ὥσπερ αἰσθητηρίοις πιστεύσαντες τοῖς ἰδοῦσιν* οὓς ἔτυχε τόπους καὶ πλανηθεῖσιν ἄλλοις κατ' ἄλλα μέρη τῆς γῆς, συντιθέασιν εἰς ἓν διάγραμμα τὴν τῆς ὅλης οἰκουμένης ὄψιν. ἐπεὶ καὶ οἱ στρατηγοὶ πάντα μὲν αὐτοὶ πράττουσιν, οὐ πανταχοῦ δὲ πάρεισιν, ἀλλὰ πλεῖστα κατορθοῦσι δι' ἑτέρων, ἀγγέλοις πιστεύοντες καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν διαπέμποντες οἰκείως τὰ προστάγματα. ὁ δ' ἀξιῶν μόνους εἰδέναι τοὺς ἰδόντας ἀναιρεῖ τὸ τῆς ἀκοῆς κριτήριον, ἥτις πρὸς ἐπιστήμην ὀφθαλμοῦ πολὺ κρείττων ἐστί.

12. Μάλιστα δ' οἱ νῦν ἄμεινον ἔχοιεν ἄν τι λέγειν περὶ τῶν κατὰ Βρεττανοὺς καὶ Γερμανοὺς καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον τούς τε ἐντὸς καὶ τοὺς ἐκτός, Γέτας τε καὶ Τυρεγέτας καὶ Βαστάρνας, ἔτι δὲ τοὺς περὶ τὸν Καύκασον, οἷον Ἀλβανοὺς καὶ Ἴβηρας. ἀπήγγελται δ' ἡμῖν καὶ ὑπὸ τῶν τὰ Παρθικὰ συγγραψάντων, τῶν περὶ Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀρτεμιτηνόν, ἃ πολλῶν ἐκεῖνοι μᾶλλον ἀφώρισαν, τὰ περὶ τὴν Ὑρκανίαν καὶ τὴν Βακτριανήν· τῶν τε Ῥωμαίων καὶ εἰς τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν ἐμβαλόντων μετὰ στρατιᾶς νεωστί, ἧς ἡγεῖτο ἀνὴρ φίλος ἡμῖν καὶ ἑταῖρος Αἴλιος Γάλλος, καὶ τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐμπόρων στόλοις ἤδη πλεόντων διὰ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου μέχρι τῆς Ἰνδικῆς, (ἃ) πολὺ μᾶλλον καὶ ταῦτα ἔγνωσται τοῖς νῦν ἢ τοῖς πρὸ ἡμῶν. ὅτε γοῦν Γάλλος ἐπῆρχε τῆς Αἰγύπτου, συνόντες αὐτῷ καὶ συναναβάντες μέχρι Συήνης καὶ τῶν Αἰθιοπικῶν ὅρων ἱστοροῦμεν, ὅτι καὶ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι νῆες πλέοιεν ἐκ Μυὸς ὅρμου πρὸς τὴν Ἰνδικήν, πρότερον ἐπὶ τῶν Πτολεμαϊκῶν βασιλέων ὀλίγων παντάπασι θαρρούντων πλεῖν καὶ τὸν Ἰνδικὸν ἐμπορεύεσθαι φόρτον.

13. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα καὶ κυριώτατα καὶ πρὸς ἐπιστήμην καὶ πρὸς τὰς χρείας τὰς πολιτικὰς ταῦτα, σχῆμα καὶ μέγεθος εἰπεῖν ὡς ἁπλούστατα ἐγχειρεῖν τὸ πίπτον εἰς τὸν γεωγραφικὸν πίνακα, συμπαραδηλοῦντα καὶ τὸ ποῖόν τι καὶ πόστον μέρος τῆς ὅλης γῆς ἐστι· τοῦτο μὲν γὰρ οἰκεῖον τῷ γεωγράφῳ. τὸ δὲ καὶ περὶ ὅλης ἀκριβολογεῖσθαι τῆς γῆς καὶ περὶ τοῦ σπονδύλου παντὸς ἧς λέγομεν ζώνης ἄλλης τινὸς ἐπιστήμης ἐστίν, οἷον εἰ περιοικεῖται καὶ κατὰ θάτερον τεταρτημόριον ὁ σπόνδυλος· καὶ γὰρ εἰ οὕτως ἔχει, οὐχ ὑπὸ τούτων γε οἰκεῖται τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐκείνην ἄλλην οἰκουμένην θετέον, ὅπερ ἐστὶ πιθανόν. ἡμῖν δὲ τὰ ἐν αὐτῇ ταύτῃ λεκτέον.

14. Ἔστι δή τι χλαμυδοειδὲς σχῆμα τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης, οὗ τὸ μὲν πλάτος ὑπογράφει τὸ μέγιστον ἡ

ita nos quoque auditu percepta composuimus, itaque figuram, magnitudinem, omnemque naturam et comparationem terræ collegimus, quo modo intellectus ex iis quæ sensus suppeditant, notiones in animo effingit. Figuram enim, colorem, magnitudinemque pomi, tum odorem, tactum et saporem sensus indicant, et ex his intellectus pomi notionem componit. Ipsarumque etiam magnarum figurarum partes sensus cernit, totum intellectus ex visis concipit. Ita et cognitionis avidi fidem adhibentes, veluti sensibus, hominibus alias atque alias terræ partes pervagatis ac contemplatis, totius habitatæ terræ unam quandam compositam descriptionem ob oculos ponunt. Sic et imperatores ipsi quidem omnia agunt, non ubique tamen adsunt, sed multa aliorum opera perficiunt, nuntiis credentes, et pro rebus auditis mandata convenientia huc illuc mittentes. Qui vero contendit eos solos scire qui viderint, is auditûs in judicando officium tollit, ad scientiam parandam longe visu utilius.

12. Præsertim vero nostræ ætatis homines certius aliquid dicere possunt de Britannis, Germanis, Istri accolis interioribus et exterioribus, Getis, Tyregetis [*al.* Tyrigetis vel Tyrengetis], Bastarnis, et ad Causasum habitantibus, ut Albanis et Iberis. Exposita sunt etiam nobis quæ Apollodorus Artemitanus [*codd.* Artemita] belli Parthici scriptor de rebus Hyrcanicis et Bactrianicis accuratius * reliquis tradidit. Quin et in Arabiam Felicem Romani jam cum exercitu profecti sunt, ductore Ælio Gallo, amico ac sodali nostro, et Alexandrinorum mercatorum classes per Nilum jam navigantes et Arabium sinum usque ad Indiam, multo ista nobis, quam olim fuerant, notiora reddiderunt. Quo tempore Gallus Ægypto præfuit, ad ipsum veni, unaque usque ad Syenen et fines Æthiopiæ ascendi, ibique comperi centum et viginti naves a Myoshormo (*id est* Muris portu), Indiam versus navigare: quum sub Ptolemæis regibus perpauci auderent navigare et Indicas merces advehere.

13. Primum proinde ac potissimum est ad scientiam et usus civiles, figuram et magnitudinem quam simplicissime exprimere studere in tabulam geographicam aptando, simulque quæ et quanta totius terræ sit portio indicare: hoc enim proprium est geographi. Subtiliter autem de tota disputare terra, et de uniuscujusque quam narramus zonæ verticillo, alterius est scientiæ; ut, utrum in altero etiam quadrante verticillus inhabitetur. Nam si ita res habet, certe non a nostris habitatur hominibus, sed alia illa terra appellari debet: quod sane probabile est. Nobis vero de nostra hac dicendum est.

14. Est ergo figura terræ nostræ habitatæ similis forma chlamydis. Maximam ejus latitudinem linea per Nilum

διὰ τοῦ Νείλου γραμμή, λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλου καὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων τῶν φυγάδων νήσου μέχρι τοῦ διὰ τῆς Ἰέρνης παραλλήλου, τὸ δὲ μῆκος ἡ ταύτῃ πρὸς ὀρθὰς ἀπὸ τῆς ἑσπέρας διὰ Στηλῶν καὶ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ μέχρι τῆς Ῥοδίας καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, παρὰ τὸν Ταῦρον ἰοῦσα τὸν διεζωκότα τὴν Ἀσίαν καὶ καταστρέφοντα ἐπὶ τὴν ἑῴαν θάλατταν μεταξὺ Ἰνδῶν καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς Βακτριανῆς Σκυθῶν. δεῖ δὴ νοῆσαι παραλληλόγραμμόν τι, ἐν ᾧ τὸ χλαμυδοειδὲς σχῆμα ἐγγέγραπται οὕτως, ὥστε τὸ μῆκος τῷ μήκει ὁμολογεῖν καὶ ἴσον εἶναι τὸ μέγιστον, καὶ τὸ πλάτος τῷ πλάτει. τὸ μὲν δὴ χλαμυδοειδὲς σχῆμα οἰκουμένη ἐστί· τὸ δὲ πλάτος ὁρίζεσθαι ἔφαμεν αὐτῆς ταῖς ἐσχάταις παραλλήλοις πλευραῖς, ταῖς διοριζούσαις τὸ οἰκήσιμον αὐτῆς καὶ τὸ ἀοίκητον ἐφ' ἑκάτερα. αὗται δ' ἦσαν πρὸς ἄρκτοις μὲν ἡ διὰ τῆς Ἰέρνης, πρὸς δὲ τῇ διακεκαυμένῃ ἡ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου· αὗται δὴ προσεκβαλλόμεναι ἐπί τε τὰς ἀνατολὰς καὶ ἐπὶ τὰς δύσεις μέχρι τῶν ἀνταιρόντων μερῶν τῆς οἰκουμένης ποιήσουσί τι παραλληλόγραμμον πρὸς τὰς ἐπιζευγνυούσας διὰ τῶν ἄκρων αὐτάς. ὅτι μὲν οὖν ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ οἰκουμένη, φανερὸν ἐκ τοῦ μήτε τὸ πλάτος αὐτῆς τὸ μέγιστον ἔξω πίπτειν αὐτοῦ μήτε τὸ μῆκος· ὅτι δ' αὐτῆς χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμά ἐστιν, ἐκ τοῦ τὰ ἄκρα μυουρίζειν τὰ τοῦ μήκους ἑκατέρωθεν, κλυζόμενα (δ') ἀπὸ τῆς θαλάττης, καὶ ἀφαιρεῖν τοῦ πλάτους· τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν περιπλευσάντων τά τε ἑῷα μέρη καὶ τὰ δυσμικὰ ἑκατέρωθεν. τῆς τε γὰρ Ἰνδικῆς νοτιωτέραν πολὺ τὴν Ταπροβάνην καλουμένην νῆσον ἀποφαίνουσιν, οἰκουμένην ἔτι καὶ ἀνταίρουσαν τῇ τῶν Αἰγυπτίων νήσῳ καὶ τῇ τὸ κιννάμωμον φερούσῃ γῇ· τὴν γὰρ κρᾶσιν τῶν ἀέρων παραπλησίαν εἶναι· τῆς τε μετὰ τοὺς Ἰνδοὺς Σκυθίας τῆς ὑστάτης ἀρκτικώτερά ἐστι τὰ κατὰ τὸ στόμα τῆς Ὑρκανίας θαλάττης καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ κατὰ τὴν Ἰέρνην. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ἔξω Στηλῶν λέγεται· δυσμικώτατον μὲν γὰρ σημεῖον τῆς οἰκουμένης τὸ τῶν Ἰβήρων ἀκρωτήριον, ὃ καλοῦσιν Ἱερόν· κεῖται δὲ κατὰ τὴν γραμμήν πως (πρὸς) τὴν διὰ Γαδείρων τε καὶ Στηλῶν καὶ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ καὶ τῆς Ῥοδίας. συμφωνεῖν γὰρ καὶ τὰ ὡροσκοπεῖα καὶ τοὺς ἀνέμους φασὶ τοὺς ἑκατέρωσε φοροὺς καὶ τὰ μήκη τῶν μεγίστων ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν· ἔστι γὰρ τεσσαρεσκαίδεκα ὡρῶν ἰσημερινῶν [καὶ ἡμίσους ἡ μεγίστη τῶν ἡμερῶν] τε καὶ νυκτῶν. ἔν τε τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Γάδειρα καὶ † Ἰβηράς ποτε ὁρᾶσθαι [**] Ποσειδώνιος δ' ἔκ τινος ὑψηλῆς οἰκίας ἐν πόλει διεχούσῃ τῶν τόπων τούτων ὅσον τετρακοσίους σταδίους, φησὶν ἰδεῖν ἀστέρα, ὃν τεκμαίρεσθαι τὸν Κάνωβον αὐτὸν ἐκ τοῦ τε μικρὸν ἐκ τῆς Ἰβηρίας προελθόντας ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ὁμολογεῖν ἀφορᾶν αὐτόν, καὶ ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς ἐν Κνίδῳ· τὴν γὰρ Εὐδόξου σκοπὴν οὐ πολὺ τῶν οἰκήσεων ὑψηλοτέραν εἶναι, λέγεσθαι δ' ὅτι ἐντεῦθεν ἐκεῖνος ἀφεώρα τὸν Κάνωβον ἀστέρα, εἶναι δ' ἐπὶ τοῦ Ῥοδιακοῦ κλίματος τὴν

ducta describit, incipiens a Cinnamomiferæ regionis parallelo, et Ægyptiorum Exulum insula, desinens in parallelum Iberniæ. Longitudinem alia in hanc ad angulos rectos incidens ab occidente ducta per Columnas et fretum Siculum, usque ad Rhodum et sinum Issicum, inde præter Taurum qui Asiam dirimit, et in orientale desinens mare inter Indos et supra Bactrianam sitos Scythas. Intelligendum est igitur parallelogrammum quoddam, in quo chlamydiformis hæc figura ita inscripta sit, ut longitudini longitudo respondeat et maxime huic sit similis, item latitudo similis sit latitudini. Hæc chlamydiformis ergo figura terra est habitata. Latitudinem ejus docuimus definiri extremis parallelis lineis, quæ habitatas ejus partes ab habitationi ineptis utrinque dirimunt: eæ sunt, ut diximus, versus septentrionem per Iberniam transiens, ad zonam vero torridam, per Cinnamomiferam. Hæ lineæ versus ortum occasumque protractæ usque in oppositas terræ habitatæ partes, cum lineis per extrema ductis et has conjungentibus parallelogrammum includent. In quo esse terram habitatam ex eo patet, quod neque latitudo ejus maxima extra cadit, neque longitudo: esse autem eam chlamydi forma similem, quia extrema longitudinis utrinque in acutum coarctantur, mari alluente, et de latitudine aliquid detrahunt. Id sciri certo potest ex iis qui utrinque et ortivas et occiduas partes navibus sunt circumvecti. Pronunciant enim ii Taprobanam quæ vocatur insulam multo longius versus meridiem quam sit India sitam, cultam, et oppositam Ægyptiorum insulæ et Cinnamomiferæ regioni, cum quibus eandem habeat aeris temperiem: et quæ sita sunt ad os maris Hyrcanii, atque adhuc magis Ibernia, magis versus septentrionem inclinant quam extrema Scythia quæ est post Indos. Similiter de eo quod est extra Columnas dicitur. Terræ enim habitatæ punctum maxime occiduum est promontorium Hispaniæ quod Sacrum dicitur, situm fere in ea linea, quæ per Gades, Columnas, fretum Siculum et Rhodiam transit: nam et horologia aiunt convenire, et eosdem utrinque ventos ferri, et eandem esse utrobique longissimæ diei et noctis quantitatem: est enim maxima et dies et nox quattuordecim horarum æquinoctialium ac dimidiæ: et in ora maritima ad Gades atque Hispaniam [Columnas?] aliquando observari [*astra Canobo proxima*]. Posidonius refert se de excelsa quadam domo in urbe ab iis locis ad quadringenta stadia distante, stellam vidisse, quam existimaverit esse Canobum: nam et qui inde versus meridiem ex Hispania paululum progressi sint, fateri se eum cernere; et observationes astronomicas in Cnido institutas idem testari. Esse enim in Cnido Eudoxi speculam, non multo domibus sublimiorem, ex qua is fertur Canobum spectasse: esse autem Cnidum in

Κνίδον, ἐφ' οὗ καὶ τὰ Γάδειρα καὶ ἡ ταύτῃ παραλία.

15. Ἐντεῦθεν δὲ πρὸς μὲν τὰ νότια μέρη πλέουσιν ἡ Λιβύη κεῖται· ταύτης δὲ τὰ δυσμικώτατα μικρῷ τῶν Γαδείρων πρόκειται μᾶλλον, εἶτ' ἄκραν ποιήσαντα στενὴν ἀναχωρεῖ πρὸς ἕω καὶ νότον, καὶ πλατύνεται κατ' ὀλίγον, ἕως ἂν τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοψι συνάψῃ. οὗτοι δ' ὑπόκεινται τῶν περὶ Καρχηδόνα τόπων ὕστατοι, συνάπτοντες τῇ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου γραμμῇ. εἰς δὲ τἀναντία πλέουσιν ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου μέχρι τῶν Ἀρτάβρων καλουμένων ὁ πλοῦς ἐστι πρὸς ἄρκτον, ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν Λυσιτανίαν· εἶτ' ὁ λοιπὸς πρὸς ἕω πᾶς ἀμβλεῖαν γωνίαν ποιῶν μέχρι τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων τῶν τελευτώντων εἰς τὸν ὠκεανόν. τούτοις δὲ τὰ ἑσπέρια τῆς Βρεττανικῆς ἀντίκεινται πρὸς ἄρκτον, ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς Ἀρτάβροις ἀντίκεινται πρὸς ἄρκτον αἱ Καττιτερίδες καλούμεναι νῆσοι πελάγιαι, κατὰ τὸ Βρεττανικόν πως κλίμα ἱδρυμέναι· ὥστε δῆλον ἐφ' ὅσον συνάγεται τὰ ἄκρα τῆς οἰκουμένης κατὰ μῆκος ὑπὸ τοῦ περικεχυμένου πελάγους εἰς στενόν.

16. Τοιούτου δὲ ὄντος τοῦ καθόλου σχήματος, χρήσιμον φαίνεται δύο λαβεῖν εὐθείας, αἳ τέμνουσαι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλας, ἡ μὲν διὰ τοῦ μήκους ἥξει τοῦ μεγίστου παντός, ἡ δὲ διὰ τοῦ πλάτους, καὶ ἡ μὲν τῶν παραλλήλων ἔσται μία, ἡ δὲ τῶν μεσημβρινῶν· ἔπειτα ταύταις παραλλήλους ἐπινοοῦντας ἐφ' ἑκάτερα διαιρεῖν κατὰ ταύτας τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν, ᾗ χρώμενοι τυγχάνομεν. καὶ γὰρ τὸ σχῆμα μᾶλλον ἂν καταφανὲς γένοιτο, ὁποῖον εἰρήκαμεν, κατὰ τὸ μέγεθος τῶν γραμμῶν, ἄλλα καὶ ἄλλα μέτρα ἐχουσῶν, τῶν τε τοῦ μήκους καὶ τοῦ πλάτους, καὶ τὰ κλίματα ἀποδηλωθήσεται βέλτιον, τά τε ἑωθινὰ (μᾶλλον) καὶ τὰ ἑσπέρια, ὡς δ' αὔτως τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια. ἐπεὶ δὲ διὰ γνωρίμων τόπων λαμβάνεσθαι δεῖ τὰς εὐθείας ταύτας, αἱ μὲν εἰλήφθησαν ἤδη, λέγω δὲ τὰς μέσας δύο, τήν τε τοῦ μήκους καὶ τοῦ πλάτους, τὰς λεχθείσας πρότερον, αἱ δ' ἄλλαι ῥᾳδίως γνωρίζοιντ' ἂν διὰ τούτων· τρόπον γάρ τινα στοιχείοις χρώμενοι τούτοις τὰ παράλληλα μέρη * συνησόμεθα καὶ τὰς ἄλλας σχέσεις τῶν οἰκήσεων τάς τ' ἐπὶ γῆς καὶ πρὸς τὰ οὐράνια.

17. Πλεῖστον δ' ἡ θάλαττα γεωγραφεῖ καὶ σχηματίζει τὴν γῆν, κόλπους ἀπεργαζομένη καὶ πελάγη καὶ πορθμούς, ὁμοίως δὲ ἰσθμοὺς καὶ χερρονήσους καὶ ἄκρας· προσλαμβάνουσι δὲ ταύτῃ καὶ οἱ ποταμοὶ καὶ τὰ ὄρη. διὰ γὰρ τῶν τοιούτων ἤπειροί τε καὶ ἔθνη καὶ πόλεων θέσεις εὐφυεῖς ἐνενοήθησαν καὶ τἆλλα ποικίλματα, ὅσων μεστός ἐστιν ὁ χωρογραφικὸς πίναξ. ἐν δὲ τούτοις καὶ τὸ τῶν νήσων πλῆθός ἐστι κατεσπαρμένον ἔν τε τοῖς πελάγεσι καὶ κατὰ τὴν παραλίαν πᾶσαν. ἄλλων [δ'] ἄλλας ἀρετάς τε καὶ κακίας καὶ τὰς ἀπ' αὐτῶν χρείας ἐπιδεικνυμένων ἢ δυσχρηστίας, τὰς μὲν φύσει, τὰς δὲ ἐκ κατασκευῆς, τὰς φύσει δεῖ λέγειν· διαμένουσι γάρ, αἱ δ' ἐπίθετοι δέχονται μεταβολάς. καὶ τούτων δὲ τὰς πλείω χρόνον συμμένειν δυναμένας ἐμ-

Rhodiaco climate, in quo et Gades sunt et ora maritima ejus regionis.

15. Inde versus meridiem navigantibus Africa occurrit, cujus partes occidentalissimæ paululum ultra Gades procurrunt, inde arcto promontorio facto versus orientem et meridiem reflectitur, paulatimque in latum porrigitur, donec Æthiopas occidentales [*codd. et Plin.* 6, 30, Ætherios] attingat, qui ultimi sunt regionis Carthaginiensis, attingentes Cinnamomiferæ parallelum. Qui vero in diversam partem navigant a Sacro promontorio ad Artabros, eorum cursus versus septentrionem dirigitur, ad dextram habentium Lusitaniam : reliquus deinceps cursus versus orientem est et facit angulum obtusum, usque ad extrema Pyrenes, quæ in oceanum desinunt. His occiduæ Britanniæ partes oppositæ sunt versus septentrionem. Itemque Artabris versus septentrionem opponuntur insulæ Cassiterides quæ vocantur, in alto mari, et Britannico propemodum sitæ climate. Itaque ergo liquet in quantum contrahantur extrema habitatæ terræ secundum longitudinem a circumfuso mari.

16. Proinde quum hæc sit universi figura, e re videtur fore ut duæ sumantur rectæ lineæ, quæ se invicem ad angulos rectos partitæ, altera longitudinem maximam, altera eodem modo latitudinem contineat; atque harum altera erit una de parallelis, altera de meridianis : deinde ut imaginemur alias utrique parallelos, itaque dividamus terram et mare quo utimur. Sic enim magis apparebit figura qualem tradidimus, secundum linearum variam mensuram, tam earum quæ latitudinem, quam earum quæ longitudinem explicant : melius etiam demonstrabuntur inclinationes locorum versus quattuor mundi plagas, orientalem, occidentalem, austrinam, septentrionalem. Quandoquidem vero istas lineas duci necesse est per loca nota, mediæ quidem duæ, longitudinem latitudinemque complectentes, jam ante ductæ sunt et explicatæ, reliquæ vero hac ratione facile percipientur : quodammodo enim his tanquam principiis usi, æqualiter distantes partes et reliquas habitationum rationes intelligemus, quas vel ad terram habent, vel ad cœlestia.

17. Plurimum autem mare terram describit et in formam redigit, sinus efficiens, et alta maria, et freta, nec non isthmos, peninsulas, atque promontoria; eique operam in hoc navant et amnes et montes. Horum enim ope continentes, nationes, urbiumque commodi situs excogitati sunt, aliæque varietates, quarum plena est tabula singulis regionibus describendis aptata. In his et insularum multitudo est dispersa quum in alto mari, tum in ora continentis passim. Aliis autem aliæ quum adsint vel virtutes vel vitia, aliæ utilitates aliis, alia incommoda, partim natura loci, partim opere humano; naturales quidem oportet referre locorum conditiones : nam permaneant hæ, mutationi obnoxiis iis quæ sunt asciticiæ : quanquam harum quoque non sunt prætereundæ, quæ aliquanto tempore permanere

φανιστέον, [ἢ] μὴ πολὺ μέν, ἄλλως δ' ἐπιφάνειαν μὲν ἐχούσας τινὰ καὶ δόξαν, ἣ πρὸς τὸν ὕστερον χρόνον παραμένουσα τρόπον τινὰ συμφυῆ τοῖς τόποις ποιεῖ καὶ μηκέτι οὖσαν κατασκευήν· ὥστε δῆλον ὅτι δεῖ καὶ τούτων μεμνῆσθαι. περὶ πολλῶν γάρ ἐστι πόλεων τοῦτ' εἰπεῖν, ὅπερ εἶπε Δημοσθένης ἐπὶ τῶν περὶ Ὄλυνθον, ἅς οὕτως ἠφανίσθαι φησίν, ὥστε μηδ' εἰ πώποτε ᾠκίσθησαν γνῶναι ἄν τινα ἐπελθόντα. ἀλλ' ὅμως καὶ εἰς τούτους τοὺς τόπους καὶ εἰς ἄλλους ἀφικνοῦνται ἄσμενοι, τά γ' ἴχνη ποθοῦντες ἰδεῖν τῶν οὕτω διωνομασμένων ἔργων, καθάπερ καὶ τοὺς τάφους τῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν. οὕτω δὲ καὶ νομίμων καὶ πολιτειῶν μεμνήμεθα τῶν μηκέτι οὐσῶν, ἐνταῦθα καὶ τῆς ὠφελείας προκαλουμένης τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων· ἢ γὰρ ζήλου χάριν, ἢ ἀποτροπῆς τῶν τοιούτων.

18. Λέγομεν δ' ἀναλαβόντες ἀπὸ τῆς πρώτης ὑποτυπώσεως, ὅτι ἡ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη γῆ περίρρυτος οὖσα δέχεται κόλπους εἰς ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης κατὰ τὸν ὠκεανὸν πολλούς, μεγίστους δὲ τέτταρας· ὧν ὁ μὲν βόρειος Κασπία καλεῖται θάλαττα, οἱ δ' Ὑρκανίαν προσαγορεύουσιν· ὁ δὲ Περσικὸς καὶ Ἀράβιος ἀπὸ τῆς νοτίας ἀναχέονται θαλάττης, ὁ μὲν τῆς Κασπίας κατ' ἀντικρὺ μάλιστα, ὁ δὲ τῆς Ποντικῆς· τὸν δὲ τέταρτον, ὅσπερ πολὺ τούτους ὑπερβέβληται κατὰ τὸ μέγεθος, ἡ ἐντὸς καὶ καθ' ἡμᾶς λεγομένη θάλαττα ἀπεργάζεται, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας λαμβάνουσα καὶ τοῦ κατὰ τὰς Ἡρακλείους στήλας πορθμοῦ, μηκυνομένη δ' εἰς τὸ πρὸς ἕω μέρος ἐν ἄλλῳ [καὶ ἄλλῳ] πλάτει, μετὰ δὲ ταῦτα σχιζομένη καὶ τελευτῶσα εἰς δύο κόλπους πελαγίους, τὸν μὲν ἐν ἀριστερᾷ, ὅνπερ Εὔξεινον πόντον προσαγορεύομεν, τὸν δ' ἕτερον τὸν συγκείμενον ἔκ τε τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους καὶ τοῦ Παμφυλίου καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ. ἅπαντες δ' οἱ λεχθέντες κόλποι ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης στενὸν ἔχουσι τὸν εἴσπλουν, μᾶλλον μὲν ὅ τε Ἀράβιος καὶ ὁ κατὰ Στήλας, ἧττον δ' οἱ λοιποί. ἡ δὲ περικλείουσα αὐτοὺς γῆ τριχῇ νενέμηται, καθάπερ εἴρηται. ἡ μὲν οὖν Εὐρώπη πολυσχημονεστάτη πασῶν ἐστιν, ἡ δὲ Λιβύη τἀναντία πέπονθεν, ἡ δὲ Ἀσία μέσην πως ἀμφοῖν ἔχει τὴν διάθεσιν· ἅπασαι δ' ἐκ τῆς ἐντὸς παραλίας ἔχουσι τὴν αἰτίαν τοῦ τε πολυσχήμονος καὶ τοῦ μή, ἡ δ' ἐκτὸς πλὴν τῶν λεχθέντων κόλπων ἁπλῆ καὶ χλαμυδοειδής ἐστιν, ὡς εἶπον, τὰς δ' ἄλλας ἐν μικρῷ διαφορὰς ἐατέον· οὐδὲν γὰρ ἐν τοῖς μεγάλοις τὸ μικρόν. ἔτι δ' ἐπεὶ κατὰ τὴν γεωγραφικὴν ἱστορίαν οὐ σχήματα μόνον ζητοῦμεν καὶ μεγέθη τόπων, ἀλλὰ καὶ σχέσεις πρὸς ἄλληλα αὐτῶν, ὥσπερ ἔφαμεν, καὶ ἐνταῦθα τὸ ποικίλον ἡ ἐντὸς παραλία παρέχεται μᾶλλον ἢ ἡ ἐκτός. πολὺ δ' ἐστὶ καὶ τὸ γνώριμον καὶ τὸ εὔκρατον καὶ τὸ πόλεσι καὶ ἔθνεσιν εὐνομουμένοις συνοικούμενον μᾶλλον ἐνταῦθα ἢ ἐκεῖ. ποθοῦμέν τε εἰδέναι ταῦτα, ἐν οἷς πλείους παραδίδονται πράξεις καὶ πολιτεῖαι καὶ τέχναι καὶ τἄλλα, ὅσα εἰς φρόνησιν συνεργεῖ, αἵ τε χρεῖαι συνάγουσιν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα, ὧν ἐν ἐφικτῷ αἱ ἐπιπλοκαὶ καὶ κοινωνίαι· ταῦτα δ' ἐστὶν ὅσα οἰκεῖται,

possunt, sin minus, quæ splendoris alioqui et famæ quiddam habent : hæc enim etiam ad posteritatem locis illis inhærens efficit ut quasi adnata videantur ea quæ jam pridem desierunt esse accidentia, ut facile appareat, horum quoque faciendam mentionem. Hoc enim de multis urbibus licet pronunciare, quod de Olyntho et vicinis dixit Demosthenes (*Philipp.* 3, *p.* 117): quas ita ait deletas esse, ut si quis nunc ea ad loca perveniat, is dubitare possit unquamne ibi fuerit habitatum. Veruntamen in hujusmodi loca libenter homines proficiscuntur, ipsa vestigia tam nobilium operum cupientes videre, sicut et sepulcra inclitorum virorum. Eadem ratione legum quoque et formarum reipublicæ recordamur jam abolitarum, utilitate ad hanc cognitionem non secus quam ad actionum notitiam invitante: aut enim ut imitemur ea, aut ut devitemus, cognita nobis esse cupimus.

18. Nos autem repetita prima designatione hoc nunc addimus, terram nostram habitatam mari circumdatam in se, ab externo mari ad oceanum referendo multos admittere sinus: maximos autem quattuor; de quibus is qui ad septentrionem spectat, Caspium vocatur mare, ab aliis Hyrcanium. Persicus autem sinus, et sinus Arabius a meridionali infunduntur mari, alter maxime e regione Caspii maris, alter ex opposita ponto Euxino parte. Quartum, qui magnitudine dictos multum superat, internum et nostrum ut nominant mare efficit, incipiens ab occasu et freto quod est ad columnas Herculis, ac deinde diversa latitudinis ratione versus ortum protentum, donec in duos tandem marinos finditur sinus, quorum alter ad sinistram situs Euxinum mare dicitur, alter Ægyptio, Pamphylio et Issico mari constat. Hi omnes sinus ab externo mari angustos habent introitus, magis tamen Arabius et mare Mediterraneum ad Columnas, quam reliqui. Terra autem eos includens in tres est, ut docuimus, divisa partes. Atque Europa quidem omnium maxime variam habet figuram, omnium simplicissimam Africa, medium inter utramque tenet Asia : causa hujus vel diversitatis vel æqualitatis figuræ pendet ab interiore ora maritima : exterior, ut dixi, simplex est, et formam refert chlamydis, sinubus quos retuli demptis, omissisque exiguis quibusdam differentiis: nam in magna quantitate exiguæ nullus est locus. Enimvero siquidem in disquisitione geographica non figuras modo quærimus et quantitates locorum, sed et mutuam, ut dixi, eorum collationem; hac in parte interni maris ora majorem quam externi præbet varietatem : præterea illa etiam magis nota est, et ejus major est temperamenti æqualitas, pluresque ad hoc quam ad alterum urbes sunt ac gentes bonis utentes legibus. Atque ea nos scire cupimus, in quibus plura negotia, plures reipublicæ administrationes, artes plures aliaque ad prudentiam conducentia traduntur : tum nostræ necessitates ad ea nos ducunt, quorum commercia et societas nobis parari possunt: hæc autem sunt ea loca quæ incolun-

μᾶλλον δ' οἰκεῖται καλῶς. πρὸς ἅπαντα δὲ τὰ τοιαῦτα, ὡς ἔφην, ἡ παρ' ἡμῖν θάλαττα πλεονέκτημα ἔχει μέγα· καὶ δὴ καὶ ἔνθεν ἀρκτέον τῆς περιηγήσεως.

19. Εἴρηται δὲ ὅτι ἀρχὴ τοῦδε τοῦ κόλπου ἐστὶν ὁ κατὰ τὰς Στήλας πορθμός· τὸ δὲ στενώτατον τούτου περὶ ἑβδομήκοντα σταδίους λέγεται· παραπλεύσαντι δὲ τὸν στενωπὸν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων ὄντα διάστασιν λαμβάνουσιν αἱ ἠιόνες ἀθρόαν, ἡ δ' ἐν ἀριστερᾷ μᾶλλον· εἶτ' ὄψις μεγάλου φαίνεται πελάγους. ὁρίζεται δ' ἐκ μὲν τοῦ δεξιοῦ πλευροῦ τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ μέχρι Καρχηδόνος, ἐκ δὲ θατέρου τῇ τε Ἰβηρικῇ καὶ τῇ Κελτικῇ κατὰ Νάρβωνα καὶ Μασσαλίαν, καὶ μετὰ ταῦτα τῇ Λιγυστικῇ, τελευταίᾳ δὲ τῇ Ἰταλικῇ μέχρι τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ. τὸ δ' ἑῷον τοῦ πελάγους πλευρὸν ἡ Σικελία ἐστὶ καὶ οἱ ἑκατέρωθεν αὐτῆς πορθμοί· ὁ μὲν πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ ἑπταστάδιος, ὁ δὲ πρὸς τῇ Καρχηδόνι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων. ἡ δ' ἀπὸ ( τῆς ) τῶν Στηλῶν ἐπὶ τὸ ἑπταστάδιον γραμμὴ μέρος μέν ἐστι τῆς ἐπὶ Ῥόδον καὶ τὸν Ταῦρον, μέσον δέ πως τέμνει τὸ λεχθὲν πέλαγος· λέγεται δὲ σταδίων μυρίων καὶ δισχιλίων· τοῦτο μὲν δὴ τὸ μῆκος τοῦ πελάγους, πλάτος δὲ τὸ μέγιστον ὅσον πεντακισχιλίων σταδίων τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου μεταξὺ Μασσαλίας καὶ Νάρβωνος ἐπὶ τὴν κατ' ἀντικρὺ Λιβύην. καλοῦσι δὲ τὸ πρὸς τῇ Λιβύῃ πᾶν μέρος τῆς θαλάττης ταύτης Λιβυκὸν πέλαγος, τὸ δὲ πρὸς τῇ κατ' ἀντικρὺ γῇ τὸ μὲν Ἰβηρικόν, τὸ δὲ Λιγυστικόν, τὸ δὲ Σαρδόνιον, τελευταῖον δὲ μέχρι τῆς Σικελίας τὸ Τυρρηνικόν. νῆσοι δ' εἰσὶν ἐν μὲν τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος μέχρι τῆς Λιγυστικῆς συχναί, μέγισται δὲ Σαρδὼ καὶ Κύρνος μετά γε τὴν Σικελίαν· αὕτη δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐστὶ μεγίστη τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ ἀρίστη. πολὺ δὲ τούτων λειπόμεναι πελάγιαι μὲν Πανδαταρία τε καὶ Ποντία, πρόσγειοι δὲ Αἰθαλία τε καὶ Πλανασία καὶ Πιθηκοῦσσα καὶ Προχύτη καὶ Καπρίαι καὶ Λευκωσία καὶ ἄλλαι τοιαῦται. ἐπὶ θάτερα δὲ τῆς Λιγυστικῆς αἱ πρὸ τῆς λοιπῆς ἠιόνος μέχρι Στηλῶν οὐ πολλαί, ὧν εἰσιν αἵ τε Γυμνήσιαι καὶ Ἔβυσος· οὐ πολλαὶ δ' οὐδὲ πρὸ τῆς Λιβύης καὶ τῆς Σικελίας, ὧν εἰσι Κόσσουρά τε καὶ Αἰγίμουρος καὶ αἱ Λιπαραίων νῆσοι, ἃς Αἰόλου τινὲς προσαγορεύουσι.

20. Μετὰ δὲ τὴν Σικελίαν καὶ τοὺς ἑκατέρωθεν πορθμοὺς ἄλλα πελάγη συνάπτει· τό τε πρὸ τῶν Σύρτεων καὶ τῆς Κυρηναίας καὶ αὐταὶ αἱ Σύρτεις καὶ τὸ Αὐσόνιον μὲν πάλαι, νῦν δὲ καλούμενον Σικελικόν, σύρρουν ἐκείνῳ καὶ συνεχές. τὸ μὲν οὖν πρὸ τῶν Σύρτεων καὶ τῆς Κυρηναίας καλεῖται Λιβυκόν, τελευτᾷ δ' εἰς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος. τῶν δὲ Σύρτεων ἡ μὲν ἐλάττων ἐστὶν ὅσον χιλίων καὶ ἑξακοσίων σταδίων τὴν περίμετρον· πρόκεινται δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ στόματος νῆσοι Μῆνιγξ τε καὶ Κέρκινα· τῆς δὲ μεγάλης Σύρτεώς φησιν Ἐρατοσθένης τὸν κύκλον εἶναι πεντακισχιλίων, τὸ δὲ βάθος χιλίων ὀκτακοσίων ἀφ' Ἑσπερίδων εἰς Αὐτόμαλα καὶ τὸ τῆς Κυρηναίας μεθόριον πρὸς τὴν

tur, aut potius quæ bene incoluntur. In his omnibus magnam, ut diximus, prærogativam habet mare internum : ab eo igitur sumemus nostræ descriptionis exordium.

19. Hujus sinus initium esse fretum ad Columnas, jam ante docuimus, cujus summa angustia fertur esse septuaginta circiter stadiorum. Ubi per illud arctum navigaris, quod est centum et viginti stadiorum, litora jam majorem in modum diducuntur, magisque adeo id quod ad lævam est. Deinde magni maris alicujus apparet species. Id includitur dextro latere ora Africæ maritima usque ad Carthaginem, altero Hispanica ora et Gallica ad Narbonem ac Massiliam, tum Ligustica, et tandem Italica usque ad fretum Siculum. Ortivum pelagi hujus latus est Sicilia, et freta ab utraque ejus parte, unum ad Italiam, septem stadiorum; alterum ad Carthaginem, stadiûm mille et quingentorum. Ceterum linea quæ a Columnis ad fretum illud septem stadiorum ducitur, pars est lineæ ad Rhodum ac Taurum inde pertinentis, pelagusque dictum secat medium, ac traditur longa esse stadia duodecies mille. Latitudo ejus maxima ad quinque millia, stadiorum est a sinu Galatico qui est inter Massiliam ac Narbonem, ad oppositam Africam. Quidquid hujus maris est ad Africam, Africum mare dicitur : quæ ad oppositam terram pertinent partes, mare Hispanicum, Ligusticum, Sardoum, ac denique Tyrrhenum usque ad Siciliam dicuntur. Insulæ ejus sunt in ora quidem Tyrrheni maris ad Liguriam usque crebræ : inter quas Sardinia et Cyrnus maximæ post Siciliam : hæc enim reliquarum nostrarum omnium et maxima est et optima. Multo his minores, et quidem in alto Pandataria [*codd.* Pandaria], et Pontia [*codd.* Pantia], prope continentem autem Æthalia [*codd. Athalia*], Planasia, Pithecussa, Prochyta, Capreæ, Leucosia [*codd.* Lucasia], et aliæ similes. In altera autem parte Ligustici maris ante reliquum litus usque ad Columnas non multæ, inque his Gymnesiæ et Ebusus [*codd.* Gymnesia et Bysus]. Non multæ etiam ante Africam et Siciliam jacent, e quibus est Cossura, Ægimurus, et Liparæorum insulæ, quas nonnulli Æoli cognomento dicunt.

20. Post Siciliam et utrumque ad eam fretum alia jam alta maria continenter sequuntur, id nempe quod ante Syrtes est et Cyrenaicam, ipsæque Syrtes, et quod olim Ausonium, nunc Siculum vocatur mare, continuum cum illo et confluens. Quod ante Syrtes et Cyrenaicam est mare, id Libycum (sive Africum) vocatur, et in Ægyptium pelagus desinit. Syrtium minor ambitum habet mille et sexcentorum stadiûm : ante fauces utrinque sunt insulæ Meninx et Cercina. Majoris Syrtis circulum Eratosthenes ait esse stadiorum quinquies mille, profunditatem mille et octingentorum, ab Hesperidum regione ad Automala, et Cyrenaicæ limites ad reliquam illic Libyam. Alii circuitum tradiderunt

ἄλλην τὴν ταύτῃ Λιβύην· ἄλλοι δὲ τὸν περίπλουν τετρακισχιλίων σταδίων εἶπον, τὸ δὲ βάθος χιλίων πεντακοσίων, ὅσον καὶ τὸ πλάτος τοῦ στόματος. τὸ δὲ Σικελικὸν πέλαγος πρὸ τῆς Σικελίας ἐστὶ καὶ τῆς Ἰταλίας ἐπὶ τὸ πρὸς ἕω μέρος καὶ ἔτι τοῦ μεταξὺ πόρου τῆς τε Ῥηγίνης μέχρι Λοκρῶν, καὶ τῆς Μεσσηνίας μέχρι Συρακουσῶν καὶ Παχύνου. αὔξεται δ' ἐπὶ μὲν τὸ πρὸς ἕω μέρος μέχρι τῶν ἄκρων τῆς Κρήτης, καὶ τὴν Πελοπόννησον δὲ περικλύζει τὴν πλείστην, καὶ πληροῖ τὸν Κορινθιακὸν καλούμενον κόλπον· πρὸς ἄρκτους δὲ ἐπί τε ἄκραν Ἰαπυγίαν καὶ τὸ στόμα τοῦ Ἰονίου κόλπου, καὶ τῆς Ἠπείρου τὰ νότια μέρη μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου καὶ τῆς συνεχοῦς παραλίας τῆς ποιούσης τὸν Κορινθιακὸν κόλπον πρὸς τὴν Πελοπόννησον. ὁ δ' Ἰόνιος κόλπος μέρος ἐστὶ τοῦ νῦν Ἀδρίου λεγομένου· τούτου δὲ τὴν μὲν ἐν δεξιᾷ πλευρὰν ἡ Ἰλλυρὶς ποιεῖ, τὴν δ' εὐώνυμον ἡ Ἰταλία μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ Ἀκυληίαν. ἔστι δὲ πρὸς ἄρκτον ἅμα καὶ πρὸς τὴν ἑσπέραν ἀνέχων στενὸς καὶ μακρός, μῆκος μὲν ὅσον ἑξακισχιλίων σταδίων, πλάτος δὲ τὸ ( μὲν ) μέγιστον διακοσίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις. νῆσοι δέ εἰσιν ἐνταῦθα συχναὶ μὲν αἱ πρὸ τῆς Ἰλλυρίδος, αἵ τε Ἀψυρτίδες καὶ Κυρικτικὴ καὶ Λιβυρνίδες· ἔτι δ' Ἴσσα καὶ Τραγούριον καὶ ἡ Μέλαινα Κόρκυρα καὶ Φάρος· πρὸ τῆς Ἰταλίας δὲ αἱ Διομήδειοι. τοῦ Σικελικοῦ δὲ τὸ ἐπὶ Κρήτην ἀπὸ Παχύνου τετρακισχιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων φασί· τοσοῦτον δὲ καὶ τὸ ἐπὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς· τὸ δὲ ἀπὸ ἄκρας Ἰαπυγίας ἐπὶ τὸν μυχὸν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου τῶν μὲν τρισχιλίων ἐστὶν ἔλαττον, τὸ δ' ἀπὸ Ἰαπυγίας εἰς τὴν Λιβύην πλέον τῶν τετρακισχιλίων ἐστί. νῆσοι δ' εἰσὶν ἐνταῦθα ἥ τε Κόρκυρα καὶ Σύβοτα πρὸ τῆς Ἠπειρώτιδος, καὶ ἐφεξῆς πρὸ τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου Κεφαλληνία καὶ Ἰθάκη καὶ Ζάκυνθος καὶ Ἐχινάδες.

21. Τῷ δὲ Σικελικῷ συνάπτει τὸ Κρητικὸν πέλαγος καὶ τὸ Σαρωνικὸν καὶ τὸ Μυρτῷον, ὃ μεταξὺ τῆς Κρήτης ἐστὶ καὶ τῆς Ἀργείας καὶ τῆς Ἀττικῆς, πλάτος ἔχον τὸ μέγιστον τὸ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς ὅσον χιλίων καὶ διακοσίων σταδίων, μῆκος δ' ἔλαττον ἢ διπλάσιον. ἐν τούτῳ δὲ νῆσοι Κύθηρά τε καὶ Καλαυρία καὶ αἱ περὶ Αἴγιναν καὶ Σαλαμῖνα καὶ τῶν Κυκλάδων τινές. τὸ δὲ συνεχὲς τὸ Αἰγαῖόν ἐστιν ἤδη σὺν τῷ Μέλανι κόλπῳ καὶ τῷ Ἑλλησπόντῳ, καὶ τὸ Ἰκάριον καὶ Καρπάθιον μέχρι τῆς Ῥόδου καὶ Κρήτης καὶ † Κύπρου καὶ τῶν πρώτων μερῶν τῆς (δ') Ἀσίας· [**] αἵ τε Κυκλάδες νῆσοι εἰσὶ καὶ αἱ Σποράδες καὶ αἱ προκείμεναι τῆς Καρίας καὶ Ἰωνίας καὶ Αἰολίδος μέχρι τῆς Τρωάδος, λέγω δὲ Κῶ καὶ Σάμον καὶ Χίον καὶ Λέσβον καὶ Τένεδον· ὡς δ' αὔτως αἱ προκείμεναι τῆς Ἑλλάδος μέχρι τῆς Μακεδονίας καὶ τῆς ὁμόρου Θρᾴκης Εὔβοιά τε καὶ Σκῦρος καὶ Πεπάρηθος καὶ Λῆμνος καὶ Θάσος καὶ Ἴμβρος καὶ Σαμοθρᾴκη καὶ ἄλλαι πλείους, περὶ ὧν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα δηλώσομεν. ἔστι δὲ τὸ μῆκος τῆς θαλάττης ταύτης περὶ τετρα-

stadiorum quater mille, altitudinem mille quingentorum, quanta etiam latitudo faucium est. Siculum pelagus versus ortum est ante Siciliam et Italiam, anteque trajectum Rhegii Locros usque, et Messeniæ Syracusas usque et ad Pachynum. Augetur autem versus ortum usque ad Cretæ extrema : majorem quoque Peloponnesi partem alluit, et sinum Corinthiacum implet. Versus septentrionem autem, Iapygiam promontorium et fauces Ionii sinus tangit, et partes Epiri meridiem spectantes usque ad sinum Ambracicum et continentem oram quæ cum Peloponneso sinum Corinthiacum includit. Ionius autem sinus pars est maris quod nunc Adria dicitur. Hujus dextrum latus Illyricum, sinistrum Italia facit usque ad recessus juxta Aquileiam. Protenditur versus septentrionem et occasum angustus et longus ad sex millia stadiorum, latitudine, ubi ea summa est, mille stadiûm et ducentorum. Insulæ autem in eo sunt crebræ ante Illyricum, Apsyrtides, Cyrictica [*codd.* Ceryctica] et Liburnides : item Issa, Tragurium, Melæna [*id est* Nigra; *codd.* Melinna] Corcyra, et Pharus; ante Italiam, Diomedeæ. Maris Siculi a Pachyno ad Cretam longitudo stadiorum perhibetur quater mille et quingentorum : tantundemque ad Tænarum Laconicæ. A promontorio autem Iapygia ad intimum sinus Corinthiaci, minus est tribus millibus, ab Iapygia autem in Africam plus millibus quattuor. Insulæ ibi sunt Corcyra et Sybota ante Epirum, ac deinde ante sinum Corinthiacum Cephallenia, Ithaca, Zacynthus, Echinades.

21. Siculum mare contingunt Creticum, Saronicum et Myrtoum : hoc inter Cretam est et Argiam et Atticam, latissimum ab Attica ad stadia mille et ducenta, longitudine paulo minus quam dupla. Insulæ in eo Cythera, Calauria, Ægina, Salamin, et vicinæ his, ac Cycladum nonnullæ. Insequitur continuo Ægæum mare cum Melane sinu et Hellesponto. Tum Icarium mare, et Carpathium usque ad Rhodum, Cretam, Cyprum [Cnidum?] et primas Asiæ partes. [*Ibi*] sunt Cyclades insulæ, et Sporades, et quæ sitæ sunt ante Cariam, Ioniam, Æolidem, usque ad Troadem : Cos, inquam, Samus, Chius, Lesbus, Tenedus : item quæ ante Græciam sitæ sunt usque ad Macedoniam et confinem Thraciam, Eubœa, Scyrus, Peparethus, Lemnus, Thasus, Imbrus, Samothrace, aliæque plures, de quibus in singulorum enarratione dicemus. Hujus maris longitudo est sta-

χισχιλίους ἢ μικρῷ πλείους, τὸ δὲ πλάτος περὶ δισχιλίους. περιέχεται δὲ ὑπὸ τῶν λεχθέντων μερῶν τῆς Ἀσίας καὶ τῆς ἀπὸ Σουνίου μέχρι Θερμαίου κόλπου πρὸς ἄρκτον ἐχούσης τὸν πλοῦν παραλίας καὶ τῶν Μακεδονικῶν κόλπων μέχρι τῆς Θρᾳκίας χερρονήσου.

22. Κατὰ δὲ ταύτην ἐστὶ τὸ ἑπταστάδιον τὸ κατὰ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον, δι' οὗ τὸ Αἰγαῖον καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ἐκδίδωσι πρὸς ἄρκτον εἰς ἄλλο πέλαγος, ὃ καλοῦσι Προποντίδα· κἀκεῖνο εἰς ἄλλο, τὸν Εὔξεινον προσαγορευόμενον πόντον. ἔστι δὲ διθάλαττος τρόπον τινὰ οὗτος· κατὰ μέσον γάρ πως ἄκραι δύο προπίπτουσιν, ἡ μὲν ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ τῶν βορείων μερῶν, ἡ δ' ἐκ τῆς Ἀσίας ἐναντία ταύτῃ, συνάγουσαι τὸν μεταξὺ πόρον καὶ ποιοῦσαι δύο πελάγη μεγάλα· τὸ μὲν οὖν τῆς Εὐρώπης ἀκρωτήριον καλεῖται Κριοῦ μέτωπον, τὸ δὲ τῆς Ἀσίας Κάραμβις, διέχοντα ἀλλήλων περὶ (δισ)χιλίους σταδίους καὶ πεντακοσίους. τὸ μὲν οὖν πρὸς ἑσπέραν πέλαγος μῆκός ἐστιν ἀπὸ Βυζαντίου μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Βορυσθένους σταδίων τρισχιλίων ὀκτακοσίων, πλάτος δὲ δισχιλίων· ἐν τούτῳ δ' ἡ Λευκὴ νῆσός ἐστι· τὸ δ' ἑῷόν ἐστι παράμηκες, εἰς στενὸν τελευτῶν μυχὸν τὸν κατὰ Διοσκουριάδα, ἐπὶ πεντακισχιλίους ἢ μικρῷ πλείους σταδίους, τὸ δὲ πλάτος περὶ τρισχιλίους· ἡ δὲ περίμετρος τοῦ σύμπαντος πελάγους ἐστὶ δισμυρίων που καὶ πεντακισχιλίων σταδίων, εἰκάζουσι δέ τινες τὸ σχῆμα τῆς περιμέτρου ταύτης ἐντεταμένῳ Σκυθικῷ τόξῳ, τὴν μὲν νευρὰν ἐξομοιοῦντες τοῖς δεξιοῖς καλουμένοις μέρεσι τοῦ Πόντου (ταῦτα δ' ἐστὶν ὁ παράπλους ὁ ἀπὸ τοῦ στόματος μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ Διοσκουριάδα· πλὴν γὰρ τῆς Καράμβιος ἥ γε ἄλλη πᾶσα ἠιὼν μικρὰς ἔχει εἰσοχάς τε καὶ ἐξοχάς, ὥστ' εὐθείᾳ ἐοικέναι), τὴν δὲ λοιπὴν τῷ κέρατι τοῦ τόξου διττὴν ἔχοντι τὴν ἐπιστροφήν, τὴν μὲν ἄνω περιφερεστέραν, τὴν δὲ κάτω εὐθυτέραν· οὕτω δὲ κἀκείνην ἀπεργάζεσθαι δύο κόλπους, ὧν ὁ ἑσπέριος πολὺ θατέρου περιφερέστερός ἐστιν.

23. Ὑπέρκειται δὲ τοῦ ἑωθινοῦ κόλπου πρὸς ἄρκτον ἡ Μαιῶτις λίμνη, τὴν περίμετρον ἔχουσα ἐνναχισχιλίων σταδίων ἢ καὶ μικρῷ πλεόνων· ἐκδίδωσι δ' αὕτη μὲν εἰς Πόντον κατὰ τὸν Κιμμερικὸν καλούμενον βόσπορον, οὗτος δὲ κατὰ τὸν Θρᾴκιον εἰς τὴν Προποντίδα· τὸ γὰρ Βυζαντιακὸν στόμα οὕτω καλοῦσι (Θρᾴκιον Βόσπορον), ὃ τετραστάδιόν ἐστιν. ἡ δὲ Προποντὶς χιλίων καὶ πεντακοσίων λέγεται τὸ μῆκος σταδίων τὸ ἀπὸ τῆς Τρῳάδος ἐπὶ τὸ Βυζάντιον· πάρισον δέ πώς ἐστι καὶ τὸ πλάτος. ἐνταῦθα δ' ἡ τῶν Κυζικηνῶν ἵδρυται νῆσος καὶ τὰ περὶ αὐτὴν νησία.

24. Τοιαύτη μὲν ἡ πρὸς ἄρκτον τοῦ Αἰγαίου πελάγους ἀνάχυσις καὶ τοσαύτη, πάλιν δ' ἀπὸ τῆς Ῥοδίας ἡ τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος ποιοῦσα καὶ τὸ Παμφύλιον καὶ τὸ Ἰσσικὸν ἐπὶ μὲν τὴν ἕω καὶ τῆς Κιλικίας κατὰ Ἰσσὸν ἐκτείνεται μέχρι καὶ πεντακισχιλίων σταδίων παρά τε Λυκίαν καὶ Παμφυλίαν καὶ τὴν Κιλίκων παραλίαν πᾶσαν. ἐντεῦθεν δὲ Συρία τε καὶ Φοινίκη καὶ

diorum fere quater mille aut paulo amplius, latitudo circiter bis mille includitur a dictis Asiæ partibus et ora maritima quæ a Sunio navigatur ad usque Thermæum sinum versus septentrionem, et sinubus Macedoniæ usque ad Thraciæ Cherronesum.

22. Ad hanc fretum est septem stadia latum, inter Sestum et Abydum, per quod fretum mare Ægæum et Hellespontus versus septentrionem effluunt in aliud mare, quod appellatur Propontis, hocque rursum in aliud, çui Euxino Ponto nomen est. Est autem pontus hic quodammodo bimaris : nam ad medium fere ejus procurrunt duo promontoria, alterum ab Europa et septentrionalibus locis, alterum huic oppositum ab Asia, quæ in arctum contrahunt mare in medio situm, inque duo magna maria totum dividunt. Promontorio quod ab Europa procurrit, nomen est Criumetopon (*id est* Arietis frons), quod ab Asia, Carambis : distant inter se ad [bis] mille et quingenta stadia. Porro pelagus Euxini maris quod est adversus occasum, id in longum porrigitur a Byzantio usque ad ostia Borysthenis ad stadia ter mille octingenta, latitudine duorum millium. In hoc est Leuce insula. At orientale oblongum est, et in arctum finitur recessum apud Dioscuriadem, porrectum ad quinquies mille aut paulo amplius stadia, latitudine trium millium. Totius Ponti ambitus est circiter viginti quinque millia stadiorum. Comparant quidam hujus ambitus figuram Scythico arcui intento, ita ut nervus referat dextram partem Ponti, qua a faucibus navigatur usque ad intimum sinum apud Dioscuriadem : nam excepto Carambi, totum reliquum littus exiguos habet processus et recessus, ita ut rectæ lineæ non sit absimilis. Alteram partem cornui arcûs conferunt, quod habeat duplicem flexum, superiorem magis rotundum, inferiorem magis rectum : ita et illam Ponti partem duos sinus efficere, quorum occiduus multo est quam alter rotundior.

23. Supra sinum Ponti orientalem est palus Mæotis, ambitu stadiorum novies mille aut paulo plurium. Ea palus in Pontum effluit ad bosporum seu fretum Cimmerium : Pontus in Propontidem ad Thracium bosporum (nam fauces ad Byzantium hoc nomine afficiuntur), cujus est latitudo quattuor stadiorum. Propontidis a Troade ad Byzantium longitudo fertur mille et quingenta stadia, latitudine prope æquali. Ibi Cyzicenorum insula sita est, et aliæ circa eam parvæ insulæ.

24. Atque talis ac tanta est Ægæi maris versus septentrionem effusio. Alia rursum a Rhodo maris effusio mare efficit Ægyptum, Pamphylium, et Issicum : ea protenditur versus orientem et Ciliciæ partes circa Issum usque ad quinquies mille stadia, Lyciam et Pamphyliam et oram Ciliciæ maritimam totam. Inde Syria, Phœnice et Ægyptus mare versus

Αἴγυπτος ἐγκυκλοῖ πρὸς νότον τὴν θάλατταν καὶ πρὸς δύσιν ἕως Ἀλεξανδρείας. ἐν δὲ τῷ Ἰσσικῷ κόλπῳ καὶ τῷ Παμφυλίῳ κεῖσθαι συμβαίνει τὴν Κύπρον, συνάπτουσαν τῷ Αἰγυπτίῳ πελάγει. ἔστι δ' ἀπὸ Ῥόδου δίαρμα εἰς Ἀλεξάνδρειαν βορέᾳ τετρακισχιλίων που σταδίων, ὁ δὲ περίπλους διπλάσιος. ὁ δ' Ἐρατοσθένης ταύτην μὲν τῶν ναυτικῶν εἶναί φησι τὴν ὑπόληψιν περὶ τοῦ διάρματος τοῦ πελάγους, τῶν μὲν οὕτω λεγόντων, τῶν δὲ καὶ πεντακισχιλίους οὐκ ὀκνούντων εἰπεῖν, αὐτὸς δὲ διὰ τῶν σκιοθηρικῶν γνωμόνων ἀνευρεῖν τρισχιλίους ἑπτακοσίους πεντήκοντα. τούτου δὴ τοῦ πελάγους τὸ πρὸς τῇ Κιλικίᾳ καὶ Παμφυλίᾳ καὶ τοῦ Ποντικοῦ τὰ καλούμενα δεξιὰ μέρη καὶ ἡ Προποντὶς καὶ ἡ ἐφεξῆς παραλία μέχρι Παμφυλίας ποιεῖ τινα χερρόνησον μεγάλην καὶ μέγαν ταύτης ἰσθμόν, τὸν ἀπὸ τῆς πρὸς Ταρσῷ θαλάττης ἐπὶ πόλιν Ἀμισὸν καὶ τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίον τὴν Θεμίσκυραν. ἡ γὰρ ἐντὸς τῆς γραμμῆς ταύτης χώρα μέχρι Καρίας καὶ Ἰωνίας καὶ τῶν ἐντὸς Ἅλυος νεμομένων ἐθνῶν περίκλυστος ἅπασά ἐστιν ὑπὸ τοῦ Αἰγαίου καὶ τῶν ἑκατέρωθεν λεχθέντων τῆς θαλάττης μερῶν· καὶ δὴ καὶ καλοῦμεν Ἀσίαν ταύτην ἰδίως καὶ ὁμωνύμως τῇ ὅλῃ.

25. Συλλήβδην δ' εἰπεῖν, τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης νοτιώτατον μέν ἐστι σημεῖον ὁ τῆς μεγάλης Σύρτεως μυχός, καὶ μετὰ τοῦτον ἡ κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξάνδρεια καὶ τοῦ Νείλου προχοαί, βορειότατον δὲ τὸ τοῦ Βορυσθένους [στόμα]· εἰ δὲ καὶ τὴν Μαιῶτιν προστιθείη τῷ πελάγει τις (καὶ γάρ ἐστιν ὡς ἂν μέρος), τὸ τοῦ Ταναΐδος· δυσμικώτατον δὲ ὁ κατὰ τὰς Στήλας πορθμός, ἑωθινώτατον δ' ὁ λεχθεὶς μυχὸς κατὰ Διοσκουριάδα· Ἐρατοσθένης δ' οὐκ εὖ τὸν Ἰσσικὸν κόλπον φησίν. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ ἵδρυται, ἐφ' οὗπερ ἥ τε Ἀμισὸς καὶ Θεμίσκυρα· εἰ δὲ βούλει, πρόσλαβε καὶ τὴν Σιδηνὴν μέχρι Φαρνακίας. ἀπὸ δὲ τούτων τῶν μερῶν πρὸς ἕω πλοῦς ἐστι πλειόνων ἢ τρισχιλίων που σταδίων εἰς Διοσκουριάδα, ὡς ἔσται μᾶλλον ἐκ τῆς ἐν μέρει περιοδείας φανερόν. ἡ μὲν δὴ καθ' ἡμᾶς θάλαττα τοιαύτη τις.

26. Ὑπογραπτέον δὲ καὶ τὰς περιεχούσας αὐτὴν γᾶς, ἀρχὴν λαβοῦσιν ἀπὸ τῶν αὐτῶν μερῶν, ἀφ' ὧνπερ καὶ τὴν θάλατταν ὑπεγράψαμεν. εἰσπλέουσι τοίνυν τὸν κατὰ Στήλας πορθμὸν ἐν δεξιᾷ μέν ἐστιν ἡ Λιβύη μέχρι τῆς τοῦ Νείλου ῥύσεως, ἐν ἀριστερᾷ δὲ ἀντίπορθμος ἡ Εὐρώπη μέχρι τοῦ Ταναΐδος· τελευτῶσι δ' ἀμφότεραι περὶ τὴν Ἀσίαν. ἀρκτέον δ' ἀπὸ τῆς Εὐρώπης, ὅτι πολυσχήμων τε καὶ πρὸς ἀρετὴν ἀνδρῶν εὐφυεστάτη καὶ πολιτειῶν, καὶ ταῖς ἄλλαις πλεῖστον μεταδεδωκυῖα τῶν οἰκείων ἀγαθῶν· ἐπειδὴ σύμπασα οἰκήσιμός ἐστι πλὴν ὀλίγης τῆς διὰ ψῦχος ἀοικήτου. αὕτη δ' ὁμορεῖ τοῖς Ἁμαξοίκοις τοῖς περὶ τὸν Τάναϊν καὶ τὴν Μαιῶτιν καὶ τὸν Βορυσθένη. τῆς δ' οἰκησίμου τὸ μὲν δυσχείμερον καὶ τὸ ὀρεινὸν μοχθηρῶς οἰκεῖται τῇ φύσει, ἐπιμελητὰς δὲ λαβόντα ἀγαθοὺς καὶ τὰ φαύλως οἰκούμενα καὶ λῃστρικῶς ἡμεροῦται· καθάπερ οἱ Ἕλληνες, ὄρη καὶ πέ-

meridiem et occasum includunt, usque ad Alexandriam. In sinu Issico et Pamphylio sita est Cyprus, contigua mari Ægyptio. A Rhodo Alexandriam usque favente Borea trajectus est quattuor fere millium stadiorum, circumnavigatio dupla. Eratosthenes vero ait nautarum esse hanc opinionem, et quosdam alti maris istius trajectui dictam assignare quantitatem, alios non vereri ei quinque millia tribuere, se sciothericis (*quasi* umbram venantibus) gnomonibus usum observasse tria millia, septingenta et quinquaginta. Enimvero hujus pelagi pars quæ est ad Ciliciam et Pamphyliam, tum Ponti Euxini pars dextra, et Propontis, atque ora deinde ad Pamphyliam usque maritima, magnam quandam includunt peninsulam, magnumque ejus isthmum a mari quod ad Tarsum est usque ad Amisum urbem, et Themiscyram Amazonum campum. Quidquid enim inter hanc lineam est regionis usque ad Cariam et Ioniam et gentes intra Halyn incolentes, id omne circumdatur Ægæo mari et utrinque dictis maris partibus : et quidem hanc regionem toti cognominem facimus, Asiamque appellamus.

25. Ut autem in summa loquar, maris nostri maxime austrinum punctum est, intimum Syrtis magnæ, et post hunc Alexandria Ægypti, ac ostia Nili; punctum maxime septentrionale, ostia Borysthenis, si quis autem velit Mæotidem mari attribuere (cujus pars quodammodo dici potest), ostia Tanaidis : maxime occiduum, est fretum ad Columnas : maxime orientale, intimus ad Dioscuriadem sinus. Eratosthenes hoc perperam Issico sinui tribuit, quum is in eodem sit cum Amiso et Themiscyra meridiano. Iis, si lubet, adjungere licet Sidenam quoque usque ad Pharnaciam. Atqui ab iis partibus versus ortum usque ad Dioscuriadem amplius tribus stadiorum millibus est navigatio, quod planius fiet, quum singula describemus. Nostri ergo maris hæc est forma.

26. Terræ jam nunc etiam describendæ sunt, quibus illud continetur, initio sumpto ab iis ipsis partibus, quibus mare descripsimus. Ingressis ergo fretum apud Columnas, ad dextram Africa est usque ad Nili fluxum, ad sinistram ab altera freti parte Europa usque ad Tanain, quarum utraque desinit ad Asiam. Incipiendum est autem ab Europa, cujus et forma multiplex est, et ipsa virorum virtute præditorum ac civilium institutionum feracissima, et reliquas partes plurimis suorum bonis impertiit. Tota enim habitationi apta est, dempta exigua portione quæ ob frigus incoli non potest, contermina Hamaxœcis (qui currus pro domibus habent) ad Tanain, Mæotidem et Borysthenem incolentibus. Habitatæ autem partes algidæ et montosæ, quanquam ob naturam loci ægre coluntur, tamen curatores nactæ bonos, ea etiam mansuescunt, quæ male prius et a latronibus colebantur. Ita sane Græci quum mon-

τρας κατέχοντες, ᾤκουν καλῶς διὰ πρόνοιαν τὴν περὶ τὰ πολιτικὰ καὶ τὰς τέχνας καὶ τὴν ἄλλην σύνεσιν τὴν περὶ βίον. Ῥωμαῖοί τε πολλὰ ἔθνη παραλαβόντες καὶ τὴν φύσιν ἀνήμερα διὰ τοὺς τόπους ἢ τραχεῖς ὄντας ἢ ἀλιμένους ἢ ψυχροὺς ἢ ἀπ' ἄλλης αἰτίας δυσοικήτους πολλοῖς τούς τε ἀνεπιπλέκτους ἀλλήλοις ἐπέπλεξαν καὶ τοὺς ἀγριωτέρους πολιτικῶς ζῆν ἐδίδαξαν. ὅσον δ' ἐστὶν αὐτῆς ἐν ὁμαλῷ καὶ εὐκράτῳ τὴν φύσιν ἔχει συνεργὸν πρὸς ταῦτα, ἐπειδὴ τὸ μὲν ἐν τῇ εὐδαίμονι χώρᾳ πᾶν ἐστιν εἰρηνικόν, τὸ δ' ἐν τῇ λυπρᾷ μάχιμον καὶ ἀνδρικόν, καὶ δέχεταί τινας παρ' ἀλλήλων εὐεργεσίας τὰ γένη ταῦτα· τὰ μὲν γὰρ ἐπικουρεῖ τοῖς ὅπλοις, τὰ δὲ καρποῖς καὶ τέχναις. καὶ ἠθοποιίαις. φανεραὶ δὲ καὶ αἱ ἐξ ἀλλήλων βλάβαι, μὴ ἐπικουρούντων· ἔχει δέ τι πλεονέκτημα ἡ βία τῶν τὰ ὅπλα ἐχόντων, πλὴν εἰ τῷ πλήθει κρατοῖτο. ὑπάρχει δή τι καὶ πρὸς τοῦτο εὐφυὲς τῇ ἠπείρῳ ταύτῃ· ὅλη γὰρ διαπεποίκιλται πεδίοις τε καὶ ὄρεσιν, ὥστε πανταχοῦ καὶ τὸ γεωργικὸν καὶ τὸ πολιτικὸν καὶ τὸ μάχιμον παρακεῖσθαι· πλέον δ' εἶναι θάτερον, τὸ τῆς εἰρήνης οἰκεῖον, ὥσθ' ὅλων ἐπικρατεῖ τοῦτο, προσλαμβανόντων καὶ τῶν ἡγεμόνων, Ἑλλήνων μὲν πρότερον, Μακεδόνων δὲ καὶ Ῥωμαίων ὕστερον. διὰ τοῦτο δὲ καὶ πρὸς πόλεμον αὐταρκεστάτη ἐστί· καὶ γὰρ τὸ μάχιμον πλῆθος ἄφθονον ἔχει καὶ τὸ ἐργαζόμενον τὴν γῆν καὶ τὸ τὰς πόλεις συνέχον. διαφέρει δὲ καὶ ταύτῃ, διότι τοὺς καρποὺς ἐκφέρει τοὺς ἀρίστους καὶ τοὺς ἀναγκαίους τῷ βίῳ καὶ μέταλλα ὅσα χρήσιμα, θυώματα δὲ καὶ λίθους πολυτελεῖς ἔξωθεν μέτεισιν, ὧν τοῖς σπανιζομένοις οὐδὲν χείρων ὁ βίος ἐστὶν ἢ τοῖς εὐπορουμένοις. ὡς δ' αὔτως βοσκημάτων μὲν πολλῶν ἀφθονίαν παρέχει, θηρίων δὲ σπάνιν. τοιαύτη μὲν ἡ ἤπειρος αὕτη καθόλου τὴν φύσιν ἐστί.

27. Κατὰ μέρος δ' ἐστὶ πρώτη πασῶν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἡ Ἰβηρία, βύρσῃ βοείᾳ παραπλησία, τῶν ὡς ἂν τραχηλιμαίων μερῶν ὑπερπιπτόντων εἰς τὴν συνεχῆ Κελτικήν· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ πρὸς ἕω, καὶ τούτοις ἐναποτέμνεται τὸ πλευρὸν [ ἑῷον ], ( ὄρος ) ἡ καλουμένη Πυρήνη. ἡ λοιπὴ δ' ἐστὶ περίρρυτος τῇ θαλάττῃ τὸ μὲν νότιον τῇ καθ' ἡμᾶς μέχρι Στηλῶν, τὰ δὲ λοιπὰ τῇ Ἀτλαντικῇ μέχρι τῶν βορείων ἄκρων τῆς Πυρήνης. μῆκος δὲ τῆς χώρας ταύτης ἐστὶ περὶ ἑξακισχιλίους σταδίους τὸ μέγιστον, πλάτος δὲ πεντακισχιλίους.

28. Μετὰ δὲ ταύτην ἐστὶν ἡ Κελτικὴ πρὸς ἕω μέχρι ποταμοῦ Ῥήνου, τὸ μὲν βόρειον πλευρὸν τῷ Βρεττανικῷ κλυζομένη πορθμῷ παντί· ἀντιπαρήκει γὰρ αὐτῇ παράλληλος ἡ νῆσος αὕτη πᾶσα πάσῃ, μῆκος ὅσον πεντακισχιλίους ἐπέχουσα· τὸ δ' ἑωθινὸν τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ περιγραφομένη, παράλληλον ἔχοντι τὸ ῥεῦμα τῇ Πυρήνῃ· τὸ δὲ νότιον τὸ μὲν ταῖς Ἄλπεσι τὸ ἀπὸ τοῦ Ῥήνου, τὸ δ' αὐτῇ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ, καθ' ὃ χωρίον ὁ καλούμενος Γαλατικὸς κόλπος ἀναχεῖται, καὶ ἐν αὐτῷ Μασσαλία τε καὶ Νάρβων ἵδρυνται πόλεις ἐπιφανέσταται. ἀντίκειται δὲ τῷ κόλπῳ τούτῳ κατ' ἀποστροφὴν ἕτερος κόλπος ὁμωνύμως αὐτῷ καλούμενος Γαλατικός,

tes ac saxa insedissent, commode habitaverunt propter prudentiam rerum civilium, artes, et eorum quæ ad vitam degendam requiruntur peritiam. Et Romani multas gentes in potestatem redactas feras ob locorum naturam, quod vel aspera essent, vel portubus carerent, aut ob frigus aliisve de causis habitando multis incommodas, commerciis ante ignotis docuerunt uti, et de feris civilem vitam agentes redegerunt. Quæ vero partes in æquabili et temperato sunt situ, iis ipsa natura opitulatur ad commode vivendum, quum quæ gentes vivunt in regione felici, eæ pacis sint studiosæ, quæ autem incolunt loca sterilia aut incommoda, pugnaces sint ac fortes : ita fit ut mutua utrinque beneficia accipiantur, dum hi arma ad defendendum accommodant, illi terræ fructibus, artibus et morum institutione hos juvant : quemadmodum et manifesta utrinque sunt damna, quum altera pars alteri non fert opem : arma tamen habentium est aliquanto melior conditio, si non vincantur numero. Atque ad hæc natura Europæ suam habet opportunitatem. Tota enim campis et montibus varie distincta est, ut ubique et agricolæ et civilis vitæ et belli studiosi juxta se ponantur; major tamen sit numerus pacem colentium : quod vitæ genus obtinet maxime, industria ducum, primo Græcorum, deinde Macedonum et Romanorum. Itaque Europa et ad pacem et ad bellum abunde sibi ipsa sufficit : habet enim copiam magnam et pugnacium, et terram colentium, et urbes conservantium. Eo quoque excellit, quod optimos fert fructus ad vitæ necessitatem pertinentes, et metalla quæcunque usui sunt. Odoratas autem res et lapides pretiosos extrinsecus petit : quibus qui carent, nihilo deterius vivunt iis qui possident. Accedit quod pecoris abundans, feras damnosas paucas alit. Hæc ergo est in universum hujus continentis natura.

27. Ut autem partes ejus exponam, prima ab occasu est Hispania, tergori bovis adsimilis, cujus partes ad collum pertinentes in continentem ejus Galliam porrigantur, partes nimirum orientem spectantes, in quibus abscinditur latus orientale, mons dictus Pyrene. Reliqua Hispania tota mari alluitur, partes austrinæ nostro, usque ad Columnas. reliquæ mari Atlantico usque ad septentrionales Pyrenæ extremitates. Longitudo maxima est stadiorum circiter sexies mille : latitudo quinque millium.

28. Proxime insequitur Gallia versus ortum usque ad Rhenum fluvium, cujus latus septentrionale Britannico freto toto alluitur. Insula enim Britannia juxta Galliam æqualibus spatiis tota totam exæquans porrigitur, longitudine stadiorum circiter quinquies mille. Latus orientale Rhenus describit, parallelam lineam respectu Pyrenes suo fluxu ducens : meridionale partim Alpes post Rhenum sitæ includunt, partim mare nostrum, quo loco Gallicus sinus infunditur, in quo sitæ sunt duæ illustrissimæ urbes Massilia et Narbo. Huic sinui ex adverso alius eodem nomine sinus opponitur, se-

βλέπων πρὸς τὰς ἄρκτους καὶ τὴν Βρεττανικήν· ἐνταῦθα δὲ καὶ στενότατον λαμβάνει τὸ πλάτος ἡ Κελτική· συνάγεται γὰρ εἰς ἰσθμὸν ἐλαττόνων μὲν ἢ τρισχιλίων σταδίων, πλειόνων δ' ἢ δισχιλίων. μεταξὺ δέ ἐστι ῥάχις ὀρεινὴ πρὸς ὀρθὰς τῇ Πυρήνῃ, τὸ καλούμενον Κέμμενον ὄρος· τελευτᾷ δὲ τοῦτο εἰς μεσαίτατα τὰ Κελτῶν πεδία. τῶν δὲ Ἄλπεων, ἅ ἐστιν ὄρη σφόδρα ὑψηλὰ ποιοῦντα περιφερῆ γραμμήν, τὸ μὲν κυρτὸν ἔστραπται πρὸς τὰ λεχθέντα τῶν Κελτῶν πεδία καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος, τὸ δὲ κοῖλον πρὸς τὴν Λιγυστικὴν καὶ τὴν Ἰταλίαν. ἔθνη δὲ κατέχει πολλὰ τὸ ὄρος τοῦτο Κελτικὰ πλὴν τῶν Λιγύων· οὗτοι δ' ἑτεροεθνεῖς μέν εἰσι, παραπλήσιοι δὲ τοῖς βίοις· νέμονται δὲ μέρος τῶν Ἄλπεων τὸ συνάπτον τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι, μέρος δέ τι καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν κατέχουσι. ταῦτα δ' ἐστὶν ὀρεινὴ ῥάχις διὰ τοῦ μήκους ὅλου τῆς Ἰταλίας διαπεφυκυῖα ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἐπὶ μεσημβρίαν, τελευτῶσα δ' ἐπὶ τὸν Σικελικὸν πορθμόν.

29. Τῆς δ' Ἰταλίας ἐστὶ τὰ μὲν πρῶτα μέρη τὰ ὑποπίπτοντα ταῖς Ἄλπεσι πεδία μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου καὶ τῶν πλησίον τόπων, τὰ δ' ἑξῆς ἄκρα στενὴ καὶ μακρὰ χερρονησιάζουσα, δι' ἧς, ὡς εἶπον, ἐπὶ μῆκος τέταται τὸ Ἀπέννινον ὄρος ὅσον ἑπτακισχιλίων, πλάτος δ' ἀνώμαλον. ποιεῖ δὲ τὴν Ἰταλίαν χερρόνησον τό τε Τυρρηνικὸν πέλαγος ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ Λιγυστικοῦ καὶ τὸ Αὐσόνιον καὶ ὁ Ἀδρίας.

30. Μετὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Κελτικὴν τὰ πρὸς ἕω λοιπά ἐστι τῆς Εὐρώπης, ἃ δίχα τέμνεται τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ. φέρεται δ' οὗτος ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω καὶ τὸν Εὔξεινον πόντον ἐν ἀριστερᾷ λιπὼν τήν τε Γερμανίαν ὅλην ἀρξαμένην ἀπὸ τοῦ Ῥήνου καὶ τὸ Γετικὸν πᾶν καὶ τὸ τῶν Τυρεγετῶν καὶ Βασταρνῶν καὶ Σαυροματῶν μέχρι Τανάϊδος ποταμοῦ καὶ τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἐν δεξιᾷ δὲ τήν τε Θρᾴκην ἅπασαν καὶ τὴν Ἰλλυρίδα, λοιπὴν δὲ καὶ τελευταίαν τὴν Ἑλλάδα. πρόκεινται δὲ νῆσοι τῆς Εὐρώπης, ἃς ἔφαμεν, ἔξω μὲν Στηλῶν Γάδειρά τε καὶ Καττιτερίδες καὶ Βρεττανικαί, ἐντὸς δὲ Στηλῶν αἵ τε Γυμνήσιαι καὶ ἄλλα νησίδια Φοινίκων καὶ τὰ τῶν Μασσαλιωτῶν καὶ Λιγύων καὶ [αἱ] πρὸ τῆς Ἰταλίας μέχρι τῶν Αἰόλου νήσων καὶ τῆς Σικελίας, ὅσαι τε περὶ τὴν Ἠπειρῶτιν καὶ Ἑλλάδα καὶ μέχρι Μακεδονίας καὶ τῆς Θρᾳκίας χερρονήσου.

31. Ἀπὸ δὲ τοῦ Τανάϊδος καὶ τῆς Μαιώτιδός ἐστι τὰ ἐντὸς τοῦ Ταύρου συνεχῆ, τούτοις δ' ἑξῆς τὰ ἐκτός. διαιρουμένης γὰρ αὐτῆς ὑπὸ ὄρους τοῦ Ταύρου δίχα, διατείνοντος ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Παμφυλίας ἐπὶ τὴν ἑῴαν θάλατταν κατ' Ἰνδοὺς καὶ τοὺς ταύτῃ Σκύθας, τὸ μὲν πρὸς τὰς ἄρκτους νενευκὸς τῆς ἠπείρου μέρος καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες ἐντὸς τοῦ Ταύρου, τὸ δὲ πρὸς μεσημβρίαν ἐκτός· τὰ δὴ συνεχῆ τῇ Μαιώτιδι καὶ τῷ Τανάϊδι μέρη τὰ ἐντὸς τοῦ Ταύρου ἐστί. τούτων δὲ τὰ πρῶτα μέση τὰ μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάττης ἐστὶ καὶ τοῦ Εὐξείνου πόντου, τῇ μὲν ἐπὶ

ptentrionem versus et Britanniam : atque ibi angustissima est Gallia, et in isthmum constricta, minus quam tria stadiorum millia latum, sed latiorem tribus : in medio est dorsum montosum ad rectos angulos Pyrenæ adjacens, quod vocatur mons Cemmenus, desinitque in medioximos Celtarum campos. Alpium qui sunt celsissimi montes circumvexam facientes lineam, curva pars dictis Celtarum campis et Cemmeno monti obvertitur, cavum autem Liguriæ et Italiæ. Montes illi multas Gallicas gentes continent, demptis Liguribus. Hi quanquam alius sunt nationis, vitæ tamen utuntur eadem ratione : incolunt partem Alpium Apenninis montibus contiguam, partemque aliquam etiam Apenninorum montium obtinent. Apenninus montosum est dorsum per Italiam quam ea longa est a septentrione versus meridiem porrectum, et in Siculum desinens fretum.

29. Primæ partes Italiæ sunt planities sub Alpibus sita, et ad intimum Adriæ recessum vicinaque loca pertingens: reliquum Italiæ, arctum est et longum quasi promontorium peninsulæ forma, per quod, ut dixi, Apenninus in longum producitur, ad stadiorum millia septem, latitudine inæquali. Italiam in peninsulæ formam redigunt mare Tyrrhenum a Ligustico incipiens, et mare Ausonium, et Adria.

30. Post Italiam et Galliam reliquæ sunt partes Europæ orienti obversæ, quas medias secat Ister fluvius. Is ab occasu ortum versus in Euxinum labens mare, ad lævam relinquit Germaniam totam a Rheno orsam, Geticumque totum tractum, et Tyregetas, Bastarnas, Sauromatas, usque ad Tanain amnem et paludem Mæotidem ; ad dextram vero universam Thraciam, Illyricum, reliquam denique et postremam Græciam. Ante Europam sitæ sunt insulæ quas diximus; et quidem extra Columnas sunt Gades, Cassiterides, et Britannicæ : intra autem Gymnesiæ, et aliæ exiguæ Phœnicum, tum Massiliensium, Ligurum, et quæ sunt ante Italiam usque ad Æoli insulas et Siciliam, circaque Epirum et Græciam usque ad Macedoniam et Thraciam Cherronesum.

31. A Tanaide porro et Mæotide palude continenter [jam partes Asiæ] subsequuntur quæ Intra Taurum dicuntur, ac deinceps quæ Extra. Quum enim in duas partes Asia dividatur a Tauro monte, qui a Pamphyliæ extremis usque ad orientale mare pertinet apud Indos et Scythas ibi degentes, partes eas quæ ad septentrionem vergunt, Græci Intra Taurum vocant, quæ ad meridiem, Extra. Ergo contiguæ Mæotidi et Tanaidi partes intra Taurum sunt. Harum prima est ea regio, quæ inter Caspium jacet mare et Euxinum

τὸν Τάναϊν καὶ τὸν ὠκεανὸν τελευτῶντα τόν τε ἔξω καὶ τὸν τῆς Ὑρκανίας θαλάττης, τῇ δ' ἐπὶ τὸν ἰσθμόν, καθ' ὃ ἐγγυτάτω ἐστὶν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Πόντου ἐπὶ τὴν Κασπίαν. ἔπειτα (τὰ) ἐντὸς τοῦ Ταύρου τὰ ὑπὲρ τῆς Ὑρκανίας μέχρι πρὸς τὴν κατὰ Ἰνδοὺς καὶ Σκύθας τοὺς πρὸς τὴν αὐτὴν θάλατταν καὶ τὸ Ἰμάϊον ὄρος. ταῦτα δ' ἔχουσι τὰ μὲν οἱ Μαιῶται (Σαυρομάται) καὶ οἱ μεταξὺ τῆς Ὑρκανίας καὶ τοῦ Πόντου μέχρι τοῦ Καυκάσου καὶ Ἰβήρων καὶ Ἀλβανῶν, Σαυρομάται καὶ Σκύθαι καὶ Ἀχαιοὶ καὶ Ζυγοὶ καὶ Ἡνίοχοι, τὰ δ' ὑπὲρ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης Σκύθαι καὶ Ὑρκανοὶ καὶ Παρθυαῖοι καὶ Βάκτριοι καὶ Σογδιανοὶ καὶ τἆλλα τὰ ὑπερκείμενα μέρη τῶν Ἰνδῶν πρὸς ἄρκτον. πρὸς νότον δὲ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης ἐκ μέρους καὶ τοῦ ἰσθμοῦ παντὸς μεταξὺ ταύτης καὶ τοῦ Πόντου τῆς τε Ἀρμενίας ἡ πλείστη κεῖται καὶ Κολχὶς καὶ Καππαδοκία σύμπασα μέχρι τοῦ Εὐξείνου πόντου καὶ τῶν Τιβαρανικῶν ἐθνῶν, ἔτι δὲ ἡ ἐντὸς Ἅλυος χώρα λεγομένη, περιέχουσα πρὸς μὲν τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Προποντίδι Παφλαγόνας τε καὶ Βιθυνοὺς καὶ Μυσοὺς καὶ τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ λεγομένην Φρυγίαν, ἧς ἐστι καὶ ἡ Τρωάς, πρὸς δὲ τῷ Αἰγαίῳ καὶ τῇ ἐφεξῆς θαλάττῃ τήν τε Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν καὶ Καρίαν καὶ Λυκίαν, ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τήν τε Φρυγίαν, ἧς ἐστι μέρος ἥ τε τῶν Γαλλογραικῶν λεγομένη Γαλατία καὶ ἡ Ἐπίκτητος, καὶ Λυκάονας καὶ Λυδούς.

32. Ἐφεξῆς δὲ τοῖς ἐντὸς τοῦ Ταύρου οἵ τε τὰ ὄρη κατέχοντες Παροπαμισάδαι καὶ τὰ Παρθυαίων τε καὶ Μήδων καὶ Ἀρμενίων καὶ (τὰ) Κιλίκων ἔθνη καὶ † Λυκάονες καὶ Πισίδαι. μετὰ δὲ τοὺς ὀρείους ἐστὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ Ταύρου. πρώτη δ' ἐστὶ τούτων ἡ Ἰνδική, ἔθνος μέγιστον τῶν πάντων καὶ εὐδαιμονέστατον, τελευτῶν πρός τε τὴν ἑῴαν θάλατταν καὶ τὴν νοτίαν τῆς Ἀτλαντικῆς. ἐν δὲ τῇ νοτίᾳ ταύτῃ θαλάττῃ πρόκειται τῆς Ἰνδικῆς νῆσος οὐκ ἐλάττων τῆς Βρεττανικῆς ἡ Ταπροβάνη· μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικὴν ἐπὶ τὰ ἑσπέρια νεύουσιν, ἐν δεξιᾷ δ' ἔχουσι τὰ ὄρη χώρα ἐστὶ συχνή, φαύλως οἰκουμένη διὰ λυπρότητα ὑπ' ἀνθρώπων τελέως βαρβάρων, οὐχ ὁμοεθνῶν· καλοῦσι δ' Ἀριανούς, ἀπὸ τῶν ὀρῶν διατείνοντας μέχρι Γεδρωσίας καὶ Καρμανίας. ἑξῆς δέ εἰσι πρὸς μὲν τῇ θαλάττῃ Πέρσαι καὶ Σούσιοι καὶ Βαβυλώνιοι, καθήκοντες ἐπὶ τὴν κατὰ Πέρσας θάλατταν καὶ τὰ περιοικοῦντα τούτους ἔθνη μικρά· πρὸς δὲ τοῖς ὄρεσιν ἢ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὄρεσι Παρθυαῖοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἀρμένιοι καὶ τὰ τούτοις πρόσχωρα ἔθνη καὶ ἡ Μεσοποταμία. μετὰ δὲ τὴν Μεσοποταμίαν τὰ ἐντὸς Εὐφράτου· ταῦτα δ' ἐστὶν ἥ τε εὐδαίμων Ἀραβία πᾶσα, ἀφοριζομένη τῷ τε Ἀραβίῳ κόλπῳ παντὶ καὶ τῷ Περσικῷ, καὶ ὅσην οἱ Σκηνῖται καὶ οἱ Φύλαρχοι κατέχουσιν οἱ ἐπὶ τὸν Εὐφράτην καθήκοντες καὶ τὴν Συρίαν· εἶθ' οἱ πέραν τοῦ Ἀραβίου κόλπου μέχρι Νείλου, Αἰθίοπές τε καὶ Ἄραβες, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς Αἰγύπτιοι καὶ Σύροι καὶ Κίλικες οἵ τε

pontum, ab una parte ad Tanain terminata et oceanum externum et eum qui est ad Hyrcanium mare, ab altera ad isthmum, qua iter est brevissimum ab intimo Ponti ad Caspium mare. Deinde Intra Taurum, quæ sunt supra Hyrcanium mare usque ad Indos et Scythas ad idem mare accolentes, et montem Imaium. Hæc autem tenent partim Mæotæ (Sauromatæ) et qui sunt intra Hyrcanium mare et Pontum, usque ad Caucasum, Iberos, Albanos, Sauromatæ, Scythæ, Achæi, Zygi, Heniochi. Supra mare autem Hyrcanium Scythæ, Hyrcani, Parthyæi, Bactrii, Sogdiani, et reliquæ partes quæ Indis sunt versus septentrionem. Versus meridiem autem partim ab Hyrcanio mari, partim toto qui inter id et pontum jacet Euxinum isthmo, maxima Armeniæ pars sita est, et Colchis, et universa Cappadocia usque ad Euxinum pontum, et Tibaranicas [*al.* Tibarenicas] gentes : item regio Intra Halyn quæ dicitur, continens ad Pontum et Propontidem sitos Paphlagones, Bithynos, Mysos, et Phrygiam Hellesponto (ut solent vocare) imminentem, cujus est etiam Troas : ad Ægæum autem mare et quod deinceps est, Æolidem, Ioniam, Cariam, Lyciam : in mediterraneis, Phrygiam, cujus pars est Gallogræcorum regio quam appellant Galatiam, et Epictetos (*quasi* post comparata), et Lycaones, et Lydos.

32. Deinceps intra Taurum sunt monticolæ Parapamisadæ, Parthyæi, Medi, Armenii, Cilices, Lycaones [? Cataones? *qui sunt Cappadoces*], Pisidæ. Secundum montanos sunt regiones Extra Taurum. Prima harum est Indica, omnium gentium maxima et felicissima, desinens ad mare orientale et ad austrinam Atlantici partem. In hoc austrino mari sita est ante Indiam insula Taprobana, non minor quam Britannia. Post Indiam versus occasum flectentibus, montibus ad dextram servatis, regio occurrit perampla, male culta ob infelicitatem soli ab hominibus plane barbaris et diversarum nationum, qui Ariani dicuntur, pertinentes a montibus usque ad Gedrosiam et Carmaniam. Deinceps sunt ad mare Persæ, Susii, Babylonii, ad mare Persicum pertingentes, et aliæ circum hos exiguæ gentes : ad montes autem sunt Parthyæi : in ipsis montibus Medi, Armenii, et finitimæ gentes, ac Mesopotamia : post hanc, quæ intra Euphratem sunt, nimirum Arabia Felix universa, tota distincta ab aliis locis sinu Arabio toto et sinu Persico : tum Scenitarum et Phylarchorum regio qui ad Euphraten pertingunt et Syriam : tum qui ultra Arabium sinum ad Nilum usque habitant Æthiopes, Arabes, et post eos Ægyptii,

ἄλλοι καὶ οἱ Τραχειῶται λεγόμενοι, τελευταῖοι δὲ Πάμφυλοι.

33. Μετὰ δὲ τὴν Ἀσίαν ἐστὶν ἡ Λιβύη, συνεχὴς οὖσα τῇ τε Αἰγύπτῳ καὶ τῇ Αἰθιοπίᾳ, τὴν μὲν καθ' ἡμᾶς ἠιόνα ἐπ' εὐθείας ἔχουσα, σχεδόν τι μέχρι Στηλῶν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἀρξαμένην, πλὴν τῶν Σύρτεων καὶ εἴ πού τις ἄλλη κόλπων ἐπιστροφὴ μετρία καὶ τῶν ταύτην ποιούντων ἀκρωτηρίων ἐξοχή· τὴν δὲ παρωκεανῖτιν ἀπὸ τῆς Αἰθιοπίας μέχρι τινός, ὡς ἂν παράλληλον οὖσαν τῇ προτέρᾳ, μετὰ δὲ ταῦτα συναγομένην ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν εἰς ὀξεῖαν ἄκραν, μικρὸν ἔξω Στηλῶν προπεπτωκυῖαν καὶ ποιοῦσαν τραπέζιόν πως τὸ σχῆμα. ἔστι δ', ὥσπερ οἵ τε ἄλλοι δηλοῦσι καὶ δὴ καὶ Γναῖος Πείσων ἡγεμὼν γενόμενος τῆς χώρας διηγεῖτο ἡμῖν, ἐοικυῖα παρδαλῇ· κατάστικτος γάρ ἐστιν οἰκήσεσι περιεχομέναις ἀνύδρῳ καὶ ἐρήμῳ γῇ· καλοῦσι τε τὰς τοιαύτας οἰκήσεις Αὐάσεις οἱ Αἰγύπτιοι. τοιαύτη δὲ οὖσα ἔχει τινὰς ἄλλας διαφορὰς τριχῇ διαιρουμένας· τῆς μὲν γὰρ καθ' ἡμᾶς παραλίας εὐδαίμων ἐστὶν ἡ πλείστη σφόδρα, καὶ μάλιστα ἡ Κυρηναία καὶ ἡ περὶ Καρχηδόνα [μέχρι] Μαυρουσίων καὶ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν· οἰκεῖται δὲ μετρίως καὶ ἡ παρωκεανῖτις, ἡ δὲ μέση φαύλως ἡ τὸ σίλφιον φέρουσα, ἔρημος ἡ πλείστη καὶ τραχεῖα καὶ ἀμμώδης. τὸ δ' αὐτὸ πέπονθε καὶ ἡ ἐπ' εὐθείας ταύτῃ διά τε τῆς Αἰθιοπίας διήκουσα τῆς τε Τρωγλοδυτικῆς καὶ τῆς Ἀραβίας καὶ τῆς Γεδρωσίας τῆς τῶν Ἰχθυοφάγων. νέμεται δ' ἔθνη τὴν Λιβύην τὰ πλεῖστα ἄγνωστα· οὐ πολλὴν γὰρ ἐφοδεύεσθαι συμβαίνει στρατοπέδοις οὐδ' ἀλλοφύλοις ἀνδράσιν, οἱ δ' ἐπιχώριοι καὶ ὀλίγοι παρ' ἡμᾶς ἀφικνοῦνται πόρρωθεν, καὶ οὐ πιστὰ οὐδὲ πάντα λέγουσιν· ὅμως δ' οὖν τὰ λεγόμενα τοιαῦτά ἐστι. τοὺς μὲν μεσημβρινωτάτους Αἰθίοπας προσαγορεύουσι, τοὺς δ' ὑπὸ τούτοις τοὺς πλείστους Γαράμαντας καὶ Φαρουσίους καὶ Νιγρίτας, τοὺς δ' ἔτι ὑπὸ τούτοις Γαιτούλους, τοὺς δὲ τῆς θαλάττης ἐγγὺς ἢ καὶ ἁπτομένους αὐτῆς πρὸς Αἰγύπτῳ μὲν Μαρμαρίδας μέχρι τῆς Κυρηναίας, ὑπὲρ δὲ ταύτης καὶ τῶν Σύρτεων Ψύλλους καὶ Νασαμῶνας καὶ τῶν Γαιτούλων τινάς, εἶτ' Ἀσβύστας καὶ Βυζακίους μέχρι τῆς Καρχηδονίας. πολλὴ δ' ἐστὶν ἡ Καρχηδονία· συνάπτουσι δ' οἱ Νομάδες αὐτῇ· τούτων δὲ τοὺς γνωριμωτάτους τοὺς μὲν Μασυλιεῖς, τοὺς δὲ Μασαισυλίους προσαγορεύουσιν· ὕστατοι δ' εἰσὶ Μαυρούσιοι. πᾶσα δ' ἡ ἀπὸ Καρχηδόνος μέχρι Στηλῶν ἐστιν εὐδαίμων, θηριοτρόφος δέ, ὥσπερ καὶ ἡ μεσόγαια πᾶσα. οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ Νομάδας λεχθῆναί τινας αὐτῶν, οὐ δυναμένους γεωργεῖν διὰ τὸ πλῆθος τῶν θηρίων τὸ παλαιόν· οἱ δὲ νῦν ἅμα τῇ ἐμπειρίᾳ τῆς θήρας διαφέροντες, καὶ τῶν Ῥωμαίων προσλαμβανόντων πρὸς τοῦτο διὰ τὴν σπουδὴν τὴν περὶ τὰς θηριομαχίας, ἀμφοτέρων περιγίγνονται καὶ τῶν θηρίων καὶ τῆς γεωργίας. τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν ἠπείρων λέγομεν.

34. Λοιπὸν εἰπεῖν περὶ τῶν κλιμάτων, ὅπερ καὶ αὐτὸ ἔχει καθολικὴν ὑποτύπωσιν, ὁρμηθεῖσιν ἐκ τῶν

Syri, Cilices, quum alii, tum qui Trachiotæ dicuntur, ultimique Pamphyli.

33. Asiam subsequitur Africa contigua Ægypto et Æthiopiæ : ejus litus quod nobis est obversum, ab Alexandria usque ad Columnas propemodum in recta linea producitur, exceptis Syrtibus, et sicubi alibi mediocres sinus sunt, et promontoriorum illos efficientium prominentiæ. Latus autem quod ad oceanum est ab Æthiopia aliquamdiu fere parallelum priori, deinde ab austrinis partibus in acutum conducitur processum paululum ultra Columnas prodeuntem, quo pacto figura trapezii quodammodo efficitur. Est autem, sicut et alii docent, et Cnæus Piso, qui eam rexit provinciam, nobis narravit, pardalis corio similis, interpuncta habitationibus, quæ circumdantur terra deserta et aquæ inopi : atque hujusmodi habitationes ab Ægyptiis vocantur Auases (Oases). Quum autem talis sit Africa, habet et alias triplices differentias. Nam quæ nos respicit ora ejus maritima, maxima sui parte admodum est felix, Cyrenaica præcipue et quæ sunt circa Carthaginem usque ad Maurusios et Herculis columnas. Mediocriter culta est etiam oceani ora. Media autem male culta est, quæ silphium producit, majori ex parte deserta, aspera et arenosa. Idem evenit regioni quæ cum hac in eadem est recta linea, per Æthiopiam transeunte, et Troglodyticam, et Arabiam, et Gedrosiam, et Ichthyophagos. Incolunt Libyam gentes pleræque ignotæ. Nam neque multi eo ducti sunt exercitus, aut peregrini advenerunt : incolæ autem quum pauci ad nos perveniunt, tum neque credibilia narrant, neque omnia : quæ tamen ii narrant, talia sunt. Maxime versus meridiem dissitos, appellant Æthiopas : sub his plerosque Garamantas, Pharusios [*codd.* Arusios], Nigritas : his adhuc inferiores Gætulos : deinde vicinos aut etiam contiguos mari, ad Ægyptum quidem Marmaridas, usque ad Cyrenaicam : supra hos et Syrtes, Psyllos, Nasamonas, et quosdam Gætulos, tum Asbystas [*al.* Sintas] et Byzacios, usque ad regionem Carthaginiensem, quæ ampla est, eamque Numidæ attingunt : quorum celeberrimos Masylienses, alios Masæsylios appellant : ultimi autem sunt Maurusii. Omnis autem a Carthagine ad Columnas usque regio est felix : feras tamen producit, ut et mediterranea omnis Africa. Neque abhorret a veri opinione Nomadas (Numidas) quosdam ibi locorum dictos, quibus antiquitus ob bestiarum multitudinem agriculturam exercere non liceret. Nostra ætate quum incolæ ibi et excellant venandi peritia, et Romani eos adjuvent ob studium spectaculorum in quibus cum bestiis pugnatur, fit ut et bestias superent, et agricultura præstent. Hæc de continentibus habitatæ terræ partibus dicta sunto.

34. Superest ut de locorum quoque ad plagas mundi inclinationibus disseramus. Ea quoque universalem habent

γραμμῶν ἐκείνων, ἃ στοιχεῖα ἐκαλέσαμεν, λέγω δὲ τῆς τε τὸ μῆκος ἀφοριζούσης τὸ μέγιστον καὶ τῆς τὸ πλάτος, μάλιστα δὲ τῆς τὸ πλάτος. τοῖς μὲν οὖν ἀστρονομικοῖς ἐπὶ πλέον τοῦτο ποιητέον, καθάπερ Ἵππαρχος ἐποίησεν. ἀνέγραψε γάρ, ὡς αὐτός φησι, τὰς γιγνομένας ἐν τοῖς οὐρανίοις διαφορὰς καθ' ἕκαστον τῆς γῆς τόπον τῶν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς τεταρτημορίῳ τεταγμένων, λέγω δὲ τῶν ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ μέχρι τοῦ βορείου πόλου. τοῖς δὲ γεωγραφοῦσιν οὔτε τῶν ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης φροντιστέον, οὔτ' ἐν αὐτοῖς [τοῖς] τῆς οἰκουμένης μέρεσι τὰς τοιαύτας καὶ τοσαύτας διαφορὰς παραδεκτέον τῷ πολιτικῷ· περισκελεῖς γάρ εἰσιν. ἀλλ' ἀρκεῖ τὰς σημειώδεις καὶ ἁπλουστέρας ἐκθέσθαι τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεχθεισῶν, ὑποθεμένοις, ὥσπερ ἐκεῖνος, εἶναι τὸ μέγεθος τῆς γῆς σταδίων εἴκοσι πέντε μυριάδων καὶ δισχιλίων, ὡς καὶ Ἐρατοσθένης ἀποδίδωσιν· οὐ μεγάλη γὰρ παρὰ τοῦτ' ἔσται διαφορὰ πρὸς τὰ φαινόμενα ἐν τοῖς μεταξὺ τῶν οἰκήσεων διαστήμασιν. εἰ δή τις εἰς τριακόσια ἑξήκοντα τμήματα τέμοι τὸν μέγιστον τῆς γῆς κύκλον, ἔσται ἑπτακοσίων σταδίων ἕκαστον τῶν τμημάτων· τούτῳ δὴ χρῆται μέτρῳ πρὸς τὰ διαστήματα ἐν τῷ λεχθέντι διὰ Μερόης μεσημβρινῷ λαμβάνεσθαι μέλλοντα. ἐκεῖνος μὲν δὴ ἄρχεται ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἰσημερινῷ οἰκούντων, καὶ λοιπὸν ἀεὶ δι' ἑπτακοσίων σταδίων τὰς ἐφεξῆς οἰκήσεις ἐπιὼν κατὰ τὸν λεχθέντα μεσημβρινὸν πειρᾶται λέγειν τὰ παρ' ἑκάστοις φαινόμενα· ἡμῖν δ' οὐκ ἐντεῦθεν ἀρκτέον. καὶ γὰρ εἰ οἰκήσιμα καὶ ταῦτά ἐστιν, ὥσπερ οἴονταί τινες, ἰδία γέ τις οἰκουμένη αὕτη ἐστί, διὰ μέσης τῆς ἀοικήτου διὰ καῦμα στενὴ τεταμένη, οὐκ οὖσα μέρος τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης· ὁ δὲ γεωγράφος ἐπισκοπεῖ ταύτην μόνην τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην. αὕτη δ' ἀφορίζεται πέρασι νοτίῳ μὲν τῷ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλῳ, βορείῳ δὲ τῷ διὰ Ἰέρνης· οὔτε δὲ τὰς τοσαύτας οἰκήσεις ἐπιτέον, ὅσας ὑπαγορεύει τὸ λεχθὲν μεταξὺ διάστημα, οὔτε πάντα τὰ φαινόμενα θετέον, μεμνημένοις τοῦ γεωγραφικοῦ σχήματος. ἀρκτέον δ', ὥσπερ Ἵππαρχος, ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν.

35. Φησὶ δὴ τοῖς οἰκοῦσιν ἐπὶ τῷ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλῳ, ὃς ἀπέχει τῆς Μερόης τρισχιλίους σταδίους πρὸς νότον, τούτου δ' ὁ ἰσημερινὸς ὀκτακισχιλίους καὶ ὀκτακοσίους, εἶναι τὴν οἴκησιν ἐγγυτάτω μέσην τοῦ τε ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ τοῦ κατὰ Συήνην· ἀπέχειν γὰρ τὴν Συήνην πεντακισχιλίους τῆς Μερόης· παρὰ δὲ τούτοις πρώτοις τὴν μικρὰν ἄρκτον ὅλην ἐν τῷ ἀρκτικῷ περιέχεσθαι καὶ ἀεὶ φαίνεσθαι· τὸν γὰρ ἐπ' ἄκρας τῆς οὐρᾶς λαμπρὸν ἀστέρα, νοτιώτατον ὄντα, ἐπ' αὐτοῦ ἱδρῦσθαι τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου, ὥστ' ἐφάπτεσθαι τοῦ ὁρίζοντος. τῷ δὲ λεχθέντι μεσημβρινῷ παράλληλός πως παράκειται ἕωθεν ὁ Ἀράβιος κόλπος· τούτου δ' ἔκβασις εἰς τὸ ἔξω πέλαγος ἡ Κινναμωμοφόρος ἐστίν, ἐφ' ἧς ἡ τῶν ἐλεφάντων γέγονε θήρα τὸ παλαιόν. ἐκπίπτει δ' ὁ παράλληλος οὗτος τῇ μὲν ἐπὶ τοὺς νοτιωτέρους μικρὸν

delineationem, si ordiamur ab iis lineis, quas Principia vocavimus: eam dico, quæ longitudinem definit maximam atque eam quæ latitudinem, hancque adeo magis illâ. In hoc quidem iis potius elaborandum est, qui astronomiam tractant, sicut fecit Hipparchus. Consignavit enim, ut ipse ait, apparentiarum cœlestium differentias in singulis locis terræ, constitutis in nostro quadrante, qui videlicet est ab æquinoctiali ad polum septentrionalem. Sed geographum neque horum, quæ extra terram nostram habitatam sunt, rationem habere oportet, neque politicum tot talesque diversitates in nostra habitabili terra observare attinet: sunt enim perplexæ. Satis est suis punctis expressas et simpliciores earum quas ipse tradidit proponere, sumpto, de ipsius quidem sententia, quantitatem terræ continere stadiorum ducenta quinquaginta duo millia, ut et Eratosthenes tradit: non magna enim ex hoc orietur apparentiarum in intervallis habitationum diversitas. Quodsi quis ergo maximum terræ circulum secet in trecentas et sexaginta partes, cuivis obtingent segmento stadia septingenta. Hac ille utitur mensura ad intervalla quæ sunt in dicto per Meroen meridiano sumenda. Atque is quidem orditur ab iis qui in æquatore habitant, ac deinceps identidem septingentis stadiis distantes habitationes secundum eum quem diximus meridianum examinans, singulorum apparentiæ quid differant perquirit. Nobis autem non est inde incipiendum: nam etsi illa quoque loca, quod quidam volunt, habitantur, peculiaris quædam erit ea angusta zona per mediam recta torridam, non pars nostræ habitatæ, quam solam geographus considerat. Hæc autem definitur suis terminis: austrino quidem parallelo qui per Cinnamomiferam ducitur; septentrionali, qui per Iberniam. Neque tot obeundæ oratione sunt habitationes, quot intermedium intervallum dictat: neque omnia quæ apparent definienda sunt, memoribus geographicæ figuræ. Sumemus ergo, quod Hipparchus quoque facit, initium a partibus meridionalibus.

35. Ait ergo eos qui in Cinnamomiferæ parallelo habitant (qui a Meroe versus austrum abest tribus stadiorum millibus, rursumque ab hoc æquinoctialis stadia octies mille et octingenta) proxime omnino abesse a situ medio inter æquatorem et æstivum tropicum qui per Syenam transit. Nam a Syena Meroen abesse stadiorum quinque millibus, apud hos autem primos Ursam minorem totam arctico circulo includi, nunquamque occidere: nam stellam in extrema cauda lucidam, quæ maxime versus meridiem vergat, in ipso circulo ita collocari, ut horizontem tangat. Porro jam dicto meridiano parallelus quodammodo adjacet versus ortum Arabius sinus: hujus ad mare externum exitus est Cinnamomifera regio, ubi quondam elephantes venabantur. Exit autem parallelus iste partim ad eos qui Taprobana paulo

τῆς Ταπροβάνης ἢ ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους οἰκοῦντας, τῇ δ' ἐπὶ τὰ νοτιώτατα τῆς Λιβύης.

36. Τοῖς δὲ κατὰ Μερόην καὶ Πτολεμαΐδα τὴν ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ ἡ μεγίστη ἡμέρα ὡρῶν ἰσημερινῶν ἐστι τρισκαίδεκα· ἔστι δ' αὕτη ἡ οἴκησις μέση πως τοῦ τε ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ δι' Ἀλεξανδρείας παρὰ χιλίους καὶ ὀκτακοσίους τοὺς πλεονάζοντας πρὸς τῷ ἰσημερινῷ· διήκει δ' ὁ διὰ Μερόης παράλληλος τῇ μὲν δι' ἀγνωρίστων μερῶν, τῇ δὲ διὰ τῶν ἄκρων τῆς Ἰνδικῆς. ἐν δὲ Συήνῃ καὶ Βερενίκῃ τῇ ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ καὶ τῇ Τρωγλοδυτικῇ κατὰ θερινὰς τροπὰς ὁ ἥλιος κατὰ κορυφῆς γίγνεται, ἡ δὲ μακροτάτη ἡμέρα ὡρῶν ἰσημερινῶν ἐστι τρισκαίδεκα καὶ ἡμιωρίου, ἐν δὲ τῷ ἀρκτικῷ φαίνεται καὶ ἡ μεγάλη ἄρκτος ὅλη σχεδόν τι πλὴν τῶν σκελῶν καὶ τοῦ ἄκρου τῆς οὐρᾶς καὶ ἑνὸς τῶν ἐν τῷ πλινθίῳ ἀστέρων. ὁ δὲ διὰ Συήνης παράλληλος τῇ μὲν διὰ τῆς τῶν Ἰχθυοφάγων τῶν κατὰ τὴν Γεδρωσίαν καὶ τῆς Ἰνδικῆς διήκει, τῇ δὲ διὰ τῶν νοτιωτέρων Κυρήνης (μὲν) πεντακισχιλίοις σταδίοις παρὰ μικρόν.

37. Ἅπασι δὲ τοῖς μεταξὺ κειμένοις τοῦ τε τροπικοῦ καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου μεταπίπτουσιν αἱ σκιαὶ ἐφ' ἑκάτερα, πρός τε ἄρκτους καὶ μεσημβρίαν, τοῖς δ' ἀπὸ Συήνης ἐκ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ πρὸς ἄρκτους πίπτουσιν αἱ σκιαὶ κατὰ μεσημβρίαν· καλοῦνται δ' οἱ μὲν ἀμφίσκιοι, οἱ δ' ἑτερόσκιοι. ἔστι δέ τις καὶ ἄλλη διαφορὰ τοῖς ὑπὸ τῷ τροπικῷ, ἣν προείπομεν ἐν τῷ περὶ τῶν ζωνῶν λόγῳ. αὐτή τε γάρ ἐστιν (ἡ) διάμμος καὶ σιλφιοφόρος καὶ ξηρά, τῶν νοτιωτέρων μερῶν εὐύδρων τε καὶ εὐκάρπων ὄντων.

38. Ἐν δὲ τοῖς [τοῦ] δι' Ἀλεξανδρείας καὶ Κυρήνης νοτιωτέροις ὅσον τετρακοσίοις σταδίοις, ὅπου ἡ μεγίστη ἡμέρα ὡρῶν ἐστιν ἰσημερινῶν δεκατεττάρων, κατὰ κορυφὴν γίνεται ὁ ἀρκτοῦρος, μικρὸν ἐκκλίνων πρὸς νότον. ἐν δὲ τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ὁ γνώμων λόγον ἔχει πρὸς τὴν ἰσημερινὴν σκιάν, ὃν ἔχει τὰ πέντε πρὸς *τρία. Καρχηδόνος δὲ νοτιώτεροί εἰσι χιλίοις καὶ τριακοσίοις σταδίοις, (καὶ Ἀλεξανδρείας δὲ νοτιώτεροι)· εἴπερ ἐν Καρχηδόνι ὁ γνώμων λόγον ἔχει πρὸς τὴν ἰσημερινὴν σκιάν, ὃν ἔχει τὰ ἕνδεκα πρὸς τὰ ἑπτά. διήκει δ' ὁ παράλληλος οὗτος τῇ μὲν διὰ Κυρήνης καὶ τῶν νοτιωτέρων Καρχηδόνος ἐνναχοσίοις σταδίοις, μέχρι Μαυρουσίας μέσης, τῇ δὲ δι' Αἰγύπτου καὶ † Κοίλης Συρίας καὶ τῆς ἄνω Συρίας καὶ Βαβυλῶνος καὶ Σουσιάδος, Περσίδος, Καρμανίας, Γεδρωσίας τῆς ἄνω μέχρι τῆς Ἰνδικῆς.

39. Ἐν δὲ τοῖς περὶ Πτολεμαΐδα τὴν ἐν τῇ Φοινίκῃ καὶ Σιδόνα καὶ Τύρον ἡ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκατεττάρων καὶ τετάρτου· βορειότεροι δ' εἰσὶν οὗτοι Ἀλεξανδρείας μὲν ὡς χιλίοις ἑξακοσίοις σταδίοις, Καρχηδόνος δὲ ὡς ἑπτακοσίοις. ἐν δὲ τῇ Πελοποννήσῳ καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Ῥοδίας καὶ περὶ Ξάνθον τῆς Λυκίας ἢ τὰ μικρῷ νοτιώτερα καὶ ἔτι τὰ Συρακουσίων νοτιώτερα τετρακοσίοις σταδίοις, ἐνταῦθα ἡ με-

magis versus austrum habitant, aut qui in ea habitant extrema, partim ad australissima Africæ.

36. Porro apud Meroen et in Ptolemaide Troglodytica dies longissimus est horarum æquinoctialium tredecim : qui situs medio fere loco est inter æquatorem et Alexandrinum parallelum, nisi quod ad æquatorem supersunt stadia mille et octingenta. Transit vero parallelus Meroes partim per ignota loca, partim per extrema Indiæ. Syenæ autem, Berenicæ in Arabio sinu, et in Troglodytica, solstitio æstivo sol supra verticem decurrit : dies maxima horarum est æquinoctialium tredecim cum dimidia; et apparet in arctico circulo major Ursa fere tota, demptis cruribus et ultima caudæ stella, unaque de iis quæ sunt in quadrangulo. Porro Syenæ parallelus quum per Ichthyophagorum ad Gedrosiam sitorum regionem et per Indiam transit, tum per magis meridionalia quam quidem sit Cyrene ferme quinque stadiorum millibus.

37. Universis autem qui habitant inter tropicum et æquinoctialem circulum, umbræ in utramque partem cadunt, nempe tam versus septentrionem quam meridiem : iis autem qui a Syena extra æstivum tropicum habitant, umbræ meridianæ versus septentrionem jaciuntur. Illi amphiscii, hi heteroscii appellantur. Est et aliud discrimen eorum qui sub tropico habitant, indicatum a nobis in zonarum explicatione. Hæc enim est arenosa, silphii ferax, et sicca, quum magis ad austrum vergentes partes et aquæ habeant satis, et sint frugiferæ.

38. Præterea in locis quæ a parallelo Alexandrino et Cyrenæo ad quadringenta stadia magis versus meridiem absunt, ubi dies longissima horarum æquinoctialium est quattuordecim, ita supra verticem fertur Arcturus, ut leviter ad austrum declinet. Jam Alexandriæ gnomo rationem habet ad umbram æquinoctialem, qualis est quinarii ad ternarium [*codd.* septenarium]. Carthagine autem meridionaliores sunt mille et trecentis stadiis, [et meridionaliores quam Alexandria,] siquidem Carthagine gnomonis ratio est ad umbram æquinoctialem, quæ est undecim ad septem. Transit autem parallelus hic qua per Cyrenen et a Carthagine ad meridiem dissita stadiis noningentis, usque ad mediam Maurusiam, qua per Ægyptum, Cœlesyriam et Syriam superiorem, [*imo* per Scenitarum Arabum regionem], Babylonem [*potius* Babyloniam], Susiadem, Persidem, Carmaniam, Gedrosiam superiorem, usque ad Indiam.

39. Rursum circa Ptolemaidem Phœnices, ac Sidonem et Tyrum, maxima diei quantitas est horarum quattuordecim et quadrantis. Versus septentrionem hi remoti sunt ab Alexandria stadiis fere mille sexcentis, a Carthagine autem fere septingentis. Porro in Peloponneso, circa Rhodiæ medium, et Xanthum Lyciæ urbem, et quæ hac et Syracusis

γίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκατεττάρων καὶ ἡμίσους· ἀπέχουσι δ' οἱ τόποι οὗτοι Ἀλεξανδρείας μὲν τρισχιλίους ἑξακοσίους τετταράκοντα [* *] διήκει δ' ὁ παράλληλος οὗτος κατ' Ἐρατοσθένη διὰ Καρίας, Λυκαονίας, Καταονίας, Μηδίας, Κασπίων πυλῶν, Ἰνδῶν τῶν κατὰ Καύκασον.

40. Ἐν δὲ τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρειαν μέρεσι τῆς Τρωάδος, κατ' Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολλωνίαν τὴν ἐν Ἠπείρῳ καὶ τοὺς Ῥώμης μὲν νοτιωτέρους, βορειοτέρους δὲ Νεαπόλεως ἡ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκαπέντε· ἀπέχει δὲ ὁ παράλληλος οὗτος τοῦ μὲν δι' Ἀλεξανδρείας τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ ὡς ἑπτακισχιλίους σταδίους πρὸς ἄρκτον, τοῦ δ' ἰσημερινοῦ ὑπὲρ δισμυρίους ὀκτακισχιλίους ὀκτακοσίους, τοῦ δὲ διὰ Ῥόδου τρισχιλίους τετρακοσίους, πρὸς νότον δὲ Βυζαντίου καὶ Νικαίας καὶ τῶν περὶ Μασσαλίαν χιλίους πεντακοσίους, μικρὸν δ' ἀρκτικώτερός ἐστιν ὁ διὰ Λυσιμαχίας, ὅν φησιν Ἐρατοσθένης διὰ Μυσίας εἶναι καὶ Παφλαγονίας καὶ τῶν περὶ Σινώπην καὶ Ὑρκανίαν καὶ Βάκτρα.

41. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον ἡ μεγίστη ἡμέρα ὡρῶν ἐστιν ἰσημερινῶν δεκαπέντε καὶ τετάρτου, ὁ δὲ γνώμων πρὸς τὴν σκιὰν λόγον ἔχει ἐν τῇ θερινῇ τροπῇ, ὃν τὰ ἑκατὸν εἴκοσι πρὸς τετταράκοντα δύο, λείποντα πέμπτῳ. ἀπέχουσι δ' οἱ τόποι οὗτοι τοῦ διὰ μέσης τῆς Ῥοδίας περὶ τετρακισχιλίους καὶ ἐνναχοσίους, τοῦ δ' ἰσημερινοῦ ὡς τρισμυρίους τριακοσίους. εἰσπλεύσασι δ' εἰς τὸν Πόντον καὶ προελθοῦσιν ἐπὶ τὰς ἄρκτους ὅσον χιλίους καὶ τετρακοσίους ἡ μεγίστη ἡμέρα γίνεται ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκαπέντε καὶ ἡμίσους· ἀπέχουσι δ' οἱ τόποι οὗτοι ἴσον ἀπό τε τοῦ πόλου καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου, καὶ ὁ ἀρκτικὸς κύκλος κατὰ κορυφὴν αὐτοῖς ἐστιν, ἐφ' οὗ κεῖται ὅ τ' ἐν τῷ τραχήλῳ τῆς Κασσιεπείας καὶ ὁ ἐν τῷ δεξιῷ ἀγκῶνι τοῦ Περσέως μικρῷ βορειότερος ὤν.

42. Ἔν τε τοῖς ἀπέχουσι Βυζαντίου πρὸς ἄρκτον ὅσον τρισχιλίους ὀκτακοσίους ἡ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκαέξ· ἡ οὖν δὴ Κασσιέπεια ἐν τῷ ἀρκτικῷ φέρεται. εἰσὶ δ' οἱ τόποι οὗτοι περὶ Βορυσθένη καὶ τῆς Μαιώτιδος τὰ νότια· ἀπέχουσι δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ περὶ τρισμυρίους τετρακισχιλίους ἑκατόν. ὁ δὲ κατὰ τὰς ἄρκτους τόπος τοῦ ὁρίζοντος ἐν ὅλαις σχεδόν τι ταῖς θεριναῖς νυξὶ παραυγάζεται ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἀπὸ δύσεως ἕως καὶ ἀνατολῆς ἀντιπεριισταμένου τοῦ φωτός· ὁ γὰρ θερινὸς τροπικὸς ἀπέχει ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος, ἑνὸς ζῳδίου ἥμισυ καὶ δωδέκατον· τοσοῦτον οὖν καὶ ὁ ἥλιος ἀφίσταται τοῦ ὁρίζοντος κατὰ τὸ μεσονύκτιον. καὶ παρ' ἡμῖν δὲ τοσοῦτον τοῦ ὁρίζοντος ἀποσχὼν πρὸ τοῦ ὄρθρου καὶ μετὰ τὴν ἑσπέραν ἤδη καταυγάζει τὸν περὶ τὴν ἀνατολὴν ἢ τὴν δύσιν ἀέρα. ἐν δὲ ταῖς χειμεριναῖς ὁ ἥλιος τὸ πλεῖστον μετεωρίζεται πήχεις ἐννέα. φησὶ δ' Ἐρατοσθένης τούτους τῆς Μερόης διέχειν μικρῷ πλείους ἢ δισμυρίους τρισχιλίους. διὰ γὰρ Ἑλλησπόντου εἶναι μυρίους ὀκτακισχιλίους, εἶτα πεντακισχιλίους εἰς Βορυσθένη. ἐν δὲ τοῖς ἀπέχουσι τοῦ Βυζαντίου στα-

paulo magis versus meridiem inclinant quadringentis stadiis, ibi longissima dies est horarum æquinoctialium quattuordecim cum semisse : distant hæc loca ab Alexandria stadiis ter mille sexcentis et quadraginta. * * * Si Eratosthenem sequimur, transit parallelus hic per Cariam, Lycaoniam, Cataoniam, Mediam, Caspias portas, Indos qui sunt ad Caucasum.

40. Inde apud Alexandriam Troadis, Amphipolin et Apolloniam in Epiro, et eos qui Roma versus meridiem, Neapoli versus septentrionem absunt, dies longissima horarum est æquinoctialium quindecim : distat hic parallelus ab Ægyptiæ Alexandriæ parallelo versus septentrionem ad septem stadiorum millia, ab æquatore super viginti octo millia et octingenta, a Rhodi parallelo ter mille et quadringenta, a Byzantii autem, Nicææ et Massiliæ parallelo ad meridiem mille quingenta : paulo septentrionalior est qui per Lysimachiam ducitur, quem Eratosthenes ait duci per Mysiam, Paphlagoniam, regiones circa Sinopen, Hyrcaniam et Bactra.

41. Apud Byzantium vero dies longissima est horarum æquinoctialium quindecim cum quadrante : æstivo autem solstitio gnomon ad umbram eam habet proportionem, quam centum et viginti ad duo et quadraginta minus quincunce : atque hæc loca distant a parallelo per mediam Rhodum ducto ad quinque millia demptis centum stadiorum a meridiano ad triginta millia et trecenta. In Pontum deinde navigantibus et ad septentrionem provectis ad stadia mille et quadringenta, longissima dies fit horarum æquinoctialium quindecim cum dimidia. Hæc autem loca eodem intervallo distant a polo et æquinoctiali, et arcticus circulus eorum vertici imminet, in quo sita est stella in collo Cassiepeæ, et alia in dextro cubito Persei, paulo borealior.

42. Qui versus septentrionem a Byzantio remoti sunt ad stadia ter mille octingenta, iis solstitii æstivi dies est horarum æquinoctialium sedecim : ibidem Cassiepea in arctico convertitur circulo. Hæc loca sunt circa Borysthenem et austrinas Mæotidis partes : absunt ab æquatore circiter triginta quattuor millibus stadiorum ac centum stadiis. Denique horizontis locus septentrionibus proxime subjectus, totis fere æstivis noctibus illustratur radiis solaribus ab occasu ad ortum usque lumine obversante : tropicus enim æstivus ab horizonte abest semisse et uncia integri signi : tantundemque necesse est solem ab horizonte sub mediam abesse noctem. Quid quod apud nos tanto distans spatio sol ab horizonte, tamen et ante diluculum et post vesperam ortivum occiduumve aerem illustrat? Ceterum apud illos sol hibernis diebus ad summum ad novem elevatur cubitos. Eratosthenes ait hos a Meroe distare non multo pluribus quam tribus et viginti millibus stadiorum : esse enim per Hellespontum millia decem et octo, deinde ad Borysthenem millia quinque. Verum apud eos qui a

δίους περὶ ἑξακισχιλίους τριακοσίους, βορειοτέροις οὖσι τῆς Μαιώτιδος, κατὰ τὰς χειμερινὰς ἡμέρας μετεωρίζεται τὸ πλεῖστον ὁ ἥλιος ἐπὶ πήχεις ἕξ, ἡ δὲ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκαεπτά.

43. Τὰ δ' ἐπέκεινα, ἤδη πλησιάζοντα τῇ ἀοικήτῳ διὰ ψῦχος, οὐκέτι χρήσιμα τῷ γεωγράφῳ ἐστίν. ὁ δὲ βουλόμενος καὶ ταῦτα μαθεῖν καὶ ὅσα ἄλλα τῶν οὐρανίων Ἵππαρχος μὲν εἴρηκεν, ἡμεῖς δὲ παραλείπομεν διὰ τὸ τρανότερα εἶναι τῆς νῦν προκειμένης γραμματείας, παρ' ἐκείνου λαμβανέτω. τρανότερα δ' ἐστὶ καὶ τὰ περὶ τῶν περισκίων καὶ ἀμφισκίων καὶ ἑτεροσκίων, ἅ φησι Ποσειδώνιος. ὅμως γε καὶ τούτων τό γε τοσοῦτον ἐπιμνηστέον, ὥστε τὴν ἐπίνοιαν διασαφῆσαι, καὶ πῇ χρήσιμον πρὸς τὴν γεωγραφίαν, καὶ πῇ ἄχρηστον. ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀφ' ἡλίου σκιῶν ὁ λόγος ἐστίν, ὁ δ' ἥλιος πρὸς αἴσθησιν κατὰ παραλλήλου φέρεται, καθ' οὗ καὶ ὁ κόσμος· παρ' οἷς καθ' ἑκάστην κόσμου περιστροφὴν ἡμέρα γίνεται καὶ νύξ, ὅτε μὲν ὑπὲρ γῆς τοῦ ἡλίου φερομένου, ὅτε δ' ὑπὸ γῆν, παρὰ τούτοις οἵ τε ἀμφίσκιοι ἐπινοοῦνται καὶ οἱ ἑτερόσκιοι. ἀμφίσκιοι μέν, ὅσοι κατὰ μέσον ἡμέρας τοτὲ μὲν ἐπὶ τάδε πιπτούσας ἔχουσι τὰς σκιάς, ὅταν ὁ ἥλιος ἀπὸ μεσημβρίας τῷ γνώμονι προσπίπτῃ τῷ ὀρθῷ πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον, τοτὲ δ' εἰς τοὐναντίον, ὅταν ὁ ἥλιος εἰς τοὐναντίον περιστῇ· τοῦτο δὲ συμβέβηκε μόνοις τοῖς μεταξὺ τῶν τροπικῶν οἰκοῦσιν. ἑτερόσκιοι δ' ὅσοις ἢ ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἀεὶ πίπτουσιν, ὥσπερ ἡμῖν, ἢ ἐπὶ τὰ νότια, ὥσπερ τοῖς ἐν τῇ ἑτέρᾳ εὐκράτῳ ζώνῃ οἰκοῦσι· τοῦτο δὲ συμβαίνει πᾶσι τοῖς ἐλάττονα ἔχουσι τοῦ τροπικοῦ τὸν ἀρκτικόν. ὅταν δὲ τὸν αὐτὸν ἢ μείζονα, ἀρχὴ τῶν περισκίων ἐστὶ μέχρι τῶν οἰκούντων ὑπὸ τῷ πόλῳ. τοῦ γὰρ ἡλίου καθ' ὅλην τὴν τοῦ κόσμου περιστροφὴν ὑπὲρ γῆς φερομένου, δηλονότι καὶ ἡ σκιὰ κύκλῳ περιενεχθήσεται περὶ τὸν γνώμονα. καθ' ὃ δὴ καὶ περισκίους αὐτοὺς ἐκάλεσεν, οὐδὲν ὄντας πρὸς τὴν γεωγραφίαν· οὐ γάρ ἐστιν οἰκήσιμα ταῦτα τὰ μέρη διὰ ψῦχος, ὥσπερ ἐν τοῖς πρὸς Πυθέαν λόγοις εἰρήκαμεν. ὥστ' οὐδὲ τοῦ μεγέθους τῆς ἀοικήτου ταύτης φροντιστέον ἐκ τοῦ λαβεῖν ὅτι οἱ ἔχοντες ἀρκτικὸν τὸν τροπικὸν ὑποπεπτώκασι τῷ γραφομένῳ κύκλῳ ὑπὸ τοῦ πόλου τοῦ ζωδιακοῦ κατὰ τὴν τοῦ κόσμου περιστροφήν, ὑποκειμένου τοῦ μεταξὺ διαστήματος τοῦ τε ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ τροπικοῦ τεττάρων ἑξηκοστῶν τοῦ μεγίστου κύκλου.

Byzantio absunt ad sexies mille et trecenta stadia, a Mæotide palude versus septentrionem siti, hibernis diebus sol ad summum in sex assurgit cubitos; dies autem longissima est horarum æquinoctialium septendecim.

43. Ulteriora jam ad habitationibus ob frigus negatam terram tendentia nihil juvant geographum. Qui tamen et illa vult cognoscere, et alias res cœlestes, is Hipparchum consulat: nam ab eo sunt dicta, sed a nobis omittuntur, quia magis sunt luculenta quam nostra concedat instituta tractatio. Ejusdem generis etiam sunt quæ de Perisciis, Amphisciis et Heterosciis Posidonius prodidit. Attamen horum quoque eo usque mentio facienda, ut explicemus quatenus vel utilia sint ea, vel inutilia geographo. Quoniam autem verba fiunt de solis umbris, et sol, quantum sensu deprehendi potest, eodem circulo ad eum quo mundus versatur, parallelo convertitur, itaque apud quos in mundi conversione dies fiet eo supra terram, nox infra terram vehente, apud hos Amphiscii intelliguntur et Heteroscii : amphiscii sunt quorum gnomoni sub meridiem erecto sol affulgens in supposita planitie umbram modo in hanc, alias in diversam partem projicit, sole in oppositam priori regionem delato : hoc autem iis tantummodo contingit, qui inter tropicos habitant. Heteroscii sunt, quibus id genus umbræ aut semper versus septentrionem cadunt, ut nobis; aut versus meridiem, ut iis qui in altera temperata zona degunt : usu venit hoc omnibus, qui arcticum tropico minorem habent. Perisciorum principium est, ubi vel æqualis tropico arcticus est, vel major; usque ad eos qui sub polo habitant. Quum enim sol secundum totam cœli conversionem supra terram feratur, nimirum et umbra in orbem ambiet gnomonem : unde et periscios (*quasi* circumumbros) eos nuncupavit, nihil ad geographiam attinentes, quippe partes istæ ob frigus habitari non possunt, uti in refutatione Pytheæ ostendimus. Quapropter ne de magnitudine quidem istius non habitatæ terræ disputare expedit, posito eos, quum habeant tropicum pro arctico, suppositos esse circulo qui a polo zodiaci describitur mundi conversione; et posito, intervallum inter æquinoctialem et tropicum esse quattuor partium, quarum sexaginta integrum maximum circulum absolvunt.

## ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

# ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΤΡΙΤΟΝ.

## ΚΕΦ. Α'.

Ἀποδεδωκόσι δ' ἡμῖν τὸν πρῶτον τύπον τῆς γεωγραφίας οἰκεῖός ἐστιν ὁ ἐφεξῆς λόγος περὶ τῶν καθ' ἕκαστα· καὶ γὰρ ὑπεσχόμεθα οὕτως, καὶ δοκεῖ μέχρι νῦν ὀρθῶς ἡ πραγματεία μεμερίσθαι. ἀρκτέον δὲ πάλιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης καὶ τῶν μερῶν αὐτῆς τούτων, ἀφ' ὧνπερ καὶ πρότερον, κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας.

2. Πρῶτον δὲ μέρος αὐτῆς ἐστι τὸ ἑσπέριον, ὡς ἔφαμεν, ἡ Ἰβηρία. ταύτης δὴ τὸ μὲν πλέον οἰκεῖται φαύλως· ὄρη γὰρ καὶ δρυμοὺς καὶ πεδία λεπτὴν ἔχοντα γῆν, οὐδὲ ταύτην ὁμαλῶς εὔυδρον, οἰκοῦσι τὴν πολλήν· ἡ δὲ πρόσβορρος ψυχρά τέ ἐστι τελέως πρὸς τῇ τραχύτητι καὶ παρωκεανῖτις, προσειληφυῖα τὸ ἄμικτον κἀνεπίπλεκτον τοῖς ἄλλοις, ὥσθ' ὑπερβάλλει τῇ μοχθηρίᾳ τῆς οἰκήσεως. ταῦτα μὲν δὴ τὰ μέρη τοιαῦτα, ἡ δὲ νότιος πᾶσα εὐδαίμων σχεδόν τι, καὶ διαφερόντως ἡ ἔξω Στηλῶν· ἔσται δὲ δῆλον ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, ὑπογράψασιν ἡμῖν πρότερον τό τε σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος.

3. Ἔοικε γὰρ βύρσῃ τεταμένῃ κατὰ μῆκος μὲν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω, τὰ πρόσθια ἐχούσῃ μέρη πρὸς τῇ ἕῳ, κατὰ πλάτος δ' ἀπὸ τῶν ἄρκτων πρὸς νότον. ἔχει δὲ σταδίων ἑξακισχιλίων ὁμοῦ τὸ μῆκος, πλάτος δὲ πεντακισχιλίων τὸ μέγιστον, ἔστι δ' ὅπου πολὺ ἔλαττον τῶν τρισχιλίων, καὶ μάλιστα πρὸς τῇ Πυρήνῃ τῇ ποιούσῃ τὴν ἑῴαν πλευράν. ὄρος γὰρ διηνεκὲς ἀπὸ νότου πρὸς βορρᾶν τεταμένον ὁρίζει τὴν Κελτικὴν ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας. οὔσης δὲ καὶ τῆς Κελτικῆς ἀνωμάλου τὸ πλάτος καὶ τῆς Ἰβηρίας, τὸ στενότατον τοῦ πλάτους ἑκατέρας ἀπὸ τῆς ἡμετέρας θαλάττης ἐπὶ τὸν ὠκεανόν ἐστι τὸ τῇ Πυρήνῃ πλησιάζον μάλιστα ἐφ' ἑκάτερον αὐτῆς τὸ μέρος, καὶ ποιοῦν κόλπους τοὺς μὲν ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ, τοὺς δὲ ἐπὶ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ· μείζους δὲ τοὺς Κελτικούς, οὓς δὴ καὶ Γαλατικοὺς καλοῦσι, στενότερον τὸν ἰσθμὸν ποιοῦντας παρὰ τὸν Ἰβηρικόν. καὶ δὴ τὸ μὲν ἑῷον πλευρὸν τῆς Ἰβηρίας ἡ Πυρήνη ποιεῖ, τὸ δὲ νότιον ἥ τε καθ' ἡμᾶς θάλαττα ἀπὸ τῆς Πυρήνης μέχρι Στηλῶν, καὶ ἡ ἐκτὸς τὸ ἑξῆς μέχρι τοῦ Ἱεροῦ καλουμένου ἀκρωτηρίου· τρίτον ἐστὶ τὸ ἑσπέριον πλευρὸν παράλληλόν πως τῇ Πυρήνῃ, τὸ ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου μέχρι τῆς πρὸς Ἀρτάβροις ἄκρας, ἣν καλοῦσι Νέριον· τέταρτον δὲ τὸ ἐνθένδε μέχρι τῶν βορείων ἄκρων τῆς Πυρήνης.

4. Ἀναλαβόντες δὲ λέγωμεν τὰ καθ' ἕκαστα, ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου ἀρξάμενοι. τοῦτο δέ ἐστι τὸ δυτικώτατον οὐ τῆς Εὐρώπης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκου-

## STRABONIS

# GEOGRAPHICORUM

## LIBER TERTIUS.

## CAP. I.

Posteaquam primam terræ descriptionis formam tradidimus, dicendum nobis deinceps jam peculiariter est de singulis partibus: hoc enim in nos recepimus, et videtur hactenus recte tractatio esse divisa. Ordiendum est autem iterum ab Europa et iis ejus partibus, a quibus et ante, idque easdem ob causas.

2. Est ergo prima pars Europæ versus occasum Hispania. Ejus magna pars incommode habitatur: quippe montes et saltus et campos terra præditos exili neque æqualiter aquis irrigua, magna ex parte incolunt: tum pars septentrioni objecta, præter asperitatem etiam frigidissima est; et quia ad oceanum pertinet, id accedit, quod nulla ejus incolis sunt cum aliis hominibus commercia, itaque ibi pessime degitur. Hæ igitur partes sunt ejusmodi: at versus meridiem sita, felix fere omnis est regio, præcipue quæ extra Columnas jacet. Verum hæc singulis persequendis faciemus plana: prius figura totius Hispaniæ et magnitudo nobis describenda est.

3. Hispania similis est pelli bovis in longum ab occasu versus ortum expansæ, ita ut priores partes ad ortum spectent, in latum a septentrione ad austrum. Longitudo ejus est ferme sex millium stadiorum, latitudo maxima quinque millium, alicubi multo etiam minor tribus millibus, maxime ad Pyrenen, quæ latus ortivum includit. Mons enim ille continenter ab austro versus boream porrectus Galliam ab Hispania dirimit. Quum autem utraque regio, Gallia et Hispania, inæqualiter sit lata, arctissima utraque est a nostro mari ad oceanum, qua ad Pyrenen accedunt, præcipue ad utramque ejus montis partem, ubi et sinus fiunt, quum in oceano, tum in nostro mari, quorum majores Celtici sunt, quos etiam Galaticos (sive Gallicos) vocant, qui eum isthmum arctiorem reddunt respectu Hispanici. Ergo latus Hispaniæ ortivum Pyrene includit: meridionale efficit nostrum mare a Pyrena usque ad Columnas, et proximum huic oceanus usque ad Sacrum quod dicitur promontorium: tertium latus est occiduum, fere parallelum Pyrenæ, a Sacro promontorio usque ad promontorium apud Artabros, quod vocatur Nerium: quartum latus inde ducitur usque ad boreales Pyrenes fines.

4. Proinde singula narraturi, principium repetamus a Sacro promontorio. Hoc enim non Europæ modo, sed universæ habitatæ terræ punctum est omnium maxime ad

μένης ἁπάσης σημεῖον. περατοῦται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν δυεῖν ἠπείρων ἡ οἰκουμένη πρὸς δύσιν, τοῖς τε τῆς Εὐρώπης ἄκροις καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Λιβύης, ὧν τὰ μὲν Ἴβηρες ἔχουσι, τὰ δὲ Μαυρούσιοι. προύχει δὲ τὰ Ἰβηρικὰ ὅσον χιλίοις καὶ πεντακοσίοις σταδίοις κατὰ τὸ λεχθὲν ἀκρωτήριον. καὶ δὴ καὶ τὴν προσεχῆ τούτῳ χώραν τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι Κούνεον, σφῆνα σημαίνειν βουλόμενοι. αὐτὸ δὲ τὸ ἄκρον καὶ προπεπτωκὸς εἰς τὴν θάλατταν Ἀρτεμίδωρος εἰκάζει πλοίῳ, γενόμενος, φησίν, ἐν τῷ τόπῳ, προσλαμβάνειν δὲ τῷ σχήματι νησίδια τρία, τὸ μὲν ἐμβόλου τάξιν ἔχον, τὰ δὲ ἐπωτίδων, ἐφόρμους ἔχοντα μετρίους. Ἡρακλέους [δ' οὔ] θ' ἱερὸν ἐνταῦθα δείκνυσθαι (ψεύσασθαι δὲ τοῦτο Ἔφορον), οὔτε βωμόν, οὐδ' ἄλλου τῶν θεῶν, ἀλλὰ λίθους συγκεῖσθαι τρεῖς ἢ τέτταρας κατὰ πολλοὺς τόπους, οὓς ὑπὸ τῶν ἀφικνουμένων στρέφεσθαι κατά τι πάτριον καὶ μεταφέρεσθαι † ψευδοποιησαμένων· θύειν δ' οὐκ εἶναι νόμιμον, οὐδὲ νύκτωρ ἐπιβαίνειν τοῦ τόπου, θεοὺς φασκόντων κατέχειν αὐτὸν ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ θέαν ἥκοντας ἐν κώμῃ πλησίον νυκτερεύειν, εἶτ' ἐπιβαίνειν ἡμέρας, ὕδωρ ἐπιφερομένους διὰ τὴν ἀνυδρίαν.

6. Ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους εἰκός ἐστι μεταλαμβάνειν τὴν αὐτὴν προσηγορίαν, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁ χρόνος διαφθείρῃ τοὺς τεθέντας ὅρους. οὐ γὰρ νῦν οἱ Φιλαίνων βωμοὶ μένουσιν, ἀλλ' ὁ τόπος μετείληφε τὴν προσηγορίαν· οὐδὲ ἐν τῇ Ἰνδικῇ στήλας φασὶν ὁραθῆναι κειμένας οὔθ' Ἡρακλέους οὔτε Διονύσου, καὶ λεγομένων μέντοι καὶ δεικνυμένων (τῶν) τόπων τινῶν οἱ Μακεδόνες ἐπίστευον τούτους εἶναι στήλας, ἐν οἷς τι σημεῖον εὕρισκον ἢ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἱστορουμένων ἢ τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα. κἀνταῦθα δὴ τοὺς μὲν πρώτους οὐκ ἂν ἀπιστήσαι τις ὅροις χρήσασθαι χειροκμήτοις τισὶ βωμοῖς, ἢ πύργοις ἢ στυλίσιν ἐπὶ τῶν τόπων, εἰς οὓς ὑστάτους ἧκον τοὺς ἐπιφανεστάτους (ἐπιφανέστατοι δὲ οἱ πορθμοὶ καὶ τὰ ἐπικείμενα ὄρη καὶ αἱ νησῖδες πρὸς τὸ ἀποδηλοῦν ἐσχατιάς τε καὶ ἀρχὰς τόπων), ἐκλιπόντων δὲ τῶν χειροκμήτων ὑπομνημάτων μετενεχθῆναι τοὔνομα εἰς τοὺς τόπους, εἴτε τὰς νησῖδάς τις βούλεται λέγειν εἴτε τὰς ἄκρας τὰς ποιούσας τὸν πορθμόν. τοῦτο γὰρ ἤδη διορίσασθαι χαλεπόν, ποτέροις χρὴ προσάψαι τὴν ἐπίκλησιν διὰ τὸ ἀμφοτέροις ἐοικέναι τὰς Στήλας. λέγω δὲ ἐοικέναι, διότι ἐν τοῖς τοιούτοις ἵδρυνται τόποις, οἳ σαφῶς τὰς ἐσχατιὰς ὑπαγορεύουσι, καθ' ὃ καὶ στόμα εἴρηται ὁ πορθμὸς καὶ οὗτος καὶ ἄλλοι πλείους· τὸ δὲ στόμα πρὸς μὲν εἴσπλουν ἀρχή ἐστι, πρὸς δὲ ἔκπλουν ἔσχατον. τὰ οὖν ἐπὶ τῷ στόματι νησίδια, ἔχοντα τὸ εὐπερίγραφόν τε καὶ σημειῶδες, οὐ φαύλως στήλαις ἀπεικάζοι τις ἄν· ὡς δ' αὔτως καὶ τὰ ὄρη τὰ ἐπικείμενα τῷ πορθμῷ καὶ ἐξοχήν τινα τοιαύτην ἐμφαίνοντα, οἵαν αἱ στυλίδες ἢ αἱ στῆλαι. καὶ ὁ Πίνδαρος οὕτως ἂν ὀρθῶς λέγοι πύλας Γαδειρίδας, εἰ ἐπὶ τοῦ στόματος νοοῖντο αἱ στῆλαι· πύλαις γὰρ ἔοικε τὰ στόματα. τὰ δὲ Γάδειρα οὐκ ἐν τοιούτοις ἵδρυται τόποις, ὥστε ἀποδηλοῦν ἐσχατιάν, ἀλλ' ἐν μέσῃ πως κεῖται μεγάλῃ παραλίᾳ

mundi et expeditionis Herculeæ nota, hoc sano judicio fieri videtur: vetusti enim moris fuit hujusmodi ponere limites, quemadmodum Rhegini columellam in freto posuerunt, turriculæ speciem, cui opposita est turris Pelori dicta; et Philænorum aræ in medio prope terræ quæ est intra Syrtes; et in isthmo Corinthiaco memoratur posita columna antiquitus, quam communi opera collocaverunt Iones qui Atticam et Megaridem pulsi e Peloponneso occupaverunt, et qui Peloponnesum obtinuerunt, inscriptumque fuisse in parte Megaridi obversa,

Hic non est Peloponnesus, verum Ionia;

et in altera parte,

Hic Peloponnesus est, non est Ionia.

Et Alexander in Indica expeditione ad quæ ultima loca pervenit apud Indos versus orientem degentes, aras pro termino posuit, Herculem imitatus et Bacchum. Erat igitur hoc moris.

6. Verum probabile est locos quoque eandem istarum rerum denominationem excipere, præsertim ubi tempus abolet positos limites. Neque enim hodie exstant Philænorum aræ, sed locus id nominis retinet: et aiunt in India neque Herculis neque Bacchi columnas visas fuisse: nihilominus Macedones indicata ipsis et demonstrata quædam loca crediderunt esse eas columnas, ubi vestigium aliquod reperiebant eorum quæ vel de Baccho vel de Hercule erant memoriæ prodita. Ergo hic quoque incredibile nequaquam est primos illis in locis, ad quæ ultima et maxime illustria venissent, limites exstructis manu aris aliquibus aut turribus aut columnis consignasse (sunt autem freta, iisque incumbentes montes, et insulæ maxime illustria ad designanda locorum vel extrema vel prima), deinde abolitis monumentis illis manuum opera conditis, nomina eorum locis inhæsisse, sive ea minutas insulas esse dicas, sive fretum conficientia promontoria. Hoc enim jam definitu difficile est, utris appellatio ista sit tribuenda, quum columnæ utrisque sint similes: similes dico, quia talibus in locis collocantur, quæ evidenter extremitates demonstrant: unde et huic freto et aliis nomen oris apud Græcos inditum: os autem intro naviganti principium est, extremum foras navigantibus. Jam parvæ illæ in ore insulæ, quum facile circumscribantur et signi loco esse possent, non inepte columnis comparari posse videntur: itemque incumbentes freto montes, et eminentia sua sive columnam sive columellam referentes. Atque hac ratione Pindarus recte dixerit portas Gadiridas, si in ore intelligantur columnæ; portis enim ora ista sunt assimilia. Verum Gades non talibus in locis sitæ sunt, quæ extremitatem aliquam denotent, sed jacent in medio quodammodo maritimi litoris lati et sinuosi. Minus vero

κολπώδει. τὸ δὲ ἐπ' αὐτὰς ἀναφέρειν τὰς ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλας τῷ ἐνθάδε ἧττον εὔλογον, ὥς ἐμοὶ φαίνεται· οὐ γὰρ ἐμπόρων, ἀλλ' ἡγεμόνων μᾶλλον ἀρξάντων τοῦ ὀνόματος τούτου, κρατῆσαι πιθανὸν τὴν δόξαν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἰνδικῶν στηλῶν. ἄλλως τε καὶ ἡ ἐπιγραφή, ἥν φασιν, οὐχ ἀφίδρυμα ἱερὸν δηλοῦσα, ἀλλὰ ἀναλώματος κεφάλαιον, ἀντιμαρτυρεῖ τῷ λόγῳ· τὰς γὰρ Ἡρακλείους στήλας μνημεῖα εἶναι δεῖ τῆς ἐκείνου μεγαλουργίας, οὐ τῆς Φοινίκων δαπάνης.

7. Φησὶ δὲ ὁ Πολύβιος κρήνην ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις εἶναι, βαθμῶν ὀλίγων κατάβασιν ἔχουσαν εἰς τὸ ὕδωρ πότιμον, ἣν ταῖς παλιρροίαις τῆς θαλάττης ἀντιπαθεῖν, κατὰ μὲν τὰς πλήμας ἐκλείπουσαν, κατὰ δὲ τὰς ἀμπώτεις πληρουμένην. αἰτιᾶται δ' ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐκπῖπτον, καλυφθείσης μὲν αὐτῆς ὑπὸ τοῦ κύματος κατὰ τὰς ἐπιβάσεις τῆς θαλάττης, εἴργεται τῶν οἰκείων τοιούτων ἐξόδων, ἀναστρέψαν δὲ εἰς τὸ ἐντὸς ἐμφράττει τοὺς τῆς πηγῆς πόρους καὶ ποιεῖ λειψυδρίαν, γυμνωθείσης δὲ πάλιν, εὐθυπορῆσαν ἐλευθεροῖ τὰς φλέβας τῆς πηγῆς, ὥστ' ἀναβλύειν εὐπόρως. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἀντειπὼν τούτῳ καὶ ἅμα παρ' αὑτοῦ τινα θεὶς αἰτίαν, μνησθεὶς δὲ καὶ τῆς Σιλανοῦ δόξης τοῦ συγγραφέως, οὔ μοι δοκεῖ μνήμης ἄξια εἰπεῖν, ὡς ἂν ἰδιώτης περὶ ταῦτα καὶ αὐτὸς καὶ Σιλανός. Ποσειδώνιος δὲ ψευδῆ λέγων τὴν ἱστορίαν εἶναι ταύτην δύο φησὶ εἶναι φρέατα ἐν τῷ Ἡρακλείῳ καὶ τρίτον ἐν τῇ πόλει· τῶν δ' ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τὸ μὲν μικρότερον ὑδρευομένων συνεχῶς αὐθωρὸν καὶ ἐκλείπειν, καὶ διαλειπόντων τῆς ὑδρείας πληροῦσθαι πάλιν· τὸ δὲ μεῖζον δι' ὅλης τῆς ἡμέρας τὴν ὑδρείαν ἔχον, μειούμενον μέντοι, καθάπερ καὶ τἆλλα φρέατα πάντα, νύκτωρ πληροῦσθαι, μηκέτι ὑδρευομένων· ἐπειδὴ δὲ συμπίπτει κατὰ τὸν τῆς συμπληρώσεως καιρὸν ἡ ἄμπωτις πολλάκις, πεπιστεῦσθαι κενῶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων τὴν * ἀντιπάθειαν. ὅτι μὲν οὖν ἡ ἱστορία πεπίστευται, καὶ οὗτος εἴρηκε, καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς παραδόξοις θρυλουμένην παρειλήφαμεν. ἠκούομεν δὲ καὶ φρέατα εἶναι, τὰ μὲν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τοῖς κήποις, τὰ δὲ ἐντός, διὰ δὲ τὴν μοχθηρίαν τοῦ ὕδατος κατὰ τὴν πόλιν δεξαμενὰς ἐπιπολάζειν τοῦ λακκαίου ὕδατος· εἰ μέντοι καὶ τούτων τι τῶν φρεάτων ἐπιδείκνυται τὴν τῆς ἀντιπαθείας ὑπόνοιαν, οὐχ ἴσμεν. τὰς δ' αἰτίας, εἴπερ συμβαίνει ταῦτα οὕτως, ὡς ἐν χαλεποῖς ἀποδέχεσθαι δεῖ. εἰκὸς μὲν γὰρ οὕτως ἔχειν, ὡς ὁ Πολύβιός φησιν· εἰκὸς δὲ καὶ τῶν φλεβῶν τινας τῶν πηγαίων νοτισθείσας ἔξωθεν χαυνοῦσθαι καὶ παρέκχυσιν εἰς τὰ πλάγια μᾶλλον διδόναι τοῖς ὕδασιν, ἢ ἀναθλίβειν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ῥεῖθρον εἰς τὴν κρήνην· νοτίζεσθαι δ' ἀναγκαῖον, ἐπικλύσαντος τοῦ κύματος. εἰ δ', ὥσπερ Ἀθηνόδωρός φησιν, εἰσπνοῇ τε καὶ ἐκπνοῇ τὸ συμβαῖνον περὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ περὶ τὰς ἀμπώτεις ἔοικεν, εἶναι ἄν τινα τῶν ῥεόντων ὑδάτων, ἃ κατ' ἄλλους μὲν πόρους ἔχει τὴν ἔκρυσιν κατὰ φύσιν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, ὧν δὴ τὰ στόματα πηγὰς καὶ κρήνας καλοῦμεν, κατ' ἄλλους δὲ πόρους συνέλκε-

mihi videtur rationi consentaneum, ad ipsas in fano Herculis, quod Gadibus est positas columnas nomen columnarum referre velle: probabile est enim non a mercatoribus, sed a ducibus primum indito hoc nomine, ejus deinde famam inclaruisse, sicut et evenit de Indicis columnis. Alioquin etiam inscriptio earum, non sacri donarii dedicationem, sed summam impensarum indicans, rationem illam impugnat: nam columnas Herculis argumentum magnificentiæ ejus, non factorum a Phœnicibus sumptuum oportet esse.

7. Porro autem scribit Polybius esse Gadibus in templo Herculis fontem ad cujus aquas potui aptas paucorum sit graduum descensus, qui ad æstus maris contrario plane afficiatur modo, quum sub exundationem maris deficiat, et defluente eo impleatur. Causam rei confert in ventum qui e profundo in superficiem terræ effertur: qua superficie sub maris affluxu ab aquis occupata, ventum, quum suis exitibus solitis privetur, introrsum reverti, obstructisque fontis meatibus aquas intercludere, rursumque denudata aquis superficie, recta exeuntem venas fontis liberare obstructione, atque ita tum aquam copiose ebullire. Artemidorus autem dum hujus sententiam vult refellere, aliamque a se causam profert, facta simul sententiæ Silani historici mentione, indigna relatu mihi videtur dicere: quippe quum et ipse et Silanus harum fuerint rerum rudes. At Posidonius falsitatis hanc narrationem damnans, duos ait in Herculis templo esse puteos, et in urbe tertium: eorum qui sunt ad Herculis, minorem, quum continenter ex eo aqua hauriatur, ea ipsa hora siccari, rursumque impleri, ubi desitum fuerit aquari: majorem totius diei aquationi sufficere; minui quidem ipsum quoque more aliorum puteorum, aquatione autem noctu cessante repleri: et quum in repletionis tempus incidat non raro maris defluxus, creditam esse ab incolis illam contrarietatem affectionis, inaniter. Historiæ quidem huic fidem adhibitam fuisse quum ille ait, tum nos in divulgatis rerum inusitatarum narrationibus traditum reperimus. Auditu etiam cognovimus esse Gadibus alios quoque puteos partim in ipsa urbe, partim extra in hortis; sed ob aquæ vitiositatem in urbe usurpari cisternas lacustris aquæ: utrum autem hi quoque putei aliquam istius naturalis dissensionis a mari dent significationem, ignoro. Quodsi hæc ita eveniunt, causarum assignationem ita par est accipere, ut fieri in rebus difficilibus debet. Ac fieri potest ut res ita habeat, sicut judicavit Polybius: probabile est etiam quasdam fontis venas humectatas extrinsecus laxari, ita ut magis in obliquam partem aquas diffundant, quam eas secundum pristinum alveum in fontem exprimant: laxari autem necesse est inundatione aquarum. Quodsi, ut Athenodoro videtur, inspirationis et exspirationis simile quippiam habent maris affluxus et refluxus, fortassis quædam aquarum fluentium sunt, quæ per alios meatus naturam secutæ effluxus in superficiem effundunt (quorum ora fontes et scaturigines vocamus), aliis autem meatibus una trahuntur ad profunditatem

ται πρὸς τὸ τῆς θαλάττης βάθος· καὶ συνεξαίροντα μὲν ἐκείνῃ, ὥστε πλημμυρεῖν, ὅταν οἷον ἡ ἐκπνοὴ γίνηται, τὸ οἰκεῖον ἀπολείπει ῥεῖθρον, πάλιν [δ'] ἀναχωρεῖ πρὸς τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον, ὅταν κἀκείνη λάβῃ τὴν ἀναχώρησιν.

8. Οὐκ οἶδα δὲ πῶς κατ' ἄλλα δεινοὺς ἀποφαίνων ὁ Ποσειδώνιος τοὺς Φοίνικας, ἐνταῦθα μωρίαν μᾶλλον ἢ δριμύτητα αὐτῶν κατέγνωκεν. ἡμέρα μὲν γὰρ καὶ νὺξ τῇ τοῦ ἡλίου περιφορᾷ μετρεῖται, τοτὲ μὲν ὑπὸ γῆς ὄντος, τοτὲ δὲ ὑπὲρ γῆς φαινομένου· φησὶ δὲ τὴν τοῦ ὠκεανοῦ κίνησιν ὑπέχειν ἀστροειδῆ περίοδον, τὴν μὲν ἡμερήσιον ἀποδιδοῦσαν, τὴν δὲ μηνιαίαν, τὴν δ' ἐνιαυσιαίαν συμπαθῶς τῇ σελήνῃ. ὅταν γὰρ αὕτη ζῳδίου μέγεθος ὑπερέχῃ τοῦ ὁρίζοντος, ἄρχεσθαι διοιδεῖν τὴν θάλατταν καὶ ἐπιβαίνειν τῆς γῆς αἰσθητῶς μέχρι μεσουρανήσεως· ἐκκλίναντος δὲ τοῦ ἄστρου, πάλιν ἀναχωρεῖν τὸ πέλαγος κατ' ὀλίγον, ἕως ἂν ζῴδιον ὑπερέχῃ τῆς δύσεως ἡ σελήνη· εἶτα μένειν τοσοῦτον ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει χρόνον, ὅσον ἡ σελήνη συνάπτει πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν, καὶ ἔτι μᾶλλον τοσοῦτον, ὅσον κινηθεῖσα ὑπὸ γῆς ζῴδιον ἀπόσχοι ἂν τοῦ ὁρίζοντος· εἶτ' ἐπιβαίνειν πάλιν ἕως τοῦ ὑπὸ γῆν μεσουρανήματος· εἶτ' ἀναχωρεῖν, ἕως ἂν πρὸς τὰς ἀνατολὰς περιχωρήσασα ἡ σελήνη ζῴδιον τοῦ ὁρίζοντος ἀπόσχῃ· μένειν δέ, μέχρις ἂν ζῴδιον ὑπὲρ γῆς μετεωρισθῇ, καὶ πάλιν ἐπιβαίνειν. ταύτην μὲν εἶναι λέγει τὴν ἡμερήσιον περίοδον· τὴν δὲ μηνιαίαν, ὅτι μέγισται μὲν αἱ παλίρροιαι γίγνονται περὶ τὰς συνόδους, εἶτα μειοῦνται μέχρι διχοτόμου· πάλιν δ' αὔξονται μέχρι πανσελήνου, καὶ μειοῦνται πάλιν ἕως διχοτόμου φθινάδος· εἶθ' ἕως τῶν συνόδων αἱ αὐξήσεις· πλεονάζειν δὲ καὶ χρόνῳ καὶ τάχει τὰς αὐξήσεις. τὰς δ' ἐνιαυσίας παρὰ τῶν ἐν Γαδείροις πυθέσθαι φησί, λεγόντων ὡς κατὰ θερινὰς τροπὰς μάλιστα αὔξοιντο καὶ αἱ ἀναχωρήσεις καὶ αἱ ἐπιβάσεις. εἰκάζει δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν τροπῶν μειοῦσθαι μὲν ἕως ἰσημερίας, αὔξεσθαι δὲ ἕως χειμερινῶν τροπῶν· εἶτα μειοῦσθαι μέχρι ἐαρινῆς ἰσημερίας· εἶτ' αὔξεσθαι μέχρι θερινῶν τροπῶν. τῶν δὲ περιόδων τούτων οὐσῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα, τὸν συνάμφω χρόνον δὶς μὲν ἐπιβαινούσης τῆς θαλάττης, δὶς δὲ ἀναχωρούσης, τεταγμένως δὲ καὶ * τῷ ἡμερησίῳ χρόνῳ καὶ τῷ νυκτερινῷ, πῶς οἷόν τε πολλάκις μὲν συμβαίνειν κατὰ τὰς ἀμπώτεις τὴν πλήρωσιν τοῦ φρέατος, μὴ πολλάκις δὲ τὴν λειψυδρίαν; ἢ πολλάκις μέν, μὴ ἰσάκις δέ; ἢ καὶ ἰσάκις δέ, τοὺς δὲ Γαδειρίτας ταῦτα μὲν μὴ ἱκανοὺς γενέσθαι τηρῆσαι τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, τὰς δ' ἐνιαυσίους περιόδους ἐκ τῶν ἅπαξ συμβαινόντων κατ' ἔτος τηρῆσαι; (τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα). ἀλλὰ μὴν ὅτι γε πιστεύει αὐτοῖς, δῆλον ἐξ ὧν καὶ προσεικάζει γίνεσθαι τὰς μειώσεις καὶ πάλιν αὐξήσεις ἀπὸ τροπῶν ἐπὶ τροπάς τε ἑτέρας κἀκεῖθεν πάλιν ἐπανόδους. καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο εἰκός, ὅτι τηρητικοὶ ὄντες τὰ μὲν συμβαίνοντα οὐκ εἶδον, τοῖς δὲ μὴ συμβαίνουσιν ἐπίστευσαν.

9. Φησὶ δ' οὖν Σέλευκον τὸν ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς θα-

maris : eæque aquæ cum mari ita attolluntur, ut exundent quando fit quasi exspiratio, ac tum suum relinquunt proprium meatum; rursum autem in hunc recedunt, quando mare incipit refluere.

8. Nescio autem qui factum sit ut Posidonius, in ceteris rebus acumen ingenii Phœnicibus tribuens, magis hoc loco eos fatuos quam subtiles judicet. Solis conversionem die ac nocte metimur, partem supra, partem infra terram eo exigente. Jam ille tradit oceani motum imitari conversionem cœlestem, esseque æstum maris alium diurnum, alium menstruum, alium annuum, ad lunam certo modo affecti. Quum luna enim unius signi spatio supra horizontem elevatur, tum intumescere mare et in terram effluere (quod etiam sensus possit percipere), idque usque dum ad medium cœli luna perveniat. Inde declinante astro, paulatim mare abscedere, dum uno tantum signo ab occasu absit luna : tum consistere ipsum tanto tempore quanto luna ad ipsum occasum perrexerit, item tanto quanto infra terram sub horizontem unius signi quantitate descenderit : exinde rursum increscere, donec ad medium cœli infra terram luna appulerit : postea iterum recedere, usque dum versus ortum progressa luna signo uno horizontem se habeat altiorem : tum eodem statu manere, donec ea signo uno horizontem superet altitudine : exinde rursum in terram exire. Hunc ergo ait ille maris esse diurnum circuitum. Menstruum porro, quod maximi refluxus contingunt circa novilunium, deinde dum æqua portione divisa videatur luna, minui : hinc rursum usque ad plenilunium augeri, et minui exinde, usque dum diminuta lumine dimidium lucidum ostendat; postea rursum ad coitum usque crescere : ea autem incrementa et tempore et celeritate sese superare. Annuas denique maris vices se a Gaditanis auditu cognovisse ait : ita enim illos tradere, circa æstivum solstitium recessus accessusque maris maxime augeri; se vero conjecturam facere, eosdem a solstitio illo ad æquinoctium usque diminui, rursumque ad brumam usque accrescere; ab hac usque ad vernum æquinoctium decrescere, porroque augescere usque ad æstivum solstitium. Hæ maris vices quum quovis die et nocte quavis eveniant, bis per utrumque tempus mari se efferente, et bis subsidente, idque certo ordine et interdiu et noctu : quomodo fieri potest ut impletio putei sæpe eveniat sub refluxum maris, non sæpe autem exinanitio? aut sæpe quidem, sed non toties? vel etiam toties quidem, Gaditanos autem non satis valere mente, ut observent quæ fiant quotidie, nihilominus tamen annuas vicissitudines ex eo deprehendere, quod semel fit toto anno? Atqui fidem eum ipsis adhibere ex eo constat, quod ipse conjecturam addit de decrementis et sequentibus incrementis fluxuum a solstitiis ad solstitia, et de recursu qui hic fiat eadem via. At ne hoc quidem consentaneum est, homines istos observandi studiosos ea quæ eveniunt non animadvertisse, credidisse iis quæ non fierent.

9. Refert etiam Seleucum eum qui a Rubro mari oriundus

λάττης καὶ ἀνωμαλίαν τινὰ ἐν τούτοις καὶ ὁμαλότητα λέγειν κατὰ τὰς τῶν ζῳδίων διαφοράς· ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἰσημερινοῖς ζῳδίοις τῆς σελήνης οὔσης ὁμαλίζειν τὰ πάθη, ἐν δὲ τοῖς τροπικοῖς ἀνωμαλίαν εἶναι καὶ πλήθει καὶ τάχει, τῶν δ' ἄλλων ἑκάστου κατὰ τοὺς συνεγγισμοὺς εἶναι τὴν ἀναλογίαν. αὐτὸς δὲ κατὰ τὰς θερινὰς τροπὰς περὶ τὴν πανσέληνόν φησιν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ γενόμενος τῷ ἐν Γαδείροις πλείους ἡμέρας μὴ δύνασθαι συνεῖναι τὰς ἐνιαυσίους διαφοράς. περὶ μέντοι τὴν σύνοδον ἐκείνου τοῦ μηνὸς τηρῆσαι μεγάλην παραλλαγὴν ἐν Ἰλίπᾳ τῆς τοῦ Βαίτιος ἀνακοπῆς παρὰ τὰς ἔμπροσθεν, ἐν αἷς οὐδὲ ἕως ἡμίσους τὰς ὄχθας ἔβρεχε· τότε δ' ὑπερχεῖσθαι τὸ ὕδωρ, ὥσθ' ὑδρεύεσθαι τοὺς στρατιώτας αὐτόθι (διέχει δ' Ἰλίπα τῆς θαλάττης περὶ ἑπτακοσίους σταδίους)· τῶν δ' ἐπὶ θαλάττῃ πεδίων καὶ ἐπὶ τριάκοντα σταδίους εἰς βάθος καλυπτομένων ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος, ὥστε καὶ νήσους ἀπολαμβάνεσθαι, τὸ τῆς κρηπῖδος ὕψος τῆς τε τοῦ νεὼ τοῦ ἐν τῷ Ἡρακλείῳ καὶ τῆς τοῦ χώματος, ὃ τοῦ λιμένος πρόκειται τοῦ ἐν Γαδείροις, οὐδ' ἐπὶ δέκα πήχεις καλυπτόμενον ἀναμετρῆσαί φησι· κἂν προσθῇ δέ τις τὸ διπλάσιον τούτου κατὰ τὰς γενομένας ποτὲ παραυξήσεις, [οὐδ'] οὕτω παρασχεῖν ἂν τὴν ἔμφασιν, ἣν ἐν τοῖς πεδίοις παρέχεται τὸ μέγεθος τῆς πλημμυρίδος. τοῦτο μὲν δὴ τὸ πάθος κοινὸν ἱστορεῖται κατὰ πᾶσαν τὴν κύκλῳ παρωκεανῖτιν, τὸ δὲ τοῦ Ἴβηρος ποταμοῦ καινὸν καὶ ἴδιόν φησιν οὗτος· πλημμυρεῖν γὰρ ἔσθ' ὅπου (τε) καὶ χωρὶς ὄμβρων καὶ χιόνων, ἐπειδὰν τὰ βόρεια πνεύματα πλεονάσῃ, αἰτίαν δ' εἶναι τὴν λίμνην, δι' ἧς ῥεῖ· συνεκβάλλεσθαι γὰρ τὸ λιμναῖον ὑπὸ τῶν ἀνέμων.

10. Ἱστορεῖ δὲ καὶ δένδρον ἐν Γαδείροις ὄζους ἔχον καμπτομένους εἰς ἔδαφος, πολλάκις δὲ φύλλα ξιφοειδῆ πηχυαῖα τὸ μῆκος, πλάτος δὲ τετραδάκτυλα. περὶ δὲ Νέαν Καρχηδόνα δένδρον ἐξ ἀκάνθης φλοιὸν ἀφιέναι, ἐξ οὗ ὑφάσματα γίνεται κάλλιστα. τῷ μὲν οὖν ἐν Γαδείροις καὶ ἡμεῖς οἴδαμεν ὅμοιον ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν τῶν κλάδων κατάκαμψιν, τοῖς δὲ φύλλοις ἀνόμοιον, οὐδὲ καρπὸν ἔχον· τοῦτο δ' ἔχειν φησί. τὰ δ' ἀκάνθινα ὑφαίνεται καὶ ἐν Καππαδοκίᾳ, φέρει δ' οὐ (δὲν) δένδρον τὴν ἄκανθαν, ἐξ ἧς ὁ φλοιός, ἀλλὰ χαμαίζηλος ἡ βοτάνη. τῷ δὲ δένδρῳ τῷ ἐν Γαδείροις καὶ τοῦτο προσιστόρηται, ὅτι κλάδου μὲν ἀποκλωμένου γάλα ῥεῖ, ῥίζης δὲ τεμνομένης μιλτῶδες ὑγρὸν ἀναφέρεται. τοσαῦτα καὶ περὶ Γαδείρων.

11. Αἱ δὲ Καττιτερίδες δέκα μέν εἰσι, κεῖνται δ' ἐγγὺς ἀλλήλων, πρὸς ἄρκτον ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀρτάβρων λιμένος πελάγιαι· μία δ' αὐτῶν ἔρημός ἐστι, τὰς δ' ἄλλας οἰκοῦσιν ἄνθρωποι μελάγχλαινοι, ποδήρεις ἐνδεδυκότες τοὺς χιτῶνας, ἐζωσμένοι περὶ τὰ στέρνα, μετὰ ῥάβδων περιπατοῦντες, ὅμοιοι ταῖς τραγικαῖς Ποιναῖς· ζῶσι δ' ἀπὸ βοσκημάτων νομαδικῶς τὸ πλέον. μέταλλα δὲ ἔχοντες καττιτέρου καὶ μολύβδου κέραμον ἀντὶ τούτων καὶ τῶν δερμάτων διαλλάττονται καὶ ἅλας καὶ χαλκώματα πρὸς τοὺς ἐμπόρους. πρότερον μὲν οὖν

fuit, in his æqualitatem inæqualitatemque statuere aliquam pro signorum cœlestium ratione: nam luna in æquinoctialibus signis hærente, æquabiliter illos æstus fieri; in solstitialibus autem et quantitate et celeritate inæquali; eamque inæqualitatem in reliquis signis locum habere pro eo atque unumquodvis eorum ad dicta propius accedit. Ipse autem se memorat Gadibus in Herculis templo fuisse sub ipsum æstivum solstitium, in plenilunio per aliquam multos dies, neque tamen anniversarias istas mutationes potuisse deprehendere: sed circa ejus mensis novilunium magnam se in Bætis fluvii apud Ilipam repercussione notasse diversitatem: qui quum ante ne ad dimidium quidem usque ripam madefaceret, tunc ita fuerit effusus, ut ibi aquarentur milites (abest autem Ilipa a mari circiter septingenta stadia); et dum campestria mari propinqua etiam usque triginta [*al. codd.* quinquaginta] stadia in altum fuerint aquarum exæstuatione tecta, ita ut insularum modo mari quædam ambirentur, altitudinem fundamenti, cui fanum Herculis insistit et ipse agger qui portui Gaditano præpositus est, ne ad decem quidem cubitos fuisse occultatam, quos ipse sit permensus: quod si quis etiam duplum hujus addat, secundum incrementa tunc facta, ne sic quidem posse indicium præberi ejus magnitudinis, quam in campis exundatio facit. Atque hoc quidem traditur evenire communiter toti oræ oceano adjacentis circulo: novum autem et peculiare hoc ille de Ibero fluvio refert, eum aliquando exundare nullis imbribus aut nivibus causam præbentibus, quum boreæ frequentes flant: in causa esse paludem, per quam fluit: nam a ventis aquam palustrem una extorqueri.

10. Narrat etiam arborem esse Gadibus, cujus rami ad solum sint deflexi, folia frequenter cubitalia longitudine, quattuor lata digitos, forma gladii: et apud Novam Carthaginem arborem esse quæ e spina corticem emittat, unde telæ pulcherrimæ conficiantur. Nos sane, quod ad ramorum deorsum inflexionem attinet, Gaditanæ arboris similem in Ægypto novimus, foliis tamen dissimilem et fructu (facit enim ille suam frugiferam) carentem. E spinis autem texturæ fiunt etiam in Cappadocia; sed non arbor spinam fert unde cortex, sed stirps est humilis. De Gaditana autem arbore id præterea narratur, eam ramo effracto lac, radice incisa humorem minii colore emittere. Atque hæc de Gadibus sufficiant.

11. Cassiterides insulæ decem sunt numero, vicinæ invicem, ab Artabrorum portu versus septentrionem in alto sitæ mari: una earum deserta est, reliquæ ab hominibus incoluntur atras vestes gerentibus, tunicas indutis ad talos usque demissas, cinctis circum pectus, cum baculis ambulantibus, similes tragœdiarum Pœnis (sive Furiis). Vivunt ii ex pecore, vagantes plerumque incertis sedibus. Metalla habent stanni et plumbi, quorum et pellium loco fictilia sales et æerea opera a mercatoribus permutando recipiunt.

Φοίνικες μόνοι τὴν ἐμπορίαν ἔστελλον ταύτην ἐκ τῶν Γαδείρων, κρύπτοντες ἅπασι τὸν πλοῦν· τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐπακολουθούντων ναυκλήρῳ τινί, ὅπως καὶ αὐτοὶ γνοῖεν τὰ ἐμπόρια, φθόνῳ ὁ ναύκληρος ἑκὼν εἰς τέναγος ἐξέβαλε τὴν ναῦν, ἐπαγαγὼν δ' εἰς τὸν αὐτὸν ὄλεθρον καὶ τοὺς ἑπομένους, αὐτὸς ἐσώθη διὰ ναυαγίου καὶ ἀπέλαβε δημοσίᾳ τὴν τιμὴν ὧν ἀπέβαλε φορτίων. οἱ Ῥωμαῖοι δὲ ὅμως πειρώμενοι πολλάκις ἐξέμαθον τὸν πλοῦν· ἐπειδὴ δὲ καὶ Πόπλιος Κράσσος, διαβὰς ἐπ' αὐτούς, ἔγνω τὰ μέταλλα ἐκ μικροῦ βάθους ὀρυττόμενα καὶ τοὺς ἄνδρας εἰρηναίους, ἐκ περιουσίας ἤδη τὴν θάλατταν ἐργάζεσθαι ταύτην τοῖς ἐθέλουσιν ἐπέδειξε, καίπερ οὖσαν πλείω τῆς διειργούσης (εἰς) τὴν Βρεττανικήν. καὶ περὶ μὲν Ἰβηρίας καὶ τῶν προκειμένων νήσων ταῦτα.

Primis temporibus soli Phœnices a Gadibus eo negotiatum iverunt, celantes alios omnes istam navigationem: quum autem Romani quendam navis magistrum sequerentur, ut et ipsi emporia ista addiscerent, is invidia ductus dedita opera navem suam in vadum compulit, in eandemque perniciem iis qui insequebantur conjectis, ipse e naufragio servatus ex ærario publico pretium amissarum mercium recepit. Tamen Romani, re sæpius tentata, navigationem addidicerunt. Deinde Publius Crassus quum eo navigasset, videretque metalla non alte effodi, hominesque eos pacis studiosos, jam omnes pro lubitu, qui vellent, hoc mare exercere docuit, quanquam amplius esset eo quod Britanniam a nobis separat. Ac de Hispania quidem et insulis ante eam sitis hactenus.

## ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

# ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

## STRABONIS

# GEOGRAPHICORUM

## LIBER QUARTUS.

### ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ τετάρτῳ τὰ περὶ Γαλλίαν (καὶ Ἰβηρίαν) καὶ ὅσα διείργουσιν αἱ Ἄλπεις τῆς Ἰταλίας ἔνδον, ἐν οἷς καὶ Βρεττανία καὶ τῶν ὠκεανιτίδων νήσων τινές, ὅσαι καὶ δοκοῦσιν οἰκεῖσθαι, καὶ βαρβάρων χώραν καὶ ἔθνη παροικοῦντα τοῦ Ἴστρου πέραν.

### ARGUMENTUM.

Quartus liber exhibet Galliæ (et Hispaniæ) descriptionem, regionumque intra Alpes ad Italiam. Agit ibi etiam de Britannia, et nonnullis insulis in Oceano, quæ quidem habitari videntur; deque barbarorum terris, et populis ulteriora Istri tenentibus.

### ΚΕΦ. Α'.

Ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτική. ταύτης δὲ καὶ τὸ σχῆμα ὑπογέγραπται πρότερον τυπωδῶς καὶ τὸ μέγεθος· νυνὶ δὲ λεκτέον τὰ καθ' ἕκαστα. οἱ μὲν δὴ τριχῇ διῄρουν, Ἀκυϊτανοὺς καὶ Βέλγας καλοῦντες καὶ Κέλτας· τοὺς μὲν Ἀκυϊτανοὺς τελέως ἐξηλλαγμένους οὐ τῇ γλώττῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σώμασιν, ἐμφερεῖς Ἴβηρσι μᾶλλον ἢ Γαλάταις· τοὺς δὲ λοιποὺς Γαλατικοὺς μὲν τὴν ὄψιν, ὁμογλώττους δ' οὐ πάντας, ἀλλ' ἐνίους μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς γλώτταις· καὶ πολιτεία δὲ καὶ οἱ βίοι μικρὸν ἐξηλλαγμένοι εἰσίν. Ἀκυϊτανοὺς μὲν οὖν καὶ Κέλτας ἔλεγον τοὺς πρὸς τῇ Πυρήνῃ, διωρισμένους τῷ Κεμμένῳ ὄρει. εἴρηται γὰρ ὅτι τὴν Κελτικὴν ταύτην ἀπὸ μὲν τῆς δύσεως ὁρίζει τὰ Πυρηναῖα ὄρη, προσαπτόμενα τῆς ἑκατέρωθεν θαλάττης, τῆς τε ἐντὸς καὶ τῆς ἐκτός· ἀπὸ δὲ τῶν ἀνατολῶν ὁ Ῥῆνος, παράλληλος ὢν τῇ Πυρήνῃ· τὰ δ' ἀπὸ τῶν ἄρκτων καὶ τῆς μεσημβρίας, τὰ μὲν ὁ ὠκεανὸς περιείληφεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν βορείων ἄκρων τῆς Πυρήνης μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου, τὰ δ' ἐξ ἐναντίας ἡ

### CAP. I.

Sequitur quæ ultra Alpes est Gallia [*græce fere* Celtice]. Ejus jam ante figura et magnitudo crassiore definitione descripta fuerunt; nunc singula persequemur. Sunt qui Gallos trifariam dividant, in Aquitanos, Belgas et Celtas: de quibus Aquitani a ceterorum plane differentes non lingua modo, sed et corporibus, Hispanis quam Gallis sint similiores; reliqui specie quidem Gallici, non eodem tamen cuncti utentes sermone, sed aliquid nonnulli habeant diversitatis; forma quoque reipublicæ et vitæ institutis nonnihil differant. Ergo qui Pyrenæ sunt proximi, eos Aquitanos et Celtas vocant, monte divisos Cemmeno. Dictum est enim supra, Galliam de qua agimus versus occasum montibus definiri Pyrenæis, utrumque mare tam externum quam internum tangentibus; ab ortu autem Rheno, qui Pyrenæis fluit parallelus; a septentrione oceano, inde a septentrionalibus Pyrenæ extremis ad ostia usque Rheni;

κατὰ Μασσαλίαν καὶ Νάρβωνα θάλαττα καὶ αἱ Ἄλπεις ἀπὸ τῆς Λιγυστικῆς ἀρξάμεναι μέχρι τῶν πηγῶν τοῦ Ῥήνου. τῇ δὲ Πυρήνῃ πρὸς ὀρθὰς ἦκται Κέμμενον ὄρος διὰ μέσων τῶν πεδίων, καὶ παύεται κατὰ μέσα πλησίον Λουγδούνου, περὶ δισχιλίους ἐκταθὲν σταδίους. Ἀκυϊτανοὺς μὲν τοίνυν ἔλεγον τοὺς τὰ βόρεια τῆς Πυρήνης μέρη κατέχοντας καὶ τῆς Κεμμένης μέχρι πρὸς τὸν ὠκεανὸν τὰ ἐντὸς Γαρούνα ποταμοῦ, Κέλτας δὲ τοὺς ἐπὶ θάτερα μέρη καθήκοντας καὶ τὴν κατὰ Μασσαλίαν καὶ Νάρβωνα θάλατταν, ἁπτομένους δὲ καὶ τῶν Ἀλπεινῶν ὀρῶν ἐνίων, Βέλγας δ' ἔλεγον τοὺς λοιπούς τε τῶν παρωκεανιτῶν μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου καί τινας τῶν παροικούντων τὸν Ῥῆνον καὶ τὰς Ἄλπεις. οὕτω δὲ καὶ ὁ Θεὸς Καῖσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἴρηκεν. ὁ δὲ Σεβαστὸς Καῖσαρ τετραχῇ διελὼν τοὺς μὲν Κέλτας τῆς Ναρβωνίτιδος ἐπαρχίας ἀπέφηνεν, Ἀκυϊτανοὺς δ' οὕσπερ κἀκεῖνος, προσέθηκε δὲ τετταρεσκαίδεκα ἔθνη τῶν μεταξὺ τοῦ Γαρούνα καὶ τοῦ Λείγηρος ποταμοῦ νεμομένων· τὴν δὲ λοιπὴν διελὼν δίχα τὴν μὲν Λουγδούνῳ προσώρισε μέχρι τῶν ἄνω μερῶν τοῦ Ῥήνου, τὴν δὲ τοῖς Βέλγαις. ὅσα μὲν οὖν φυσικῶς διώρισται δεῖ λέγειν τὸν γεωγράφον καὶ ὅσα ἐθνικῶς, ὅταν ᾖ καὶ μνήμης ἄξια, ὅσα δ' οἱ ἡγεμόνες πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι διατάττουσι ποικίλως, ἀρκεῖ κἂν ἐν κεφαλαίῳ τις εἴπῃ, τοῦ δ' ἀκριβοῦς ἄλλοις παραχωρητέον.

2. Ἅπασα μὲν οὖν ἐστιν αὕτη ποταμοῖς κατάρρυτος ἡ χώρα, τοῖς μὲν ἐκ τῶν Ἄλπεων καταφερομένοις, τοῖς δ' ἐκ τοῦ Κεμμένου καὶ τῆς Πυρήνης, καὶ τοῖς μὲν εἰς τὸν ὠκεανὸν ἐκβάλλουσι, τοῖς δὲ εἰς τὴν ἡμετέραν θάλατταν. δι' ὧν δὲ φέρονται χωρίων, πεδία ἐστὶ τὰ πλεῖστα καὶ γεωλοφίαι, διάρρους ἔχουσαι πλωτούς. οὕτως δ' εὐφυῶς ἴσχει τὰ ῥεῖθρα πρὸς ἄλληλα, ὥστ' ἐξ ἑκατέρας τῆς θαλάττης εἰς ἑκατέραν κατακομίζεσθαι, πορευομένων τῶν φορτίων ἐπ' ὀλίγον καὶ διὰ πεδίων εὐμαρῶς· τὸ δὲ πλέον τοῖς ποταμοῖς, τοῖς μὲν ἀναγομένων, τοῖς δὲ καταγομένων. ἔχει δέ τι πλεονέκτημα πρὸς τοῦτο ὁ Ῥοδανός· καὶ γὰρ πολλαχόθεν ἐστὶ σύρρους, † ὥσπερ εἴρηται, καὶ συνάπτει πρὸς τὴν ἡμετέραν θάλατταν κρείττω τῆς ἐκτὸς οὖσαν, καὶ διὰ χώρας διέξεισι τῆς εὐδαιμονεστάτης τῶν ταύτῃ. τοὺς γὰρ αὐτοὺς ἐκφέρει καρποὺς ἡ Ναρβωνῖτις ἅπασα, οὕσπερ ἡ Ἰταλία. προϊόντι δ' ἐπὶ τὰς ἄρκτους καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος ἡ μὲν ἐλαιόφυτος καὶ συκοφόρος ἐκλείπει, τἆλλα δὲ φύεται. καὶ ἡ ἄμπελος δὲ προϊοῦσιν οὐ ῥᾳδίως τελεσφορεῖ· ἡ δ' ἄλλη πᾶσα σῖτον φέρει πολὺν καὶ κέγχρον καὶ βάλανον καὶ βοσκήματα παντοῖα, ἀργὸν δ' αὐτῆς οὐδέν, πλὴν εἴ τι ἕλεσι κεκώλυται καὶ δρυμοῖς· καίτοι καὶ τοῦτο συνοικεῖται πολυανθρωπίᾳ μᾶλλον ἢ ἐπιμελείᾳ. καὶ γὰρ τοκάδες αἱ γυναῖκες καὶ τρέφειν ἀγαθαί, οἱ δ' ἄνδρες μαχηταὶ μᾶλλον ἢ γεωργοί· νῦν δ' ἀναγκάζονται γεωργεῖν, καταθέμενοι τὰ ὅπλα. κοινῇ μὲν οὖν ταῦτα λέγομεν περὶ πάσης τῆς ἐκτὸς Κελτικῆς, περὶ δὲ τῶν τεταρτημορίων ἑκάστου διαλαβόντες λέγωμεν

a meridie mari quod est ad Massiliam et Narbonem, et Alpibus, quæ a Liguria incipientes ad fontes Rheni porriguntur. A Pyrena ad rectos angulos protenditur Cemmenus mons per mediam planitiem Galliæ, ejusque in medio desinit prope Lugdunum ad duo millia stadiûm porrectus. Aquitanos ergo dicunt eos qui intra Garumnam [*græce* Garunam] fluvium septentrionalia Pyrenæ et Cemmenæ, usque ad oceanum accolunt; Celtas, qui ad alteram partem extenduntur et habitant versus mare quod ad Massiliam et Narbonem est, pertinguntque ad quandam Alpium partem; Belgas denique vocant reliquos oceano propinqua tenentes usque ad Rheni ostia, et quosdam Rhenum et Alpes colentes. Sic etiam divus (Julius) Cæsar in Commentariis suis tradidit. Augustus autem Cæsar in quattuor partes Galliam divisit, ita ut Celtas Narbonensi provinciæ attribueret, Aquitanos eosdem cum Julio faceret, iisque quattuordecim alias gentes, earum quæ intra Garumnam et Ligerin habitant, attribueret; reliquum in duas partes divideret, quarum unam usque ad superiora Rheni Lugduno adjungeret, alteram Belgis. Enimvero geographi officium est iis divisionibus inhærere, quæ vel ab ipsa natura proveniunt, vel a populis constitutæ sunt, quando dignæ sunt memoratu : quæ autem principes pro temporum ratione varie constituerunt, uno tantum verbo indicasse satis est, et accuratam designationem aliis concedere.

2. Jam tota hæc terra amnibus rigatur, quorum alii ex Alpibus, alii ex Cemmeno et Pyrena delapsi, partim in oceanum, partim in nostrum mare exeunt. Loca per quæ feruntur, pleraque sunt campestria, aut tumuli terrestres, alveis præditi navigabilibus. Fluvii autem ita commode se invicem respiciunt, ut ab utroque mari ad alterum facile perferantur merces, quæ spatio minime longo terra vehuntur facile, maximo autem fluviis, aliis sursum, aliis secundum flumen. Ad quam rem aptior aliquanto reliquis est Rhodanus, in quem, ut dictum est [dicetur?], multis ex locis aqua confluit, et qui in nostrum mare exit, quod oceano majora nobis commoda præbet, ac regionem Galliæ fœcundissimam perlabitur. Profert enim Narbonensis Gallia omnia fructuum genera, quæ in Italia nascuntur. Inde versus septentrionem et Cemmenum montem progredienti solum olivæ quidem et ficus ferax desinit, sed reliqua proveniunt. Atque vitis quidem, ubi ulterius processeris, non facile uvas ad maturitatem perducit : verum reliqua omnis Gallia multum fert frumenti, milii, glandis, ac omnigenum alit pecus : nihil in ea otiosum est, nisi qua paludes aut silvæ obstant; quanquam et illa loca incoluntur, magis hominum copia quam accuratione. Namque mulieres fœcundæ sunt, et educatrices bonæ, viri autem bello quam agricultura meliores : nostro tamen tempore coguntur positis armis agros colere. Atque hæc in genere dicta sunto de Gallia exteriore. Nunc de singulis quadran-

te.

νυνί, μεμνημένοι τυπωδῶς, καὶ πρῶτον περὶ τῆς Ναρβωνίτιδος.

3. Ταύτης δὲ τὸ σχῆμα παραλληλόγραμμόν πώς ἐστιν, ἐκ μὲν τῆς ἑσπέρας γραφόμενον τῇ Πυρήνῃ, πρὸς δὲ τὰς ἄρκτους τῷ Κεμμένῳ· τὰς δὲ λοιπάς, τὴν μὲν νότιον ἡ θάλαττα ποιεῖ μεταξὺ Πυρήνης καὶ Μασσαλίας, τὴν δ' ἑωθινὴν αἱ Ἄλπεις ἐκ μέρους, καὶ τὸ μεταξὺ διάστημα τῶν Ἄλπεων ἐπ' εὐθείας αὐταῖς ληφθὲν καὶ τῶν ὑπωρειῶν τοῦ Κεμμένου τῶν καθηκουσῶν ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν καὶ ποιουσῶν ὀρθὴν γωνίαν πρὸς τὴν λεχθεῖσαν ἀπὸ τῶν Ἄλπεων εὐθεῖαν. τῷ δὲ νοτίῳ πρόσκειται παρὰ τὸ λεχθὲν σχῆμα ἡ ἐφεξῆς παραλία, ἣν ἔχουσιν οἵ τε Μασσαλιῶται καὶ οἱ Σάλυες μέχρι Λιγύων ἐπὶ τὰ πρὸς Ἰταλίαν μέρη καὶ τὸν Οὔαρον ποταμόν. οὗτος δ' ἐστίν, † ὡς εἶπον πρότερον, ὅριον τῆς Ναρβωνίτιδος καὶ τῆς Ἰταλίας· ὑπάρχει δὲ θέρους μὲν μικρός, χειμῶνος δὲ καὶ μέχρι ἑπτὰ σταδίων πλατυνόμενος. ἐντεῦθεν μὲν οὖν ἡ παραλία παρατείνει μέχρι τοῦ ἱεροῦ τῆς Πυρηναίας Ἀφροδίτης· καὶ τοῦτο δ' ἐστὶν ὅριον ταύτης τε τῆς ἐπαρχίας καὶ τῆς Ἰβηρικῆς· ἔνιοι δὲ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἐστι τὰ Πομπηίου τρόπαια, ὅριον Ἰβηρίας ἀποφαίνουσι καὶ τῆς Κελτικῆς. ἔστι δ' ἔνθεν μὲν εἰς Νάρβωνα μίλια ἑξήκοντα τρία, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Νέμαυσον ὀγδοήκοντα ὀκτώ, ἐκ Νεμαύσου δὲ διὰ Οὐγέρνου καὶ Ταρούσκωνος εἰς τὰ θερμὰ ὕδατα τὰ Σέξτια καλούμενα, ἅπερ πλησίον Μασσαλίας ἐστί, πεντήκοντα τρία, ἐντεῦθεν δὲ εἰς Ἀντίπολιν καὶ τὸν Οὔαρον ποταμὸν ἑβδομήκοντα τρία, ὥστε τὰ σύμπαντα γίνεται μίλια διακόσια ἑβδομήκοντα ἑπτά. ἔνιοι δ' ἀπὸ τοῦ Ἀφροδισίου μέχρι τοῦ Οὐάρου σταδίους ἀνέγραψαν δισχιλίους ἑξακοσίους, οἱ δὲ καὶ διακοσίους προστιθέασιν· οὐ γὰρ ὁμολογεῖται περὶ τῶν διαστημάτων. κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν ὁδὸν τὴν διὰ Οὐοκοντίων καὶ τῆς Κοττίου μέχρι μὲν Οὐγέρνου καὶ Ταρούσκωνος κοινὴ ὁδὸς ἡ ἀπὸ Νεμαύσου, ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ μὲν τοὺς Οὐοκοντίων ὅρους καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀναβάσεως τῶν Ἄλπεων διὰ Δρουεντία καὶ Καβαλλίωνος μίλια ἑξήκοντα τρία· πάλιν δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἑτέρους ὅρους τῶν Οὐοκοντίων πρὸς τὴν Κοττίου μίλια ἑκατὸν ἑνὸς δέοντα (εἰς) ἐπ' Ἐβρόδουνον κώμην· εἶτ' ἄλλα τοσαῦτα διὰ Βριγαντίου κώμης καὶ Σκιγγομάγου καὶ τῆς τῶν Ἄλπεων ὑπερθέσεως ἐπὶ Ὤκελον, τὸ πέρας τῆς Κοττίου γῆς· (καὶ) ἡ ἀπὸ Σκιγγομάγου δὲ ἤδη Ἰταλία λέγεται· ἔστι δὲ ἐνθένδε ἐπὶ Ὤκελον μίλια εἴκοσι ὀκτώ.

4. Κτίσμα δ' ἐστὶ Φωκαιέων ἡ Μασσαλία, κεῖται δ' ἐπὶ χωρίου πετρώδους· ὑποπέπτωκε δ' αὐτῆς ὁ λιμὴν θεατροειδεῖ πέτρᾳ, βλεπούσῃ πρὸς νότον. τετείχισται δὲ καὶ αὐτὴ καλῶς καὶ ἡ πόλις σύμπασα, μέγεθος ἔχουσα ἀξιόλογον. ἐν δὲ τῇ ἄκρᾳ τὸ Ἐφέσιον ἵδρυται καὶ τὸ τοῦ Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· τοῦτο μὲν κοινὸν Ἰώνων ἁπάντων, τὸ δὲ Ἐφέσιον τῆς Ἀρτέμιδός ἐστι νεὼς τῆς Ἐφεσίας. ἀπαίρουσι γὰρ τοῖς Φωκαιεῦσιν ἐκ τῆς οἰκείας λόγιον ἐκπεσεῖν φασιν, ἡγεμόνι χρήσασθαι τοῦ πλοῦ παρὰ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος λαβοῦσι·

tibus ordine et rudi Minerva dicamus, initio a Narbonensi facto.

3. Hujus figura quodammodo parallelogrammum refert, cujus occiduum latus Pyrene includit, septentrionale Cemmenus; reliquorum austrinum conficit mare quod inter Pyrenam est et Massiliam, et orientale ex parte et Alpes, intervallum ab Alpibus recta cum his linea sumptum usque ad procursus Cemmeni ad Rhodanum porrectos, qui ad angulum rectum incidunt lineæ illi recta ab Alpibus ductæ. Austrino lateri adjacet, præter dictam figuram, ora maritima quam Massilienses et Salyes [*codd.* Sallyes] tenent, usque ad Liguriam et Italiæ fines, ac Varum fluvium, quo, ut dixi ante [?], disterminantur Narbonensis Gallia et Italia. Is æstate parvus, hieme ad septem stadiorum latitudinem augetur. Ab hoc igitur ora maritima protenditur usque ad templum Veneris Pyrenææ, quo hæc provincia et Hispania limite distinguuntur; quanquam alii pro limite Hispaniæ et Galliæ locum designant eum, ubi sunt Pompeii tropæa. Inde ergo Narbonem usque miliaria sunt sexaginta tria; hinc Nemausum octoginta octo; a Nemauso per Ugernum ac Tarusconem [*alii codd.* Tarasconem] ad aquas calidas quæ Sextiæ appellantur, quæ prope Massiliam sunt, quinquaginta tria; hinc ad Antipolin et Varum amnem, septuaginta tria: ita ut summa sit miliarium, ducenta septuaginta et septem. Alii a Veneris templo usque ad Varum stadia tradiderunt bis mille et sexcenta; his nonnulli ducenta addunt; non enim idem omnes de intervallis sentiunt. Altera via est per Vocontios et ditionem Cottii [*alii codd.* Cutii]: Ugernum quidem usque et Tarusconem a Nemauso communis est via; hinc autem usque ad Vocontiorum terminos et initium ascensus Alpium per Druentiam et Caballionem miliaria sexaginta tria: inde rursum ad alteros Vocontiorum terminos secundum Cottii terram, miliaria nonaginta novem ad Ebrodunum vicum; hinc totidem per Brigantium vicum et Scingomagum et Alpium altos transitus, usque ad Ocelum, qui est terræ Cottiæ finis: nam a Scingomago quæ est regio, jam Italia dicitur, et distat ab Ocelo miliaria viginti octo [*vulgo* septem].

4. Massilia [*græce* Massalia] a Phocæensibus [*codd.* Phocensibus] est condita, sita loco saxoso, portum habens subjectum theatri forma cavato saxo, austro obversum. Quum portus hic, tum ipsa urbs præclare ædificata est, memorabili magnitudine. In arce est Ephesium, et Apollinis Delphinii fanum. Hoc quidem omnium Ionum commune est, Ephesium autem est fanum Dianæ Ephesiæ. Aiunt enim Phocæensibus [*codd.* Phocensibus] patriam relinquentibus oraculum editum fuisse, quo jubebantur navigationis du-

τοὺς μὲν δή, προσαχθέντας τῇ Ἐφέσῳ, ζητεῖν ὅντινα τρόπον ἐκ τῆς θεοῦ πορίσαιντο τὸ προσταχθέν. Ἀριστάρχῃ δὲ τῶν ἐντίμων σφόδρα γυναικῶν παραστῆναι κατ' ὄναρ τὴν θεὸν καὶ κελεῦσαι συναπαίρειν τοῖς Φωκαιεῦσιν, ἀφίδρυμά τι τῶν ἱερῶν λαβούσῃ· γενομένου δὲ τούτου καὶ τῆς ἀποικίας λαβούσης τέλος, τό τε ἱερὸν ἱδρύσασθαι καὶ τὴν Ἀριστάρχην τιμῆσαι διαφερόντως ἱέρειαν ἀποδείξαντας, ἔν τε ταῖς ἀποίκοις πόλεσι πανταχοῦ τιμᾶν ἐν τοῖς πρώτοις ταύτην τὴν θεὸν καὶ τοῦ ξοάνου τὴν διάθεσιν τὴν αὐτὴν καὶ τἆλλα νόμιμα φυλάττειν τὰ αὐτά, ἅπερ ἐν τῇ μητροπόλει νενόμισται.

5. Διοικοῦνται δ' ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων εὐνομώτατα, ἀνδρῶν ἑξακοσίων καταστήσαντες συνέδριον, διὰ βίου ταύτην ἐχόντων τὴν τιμήν, οὓς τιμούχους καλοῦσι. πεντεκαίδεκα δ' εἰσὶ τοῦ συνεδρίου προεστῶτες, τούτοις δὲ τὰ πρόχειρα διοικεῖν δέδοται. πάλιν δὲ τῶν πεντεκαίδεκα προκάθηνται τρεῖς οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες, τούτων δὲ εἷς· τιμοῦχος [δ'] οὐ γίνεται μὴ τέκνα ἔχων, μηδὲ διὰ τριγονίας ἐκ πολιτῶν γεγονώς. οἱ δὲ νόμοι Ἰωνικοί, πρόκεινται δὲ δημοσίᾳ. χώραν δ' ἔχουσιν ἐλαιόφυτον μὲν καὶ κατάμπελον, σίτῳ δὲ λυπροτέραν διὰ τὴν τραχύτητα, ὥστε πεποιθότες τῇ θαλάττῃ μᾶλλον ἢ τῇ γῇ τὸ πρὸς ναυτιλίας εὐφυὲς εἵλοντο μᾶλλον. ὕστερον μέντοι ταῖς ἀνδραγαθίαις ἴσχυσαν προσλαβεῖν τινα τῶν πέριξ πεδίων ἀπὸ τῆς αὐτῆς δυνάμεως. ἀφ' ἧς καὶ τὰς πόλεις ἔκτισαν, ἐπιτειχίσματα τὰς μὲν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τοῖς Ἴβηρσιν, οἷς καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος παρέδοσαν τὰ πάτρια, ὥστε Ἑλληνιστὶ θύειν, τὴν δὲ † Ῥόην Ἀγάθην τοῖς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦσι τὸν Ῥοδανὸν βαρβάροις, τὸ δὲ Ταυροέντιον καὶ τὴν Ὀλβίαν καὶ Ἀντίπολιν καὶ Νίκαιαν τῷ τῶν Σαλύων ἔθνει καὶ τοῖς Λίγυσι τοῖς τὰς Ἄλπεις οἰκοῦσιν. εἰσὶ δὲ καὶ νεώσοικοι παρ' αὐτοῖς καὶ ὁπλοθήκη· πρότερον δὲ καὶ πλοίων εὐπορία καὶ ὅπλων καὶ ὀργάνων τῶν τε πρὸς τὰς ναυτιλίας χρησίμων καὶ τῶν πρὸς πολιορκίας, ἀφ' ὧν πρός τε τοὺς βαρβάρους ἀντέσχον, καὶ Ῥωμαίους ἐκτήσαντο φίλους, καὶ πολλὰ καὶ αὐτοὶ χρήσιμοι κατέστησαν ἐκείνοις, κἀκεῖνοι προσελάβοντο τῆς αὐξήσεως αὐτῶν. Σέξτιος γοῦν ὁ καταλύσας τοὺς Σάλυας, οὐ πολὺ ἄποθεν τῆς Μασσαλίας κτίσας πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ὑδάτων τῶν θερμῶν, ὧν τινα μεταβεβληκέναι φασὶν εἰς ψυχρά, ἐνταῦθά τε φρουρὰν κατῴκισε Ῥωμαίων, καὶ ἐκ τῆς παραλίας τῆς εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀγούσης ἀπὸ Μασσαλίας ἀνέστειλε τοὺς βαρβάρους, οὐ δυναμένων τῶν Μασσαλιωτῶν ἀνείργειν αὐτοὺς τελέως. οὐδ' αὐτὸς δὲ πλέον ἴσχυσεν, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον, ὅσον κατὰ μὲν τὰ εὐλίμενα ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀπελθεῖν (ἐπὶ) τοὺς βαρβάρους ἐπὶ δώδεκα σταδίους, κατὰ δὲ τοὺς τραχῶνας ἐπὶ ὀκτώ· τὴν δὲ λειφθεῖσαν ὑπ' ἐκείνων τοῖς Μασσαλιώταις παραδέδωκεν. ἀνάκειται δ' ἐν πόλει συχνὰ τῶν ἀκροθινίων, ἃ ἔλαβον καταναυμαχοῦντες ἀεὶ τοὺς ἀμφισβητοῦντας τῆς θαλάττης ἀδίκως.

cem a Diana Ephesia accipere. Itaque eos, quum Ephesum appulissent, quæsivisse quo pacto a dea consequerentur quod mandatum erat. Ibi Aristarchæ honoratissimarum uni matronarum deam per quietem astitisse, ac jussisse ut sumpta secum quadam sacrorum imagine Phocæenses [*codd.* Phocenses] comitaretur. Quibus ita factis, hos colonia condita fanum exstruxisse, ejusque antistitam fecisse Aristarcham, inque honore summo habuisse; et in coloniis ipsorum eos ubique primo loco deam istam colere, et simulacrum deæ eodem modo statuere ac reliquos ritus instituere eosdem quos habeat metropolis.

5. Respublica Massiliensium [*græce* Massaliotarum] omnium optimis legibus utitur, administrata per optimates, concilio constituto sexcentorum virorum, qui honorem hunc per totam vitam gerunt: eos Timuchos (*quasi dicas* dignitatem tenentes) nominant. Huic concilio quindecim viri præsunt, quorum est occurrentia negotia expedire; de his rursum tres præsident, qui sunt maxima potestate; his denique unus. Nemo autem Timuchi dignitatem consequitur, cui nulli sint liberi, aut cujus stirps inter cives non per tres ætates duraverit. Legibus utuntur Ionicis, publice expositis. Solum possident olearum ferax ac vitibus consitum, frumenti autem ob asperitatem sterilius: itaque mari magis quam terræ fidentes, opportunitatem navigationum suam potius in usum converterunt. Posterioribus tamen temporibus fortitudine sua quosdam circumjacentium camporum in suam potestatem redigere valuerunt: qua eadem subnixi, urbes quoque condiderunt, quibus munitionibus uterentur, partim ad Hispaniam contra Hispanos, quibus etiam ritus Dianæ Ephesiæ avitos tradiderunt, ut illi jam Græco more sacrificent; partim Rhoen [Rhodanusiam et?] Agatham adversus barbaros Rhodanum accolentes; partim Tauroentium [*codd.* Taurentium], Olbiam, Antipolin et Nicæam Salyum [*codd.* Sallyum] genti et Liguribus Alpes incolentibus opposuerunt. Habent Massilienses etiam navalia, et armamentarium: olim etiam navium, armorum ac machinarum ad navigationes et ad oppugnationes urbium factarum copia præditi fuerunt, quibus et contra barbaros se tuebantur, et Romanos sibi amicos reddiderunt, multisque in rebus et ipsi illis usui fuerunt, vicissimque ab iis ipsorum incrementa sunt adjuta. Sextius quidem, is qui Salyes subegit, non procul Massilia urbem sibi et aquis quæ ibi sunt calidis (hodie partim in frigidas esse mutatas aiunt) cognominem condidit, impositoque Romano præsidio, barbaros ab ora quæ a Massilia in Italiam ducit, rejecit, quum eos prorsus reprimere Massilienses non potuissent. Quanquam is quoque nihil aliud præstare valuit, quam quod in locis portuosis barbaros mari ad duodecim stadia repulit, in saxosis autem et asperis litoribus ad octo: et relictam ab iis terram Massiliensibus adjecit. Sunt in urbe Massilia permulta affixa spolia, quæ cives diversis temporibus victores pugnis navalibus retulerunt de iis qui mare sibi injuste vindicabant. Atque

πρότερον μὲν οὖν εὐτύχουν διαφερόντως, περί τε τἄλλα καὶ περὶ τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, ἧς πολλὰ ἄν τις λάβοι σημεῖα· καὶ δὴ καὶ τὸ ξόανον τῆς Ἀρτέμιδος τῆς ἐν τῷ Ἀβεντίῳ οἱ Ῥωμαῖοι τὴν αὐτὴν διάθεσιν ἔχον τῷ παρὰ τοῖς Μασσαλιώταις ἀνέθεσαν. κατὰ δὲ τὴν Πομπηίου πρὸς Καίσαρα στάσιν τῷ κρατηθέντι μέρει προσθέμενοι τὴν πολλὴν τῆς εὐδαιμονίας ἀπέβαλον, ὅμως δ' οὖν ἴχνη λείπεται τοῦ παλαιοῦ ζήλου παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μάλιστα περὶ τὰς ὀργανοποιίας καὶ τὴν ναυτικὴν παρασκευήν. ἐξημερουμένων δ' ἀεὶ τῶν ὑπερκειμένων βαρβάρων, καὶ ἀντὶ τοῦ πολεμεῖν τετραμμένων ἤδη πρὸς πολιτείας καὶ γεωργίας διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν, οὔτ' αὐτοῖς ἔτι τούτοις συμβαίνοι ἂν περὶ τὰ λεχθέντα τοσαύτη σπουδή. δηλοῖ δὲ τὰ καθεστηκότα νυνί· πάντες γὰρ οἱ χαρίεντες πρὸς τὸ λέγειν τρέπονται καὶ φιλοσοφεῖν, ὥσθ' ἡ πόλις μικρὸν μὲν πρότερον τοῖς βαρβάροις ἀνεῖτο παιδευτήριον, καὶ φιλέλληνας κατεσκεύαζε τοὺς Γαλάτας, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια Ἑλληνιστὶ γράφειν· ἐν δὲ τῷ παρόντι καὶ τοὺς γνωριμωτάτους Ῥωμαίων πέπεικεν, ἀντὶ τῆς εἰς Ἀθήνας ἀποδημίας ἐκεῖσε φοιτᾶν, φιλομαθεῖς ὄντας. ὁρῶντες δὲ τούτους οἱ Γαλάται καὶ ἅμα εἰρήνην ἄγοντες, τὴν σχολὴν ἄσμενοι πρὸς τοὺς τοιούτους διατίθενται βίους οὐ κατ' ἄνδρα μόνον, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ· σοφιστὰς γοῦν ὑποδέχονται τοὺς μὲν ἰδίᾳ, τοὺς δὲ (πόλεις) κοινῇ μισθούμενοι, καθάπερ καὶ ἰατρούς. τῆς δὲ λιτότητος τῶν βίων καὶ τῆς σωφροσύνης τῶν Μασσαλιωτῶν οὐχ ἐλάχιστον ἄν τις θείη τοῦτο τεκμήριον· ἡ γὰρ μεγίστη προὶξ αὐτοῖς ἐστιν ἑκατὸν χρυσοῖ καὶ εἰς ἐσθῆτα πέντε καὶ πέντε εἰς χρυσοῦν κόσμον· πλέον δ' οὐκ ἔξεστι. καὶ ὁ Καῖσαρ δὲ καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον ἡγεμόνες πρὸς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ γενηθείσας ἁμαρτίας ἐμετρίασαν, μεμνημένοι τῆς φιλίας, καὶ τὴν αὐτονομίαν ἐφύλαξαν, ἣν ἐξ ἀρχῆς εἶχεν ἡ πόλις, ὥστε μὴ ὑπακούειν τῶν εἰς τὴν ἐπαρχίαν πεμπομένων στρατηγῶν μήτε αὐτὴν μήτε τοὺς ὑπηκόους. περὶ μὲν Μασσαλίας ταῦτα.

6. Ἅμα δ' ἥ τε τῶν Σαλύων ὀρεινὴ πρὸς ἄρκτον ἀπὸ τῆς ἑσπέρας κλίνει μᾶλλον καὶ τῆς θαλάττης ἀφίσταται κατὰ μικρόν, καὶ ἡ παραλία παρὰ τὴν ἑσπέραν περινεύει· μικρὸν δ' ἀπὸ τῆς πόλεως τῶν Μασσαλιωτῶν προελθοῦσα ὅσον εἰς ἑκατὸν σταδίους ἐπὶ ἄκραν εὐμεγέθη πλησίον λατομιῶν τινων ἐντεῦθεν ἄρχεται κολποῦσθαι καὶ ποιεῖν τὸν Γαλατικὸν κόλπον πρὸς τὸ Ἀφροδίσιον, τὸ τῆς Πυρήνης ἄκρον· καλοῦσι δ' αὐτὸν καὶ Μασσαλιωτικόν. ἔστι δ' ὁ κόλπος διπλοῦς· ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ περιγραφῇ δύο κόλπους ἀφορίζον ἔκκειται τὸ Σήτιον ὄρος, προσλαβὸν καὶ τὴν Βλάσκωνα νῆσον πλησίον ἱδρυμένην· τῶν δὲ κόλπων ὁ μὲν μείζων ἰδίως πάλιν καλεῖται Γαλατικός, εἰς ὃν ἐξερεύγεται τὸ τοῦ Ῥοδανοῦ στόμα, ὁ δ' ἐλάττων ὁ κατὰ Νάρβωνά ἐστι μέχρι Πυρήνης. ἡ μὲν οὖν Νάρβων ὑπέρκειται τῶν τοῦ Ἄτακος ἐκβολῶν καὶ τῆς λίμνης τῆς Ναρβωνίτιδος, μέγιστον ἐμπόριον τῶν ταύτῃ, πρὸς δὲ τῷ Ῥοδανῷ

antiquis quidem temporibus quum aliis in rebus fortunati majorem in modum fuerunt, tum cultura amicitiæ cum Romanis, cujus quum alia exstant signa, tum vero simulacrum Dianæ, quod in Aventino [*græce* Abentio] Romani eadem forma, qua apud Massilienses est, dedicarunt. Ceterum bello civili Pompeii contra Cæsarem, quum se victæ parti adjunxissent, magnam suæ felicitatis partem amiserunt; exstant tamen adhuc vestigia antiqui studii apud eos, maxime quod ad machinas et nauticum apparatum attinet. Quum autem barbari eorum vicini subinde mansuescerent, et pro bello civilia jam studia agriculturamque amplecterentur ob imperium Romanum, ne harum quidem rerum studio postmodo apud Massilienses tantum loci fuit. Idque nunc ejus urbis status indicat : nam quicunque sunt elegantiores ibi homines, ii se ad eloquentiæ et philosophiæ studium conferunt. Itaque urbs ea paulo ante barbaris loco ludi litterarii patefacta, tantum Græcarum litterarum studium apud Gallos excitavit, ut contractuum quoque formulas Græce conscriberent; et hodie nobilissimis etiam Romanorum persuasit ut discendi studio pro Atheniensi peregrinatione Massiliensem amplecterentur. Quos quum vident Galli, quia in pace vivitur, ipsi quoque lubentes otium huic vitæ instituto impendunt, non privatim modo, sed et publice : nam et privatim et publice a civitatibus, ut medici, ita etiam sophistæ conducuntur. Porro frugalitatis ac modestiæ Massiliensium non minimum hoc est argumentum, quod apud eos maxima dos est centum aurei, et ultra quinque in vestitum, ac totidem in ornatum aureum insumere non licet. Cæsar autem ipse, et qui eum secuti sunt Principes, mediocres se in vindicandis eorum in bello delictis gesserunt, et, recordatione amicitiæ, libertatem pristinam urbis conservarunt, ut neque ipsa, neque ejus subditi, missis in provinciam rectoribus parere opus habeant. Atque de Massilia hactenus.

6. Jam montana Salyum [*codd.* Sallyum] regio ab occasu versus septentrionem inclinans, paulatim a mari recedit; ora autem maritima ad occasum vergit. Ea a Massilia ad centum stadia producta usque ad magnum promontorium, vicinum lapicidinis quibusdam, in sinum flecti incipit, facitque sinum Gallicum ad templum Veneris, quod est extremus locus Pyrenes : eundem sinum vocant etiam Massiliensem. Est autem duplex : nam in ea ipsa litoris descriptione situs est mons Setius [*codd* Sigius], distinguens duos sinus, assumpta etiam Blascone insula in vicinia sita. Sinuum autem illorum major peculiari rursum nomine Gallicus appellatur, in quem ostium Rhodani eructat; minor is est qui ad Narbonem situs usque ad Pyrenam. Narbo supra Atacis fluvii ostia et lacum Narbonensem situs est, maximum eorum quæ ibi locorum sunt emporium. Ad

πόλις ἐστὶ καὶ ἐμπόριον οὐ μικρόν, Ἀρελάτε· ἴσον δέ πως διέχει τὰ ἐμπόρια ταῦτα ἀλλήλων τε καὶ τῶν εἰρημένων ἄκρων, ἡ μὲν Νάρβων τοῦ Ἀφροδισίου, τὸ δ' Ἀρελάτε τῆς Μασσαλίας. ἑκατέρωθεν δὲ τῆς Νάρβωνος ἄλλοι ποταμοὶ ῥέουσιν οἱ μὲν ἐκ τῶν Κεμμένων ὀρῶν, οἱ δ' ἐκ τῆς Πυρήνης, πόλεις ἔχοντες, εἰς ἃς ἀνάπλους οὐ πολύς ἐστι μικροῖς πλοίοις. ἐκ μὲν τῆς Πυρήνης ὅ τε Ῥουσκίνων καὶ ὁ Ἰλίβιρρις, πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος αὐτῶν, τοῦ δὲ Ῥουσκίνωνος καὶ λίμνη πλησίον ἐστὶ καὶ χωρίον ὕφυδρον μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ἁλυκίδων μεστόν, τὸ τοὺς ὀρυκτοὺς κεστρεῖς ἔχον· δύο γὰρ ἢ τρεῖς ὀρύξαντι πόδας καὶ καθέντι τριόδοντα εἰς ὕδωρ ἰλυῶδες ἔστι περιπεῖραι τὸν ἰχθὺν ἀξιόλογον τὸ μέγεθος· τρέφεται δὲ ἀπὸ τῆς ἰλύος καθάπερ αἱ ἐγχέλυες. οὗτοι μὲν ἐκ τῆς Πυρήνης ῥέουσιν οἱ ποταμοὶ μεταξὺ Νάρβωνος καὶ τοῦ Ἀφροδισίου. ἐπὶ θάτερα μέρη τῆς Νάρβωνος ἐκ τοῦ Κεμμένου φέρονται πρὸς τὴν θάλατταν, ἐξ οὗπερ καὶ ὁ Ἄταξ, ὅ τε Ὄρβις καὶ ὁ † Ῥαύραρις· τούτων ἐφ' οὗ μὲν Βαίτερα πόλις ἀσφαλὴς ἵδρυται πλησίον τῆς Νάρβωνος, ἐφ' οὗ δὲ Ἀγάθη, κτίσμα Μασσαλιωτῶν.

7. Ἓν μὲν οὖν ἔχει παράδοξον ἡ προειρημένη παραλία, τὸ περὶ τοὺς ὀρυκτοὺς ἰχθῦς, ἕτερον δὲ μεῖζον τούτου σχεδόν τι, τὸ λεχθησόμενον. μεταξὺ γὰρ τῆς Μασσαλίας καὶ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ πεδίον ἐστὶ τῆς θαλάττης διέχον εἰς ἑκατὸν σταδίους, τοσοῦτον δὲ καὶ τὴν διάμετρον, κυκλοτερὲς τὸ σχῆμα· καλεῖται δὲ Λιθῶδες ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος. μεστὸν γάρ ἐστι λίθων χειροπληθῶν, ὑποπεφυκυῖαν ἐχόντων αὐτοῖς ἄγρωστιν, ἀφ' ἧς ἄφθονοι νομαὶ βοσκήμασίν εἰσιν· ἐν μέσῳ δ' ὕδατα καὶ ἁλυκίδες ἐνίστανται καὶ ἅλες. ἅπασα μὲν οὖν καὶ ἡ ὑπερκειμένη χώρα προσήνεμός ἐστι, διαφερόντως δ' εἰς τὸ πεδίον τοῦτο [τὸ] μελαμβόρειον καταιγίζει, πνεῦμα βίαιον καὶ φρικῶδες· φασὶ γοῦν σύρεσθαι καὶ κυλινδεῖσθαι τῶν λίθων ἐνίους, καταχλᾶσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ὀχημάτων καὶ γυμνοῦσθαι καὶ ὅπλων καὶ ἐσθῆτος ἀπὸ τῆς ἐμπνοῆς. Ἀριστοτέλης μὲν οὖν φησιν ὑπὸ σεισμῶν, τῶν καλουμένων βραστῶν, ἐκπεσόντας τοὺς λίθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν συνολισθεῖν εἰς τὰ κοῖλα τῶν χωρίων. Ποσειδώνιος δὲ λίμνην οὖσαν παγῆναι μετὰ κλυδασμοῦ, καὶ διὰ τοῦτο εἰς πλείονας μερισθῆναι λίθους, καθάπερ τοὺς ποταμίους κάχληκας καὶ τὰς ψήφους τὰς αἰγιαλίτιδας, † ὁμοίως δὲ καὶ λείους καὶ ἰσομεγέθεις τῇ ὁμοιότητι· καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδεδώκασιν ἀμφότεροι. πιθανὸς μὲν οὖν ὁ παρ' ἀμφοῖν λόγος· ἀνάγκη γὰρ τοὺς οὕτω συνεστῶτας λίθους, † οὐ καθ' ἑαυτοὺς ἢ ἐξ ὑγροῦ παγέντας μεταβαλεῖν, [ἢ] ἐκ πετρῶν μεγάλων ῥήγματα συνεχῆ λαβουσῶν ἀποκριθῆναι. τὸ μέντοι δυσαπολόγητον Αἰσχύλος καταμαθών, ἢ παρ' ἄλλου λαβὼν εἰς μῦθον ἐξετόπισε. φησὶ γοῦν Προμηθεὺς παρ' αὐτῷ, καθηγούμενος Ἡρακλεῖ τῶν ὁδῶν τῶν ἀπὸ Καυκάσου πρὸς τὰς Ἑσπερίδας·

ἥξεις δὲ Λιγύων εἰς ἀτάρβητον στρατόν,
ἔνθ' οὐ μάχης, σάφ' οἶδα, καὶ θοῦρός περ ὤν

Rhodanum vero urbs est et emporium haud exiguum, Arelate; æqualiter fere distant dicta emporia et inter se, et a promontoriis, Narbo a Veneris templo, Arelate a (promontorio) Massiliensi. Ab utraque Narbonis parte alii feruntur amnes, partim e Cemmenis montibus, partim e Pyrena delapsi, et sitæ sunt ad hos urbes, quæ sursum navigiis tantum adiri possunt exiguis. E Pyrena fluunt Ruscino et Ilibirris [*alii codd.* Illibirris], uterque urbem habens cognominem. Ruscinoni etiam lacus est propinquus, ac paulo supra mare locus aquosus, plenus salinarum. Is fossiles habet mugiles : ubi enim duos aut tres pedes foderis, immisso in aquam limosam tridente configere licet piscem cum memorabili magnitudine : alitur autem limo sicut anguillæ. Hi ergo e Pyrena defluunt amnes inter Narbonem et Veneris templum. At ab altera parte Narbonis e Cemmeno, ex quo etiam Atax, in mare delabuntur Orbis [*codd.* Obris] et Rauraris [*imo* Arauris]. Supra illum sita est Bætera [sive Bæterra; *codd.* Blitera] urbs bene munita, Narboni vicina; ad hunc Agatha, Massiliensium colonia.

7. Retuli unum hujus litoris miraculum de fossilibus piscibus : aliud eo nonnihil mirabilius subjungam. Inter Massiliam et ostia Rhodani campus est a mari centum circiter dissitus stadiis, diametro ejusdem quantitatis, forma circulari : is Lapidosus seu Saxosus ab eventu dicitur; est enim plenus lapidum; qui manum implere possint, infra quos gramen nascitur, abunde pascuis pecoris suppeditans; in medio autem aquæ et salinæ sunt et sales. Tota quidem ea quæ superius adiacet regio ventis est exposita; in hunc autem maxime campum ventus incumbit ac defertur melamboreus (*quasi* ater septentrionalis), violentus ac horribilis, quo ferunt et lapides agitari atque volvi, et homines de vehiculis deturbari, ac vi flatus armis vestibusque nudari. Aristoteles ergo ait a terræ motibus, quibus ob ejiciendi vim Brastôn nomen est, lapides in superficiem egestos, in cava loca confertim delapsos esse. Posidonius lacum fuisse dicit, qui cum fluctuatione quadam exaruerit, ideoque in plures dissipatus sit lapides, sicut fluminum lapillos, et littorum scrupulos, similes inter se ut lævitate, ita magnitudine. Sane uterque probabilem rei rationem exposuit. Necesse est enim lapides qui sic constituuntur, non per se [*esse ortos, sed*] aut humidi alicujus concretione hanc formam accepisse, aut ex magnis saxis frequentes rupturas expertis esse avulsos. Æschylus quidem aut intelligens difficulter causas rei exponi posse, aut ab alio accipiens, hoc in fabulam detorsit. Nam apud eum Prometheus Herculi exponens iter a Caucaso ad Hesperidas, in hanc loquitur sententiam :

Venies et impavidas ad Ligurum copias.
Ibi, bellicosus etsi sis, tamen (hoc scio)

μέμψει· πέπρωται γάρ σε καὶ βέλη λιπεῖν
ἐνταῦθ'· ἑλέσθαι θ' οὔ τιν' ἐκ γαίας λίθον
ἕξεις, ἐπεὶ πᾶς χῶρός ἐστι μαλθακός.
ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' ὁ Ζεὺς οἰκτερεῖ,
νεφέλην δ' ὑποσχὼν νιφάδι γογγύλων πέτρων
ὑπόσκιον θήσει χθόν', οἷς ἔπειτα σὺ
βαλὼν διώσει ῥᾳδίως Λίγυν στρατόν·

ὥσπερ οὐ κρεῖττον ὄν, φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, εἰς αὐτοὺς τοὺς Λίγυας ἐμβαλεῖν τοὺς λίθους καὶ καταχῶσαι πάντας, ἢ τοσούτων δεόμενον ποιῆσαι λίθων τὸν Ἡρακλέα. τὸ μὲν οὖν τοσούτων ἀναγκαῖον ἦν, εἴπερ καὶ πρὸς ὄχλον παμπληθῆ· ὥστε ταύτῃ γε πιθανώτερος ὁ μυθογράφος τοῦ ἀνασκευάζοντος τὸν μῦθον. ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα πεπρῶσθαι φήσας ὁ ποιητὴς οὐκ ἐᾷ μέμφεσθαι φιλαιτίως. καὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῆς προνοίας καὶ τῆς εἱμαρμένης λόγοις εὕροι τις ἂν πολλὰ τοιαῦτα τῶν ἀνθρωπίνων καὶ τῶν φύσει γινομένων, ὥστ' ἐπ' αὐτῶν φάναι πολὺ κρεῖττον εἶναι τόδε ἢ τόδε γενέσθαι, οἷον εὔομβρον εἶναι τὴν Αἴγυπτον, ἀλλὰ μὴ τὴν Αἰθιοπίαν ποτίζειν τὴν γῆν· καὶ τὸν Πάριν εἰς Σπάρτην πλέοντα ναυαγίῳ περιπεσεῖν, ἀλλὰ μὴ τὴν Ἑλένην ἁρπάσαντα δίκας τῖσαι τοῖς ἀδικηθεῖσιν ὕστερον, ἡνίκα τοσοῦτον ἀπειργάσατο φθόρον Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων· ὅπερ Εὐριπίδης ἀνήνεγκεν εἰς τὸν Δία·

Ζεὺς γὰρ κακὸν μὲν Τρωσὶ πῆμα δ' Ἑλλάδι
θέλων γενέσθαι ταῦτ' ἐβούλευσεν πατήρ.

8. Περὶ δὲ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ στομάτων Πολύβιος μὲν ἐπιτιμᾷ Τιμαίῳ, φήσας εἶναι μὴ πεντάστομον, ἀλλὰ δίστομον· Ἀρτεμίδωρος δὲ τρίστομον λέγει. Μάριος δὲ ὕστερον, ὁρῶν τυφλόστομον γινόμενον ἐκ τῆς προχώσεως καὶ δυσείσβολον, καινὴν ἔτεμε διώρυχα, καὶ ταύτῃ δεξάμενος τὸ πλέον τοῦ ποταμοῦ Μασσαλιώταις ἔδωκεν ἀριστεῖον κατὰ τὸν πρὸς Ἄμβρωνας καὶ Τωυγενοὺς πόλεμον· ἐξ οὗ πλοῦτον ἠνέγκαντο πολύν, τέλη πραττόμενοι τοὺς ἀναπλέοντας καὶ τοὺς καταγομένους· ὅμως οὖν ἔτι μένει δυσείσπλοα διά τε τὴν λαβρότητα καὶ τὴν πρόσχωσιν καὶ τὴν ταπεινότητα τῆς χώρας, ὥστε μὴ καθορᾶσθαι μηδ' ἐγγὺς ἐν ταῖς δυσαερίαις. διόπερ οἱ Μασσαλιῶται πύργους ἀνέστησαν σημεῖα, ἐξοικειούμενοι πάντα τρόπον τὴν χώραν· καὶ δὴ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος κἀνταῦθα ἱδρύσαντο ἱερόν, χωρίον ἀπολαβόντες ὃ ποιεῖ νῆσον τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ. ὑπέρκειται δὲ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ λιμνοθάλαττα, καλοῦσι δὲ στομαλίμνην, ὀστράκια δ' ἔχει πάμπολλα καὶ ἄλλως εὔοψεῖ. ταύτην δ' ἔνιοι συγκατηρίθμησαν τοῖς στόμασι τοῦ Ῥοδανοῦ, καὶ μάλιστα οἱ φήσαντες ἑπτάστομον αὐτόν, οὔτε τοῦτ' εὖ λέγοντες οὔτ' ἐκεῖνο· ὄρος γάρ ἐστι μεταξὺ τὸ διεῖργον ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὴν λίμνην. ἡ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Πυρήνης ἐπὶ Μασσαλίαν παραλία τοιαύτη καὶ τοσαύτη τις.

9. Ἡ δ' ἐπὶ τὸν Οὔαρον ποταμὸν καὶ τοὺς ταύτῃ Λίγυας τάς τε τῶν Μασσαλιωτῶν ἔχει πόλεις Ταυροέντιον καὶ Ὀλβίαν καὶ Ἀντίπολιν καὶ Νίκαιαν καὶ τὸ ναύσταθμον τὸ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, ὃ καλοῦσι Φό-

satis arduo tibi conflictabere prœlio,
fato jubente destitui te spiculis:
mollique saxa nec poteris avellere
tellure. Sed tuas miserabitur pater
angustias: plenam rotundorum nive
lapidum polo subtendet nubem, umbra solum
teget: hisce tu lapidibus armatus ferum
facile Ligusticum fundes exercitum.

Quasi vero, inquit Posidonius, non præstasset saxa in ipsos injicere Ligures potius, iisque hos obruere, quam tot fingere lapidibus eguisse Herculem. At vero tot lapidibus opus erat contra tam ingentem multitudinem: ut hac quidem in parte fabulæ auctor probabiliora dixerit quam fabulæ reprehensor. Sed alias quoque poeta, hæc ita in fatis esse dicens, non patitur in ea culpandi studio inquiri. Nam ubi de providentia et fato disputatur, multa inveneris alioqui in rebus humanis ac naturalibus, de quibus diceres, præstitisse alio quam hoc modo ea fieri: ut verbi gratia, imbribus potius irriguam Ægyptum debuisse esse quam ab Æthiopia humorem accipere et; Paridem quum Spartam peteret debuisse potius naufragium facere, quam rapta Helena pœnas postmodo dare læsis, quando auctor exstiterat tantæ cladis Græcorum ac barbarorum; quam Euripides Jovi imputat:

Jupiter malum quum Troiis, et Græciæ
inferre cladem vult, ea decrevit pater.

8. De Rhodani porro ostiis Polybius Timæum reprehendit, non, ut ille, quinque, sed duo esse asserens. Artemidorus tria perhibet. Posterioribus temporibus Marius videns aggestione limi ostium obturari, intratuque reddi difficile, novam egit fossam, qua majorem amnis partem exciperet: eamque Massiliensibus ob navatam præclaram in bello contra Ambrones et Toygenos operam præmii loco donavit; unde hi sibi magnas pararunt opes, vectigal ab ascendentibus ac descendentibus exigendo. Adhuc tamen permanent difficilia ob aquæ copiosæ crebrum affluxum, limi aggestionem, et loci humilitatem, adeo ut aere turbido ne e vicino quidem conspici possint. Itaque Massilienses signi loco turres erexerunt, ut omni modo loca illa sibi propria redderent, ideoque etiam Dianæ Ephesiæ fanum ibi posuerunt, capto loco in insula quam ostia fluminis faciunt. Supra ostia Rhodani situs est lacus marinus, quam στομαλίμνην (id est lacum prope ostia) vocant; abundat ostreis, piscesque bonos gignit. Quidam ostiis Rhodani hunc annumerant, maxime qui septem ejus ostia esse dicunt, in utroque errantes: quippe mons interpositus lacum a fluvio dirimit. Talis ergo ac tanta est maritima a Pyrenæis montibus Massiliam usque ora.

9. Quæ autem hinc ad Varum usque fluvium et Ligures ibi degentes porrigitur, ea urbes Massiliensium habet Taurœntium, Olbiam, Antipolin, Nicæam, et navale Augusti Cæsaris quod appellatur Forum Julium. Id situm est inter

ρον Ἰούλιον. ἵδρυται δὲ τοῦτο μεταξὺ τῆς Ὀλβίας καὶ τῆς Ἀντιπόλεως, διέχον Μασσαλίας εἰς ἑξακοσίους σταδίους. ὁ δὲ Οὔαρος μέσος ἐστὶ τῆς Ἀντιπόλεως καὶ Νικαίας, τῆς μὲν ὅσον εἴκοσι, τῆς δὲ ἑξήκοντα σταδίους διέχων· ὥσθ' ἡ Νίκαια τῆς Ἰταλίας γίνεται κατὰ τὸν νῦν ἀποδεδειγμένον ὅρον, καίπερ οὖσα Μασσαλιωτῶν· [ἐπ]ετείχισαν γὰρ τὰ κτίσματα ταῦτα τοῖς ὑπερκειμένοις βαρβάροις οἱ Μασσαλιῶται, τήν γε θάλατταν ἐλευθέραν ἔχειν βουλόμενοι, τῆς χώρας ὑπ' ἐκείνων κρατουμένης· ὀρεινὴ γάρ ἐστι καὶ ἐρυμνή, πρὸς μὲν τῇ Μασσαλίᾳ πλάτος τι μέτριον καταλείπουσα τῶν ἐπιπέδων χωρίων, προϊόντι δὲ ἐπὶ τὴν ἕω παντάπασιν ἀποθλίβουσα πρὸς τὴν θάλατταν καὶ μόλις αὐτὴν πορεύσιμον ἐῶσα τὴν ὁδόν. κατέχουσι δὲ τὰ μὲν πρῶτα Σάλυες, τὰ δὲ τελευταῖα πρὸς τὴν Ἰταλίαν συνάπτοντες Λίγυες, περὶ ὧν λεχθήσεται μετὰ ταῦτα. νυνὶ δὲ τοσοῦτον προσθετέον, ὅτι τῆς μὲν Ἀντιπόλεως ἐν τοῖς τῆς Ναρβωνίτιδος μέρεσι κειμένης, τῆς δὲ Νικαίας ἐν τοῖς τῆς Ἰταλίας, ἡ μὲν Νίκαια ὑπὸ τοῖς Μασσαλιώταις μένει καὶ τῆς ἐπαρχίας ἐστίν, ἡ δ' Ἀντίπολις τῶν Ἰταλιωτίδων ἐξετάζεται, κριθεῖσα πρὸς τοὺς Μασσαλιώτας καὶ ἐλευθερωθεῖσα τῶν παρ' ἐκείνων προσταγμάτων.

10. Πρόκεινται δὲ τῶν στενῶν τούτων ἀπὸ Μασσαλίας ἀρξαμένοις αἱ Στοιχάδες νῆσοι, τρεῖς μὲν ἀξιόλογοι, δύο δὲ μικραί· γεωργοῦσι δ' αὐτὰς Μασσαλιῶται. τὸ δὲ παλαιὸν καὶ φρουρὰν εἶχον, ἱδρυμένην αὐτόθι πρὸς τὰς τῶν ληστηρίων ἐφόδους, εὐποροῦντες καὶ λιμένων. μετὰ δὲ τὰς Στοιχάδας ἡ Πλανασία καὶ Λήρων, ἔχουσαι κατοικίας. ἐν δὲ τῇ Λήρωνι καὶ ἡρῷόν ἐστι τὸ τοῦ Λήρωνος· κεῖται δ' αὕτη πρὸ τῆς Ἀντιπόλεως. ἄλλα δ' ἐστὶ νησίδια οὐκ ἄξια μνήμης, τὰ μὲν πρὸ τῆς Μασσαλίας αὐτῆς, τὰ δὲ πρὸ τῆς ἄλλης τῆς λεχθείσης ἠιόνος. τῶν δὲ λιμένων ὁ μὲν κατὰ τὸν ναύσταθμον ἀξιόλογος καὶ ὁ τῶν Μασσαλιωτῶν, οἱ δ' ἄλλοι μέτριοι· τούτων δ' ἐστὶ καὶ ὁ Ὀξύβιος καλούμενος λιμήν, ἐπώνυμος τῶν Ὀξυβίων Λιγύων. περὶ μὲν τῆς παραλίας ταῦτα λέγομεν.

11. Τὴν δ' ὑπερκειμένην αὐτῆς χώραν μάλιστα γεωγραφεῖ τά τε ὄρη τὰ περικείμενα καὶ οἱ ποταμοί, διαφερόντως δὲ ὁ Ῥοδανός, μέγιστός τε ὢν καὶ πλεῖστον ἀνάπλουν ἔχων, ἐκ πολλῶν πληρούμενος ῥευμάτων· λεκτέον οὖν ἐφεξῆς περὶ τούτων. ἀπὸ Μασσαλίας τοίνυν ἀρξαμένοις καὶ προϊοῦσιν ἐπὶ τὴν μεταξὺ χώραν τῶν τε Ἄλπεων καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, μέχρι μὲν τοῦ Δρουεντία ποταμοῦ Σάλυες οἰκοῦσιν ἐπὶ πεντακοσίους σταδίους· πορθμείῳ δὲ διαβᾶσιν εἰς Καβαλλίωνα πόλιν ἡ ἐφεξῆς χώρα πᾶσα Καουάρων ἐστὶ μέχρι τῶν τοῦ Ἴσαρος συμβολῶν πρὸς τὸν Ῥοδανόν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ Κέμμενον συνάπτει πως τῷ Ῥοδανῷ· μῆκος τὸ μέχρι δεῦρο ἀπὸ τοῦ Δρουεντία σταδίων ἐστὶν ἑπτακοσίων. οἱ μὲν οὖν Σάλυες ἐν αὐτοῖς τά τε πεδία καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη κατοικοῦσι, τῶν δὲ Καουάρων ὑπέρκεινται Οὐοκόντιοί τε καὶ Τρικόριοι καὶ Ἰκόνιοι καὶ Μέδυλλοι. μεταξὺ δὲ τοῦ Δρουεντία καὶ τοῦ Ἴσαρος καὶ ἄλλοι πο-

Olbiam et Antipolin, distans a Massilia circiter sexcentis stadiis. Varus inter Antipolin est et Nicæam, ab altera fere viginti, ab altera sexaginta stadiis distans. Itaque secundum nunc definitum terminum Nicæa Italiæ ascribitur, quanquam est Massiliensium : eam enim hi contra barbaros adjacentes condiderunt munitionem, ut mare liberum obtinerent, agros illis tenentibus. Est enim regio illa montosa et natura loci munita, ad Massiliam mediocrem habens planitiei latitudinem; inde autem versus ortum plane ad mare astringitur, ita ut vix spatium itineri faciendo relinquat. Primam partem habent Salyes, ultimam Ligures Italiæ contermini, de quibus postea dicetur. Id hoc loco addendum, quum in Narbonensi provincia sit Antipolis, Nicæa in Italia, Nicæam tamen sub Massiliensibus manere, ejusque præfecturæ esse; Antipolin in judicio re disceptata, a Massiliensium jurisdictione liberatam inter Italicas urbes censeri.

10. Ante has angustias, facto a Massilia initio, sitæ sunt Stœchades insulæ : tres earum memorabiles, duæ exiguæ; agros earum colunt Massilienses. Antiquitus etiam præsidium ibi erat positum contra prædonum incursiones. Habent et portus bonos. Post Stœchadas est Planasia et Leron, in quibus sunt pagi : in Lerone, quæ est Antipoli objecta, etiam sacellum est Leronis. Aliæ quoque sunt parvæ insulæ, memoratu non dignæ, partim ante ipsam sitæ Massiliam, partim ante alias dictæ oræ partes. De portubus memoria dignus est qui ante stationem navium jacet, et Massiliensis; reliqui sunt mediocres : quorum est etiam Oxybius portus, sic dictus a Liguribus Oxybiis. Atque hactenus de ora maritima.

11. Quæ autem supra hanc est sita regio, eam potissimum describunt circumjacentes montes ac fluvii, præcipue Rhodanus, qui et maximus est et longissimo sursum navigabilis spatio, ac multis impletur amnibus, de quibus deinceps dicetur. Ergo a Massilia regionem quæ inter Alpes et Rhodanum est, usque ad Druentiam fluvium Salyes incolunt ad quingenta stadia. Inde ubi navi trajeceris ad Caballionem urbem, tota deinceps regio est Cavarorum [*codd. sæpe* Cuarôn], usque ad Isaræ [*græce* Isaros] in Rhodanum influxum, quo loco Cemmenus quoque mons ad Rhodanum appropinquat. Eo a Druentia sunt stadia septingenta. Ibi Salyes [Cavari?] campos et his superpositos montes habitant. Supra Cavaros sunt Vocontii, Tricorii, Iconii, Medulli [*al. cod.* Pedylli]. Inter Druentiam et

ταμοὶ ῥέουσιν ἀπὸ τῶν Ἄλπεων ἐπὶ τὸν Ῥοδανόν, δύο μὲν οἱ περιρρέοντες πόλιν Καουάρων (καὶ Οὐάρων) κοινῷ ῥείθρῳ συμβάλλοντες εἰς τὸν Ῥοδανόν, τρίτος δὲ Σούλγας, ὁ κατὰ Οὔνδαλον πόλιν μισγόμενος τῷ Ῥοδανῷ, ὅπου Γναῖος Ἀηνόβαρβος μεγάλῃ μάχῃ πολλὰς ἐτρέψατο Κελτῶν μυριάδας. εἰσὶ δὲ ἐν τῷ μεταξὺ πόλεις καὶ Αὐενιὼν καὶ Ἀραυσίων καὶ Ἀερία, τῷ ὄντι, φησὶν Ἀρτεμίδωρος, ἀερία διὰ τὸ ἐφ' ὕψους ἱδρῦσθαι μεγάλου. ἡ μὲν οὖν ἄλλη πᾶσά ἐστι πεδιὰς καὶ εὔβοτος, ἡ δ' ἐκ τῆς Ἀερίας εἰς τὴν † Δουρίωνα ὑπερθέσεις ἔχει στενὰς καὶ ὑλώδεις. καθ' ὃ δὲ συμπίπτουσιν ὅ τε Ἴσαρ ποταμὸς καὶ ὁ Ῥοδανὸς καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος, Κόϊντος Φάβιος Μάξιμος Αἰμιλιανὸς οὐχ ὅλαις τρισὶ μυριάσιν εἴκοσι μυριάδας Κελτῶν κατέκοψε, καὶ ἔστησε τρόπαιον αὐτόθι λευκοῦ λίθου καὶ νεὼς δύο, τὸν μὲν Ἄρεως, τὸν δ' Ἡρακλέους. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴσαρος εἰς Οὐίενναν τὴν τῶν Ἀλλοβρίγων μητρόπολιν κειμένην ἐπὶ τῷ Ῥοδανῷ στάδιοί εἰσι τριακόσιοι εἴκοσι. πλησίον δ' ὑπέρκειται τῆς Οὐιέννης τὸ Λούγδουνον, ἐφ' οὗ συμμίσγουσιν ἀλλήλοις ὅ τε Ἄραρ καὶ ὁ Ῥοδανός· στάδιοι δ' εἰσὶν ἐπ' αὐτὸ πεζῇ μὲν περὶ διακοσίους διὰ τῆς Ἀλλοβρίγων, ἀνάπλῳ δὲ μικρῷ πλείους. Ἀλλόβριγες δὲ μυριάσι πολλαῖς πρότερον μὲν ἐστράτευον, νῦν δὲ γεωργοῦσι τὰ πεδία καὶ τοὺς αὐλῶνας τοὺς ἐν ταῖς Ἄλπεσι, καὶ οἱ μὲν ἄλλοι κωμηδὸν ζῶσιν, οἱ δ' ἐπιφανέστατοι τὴν Οὐίενναν ἔχοντες, κώμην πρότερον οὖσαν, μητρόπολιν δ' ὅμως τοῦ ἔθνους λεγομένην κατεσκευάκασι πόλιν. ἵδρυται δ' ἐπὶ τῷ Ῥοδανῷ. φέρεται δ' ἀπὸ τῶν Ἄλπεων οὗτος πολὺς καὶ σφοδρός, ὅς γε καὶ διὰ λίμνης ἐξιὼν τῆς Λημέννης φανερὸν δείκνυσι τὸ ῥεῖθρον ἐπὶ πολλοὺς σταδίους. κατελθὼν δὲ εἰς τὰ πεδία τῆς χώρας τῆς Ἀλλοβρίγων καὶ Σεγοσιανῶν συμβάλλει τῷ Ἄραρι κατὰ Λούγδουνον πόλιν τῶν Σεγοσιανῶν. ῥεῖ δὲ καὶ ὁ Ἄραρ ἐκ τῶν Ἄλπεων, ὁρίζων Σηκοανούς τε καὶ Αἰδούους καὶ Λιγκασίους, παραλαβὼν δ' ὕστερον τὸν Δοῦβιν ἐκ τῶν αὐτῶν ὀρῶν φερόμενον πλωτόν, ἐπικρατήσας τῷ ὀνόματι καὶ γενόμενος ἐξ ἀμφοῖν Ἄραρ συμμίσγει τῷ Ῥοδανῷ. πάλιν δ' ἐπικρατήσας ὁ Ῥοδανὸς εἰς τὴν Οὐίενναν φέρεται. συμβαίνει δὴ κατ' ἀρχὰς μὲν τοὺς τρεῖς ποταμοὺς φέρεσθαι πρὸς ἄρκτον, εἶτα πρὸς δύσιν· εἰς ἓν δ' ἤδη συμπεσὸν ῥεῖθρον πάλιν ἄλλην καμπὴν λαβὸν νότιον φέρεται τὸ ῥεῦμα μέχρι τῶν ἐκβολῶν, δεξάμενον καὶ τοὺς ἄλλους ποταμούς, κἀκεῖθεν ἤδη τὴν λοιπὴν ποιεῖται μέχρι τῆς θαλάττης ῥύσιν. ἡ μὲν οὖν μεταξὺ τῶν Ἄλπεων καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ τοιαύτη τις.

12. Τὴν δ' ἐπὶ θάτερα μέρη τοῦ ποταμοῦ Οὐόλκαι νέμονται τὴν πλείστην, οὓς Ἀρηκομίσκους προσαγορεύουσι. τούτων δ' ἐπίνειον ἡ Νάρβων λέγεται, δικαιότερον δ' ἂν καὶ τῆς ἄλλης Κελτικῆς λέγοιτο· τοσοῦτον ὑπερβέβληται τῷ πλήθει τῶν * χρωμένων τῷ ἐμπορείῳ. οἱ μὲν οὖν Οὐόλκαι γειτονεύουσι τῷ Ῥοδανῷ, τοὺς Σάλυας ἔχοντες ἀντιπαρήκοντας αὐτοῖς ἐν τῇ περαίᾳ καὶ τοὺς Καουάρους. ἐπικρατεῖ δὲ τὸ τῶν Καουάρων

Isaram alii quoque amnes ex Alpibus in Rhodanum delabuntur: quorum duo urbem Cavarorum circumfluentes, communi alveo in Rhodanum feruntur. Tertius est Sulgas, qui ad Vindalum [*codd.* Undalum] urbem Rhodano miscetur, quo loco Cnæus Domitius Aenobarbus ingenti pugna permulta Gallorum fudit millia. In medio sunt urbes, Avenio, Arausio, Aeria, recte, ut ait Artemidorus, sic dicta, quod sita est celsissimo loco. Tota ista regio campestris est et pascuis idonea, nisi quod ab Aeria ad Durionem [? Avenionem?] transitus per excelsa est angustus atque silvestris. Quo autem loco Isara [*græce* Isar, *unus cod.* Isarus] et Rhodanus fluvii confluunt prope Cemmenum montem, Quintus Fabius Maximus Æmilianus triginta millium non integrorum exercitu instructus ducenta millia Gallorum concidit, ibique tropæum statuit ex albo lapide, ac duo templa, unum Martis, alterum Herculis. Ceterum ab Isara ad Viennam Allobrogum [*sic codd. hoc capite: alibi græce* Allobrigum] metropolin ad Rhodanum sitam stadia sunt trecenta et viginti. Paulo supra Viennam est Lugdunum, ubi Arar et Rhodanus confluunt; eo sunt terrestri itinere stadia circiter ducenta per Allobroges, adverso amne paulo amplius. Allobroges quondam multis admodum hominum millibus expeditiones susceperunt: hodie campos et Alpium convalles colunt. Vulgo per vicos habitant, nobiliores Viennam, qui pagus olim erat, sed metropolis tamen gentis dicebatur, urbem redegerunt. Sita est ad Rhodanum. Is ab [*codd.* super] Alpibus magnus et tanto defluit impetu, ut etiam ubi Lemanum [*græce* Lemennum; *codd.* magnum] lacum exit, alveum suum ad multa stadia conspicuum exhibeat; inde in campestria Allobrogum et Segusianorum [*codd.* Sengosianorum *et* Engosianorum] lapsus, apud Lugdunum cum Arare concurrit, urbem Segusianorum. Fluit etiam Arar ex Alpibus, terminus Sequanorum, Æduorum [*codd.* Æduiorum] et Lincasiorum [*alibi* Lingonum]. Deinde excipiens Dubin fluvium ex iisdem ortum montibus, eumque navigabilem, itaque ex utroque confectus Arar, Rhodano miscetur. Inde Rhodanus nomen obtinens, Viennam versus delabitur. Contingit ut hi tres fluvii ab initio versus septentrionem, postea ad occasum ferantur; ubi in unum alveum confluxerunt, flumen jam alio flexu versus meridiem usque ad ostia tendit, receptis aliis etiam amnibus, et hinc usque ad mare cursum conficit. Hæc ergo est forma regionis inter Alpes et Rhodanum sitæ.

12. Alterum Rhodani latus Volcæ [*codd.* Uölcæ] majori ex parte accolunt, cognomento Arecomisci [*al.cod.* Arecomici]. Horum navale dicitur esse Narbo, quod rectius totius Galliæ emporium diceres, tantum commercia ibi agentium multitudine reliquis anteit. Volcæ [*codd.* Ulcæ] Rhodano vicini sunt, oppositos habentes in altera ripa Salvas et Cavaros. Horum nomen obtinet, ita ut omnes

ὄνομα καὶ πάντας οὕτως ἤδη προσαγορεύουσι τοὺς ταύτῃ βαρβάρους, οὐδὲ βαρβάρους ἔτι ὄντας, ἀλλὰ μετακειμένους τὸ πλέον εἰς τὸν τῶν Ῥωμαίων τύπον καὶ τῇ γλώττῃ καὶ τοῖς βίοις, τινὰς δὲ καὶ τῇ πολιτείᾳ. ἄλλα δέ ἐστιν ἄδοξα ἔθνη καὶ μικρά, παρακείμενα τοῖς Ἀρηκομίσκοις μέχρι Πυρήνης. μητρόπολις δὲ τῶν Ἀρηκομίσκων ἐστὶ Νέμαυσος, κατὰ μὲν τὸν ἀλλότριον ὄχλον καὶ τὸν ἐμπορικὸν πολὺ Νάρβωνος λειπομένη, κατὰ δὲ τὸν πολιτικὸν ὑπερβάλλουσα· ὑπηκόους γὰρ ἔχει κώμας τέτταρας καὶ εἴκοσι τῶν ὁμοεθνῶν εὐανδρίᾳ διαφερούσας, συντελούσας εἰς αὐτήν, ἔχουσα καὶ τὸ καλούμενον Λάτιον, ὥστε τοὺς ἀξιωθέντας ἀγορανομίας καὶ ταμιείας ἐν Νεμαύσῳ Ῥωμαίους ὑπάρχειν· διὰ δὲ τοῦτο οὐδ' ὑπὸ τοῖς προστάγμασι τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης στρατηγῶν ἐστι τὸ ἔθνος τοῦτο. ἵδρυται δ' ἡ πόλις κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐκ τῆς Ἰβηρίας εἰς τὴν Ἰταλίαν, θέρους μὲν εὔβατον οὖσαν, χειμῶνος δὲ καὶ ἔαρος πηλώδη καὶ ποταμόκλυστον· τινὰ μὲν οὖν τῶν ῥευμάτων πορθμείοις περᾶται, τινὰ δὲ γεφύραις, ταῖς μὲν ξύλων πεποιημέναις, ταῖς δὲ λίθων. ποιοῦσι δὲ τὰς ἐκ τῶν ὑδάτων δυσχολίας οἱ χείμαρροι, καὶ μέχρι τοῦ θέρους ἔσθ' ὅτε ἐκ τῶν Ἄλπεων καταφερόμενοι μετὰ τὴν ἀπότηξιν τῶν χιόνων. τῆς δ' ὁδοῦ τῆς λεχθείσης ἡ μὲν εὐθὺς ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἐστί, καθάπερ εἴπομεν, ἡ σύντομος διὰ Οὐοκοντίων· ἡ δὲ διὰ τῆς παραλίας τῆς Μασσαλιωτικῆς καὶ τῆς Λιγυστικῆς μακροτέρα μέν, τὰς δ' ὑπερθέσεις τὰς εἰς τὴν Ἰταλίαν εὐμαρεστέρας ἔχει, ταπεινουμένων ἐνταῦθα ἤδη τῶν ὀρῶν. διέχει δ' ἡ Νέμαυσος τοῦ μὲν Ῥοδανοῦ περὶ ἑκατὸν σταδίους, καθ' ὃ ἐν τῇ περαίᾳ πολίχνιόν ἐστι Ταρούσκων, τῆς δὲ Νάρβωνος ἑπτακοσίους εἴκοσι. πρὸς δὲ τὸ Κέμμενον ὄρος συνάπτοντες, ἐπιλαμβάνοντες δὲ καὶ τὸ νότιον πλευρὸν αὐτοῦ μέχρι τῶν ἀκρωτηρίων οἰκοῦσι τῶν τε Οὐολκῶν οἱ Τεκτοσάγες καλούμενοι καὶ ἄλλοι τινές. περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἐροῦμεν ὕστερον.

13. Οἱ δὲ Τεκτοσάγες καλούμενοι τῇ Πυρήνῃ πλησιάζουσιν, ἐφάπτονται δὲ μικρὰ καὶ τοῦ προσαρκτίου πλευροῦ τῶν Κεμμένων, πολύχρυσόν τε νέμονται γῆν. ἐοίκασι δὲ καὶ δυναστεῦσαί ποτε καὶ εὐανδρῆσαι τοσοῦτον, ὥστε στάσεως ἐμπεσούσης ἐξελάσαι πολὺ πλῆθος ἐξ ἑαυτῶν ἐκ τῆς οἰκείας· κοινωνῆσαι δὲ τούτοις καὶ ἄλλους ἐξ ἄλλων ἐθνῶν. τούτων δ' εἶναι καὶ τοὺς κατασχόντας τὴν Φρυγίαν τὴν ὅμορον τῇ Καππαδοκίᾳ καὶ τοῖς Παφλαγόσι· τούτου μὲν οὖν ἔχομεν τεκμήριον τοὺς ἔτι καὶ νῦν λεγομένους Τεκτοσάγας. τριῶν γὰρ ὄντων ἐθνῶν, ἓν ἐξ αὐτῶν τὸ περὶ Ἄγκυραν πόλιν Τεκτοσάγων λέγεται, τὰ δὲ λοιπὰ δύο ἐστὶ Τρόκμοι καὶ Τολιστοβώγιοι· τούτους δ', ὅτι μὲν ἐκ τῆς Κελτικῆς ἀπῳκίσθησαν, μηνύει τό ( τε ) πρὸς τοὺς Τεκτοσάγας σύμφυλον, ἐξ ὧν δὲ χωρίων ὡρμήθησαν, οὐκ ἔχομεν φράζειν· οὐ γὰρ παρειλήφαμεν οἰκοῦντάς τινας * τὴν * νυνὶ Τρόκμους ἢ Τολιστοβωγίους ἐκτὸς τῶν Ἄλπεων οὔτ' ἐν αὐταῖς οὔτ' ἐντός. εἰκὸς δ' ἐκλελοιπέναι διὰ τὰς ἀθρόας ἀπαναστάσεις, καθάπερ καὶ ἐπ' ἄλλων συμβαί-

qui eam colunt regionem barbari, jam Cavari appellentur; quanquam ne barbari quidem adhuc sunt, sed plerique Romanam formam, linguamque et vitæ rationem, quidam etiam civitatem adepti. Aliæ deinde gentes obscuræ ac parvæ Arecomiscis adjacent usque ad Pyrenam. Caput Arecomiscorum est Nemausus, longe inferior Narbone, si peregrinam et negotiantium turbam consideres, sin civium multitudinem spectes, multo præstantior; nam quattuor et viginti habet pagos popularium præstantes viris, qui ei subsunt; et jus quoque Latii habet, ita ut qui Nemausi ædilitatis et quæsturæ honorem sint consecuti, ea re sint Romani; eamque ob causam gens ea præfectis Roma missis non est subjecta. Sita est urbs in via quæ ex Hispania in Italiam ducit, quæ per æstatem quidem commoda est, hieme autem et vere lutosa ac fluviorum eluvie molesta. Fluminum quædam scaphis trajiciuntur, aliqua pontibus instrata sunt, partim ligneis, partim saxeis. Difficultatem itineris ob aquas efficiunt torrentes, qui aliquando etiam ad æstatem usque nivibus liquefactis ab Alpibus deferuntur. Quam autem dixi viam, ea recte ad Alpes pergens per Vocontios [*codd.* Ucontos], brevissima est; altera per litus Massiliense et Ligusticum prolixior, sed trajectus montium in Italiam habens faciliores, montibus ibi se jam demittentibus. Distat Nemausus a Rhodano ad centum fere stadia, ubi in opposita ripa est oppidum Taruscon [*vulgo* Tarascon]; a Narbone autem septingenta et viginti. Cemmenum porro montem attingunt, ejusque austrinam partem occupantes; usque ad promontoria incolunt Volcarum qui dicuntur Tectosages, et alii quidam, de quibus dicemus postea.

13. Tectosages qui dicuntur ad Pyrenam accedunt, et septentrionalem Cemmenorum montium partem nonnihil attingunt, aurique divitem colunt terram. Probabile est eos quondam potentia ac multitudine hominum excelluisse adeo, ut oborta seditione magnam multitudinem suorum domo expulerint, cui se etiam alii ex aliis gentibus adjunxerint. Ex his ergo esse eos qui Phrygiam Cappadociæ ac Paphlagoniæ finitimam occuparunt; cujus rei argumentum sunt qui hodieque vocantur Tectosages. Nam quum tres sint ibi gentes, una quæ est circa Ancyram urbem, Tectosages dicitur, reliquæ, Trocmi et Tolistobogii [*codd. hic et infra* Toilistobosgii *et* Tolistobosgii], quas ipsas quoque e Gallia migrasse, cognatio cum Tectosagibus indicat. quibus autem e locis profecti fuerint, non habeo dicere; non enim accepimus hodie vel intus vel extra Alpes, vel in ipsis etiam Alpibus habitare Trocmos aut Tolistobogios. Apparet autem ob crebras migrationes eos defecisse, quod et aliis

νει πλειόνων· ἐπεὶ καὶ τὸν ἄλλον Βρέννον τὸν ἐπελθόντα ἐπὶ Δελφοὺς Πραῦσόν τινές φασιν, οὐδὲ τοὺς Πραύσους δ' ἔχομεν εἰπεῖν, ὅπου γῆς ᾤκησαν πρότερον. καὶ τοὺς Τεκτοσάγας δέ φασι μετασχεῖν τῆς ἐπὶ Δελφοὺς στρατείας, (καὶ) τούς τε θησαυροὺς τοὺς εὑρεθέντας παρ' αὐτοῖς ὑπὸ Σκιπίωνος τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων ἐν πόλει Τολώσσῃ τῶν ἐκεῖθεν χρημάτων μέρος εἶναί φασι, προσθεῖναι δὲ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων ἀνιεροῦντας καὶ ἐξιλασκομένους τὸν θεόν· προσαψάμενον δ' αὐτῶν τὸν Σκιπίωνα διὰ τοῦτο ἐν δυστυχήμασι καταστρέψαι τὸν βίον, ὡς ἱερόσυλον ἐκβληθέντα (ὑπὸ) τῆς πατρίδος, διαδόχους δ' ἀπολιπόντα παῖδας, ἃς συνέβη καταπορνευθείσας, ὡς εἴρηκε Τιμαγένης, αἰσχρῶς ἀπολέσθαι. πιθανώτερος δ' ἐστὶν ὁ Ποσειδωνίου λόγος· τὰ μὲν γὰρ εὑρεθέντα ἐν τῇ Τολώσσῃ χρήματα μυρίων που καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων γενέσθαι φησί, τὰ μὲν ἐν σηκοῖς ἀποκείμενα, τὰ δ' ἐν λίμναις ἱεραῖς, οὐδεμίαν κατασκευὴν ἔχοντα, ἀλλ' ἀργὸν χρυσίον καὶ ἄργυρον· τὸ δ' ἐν Δελφοῖς ἱερὸν κατ' ἐκείνους ἤδη τοὺς χρόνους ὑπάρξαι κενὸν τῶν τοιούτων, σεσυλημένον ὑπὸ τῶν Φωκέων κατὰ τὸν ἱερὸν πόλεμον· εἰ δὲ καί τι ἐλείφθη, διανείμασθαι πολλούς· οὐδὲ σωθῆναι δὲ αὐτοὺς εἰκὸς εἰς τὴν οἰκείαν, ἀθλίως ἀπαλλάξαντας μετὰ τὴν ἐκ Δελφῶν ἀποχώρησιν καὶ σκεδασθέντας ἄλλους ἐπ' ἄλλα μέρη κατὰ διχοστασίαν. ἀλλ', ὥσπερ ἐκεῖνός τε εἴρηκε καὶ ἄλλοι πλείους, ἡ χώρα πολύχρυσος οὖσα καὶ δεισιδαιμόνων καὶ οὐ πολυτελῶν τοῖς βίοις πολλαχοῦ (τῆς Κελτικῆς) ἔσχε θησαυρούς· μάλιστα δ' αὐτοῖς αἱ λίμναι τὴν ἀσυλίαν παρεῖχον, εἰς ἃς καθίεσαν ἀργύρου ἢ καὶ χρυσοῦ βάρη. οἱ γοῦν Ῥωμαῖοι κρατήσαντες τῶν τόπων ἀπέδοντο τὰς λίμνας δημοσίᾳ, καὶ τῶν ὠνησαμένων πολλοὶ μύλους εὗρον σφυρηλάτους ἀργυροῦς. ἐν δὲ τῇ Τολώσσῃ καὶ τὸ ἱερὸν ἦν ἅγιον, τιμώμενον σφόδρα ὑπὸ τῶν περιοίκων, καὶ τὰ χρήματα ἐπλεόνασε διὰ τοῦτο, πολλῶν ἀνατιθέντων, καὶ μηδενὸς προσάπτεσθαι θαρροῦντος.

14. Ἵδρυται δ' ἡ Τολῶσσα κατὰ τὸ στενώτατον τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ διείργοντος ἀπὸ τῆς κατὰ Νάρβωνα θαλάττης τὸν ὠκεανόν, ὅν φησι Ποσειδώνιος ἐλάττω τῶν τρισχιλίων σταδίων. ἄξιον δ' ἀντὶ πάντων ἐπισημήνασθαι πάλιν, ὅπερ εἴπομεν πρότερον, τὴν ὁμολογίαν τῆς χώρας πρός τε τοὺς ποταμοὺς καὶ τὴν θάλατταν τήν τ' ἐκτὸς ὁμοίως καὶ τὴν ἐντός· εὕροι γὰρ ἄν τις ἐπιστήσας οὐκ ἐλάχιστον μέρος τοῦθ' ὑπάρχον τῆς τῶν τόπων ἀρετῆς, λέγω δὲ τὸ τὰς χρείας ἐπιπλέκεσθαι τὰς τοῦ βίου μετὰ ῥᾳστώνης ἅπασι πρὸς ἅπαντας καὶ τὰς ὠφελείας ἀνεῖσθαι κοινάς, μάλιστα δὲ νῦν, ἡνίκα ἄγοντες σχολὴν ἀπὸ τῶν ὅπλων ἐργάζονται τὴν χώραν ἐπιμελῶς, καὶ τοὺς βίους κατασκευάζονται πολιτικούς· ὥστε ἐπὶ τῶν τοιούτων κἂν τὸ τῆς προνοίας ἔργον ἐπιμαρτυρεῖσθαί τις ἂν δόξειεν, οὐχ ὅπως ἔτυχεν, ἀλλ' ὡς ἂν μετὰ λογισμοῦ τινος διακειμένων τῶν τόπων. ὁ μέν γε Ῥοδανὸς πολύν τε ἔχει τὸν ἀνάπλουν καὶ μεγάλοις φορτίοις καὶ ἐπὶ πολλὰ μέρη τῆς χώρας διὰ τὸ τοὺς

pluribus evenit: quum alterum quoque Brennum, qui Delphos invasit, Prausum quidam esse referant, neque tamen, ubinam terrarum Prausi prius habitaverint, dicere queamus. Tectosages quidem traditum est interfuisse Delphicæ expeditioni, et thesauros, quos Tolosæ [*græce* Tolossæ] Scipio [*imo* (Q. Servilius) Cæpio] Romanorum dux invenit, partem fuisse pecuniarum Delphis ablatarum, quibus illi de suis facultatibus additione facta, eas placandi numinis gratia consecraverint: itaque Scipionem [Cæpionem], qui contrectasset eas, vitam in calamitatibus finivisse, tanquam sacrilegum, patria ejectum, relictis hæredibus filiabus, quas Timagenes scribit constupratas turpiter periisse. Probabilior autem est Posidonii narratio. Is inventas Tolosæ pecunias ait quindecim circiter fuisse millium talentûm, partim in sacrariis repositas, partim in sacris lacubus, artificis manus non expertas, sed aurum argentumque infectum fuisse: at templum Delphicum illo jam tempore vacuum fuisse hujusmodi rerum, utpote in Sacro bello a Phocensibus spoliatum; quodsi autem quid fuerit ibi repertum, fuisse id inter multos divisum. Neque verisimile esse, Tectosages in patriam rediisse salvos, qui post discessum a Delphis miseriis pressi, ob dissensionem alii alio dispersi abierint. Ergo, quod hic cum aliis pluribus tradit, regio illa auri dives quum esset, hominesque eam tenerent superstitiosi, ac in vitam degendam non sumptuosi, factum est ut multis in locis ea thesauros haberet; maxime autem paludes eos tutos præstabant, in quas argenti aut etiam auri pondera demittebant. Romani itaque potiti ea ditione, paludes publice vendiderunt; multique eorum qui emerunt, molas ex argento ductas repererunt. Tolosæ porro templum fuit sacrosanctum, quod valde venerabantur vicini, ideoque abundabat thesauris, multis donaria dedicantibus, et nemine attingere auso.

14. Sita est Tolosa quo loco arctissimus est isthmus, qui a Narbonensi mari oceanum distinguit, quem isthmum Posidonius ait minorem esse tribus stadiorum millibus. Quod autem initio diximus, rursus præ omnibus aliis observatu dignum videtur, quomodo regio ista tam ad flumina quam ad utrumque mare et externum et internum congruat. Id enim diligenter si observes, intelliges non minimam partem felicitatis istorum locorum in eo consistere, ut incolæ et citra omnem difficultatem mutuis commerciis omnia ad vitæ usus commoda invicem communicent, et emolumenta in commune percipiant, idque maxime nunc, quo tempore ab armis vacantes, terram diligenter colunt, et civilem vitæ rationem instituunt. Adeoque in hujusmodi rebus nonnemo existimare possit, providentiæ operibus testimonium exhiberi, non fortuito, sed ratione aliqua disposita illius regionis loca intuens. Nam Rhodanus sursum navigari potest longo satis spatio, idque magnis navium ponderibus, quæ ipsa per varias regionis partes distra-

ἐμπίπτοντας εἰς αὐτὸν ποταμοὺς ὑπάρχειν πλωτοὺς καὶ διαδέχεσθαι τὸν φόρτον πλεῖστον. ὁ δ' Ἄραρ ἐκδέχεται καὶ ὁ Δοῦβις ὁ εἰς τοῦτον ἐμβάλλων, εἶτα πεζεύεται μέχρι τοῦ Σηκοάνα ποταμοῦ, κἀντεῦθεν ἤδη καταφέρεται εἰς τὸν ὠκεανὸν καὶ τοὺς Ληξοβίους καὶ Καλέτους, ἐκ δὲ τούτων εἰς τὴν Βρεττανικὴν ἐλάττων ἢ ἡμερήσιος δρόμος ἐστίν. ἐπεὶ δ' ἐστὶν ὀξὺς καὶ δυσανάπλους ὁ Ῥοδανός, τινὰ τῶν ἐντεῦθεν φορτίων πεζεύεται μᾶλλον ταῖς ἁρμαμάξαις, ὅσα εἰς Ἀρουέρνους κομίζεται καὶ τὸν Λείγηρα ποταμόν, καίπερ τοῦ Ῥοδανοῦ καὶ τούτοις πλησιάζοντος ἐκ μέρους· ἀλλ' ἡ ὁδὸς πεδιὰς οὖσα καὶ οὐ πολλή, περὶ ὀκτακοσίους σταδίους, ἐπάγεται μὴ χρήσασθαι τῷ ἀνάπλῳ διὰ τὸ πεζεύεσθαι ῥᾷον· ἐντεῦθεν δ' ὁ Λείγηρ εὐφυῶς ἐκδέχεται· ῥεῖ δὲ ἐκ τῶν Κεμμένων εἰς τὸν ὠκεανόν. ἐκ δὲ Νάρβωνος ἀναπλεῖται μὲν ἐπὶ μικρὸν τῷ Ἄτακι, πεζεύεται δὲ πλέον ἐπὶ τὸν Γαρούναν ποταμόν, καὶ τοῦθ' ὅσον ὀκτακοσίων ἢ ἑπτακοσίων σταδίων· ῥεῖ δὲ καὶ ὁ Γαρούνας εἰς τὸν ὠκεανόν. ταῦτα μὲν ὑπὲρ τῶν νεμομένων τὴν Ναρβωνῖτιν ἐπικράτειαν λέγομεν, οὓς οἱ πρότερον Κέλτας ὠνόμαζον· ἀπὸ τούτων δ' οἶμαι καὶ τοὺς σύμπαντας Γαλάτας Κελτοὺς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων προσαγορευθῆναι διὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ἢ καὶ προσλαβόντων πρὸς τοῦτο καὶ τῶν Μασσαλιωτῶν διὰ τὸ πλησιόχωρον.

hit, quum in Rhodanum incidentia flumina sint navigabilia et vehendis magnis oneribus idonea. Excipit ea Arar, et in hunc influens Dubis: exinde usque ad Sequanam fluvium terra merces transportantur: hinc secundo amne deferuntur ad oceanum, et Lexobios ac Caletos [*codd.* Hyadetos]; inde in Brittaniam diurno brevior est cursus. Quoniam autem rapidus est Rhodanus ac difficilis sursum navigantibus, quædam merces, quæ ad Arvernos portantur et Ligerin fluvium, hinc curribus potius vehuntur, tametsi ab istorum quoque partibus aliquot Rhodanus non multum abest: sed tamen iter campestre, et non longum (quippe ad stadia octingenta), ob facilitatem terrestris itineris a subvectione abstrahit. Eo finito, Liger commode excipit. Fluit is a Cemmenis montibus in Oceanum. A Narbone subvectio est non longinqua, adverso Atace fluvio; longius iter terrestre est ad Garumnam [*græce* Garunam] fluvium, stadiorum fere octingentorum aut septingentorum. Garumna quoque exit in oceanum. Hæc diximus de Gallis qui Narbonensem provinciam incolunt, qui quondam Celtæ appellabantur; et arbitror ab his esse a Græcis nomen Celtarum universis Gallis inditum, ob gentis claritatem, aut etiam Massiliensibus ob vicinitatem ad id aliquid momenti conferentibus.

## ΚΕΦ. Β'.

Ἑξῆς δὲ περὶ τῶν Ἀκουιτανῶν λεκτέον καὶ τῶν προσωρισμένων αὐτοῖς ἐθνῶν τεσσαρεσκαίδεκα Γαλατικῶν τῶν μεταξὺ τοῦ Γαρούνα κατοικούντων καὶ τοῦ Λείγηρος, ὧν ἔνια ἐπιλαμβάνει καὶ τῆς τοῦ Ῥοδανοῦ ποταμίας καὶ τῶν πεδίων τῶν κατὰ τὴν Ναρβωνῖτιν. ἁπλῶς γὰρ εἰπεῖν, οἱ Ἀκουιτανοὶ διαφέρουσι τοῦ Γαλατικοῦ φύλου κατά τε τὰς τῶν σωμάτων κατασκευὰς καὶ κατὰ τὴν γλῶτταν, ἐοίκασι δὲ μᾶλλον Ἴβηρσιν. ὁρίζονται δὲ τῷ Γαρούνᾳ ποταμῷ, ἐντὸς τούτου καὶ τῆς Πυρήνης οἰκοῦντες. ἔστι δὲ ἔθνη τῶν Ἀκουιτανῶν πλείω μὲν τῶν εἴκοσι, μικρὰ δὲ καὶ ἄδοξα, τὰ πολλὰ μὲν παρωκεανιτικά, τὰ δὲ εἰς τὴν μεσόγαιαν καὶ τὰ ἄκρα τῶν Κεμμένων ὀρῶν μέχρι Τεκτοσάγων ἀνέχοντα. ἐπειδὴ δὲ μικρὰ μερὶς ἦν ἡ τοσαύτη, προσέθεσαν καὶ τὴν μεταξὺ τοῦ Γαρούνα καὶ τοῦ Λείγηρος. παράλληλοι δέ πως εἰσιν οἱ ποταμοὶ τῇ Πυρήνῃ καὶ δύο ποιοῦσι παραλληλόγραμμα πρὸς αὐτὴν χωρία, ὁριζόμενα κατὰ τὰς ἄλλας πλευρὰς τῷ τε ὠκεανῷ καὶ τοῖς Κεμμένοις ὄρεσι· δισχιλίων δ' ὁμοῦ σταδίων ἐστὶν ὁ πλοῦς ἑκατέρων τῶν ποταμῶν. ἐκβάλλει δ' ὁ μὲν Γαρούνας τρισὶ ποταμοῖς αὐξηθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ Βιτουρίγων τε τῶν Ὀΐσκων ἐπικαλουμένων καὶ Σαντόνων, ἀμφοτέρων Γαλατικῶν ἐθνῶν· μόνον γὰρ δὴ τὸ τῶν Βιτουρίγων τούτων ἔθνος ἐν τοῖς Ἀκουιτανοῖς ἀλλόφυλον ἵδρυται, καὶ οὐ συντελεῖ αὐτοῖς, ἔχει δὲ ἐμπόριον Βουρδίγαλα ἐπικείμενον λιμνοθαλάττῃ τινί, ἣν ποιοῦσιν αἱ ἐκβολαὶ τοῦ

## CAP. II.

Dicendum nunc de Aquitanis et eorum ascriptis quattuordecim gentibus, habitantibus inter Garumnam et Ligerim; quarum tamen quædam etiam Rhodani ripas et campos provinciæ Narbonensis attingunt. Ut uno verbo rem expediam, Aquitani a reliquis Gallis quum corporum constitutione, tum lingua differunt, magisque sunt Hispanorum similes. Fines eorum sunt Garumna fluvius et Pyrene; hos inter habitant. Gentes Aquitanorum sunt plures viginti, exiguæ tamen et obscuræ; plurimæ ad oceanum accolunt; quædam in continentem, et extremos Cemmenorum montes usque ad Tectosages pertingunt. Quia autem angusta erat hæc regio, id quod est inter Garumnam et Ligerim ei adjecerunt. Hi duo fluvii quodammodo paralleli sunt cum Pyrena, ac duo cum ea includunt parallelogrammas areas, quarum reliqua latera oceano et Cemmenis montibus describuntur. Utriusque fluminis navigatio est stadiorum circiter bis mille. Garumna tribus auctus fluminibus, effluit inter Bituriges qui cognomine dicuntur Oisci [*vel* Ubisci, Vibisci. *Codd.* Iosci], et Santones, gentes Gallicas. Sola enim Biturigum istorum gens in Aquitanis peregrina degit, neque vectigalia cum illis solvit; et habet emporium Burdigalam, impositum paludi marinæ, quam Garumnæ

ποταμοῦ. ὁ δὲ Λείγηρ μεταξὺ Πικτόνων τε καὶ Ναμνιτῶν ἐκβάλλει. πρότερον δὲ Κορβιλὼν ὑπῆρχεν ἐμπόριον ἐπὶ τούτῳ τῷ ποταμῷ, περὶ ἧς εἴρηκε Πολύβιος, μνησθεὶς τῶν ὑπὸ Πυθέου μυθολογηθέντων, ὅτι Μασσαλιωτῶν μὲν τῶν συμμιξάντων Σκιπίωνι οὐδεὶς εἶχε λέγειν οὐδὲν μνήμης ἄξιον, ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ Σκιπίωνος περὶ τῆς Βρεττανικῆς, οὐδὲ τῶν ἐκ Νάρβωνος οὐδὲ τῶν ἐκ Κορβιλῶνος, αἵπερ ἦσαν ἄρισται πόλεις τῶν ταύτῃ. Πυθέας δ' ἐθάρρησε τοσαῦτα ψεύσασθαι. τῶν δὲ Σαντόνων πόλις ἐστὶ Μεδιολάνιον. ἔστι δ' ἡ μὲν παρωκεανῖτις τῶν Ἀκουιτανῶν ἀμμώδης ἡ πλείστη καὶ λεπτή, κέγχρῳ τρέφουσα, τοῖς δὲ ἄλλοις καρποῖς ἀφορωτέρα· ἐνταῦθα δ' ἐστὶ καὶ ὁ κόλπος ὁ ποιῶν τὸν ἰσθμὸν πρὸς τὸν ἐν τῇ Ναρβωνίτιδι παραλίᾳ Γαλατικὸν κόλπον, ὁμώνυμος ἐκείνῳ καὶ αὐτός. ἔχουσι δὲ Τάρβελλοι τὸν κόλπον, παρ' οἷς ἐστι τὰ χρυσεῖα σπουδαιότατα πάντων· ἐν γὰρ βόθροις ὀρυχθεῖσιν ἐπὶ μικρὸν εὑρίσκονται καὶ χειροπληθεῖς χρυσίου πλάκες, ἔσθ' ὅτε μικρᾶς ἀποκαθάρσεως δεόμεναι. τὸ δὲ λοιπὸν ψῆγμά ἐστι καὶ βῶλοι, καὶ αὗται κατεργασίαν οὐ πολλὴν ἔχουσαι. ἡ δὲ μεσόγειος καὶ ὀρεινὴ βελτίω γῆν ἔχει, πρὸς μὲν τῇ Πυρήνῃ τὴν τῶν Κωνουενῶν, [ὅ] ἐστι συγκλύδων, ἐν ᾗ πόλις Λούγδουνον καὶ τὰ τῶν Ὀνησιῶν θερμὰ κάλλιστα ποτιμωτάτου ὕδατος· καλὴ δὲ καὶ ἡ τῶν Αὐσκίων.

2. Τὰ δὲ μεταξὺ τοῦ Γαρούνα καὶ τοῦ Λείγηρος ἔθνη τὰ προσκείμενα τοῖς Ἀκουιτανοῖς ἐστιν Ἔλουοι μὲν ἀπὸ τοῦ Ῥοδανοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντες, Οὐελλάιοι δὲ μετὰ τούτους, οἳ προσωρίζοντό ποτε Ἀρουέρνοις, νῦν δὲ τάττονται καθ' ἑαυτούς· εἶτα Ἀρούερνοι καὶ Λεμοουίκες καὶ Πετροκόριοι· πρὸς δὲ τούτοις Νιτιόβριγες καὶ Καδοῦρκοι καὶ Βιτούριγες οἱ Κοῦβοι καλούμενοι· πρὸς δὲ τῷ ὠκεανῷ Σάντονοί τε καὶ Πίκτονες, οἱ μὲν τῷ Γαρούνᾳ παροικοῦντες, ὡς εἴπομεν, οἱ δὲ τῷ Λείγηρι. Ῥουτηνοὶ δὲ καὶ Γαβαλεῖς τῇ Ναρβωνίτιδι πλησιάζουσι. παρὰ μὲν οὖν τοῖς Πετροκορίοις σιδηρουργεῖά ἐστιν ἀστεῖα καὶ τοῖς Κούβοις Βιτούριξι, παρὰ δὲ τοῖς Καδούρκοις λινουργίαι, παρὰ δὲ τοῖς Ῥουτηνοῖς ἀργυρεῖα· ἔχουσι δ' ἀργυρεῖα καὶ οἱ Γαβαλεῖς. δεδώκασι δὲ Λάτιον Ῥωμαῖοι καὶ τῶν Ἀκουιτανῶν τισι, καθάπερ Αὐσκίοις καὶ Κωνουέναις.

3. Ἀρούερνοι δὲ ἵδρυνται μὲν ἐπὶ τῷ Λείγηρι· μητρόπολις δ' αὐτῶν ἐστι Νεμωσσὸς ἐπὶ τῷ ποταμῷ κειμένη. ῥυεὶς δ' οὗτος παρὰ Κήναβον, τὸ τῶν Καρνούτων ἐμπόριον κατὰ μέσον που τὸν πλοῦν συνοικούμενον, ἐκβάλλει πρὸς τὸν ὠκεανόν. τῆς δυνάμεως δὲ τῆς πρότερον Ἀρούερνοι μέγα τεκμήριον παρέχονται τὸ πολλάκις πολεμῆσαι πρὸς Ῥωμαίους τοτὲ μὲν μυριάσιν εἴκοσι, πάλιν δὲ διπλασίαις. τοσαύταις γὰρ πρὸς Καίσαρα τὸν Θεὸν διηγωνίσαντο μετὰ Οὐερκιγγετόριγος, πρότερον δὲ καὶ εἴκοσι πρὸς Μάξιμον τὸν Αἰμιλιανόν, καὶ πρὸς Δομήτιον δ' ὡσαύτως Ἀηνόβαρβον. πρὸς μὲν οὖν Καίσαρα περί τε Γεργοουίαν πόλιν τῶν Ἀρουέρνων, ἐφ' ὑψηλοῦ ὄρους κειμένην, συνέστησαν οἱ ἀγῶνες, ἐξ ἧς ἦν

ostium efficit. Liger inter Pictones et Namnitas (*vel* Namnetas) effluit. Prius emporium fuit Corbilo supra Ligerim, cujus mentionem facit Polybius, quum Pytheæ refert fabulosa commenta : dicit autem legatorum quos Massilienses, Narbonenses et Corbilonenses [*hic codd.* Koribelonis], principes Galliæ civitates, ad Scipionem miserant, nullum quicquam memoratu dignum habuisse, quod de Britannia ab illo interrogatus diceret. Tantum in modum Pytheas mentiri ausus fuit. Santonum urbs est Mediolanum [*græce* Mediolanium]. Aquitaniæ solum, quod est ad litora oceani, majori sui parte arenosum est et tenue, milio alens, reliquarum frugum minus ferax. Ibi est etiam sinus isthmum efficiens, qui pertinet ad sinum Gallicum in Narbonensi ora, idemque cum illo sinu hic sinus nomen habet. Tarbelli hunc sinum tenent, apud quos optima sunt auri metalla; in fossis enim non alte actis inveniuntur auri laminæ manum implentes, aliquando exigua indigentes repurgatione; reliquum ramenta et glebæ sunt, ipsæ quoque non multum operis desiderantes. Mediterranea autem et montana agrum habent meliorem, ad Pyrenam agrum Convenarum, in quo est urbs Lugdunum [*codd.* Lugdunos], et thermæ Onesiæ [? Monesiæ? Convenarum?] præstantissimæ, aqua ad potum optima; bona est etiam regio Ausciorum [*codd.* Psausciorum].

2. Gentes porro inter Garumnam et Ligerim Aquitanis adjacentes sunt : Elui a Rhodano initium sumentes, et Vellavii (aut Vellavi), qui olim Arvernis ascribebantur, nunc pro se civitatem constituunt; deinde Arverni et Lemovices [*codd.* Lemothrices], et Petrocorii; tum Nitiobriges, Cadurci, et Bituriges cognomento Cubi. Ad oceanum sunt Santoni et Pictones, quorum illi Garumnæ sunt vicini, ut docuimus, hi autem Ligeri. Narbonensi propinquant Ruteni [*codd.* Rutæni] ac Gabales. Apud Petrocorios et Bituriges Cubos sunt præclaræ officinæ ferrariæ, apud Cadurcos linificium; argenti metalla Ruteni habent et Gabales. Jus Latii nonnullis Aquitanorum quoque Romani dederunt, ut Ausciis et Convenis.

3. Arverni fluvio Ligeri insident : caput eorum Nemossus ipsi adjacet flumini. Ligeris autem Cenabum [*codd.* Kmenabon, *vulgo* Genabum] præterfluens, quod est Carnutum [*codd.* Carnuntôn] emporium fere ad medium fluminis conditum, in oceanum exit. Magnam olim fuisse Arvernorum potentiam inde sciri potest, quod multa adversus Romanos bella gesserunt, aliquando ducentorum millium exercitu, atque etiam duplo ejus : nam duce Vercingetorige quadringentis millibus adversus divum Cæsarem decertaverunt; ante autem ducentis millibus contra Maximum Æmilianum et Domitium item Aenobarbum. Contra Cæsarem belligerarunt apud Gergoviam urbem Arvernorum, sitam in altissimo monte, Vercingetorigis

ὁ Οὐερκιγγέτοριξ· καὶ (ὁ) περὶ Ἀλησίαν πόλιν Μανδουβίων, ἔθνους ὁμόρου τοῖς Ἀρουέρνοις, καὶ ταύτην ἐφ' ὑψηλοῦ λόφου κειμένην, περιεχομένην δ' ὄρεσι καὶ ποταμοῖς δυσίν, ἐν ᾗ καὶ ἑάλω ὁ ἡγεμών, καὶ ὁ πόλεμος τέλος ἔσχε· πρὸς δὲ Μάξιμον Αἰμιλιανὸν κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τ' Ἴσαρος καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, καθ' ἣν καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος πλησιάζει τῷ Ῥοδανῷ· πρὸς δὲ Δομήτιον κατωτέρω ἔτι κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τε Σούλγα καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ. διέτειναν δὲ τὴν ἀρχὴν οἱ Ἀρούερνοι καὶ μέχρι Νάρβωνος καὶ τῶν ὅρων τῆς Μασσαλιώτιδος, ἐκράτουν δὲ καὶ τῶν μέχρι Πυρήνης ἐθνῶν καὶ μέχρι ὠκεανοῦ καὶ Ῥήνου. Βιτυΐτου δέ, τοῦ πρὸς τὸν Μάξιμον καὶ τὸν Δομήτιον πολεμήσαντος, ὁ πατὴρ Λουέριος τοσοῦτον πλούτῳ λέγεται καὶ τρυφῇ διενεγκεῖν, ὥστε ποτὲ ἐπίδειξιν ποιούμενος τοῖς † φίλοις τῆς εὐπορίας ἐπ' ἀπήνης φέρεσθαι διὰ πεδίου, χρυσοῦ νόμισμα καὶ ἀργύρου δεῦρο κἀκεῖσε διασπείρων, ὥστε συλλέγειν ἐκείνους ἀκολουθοῦντας.

patriam, et apud Alesiam Mandubiorum [*codd.* Mandibulorum] urbem, qui Arvernis finitimi sunt, ipsam quoque in sublimi sitam colle, ac montibus et duobus amnibus cinctam : ibi capto duce eorum bello est finis impositus. Contra Maximum Æmilianum ad confluentes Isaræ [*græce* Isaris] et Rhodani, ubi etiam Cemmenus mons Rhodano appropinquat. Contra Domitium aliquando inferius, ubi Sulga fluvius Rhodano miscetur. Dilataverunt Arverni suam dominationem usque ad Narbonem et fines Massiliensis ditionis, gentesque ad Pyrenam usque et oceanum et Rhenum subegerunt. Bituiti [*codd.* Bititi], ejus qui contra Maximum et Domitium bellum gessit, pater Luerius [*alibi* Luernius] tantis fertur opibus luxuriasse, ut aliquando ostentandæ amicis [*imo* multitudini] opulentiæ suæ causa curru per campum veheretur, auream argenteamque monetam hinc inde dispergens, quam comitantes illi colligerent.

## ΚΕΦ. Γ'.

Μετὰ δὲ τὴν Ἀκουιτανὴν μερίδα καὶ τὴν Ναρβωνῖτιν ἡ ἐφεξῆς ἐστι μέχρι τοῦ Ῥήνου παντὸς ἀπὸ τοῦ Λείγηρος ποταμοῦ καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, καθ' ὃ συνάπτει πρὸς τὸ Λούγδουνον ἀπὸ τῆς πηγῆς κατενεχθεὶς ὁ Ῥοδανός. ταύτης δὲ τῆς χώρας τὰ μὲν ἄνω μέρη τὰ πρὸς ταῖς πηγαῖς τῶν ποταμῶν, τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, μέχρι μέσων σχεδόν τι τῶν πεδίων ὑπὸ τῷ Λουγδούνῳ τέτακται, τὰ δὲ λοιπὰ καὶ παρωκεανιτικὰ ὑπ' ἄλλῃ τέτακται μερίδι, ἣν ἰδίως Βέλγαις προσνέμουσιν· ἡμεῖς δὲ κοινότερον τὰ καθ' ἕκαστα δηλώσομεν.

2. Αὐτὸ μὲν δὴ τὸ Λούγδουνον, ἐκτισμένον ὑπὸ λόφῳ κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τε Ἄραρος τοῦ ποταμοῦ καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, κατέχουσι Ῥωμαῖοι. εὐανδρεῖ δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων πλὴν Νάρβωνος· καὶ γὰρ ἐμπορίῳ χρῶνται, καὶ τὸ νόμισμα χαράττουσιν ἐνταῦθα τό τε ἀργυροῦν καὶ τὸ χρυσοῦν οἱ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνες. τό τε ἱερὸν τὸ ἀναδειχθὲν ὑπὸ πάντων κοινῇ τῶν Γαλατῶν Καίσαρι τῷ Σεβαστῷ πρὸ ταύτης ἵδρυται τῆς πόλεως ἐπὶ τῇ συμβολῇ τῶν ποταμῶν· ἔστι δὲ βωμὸς ἀξιόλογος ἐπιγραφὴν ἔχων τῶν ἐθνῶν ἑξήκοντα τὸν ἀριθμὸν καὶ εἰκόνες τούτων ἑκάστου μία καὶ † ἄλλος μέγας. προκάθηται δὲ τοῦ ἔθνους τοῦ Σεγοσιανῶν ἡ πόλις αὕτη, κειμένου μεταξὺ τοῦ Ῥοδανοῦ καὶ τοῦ † Δούβιος· τὰ δ' ἑξῆς ἔθνη τὰ συντείνοντα πρὸς τὸν Ῥῆνον, τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ Δούβιος ὁρίζεται, τὰ δ' ὑπὸ τοῦ Ἄραρος. οὗτοι μὲν οὖν, ὡς εἴρηται πρότερον, ἀπὸ τῶν Ἄλπεων καὶ αὐτοὶ κατενεχθέντες, ἔπειτ' εἰς ἓν ῥεῖθρον συμπεσόντες εἰς τὸν Ῥοδανὸν καταφέρονται· ἄλλος δ' ἐστίν, ὁμοίως ἐν ταῖς Ἄλπεσι τὰς πηγὰς ἔχων, Σηκοάνας ὄνομα (ῥέων). ῥεῖ δ' εἰς τὸν ὠκεανόν, παράλληλος τῷ Ῥήνῳ, διὰ ἔθνους ὁμωνύμου, συνάπτοντος τῷ Ῥήνῳ τὰ πρὸς ἕω, τὰ δ' εἰς τἀναντία τῷ Ἄραρι, ὅθεν αἱ

## CAP. III.

Post Aquitaniam et Narbonensem Galliam ea sequitur regio, quæ ad totum Rhenum pertingit a Ligeri fluvio et Rhodano, quo is loco a fontibus delapsus ad Lugdunum accedit. Hujus regionis superiora quæ sunt ad fontes horum fluminum, Rheni atque Rhodani, usque ad mediam fere planitiem, Lugduno sunt subdita; reliqua ad oceanum vergentia, sub alia sunt provincia, quam sibi Belgæ vindicant. Nos communius singula persequemur.

2. Lugdunum ergo sub colle conditum, ubi Arar flumen in Rhodanum incidit, Romani obtinent. Post Narbonem hæc urbs maxime omnium Gallicarum hominum frequentia pollet : præfecti enim Romanorum eo utuntur emporio, monetamque ibi tam auream quam argenteam cudunt. Templum ab omnibus communi sententia Gallis decretum Cæsari Augusto, ad hanc urbem ad concursum fluviorum est positum, et aram habet memorabilem, cum inscriptione gentium sexaginta numero et imagine singularum, item aliam magnam [aram? *Corrigitur* ἄλσος μέγα, magnum lucum; *vel* ἀνδριὰς μέγας, magnam statuam (Augusti)]. Præest hæc urbs genti Segusianorum [*codd.* Sægosiavorum], sitæ inter Rhodanum et Dubin [*imo* Ligerim] fluvios : reliqui ad Rhenum tendentes populi, partim a Dubi terminantur, partim ab Arare. Atque hi quidem, ut ante diximus, ab Alpibus ipsi quoque delapsi, conjunctis alveis in Rhodanum exeunt. Est et alius fluvius, fontes in iisdem habens Alpibus, Sequana nomine; is Rheno parallelus per Sequanos sibi cognomines fluit in oceanum. Sequani versus orientem Rheno, diversa parte Arari sunt

κάλλισται ταριχεῖαι τῶν ὑείων κρεῶν εἰς τὴν Ῥώμην κατακομίζονται. μεταξὺ μὲν οὖν τοῦ † Δούβιος καὶ τοῦ Ἄραρος οἰκεῖ τὸ τῶν Αἰδούων ἔθνος, πόλιν ἔχον Καβυλλῖνον ἐπὶ τῷ Ἄραρι καὶ φρούριον Βίβρακτα. οἱ δὲ Αἰδοῦοι καὶ συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προσῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. πέραν δὲ τοῦ Ἄραρος οἰκοῦσιν οἱ Σηκοανοί, διάφοροι καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ πολλοῦ γεγονότες καὶ τοῖς Αἰδούοις· ὅτι πρὸς Γερμανοὺς προσεχώρουν πολλάκις κατὰ τὰς ἐφόδους αὐτῶν τὰς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἐπεδείκνυντό γε οὐ τὴν τυχοῦσαν δύναμιν, ἀλλὰ καὶ κοινωνοῦντες αὐτοῖς ἐποίουν μεγάλους, καὶ ἀφιστάμενοι μικρούς· πρὸς δὲ τοὺς Αἰδούους καὶ διὰ ταῦτα μέν, ἀλλ' ἐπέτεινε τὴν ἔχθραν ἡ τοῦ ποταμοῦ ἔρις τοῦ διείργοντος αὐτούς, ἑκατέρου τοῦ ἔθνους ἴδιον ἀξιοῦντος εἶναι τὸν Ἄραρα καὶ ἑαυτῷ προσήκειν τὰ διαγωγικὰ τέλη· νυνὶ δ' ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις ἅπαντ' ἐστί.

3. Τὴν δ' ἐπὶ τῷ Ῥήνῳ πρῶτοι τῶν ἁπάντων οἰκοῦσιν Ἐλουήττιοι, παρ' οἷς εἰσιν αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ ἐν τῷ Ἀδούλᾳ ὄρει. τοῦτο δ' ἐστὶ μέρος τῶν Ἄλπεων, ὅθεν καὶ ὁ Ἀδούας εἰς τἀναντία μέρη ῥεῖ τὰ πρὸς τὴν ἐντὸς Κελτικὴν καὶ πληροῖ τὴν Λάριον λίμνην, πρὸς ᾗ ἔκτισται τὸ Κῶμον, εἶτ' ἐνθένδε εἰς τὸν Πάδον συμβάλλει, περὶ ὧν ὕστερον ἐροῦμεν. καὶ ὁ Ῥῆνος δὲ εἰς ἕλη μεγάλα καὶ λίμνην ἀναχεῖται μεγάλην, ἧς ἐφάπτονται καὶ Ῥαιτοὶ καὶ Οὐινδολικοὶ τῶν Ἀλπίων τινὲς καὶ τῶν ὑπεραλπίων. φησὶ δὲ τὸ μῆκος αὐτοῦ σταδίων ἑξακισχιλίων Ἀσίνιος, οὐκ ἔστι δέ· ἀλλ' ἐπ' εὐθείας μὲν τοῦ ἡμίσους ὀλίγον ἂν ὑπερβάλλοι, τοῖς δὲ σκολιώμασι καὶ χίλιοι προστεθέντες ἱκανῶς ἂν ἔχοιεν· καὶ γὰρ ὀξύς ἐστι, διὰ τοῦτο δὲ καὶ δυσγεφύρωτος καὶ διὰ πεδίων ὕπτιος φέρεται τὸ λοιπόν, καταβὰς ἀπὸ τῶν ὀρῶν· πῶς οὖν οἷόν τε μένειν ὀξὺν καὶ βίαιον, εἰ τῷ ὑπτιασμῷ προσδοίημεν καὶ σκολιότητας πολλὰς καὶ μακράς; φησὶ δὲ καὶ δίστομον εἶναι, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας· ἐγκυκλοῦνται μὲν δή τινα χώραν ταῖς σκολιότησι καὶ οὗτος καὶ ὁ Σηκοάνας, οὐ τοσαύτην [δέ]. ἀμφότεροι δὲ ῥέουσιν ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν· πρόκειται δ' αὐτῶν ἡ Βρεττανική, τοῦ μὲν Ῥήνου καὶ ἐγγύθεν, ὥστε καθορᾶσθαι τὸ Κάντιον, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἑῷον ἄκρον τῆς νήσου, τοῦ δὲ Σηκοάνα μικρὸν ἀπωτέρω· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ ναυπήγιον συνεστήσατο Καῖσαρ ὁ Θεός, πλέων εἰς τὴν Βρεττανικήν. τοῦ δὲ Σηκοάνα τὸ πλεόμενον ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ Ἄραρος δεχομένων τὰ φορτία μικρῷ πλέον ἐστὶν ἢ τὸ τοῦ Λείγηρος καὶ τὸ τοῦ Γαρούνα· τὸ δὲ ἀπὸ Λουγδούνου μέχρι τοῦ Σηκοάνα ( ἢ ) χιλίων σταδίων ἐστίν, ἔλαττον [δ'] ἢ διπλάσιον τούτου [τὸ] ἀπὸ τῶν εἰσβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ μέχρι Λουγδούνου. φασὶ δὲ καὶ πολυχρύσους τοὺς Ἐλουηττίους μηδὲν μέντοι ἧττον ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι, τὰς τῶν Κίμβρων εὐπορίας ἰδόντας· ἀφανισθῆναι δ' αὐτῶν τὰ δύο φῦλα, τριῶν ὄντων, κατὰ στρατείας. ὅμως δ' ἐκ τῶν λοιπῶν ( τόπων ) τὸ τῶν ἐπιγόνων πλῆθος ἐδήλωσεν ὁ πρὸς Καίσαρα τὸν Θεὸν πόλεμος, ἐν ᾧ περὶ τετταράκοντα

**affines : ex his optima suilla salsamenta Romam perferuntur. Inter Dubin [*imo* Ligerim] et Ararim Ædui [*codd. hic et infra* Edui] incolunt, urbem habentes Arari impositam Cabullinum, et oppidum munitum Bibracta. Ædui Romanorum cognati appellati, primique Gallorum hujus regionis amicitiam et societatem eorum amplexi sunt. Trans Ararim Sequani habitant, antiquitus Romanorum et Æduorum inimici : nam Germanorum in Italiam incursionibus socios se præbebant plerumque, qua in re ostenderunt se plurimum potentiæ habere, quum eos sua conjunctione magnos, discessu impotentes redderent. Æduis quum hæc causa eos inimicos** fecit, tum auxit inimicitias de Arari contentio, qui ipsos distinguit, utraque gente eum et vectigalia ex ejus transvectu percipienda sibi vindicante : nunc vero omnia sunt Romanis subjecta.

6. Ἐπὶ δὲ θάτερα μέρη τὰ πρὸς τὴν Ἰταλίαν κεκλιμένα τῆς λεχθείσης ὀρεινῆς Ταυρινοί τε οἰκοῦσι Λιγυστικὸν ἔθνος καὶ ἄλλοι Λίγυες. τούτων δ' ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ Ἰδεόννου λεγομένη γῆ καὶ [ἡ] τοῦ Κοττίου. μετὰ δὲ τούτους καὶ τὸν Πάδον Σαλασσοί· ὑπὲρ δὲ τούτων ἐν ταῖς κορυφαῖς Κέντρωνες καὶ Κατόριγες καὶ Οὐάραγροι καὶ Ναντουᾶται καὶ ἡ Λημέννα λίμνη, δι' ἧς ὁ Ῥοδανὸς φέρεται, καὶ ἡ πηγὴ τοῦ ποταμοῦ. οὐκ ἄποθεν δὲ τούτων οὐδὲ τοῦ Ῥήνου αἱ πηγαί, οὐδ' ὁ Ἀδούλας τὸ ὄρος, ἐξ οὗ ῥεῖ καὶ ὁ Ῥῆνος ἐπὶ τὰς ἄρκτους καὶ ὁ Ἀδούας εἰς τἀναντία ἐμβάλλων εἰς τὴν Λάριον λίμνην τὴν πρὸς τῷ Κώμῳ. ὑπέρκεινται δὲ τοῦ Κώμου πρὸς τῇ ῥίζῃ τῶν Ἄλπεων ἱδρυμένου τῇ μὲν Ῥαιτοὶ καὶ Οὐέννωνες ἐπὶ τὴν ἕω κεκλιμένοι, τῇ δὲ Ληπόντιοι καὶ Τριδεντῖνοι καὶ Στόνοι καὶ ἄλλα πλείω μικρὰ ἔθνη κατέχοντα τὴν Ἰταλίαν ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις, λῃστρικὰ καὶ ἄπορα· νυνὶ δὲ τὰ μὲν ἐξέφθαρται, τὰ δ' ἡμέρωται τελέως, ὥστε τὰς δι' αὐτῶν ὑπερβολὰς τοῦ ὄρους, πρότερον οὔσας ὀλίγας καὶ δυσπεράτους, νυνὶ πολλαχόθεν εἶναι καὶ ἀσφαλεῖς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων καὶ εὐβάτους, ὡς ἔνεστι, διὰ τὴν κατασκευήν. προσέθηκε γὰρ ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τῇ καταλύσει τῶν λῃστῶν τὴν κατασκευὴν τῶν ὁδῶν, ὅσην οἷόν τ' ἦν· οὐ γὰρ δυνατὸν πανταχοῦ βιάσασθαι τὴν φύσιν διὰ πετρῶν καὶ κρημνῶν ἐξαισίων, τῶν μὲν ὑπερκειμένων τῆς ὁδοῦ, τῶν δ' ὑποπιπτόντων, ὥστε καὶ μικρὸν ἐκβᾶσιν ἄφυκτον εἶναι τὸν κίνδυνον, εἰς φάραγγας ἀβύσσους τοῦ πτώματος ὄντος. οὕτω δέ ἐστι στενὴ κατά τι[να] αὐτοῦ ἡ ὁδός, ὥστ' ἴλιγγον φέρειν τοῖς πεζῇ βαδίζουσι καὶ αὐτοῖς καὶ ὑποζυγίοις τοῖς ἀήθεσι· τὰ δ' ἐπιχώρια κομίζει τοὺς φόρτους ἀσφαλῶς. οὔτ' οὖν ταῦτα ἰάσιμα οὔθ' αἱ κατολισθάνουσαι πλάκες τῶν κρυστάλλων ἄνωθεν ἐξαίσιοι, συνοδίαν ὅλην ἀπολαμβάνειν δυνάμεναι καὶ συνεξωθεῖν εἰς τὰς ὑποπιπτούσας φάραγγας· πολλαὶ γὰρ ἀλλήλαις ἐπίκεινται πλάκες, πάγων ἐπὶ πάγοις γενομένων τῆς χιόνος κρυσταλλωδῶν, καὶ τῶν ἐπιπολῆς ἀεὶ ῥᾳδίως ἀπολυομένων ἀπὸ τῶν ἐντός, πρὶν διαλυθῆναι τελέως ἐν τοῖς ἡλίοις.

7. Ἡ δὲ τῶν Σαλασσῶν πολλὴ μέν ἐστιν ἐν αὐλῶνι βαθεῖ, τῶν ὀρῶν ἀμφοτέρωθεν κλειόντων τὸ χωρίον, μέρος δέ τι αὐτῶν ἀνατείνει καὶ πρὸς τὰς ὑπερκειμένας κορυφάς. τοῖς οὖν ἐκ τῆς Ἰταλίας ὑπερτιθεῖσι τὰ ὄρη διὰ τοῦ λεχθέντος αὐλῶνός ἐστιν ἡ ὁδός. εἶτα σχίζεται δίχα· καὶ ἡ μὲν διὰ τοῦ Ποινίνου λεγομένου φέρεται, ζεύγεσιν οὐ βατὴ κατὰ τὰ ἄκρα τῶν Ἄλπεων, ἡ δὲ διὰ Κεντρώνων δυσμικωτέρα. ἔχει δὲ καὶ χρυσεῖα ἡ τῶν Σαλασσῶν, ἃ κατεῖχον ἰσχύοντες οἱ Σαλασσοὶ πρότερον, καθάπερ καὶ τῶν παρόδων ἦσαν κύριοι. προσελάμβανε δὲ πλεῖστον εἰς τὴν μεταλλείαν αὐτοῖς ὁ Δουρίας ποταμὸς εἰς τὰ χρυσοπλύσια, διόπερ ἐπὶ πολλοὺς τόπους σχίζοντες [εἰς] τὰς ἐξοχετείας τὸ ὕδωρ τὸ κοινὸν ῥεῖθρον ἐξεκένουν. τοῦτο δ' ἐκείνοις μὲν συνέφερε πρὸς τὴν τοῦ χρυσοῦ θήραν, τοὺς δὲ γεωργοῦντας τὰ ὑπ' αὐτοῖς πεδία, τῆς ἀρδείας στερουμένους, ἐλύπει, τοῦ ποταμοῦ δυναμένου ποτίζειν τὴν χώραν διὰ τὸ ὑπερ-

**6. In altera autem parte montanorum, ea quæ ad Italiam vergit, Taurini habitant, Ligustica gens, aliique Ligures. Horum est et quæ Ideonni [*fort.* Donni] dicitur, et quæ Cottii terra. Post hos et Padum, Salassi : super hos in verticibus montium Centrones, et Catoriges, et Varagri, et Nantuatæ, et Lemannus [*græce* Lemenna] lacus, per quem Rhodanus fertur, et fons Rhodani. Non procul hinc Rheni sunt fontes, et Adula [*codd.* Aduallas] mons, ex quo Rhenus fluit versus septentrionem, inque contrariam partem Addua [*græce* Aduas] in lacum Larium, qui ad Comum est, delabitur. Supra Comum, quod est ad radices Alpium situm, habitant versus orientem Rhæti et Vennones; ad alteram partem Lepontii, Tridentini, Stoni, et aliæ plures exiguæ gentes, quæ superioribus temporibus Italiam tenuerunt, latrociniis deditæ et pauperes : sed nunc partim excisæ sunt, partim prorsus domitæ, ut itinera supra montes per illos, quæ olim erant pauca et superatu difficilia, multis nunc locis pateant, tutaque sint ab injuria hominum, et expedita, quantum fieri potest, ob operam manuum iis adhibitam : nam Augustus Cæsar latronum excidio viarum structuram adjecit, quantam omnino licuit perfici. Neque enim licuit ubique vi superare naturam propter saxa et ingentes præruptas rupes, viæ vel impendentes, vel in eam irruentes, ita ut vel leviter e via egressi in periculum venirent inevitabile, quum in fundo carentes valles esset decidendum. Ita autem via quibusdam in locis arcta est, ut et peditibus et jumentis non assuetis vertigo oboriatur; incolarum autem jumenta onera sustinent tuto. Neque huic incommodo mederi potuit, neque delapsui ingentium glaciei tabularum, quæ integrum etiam comitatum obruere et in subjectas deturbare valles possunt. Multæ enim una supra aliam jacent glaciei tabulæ, subinde uno post alterum gelu concrescente in glaciei formam nive : quarum tabularum quæ in superficie sunt, facile quovis tempore ab interioribus solvuntur, antequam a sole plane liquentur.**

**7. Salassorum regio ampla est in profunda convalle, montibus utrinque includentibus : quanquam alicubi etiam ad superincumbentes attollitur vertices. Qui ex Italia profecti montes illos superare volunt, iis iter per eam est convallem. Deinde in duas vias scinditur, quarum quæ per Pœninum quod vocatur tendit ad summitates Alpium, jumentis est inaccessa; altera per Centrones magis est occidua. In Salassorum regione sunt auri metalla, quæ olim obtinuerunt Salassi, sicut et itinerum erant domini. Maximum illis adjumentum ad negotium metallicum attulit Duria fluvius, ad eluendum aurum : itaque multis locis eum in rivulos scindentes, communem alveum exinaniverunt; quod ut illis ad auri investigationem profuit, ita molestum fuit iis qui subjectos illis agros colebant, rigandi facultate spo-**

δέξιον ἔχειν τὸ ῥεῖθρον. ἐκ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας πόλεμοι συνεχεῖς ἦσαν πρὸς ἀλλήλους ἀμφοτέροις τοῖς ἔθνεσι. κρατησάντων δὲ Ῥωμαίων, τῶν μὲν χρυσουργείων ἐξέπεσον καὶ τῆς χώρας οἱ Σαλασσοί, τὰ δ' ὄρη κατέχοντες ἀκμὴν τὸ ὕδωρ ἐπώλουν τοῖς δημοσιώναις τοῖς ἐργολαβήσασι τὰ χρυσεῖα· καὶ πρὸς τούτους δ' ἦσαν ἀεὶ διαφοραὶ διὰ τὴν πλεονεξίαν τῶν δημοσιωνῶν. οὕτω δὲ συνέβαινε τοὺς στρατηγιῶντας ἀεὶ τῶν Ῥωμαίων καὶ πεμπομένους ἐπὶ τοὺς τόπους εὐπορεῖν προφάσεων, ἀφ' ὧν πολεμήσουσι. μέχρι μὲν δὴ τῶν νεωστὶ χρόνων τοτὲ μὲν πολεμούμενοι, τοτὲ δὲ καταλυόμενοι τὸν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πόλεμον ἴσχυον ὅμως, καὶ πολλὰ κατέβλαπτον τοὺς δι' αὐτῶν ὑπερβάλλοντας τὰ ὄρη κατὰ τὸ ληστρικὸν ἔθος· οἵ γε καὶ Δέκιμον Βροῦτον φυγόντα ἐκ Μουτίνης ἐπράξαντο δραχμὴν κατ' ἄνδρα· Μεσσάλας δὲ πλησίον αὐτῶν χειμαδεύων τιμὴν ξύλων κατέβαλε τῶν τε καυσίμων καὶ τῶν πτελείνων ἀκοντισμάτων καὶ τῶν γυμναστικῶν. ἐσύλησαν δέ ποτε καὶ χρήματα Καίσαρος οἱ ἄνδρες οὗτοι καὶ ἐπέβαλον κρημνοὺς στρατοπέδοις, πρόφασιν ὡς ὁδοποιοῦντες ἢ γεφυροῦντες ποταμούς. ὕστερον μέντοι κατεστρέψατο αὐτοὺς ἄρδην ὁ Σεβαστὸς καὶ πάντας ἐλαφυροπώλησε, κομισθέντας εἰς Ἐπορεδίαν, Ῥωμαίων ἀποικίαν, ἣν συνῴκισαν μέν, φρουρὰν εἶναι βουλόμενοι τοῖς Σαλασσοῖς· ὀλίγον δ' ἀντέχειν ἐδύναντο οἱ αὐτόθι, ἕως ἠφανίσθη τὸ ἔθνος. τῶν μὲν οὖν ἄλλων σωμάτων τρεῖς μυριάδες ἐξητάσθησαν ἐπὶ τοῖς ἑξακισχιλίοις, τῶν δὲ μαχίμων ἀνδρῶν ὀκτακισχίλιοι· πάντας δ' ἐπώλησε Τερέντιος Οὐάρρων ὑπὸ δόρυ, καταστρεψάμενος αὐτοὺς στρατηγός· τρισχιλίους δὲ Ῥωμαίων πέμψας ᾤκισε τὴν πόλιν Αὐγούσταν ὁ Καῖσαρ, ἐν ᾧ ἐστρατοπέδευσε χωρίῳ ὁ Οὐάρρων, καὶ νῦν εἰρήνην ἄγει πᾶσα ἡ πλησιόχωρος μέχρι τῶν ἄκρων ὑπερβολῶν τοῦ ὄρους.

8. Ἑξῆς δὲ τὰ πρὸς ἕω μέρη τῶν ὀρῶν καὶ τὰ ἐπιστρέφοντα πρὸς νότον Ῥαιτοὶ καὶ Οὐινδολικοὶ κατέχουσι, συνάπτοντες Ἐλουηττίοις καὶ Βοΐοις· ἐπίκεινται γὰρ τοῖς ἐκείνων πεδίοις. οἱ μὲν οὖν Ῥαιτοὶ μέχρι τῆς Ἰταλίας καθήκουσι τῆς ὑπὲρ Οὐήρωνος καὶ Κώμου. καὶ ὅ γε Ῥαιτικὸς οἶνος, τῶν ἐν τοῖς Ἰταλικοῖς ἐπαινουμένων οὐκ ἀπολείπεσθαι δοκῶν, ἐν ταῖς τούτων ὑπωρείαις γίνεται· διατείνουσι δὲ καὶ μέχρι τῶν χωρίων, δι' ὧν ὁ Ῥῆνος φέρεται· τούτου δ' εἰσὶ τοῦ φύλου καὶ Ληπόντιοι καὶ Καμοῦνοι. οἱ δὲ Οὐινδολικοὶ καὶ Νωρικοὶ τὴν ἐκτὸς παρώρειαν κατέχουσι τὸ πλέον μετὰ Βρεύνων καὶ Γεναύνων, ἤδη τούτων Ἰλλυριῶν. ἅπαντες δ' οὗτοι καὶ τῆς Ἰταλίας τὰ γειτονεύοντα μέρη κατέτρεχον ἀεὶ καὶ τῆς Ἐλουηττίων καὶ Σηκοανῶν καὶ Βοΐων καὶ Γερμανῶν. ἰταμώτατοι δὲ τῶν μὲν Οὐινδολικῶν ἐξητάζοντο Λικάττιοι καὶ Κλαυτηνάτιοι καὶ Οὐέννωνες, τῶν δὲ Ῥαιτῶν Ῥουκάντιοι καὶ Κωτουάντιοι. καὶ οἱ Ἐστίωνες δὲ τῶν Οὐινδολικῶν εἰσι καὶ Βριγάντιοι, καὶ πόλεις αὐτῶν Βριγάντιον καὶ Καμβόδουνον, καὶ ἡ τῶν Λικαττίων ὥσπερ ἀκρόπολις Δαμασία. τῆς δὲ πρὸς τοὺς Ἰταλιώτας τῶν λῃστῶν του-

liatis, quam fluvius iste superne labens poterat præbere: atque ea res causam continentium invicem bellorum iis gentibus dedit. Romanis autem rerum potitis, et metallis et ditione sua Salassi exciderunt: montes tamen adhuc obtinentes, aquam publicanis venditabant, qui conduxerant auri metalla, cum quibus perpetuæ iis erant lites, ob avaritiam publicanorum. Atque ita factum est ut qui a Romanis ad ea loca mittebantur, quum bellum gerere cuperent, facile ejus invenirent occasiones. Et ad paulo superiora quidem tempora usque, modo bello impetiti, modo pace cum Romanis composita, tamen potentia fuerunt præditi, ita ut magna injungerent damna prædonum more iis qui per montes ipsorum transirent. Quippe et Decimum Brutum Mutina cum suis fugientem viritim denarium solvere coegerunt; et Messala in vicinia eorum hiemans pecunia ab iis redemit ligna ad focum, et ulmea hastilia et quæ ad exercitationes essent. Quin et Cæsaris aliquando pecuniam diripuerunt Salassi, et simulantes se vias reficere aut pontibus flumina instruere, in exercitum ejus saxa dejecerunt. Ad extremum Augustus eos penitus devicit, et sub hasta universos vendidit Eporediam [*codd.* Eporædiam] deductos, quæ colonia Romanorum in hoc fuerat condita, ut præsidio esset contra Salassos: sed parum resisti ab incolis potuit, donec ea gens deleta est. Numerata sunt capitum millia sex et triginta, virorum autem ad pugnam idoneorum millia octo, quos omnes sub hasta vendidit Terentius Varro, qui dux belli eos devicerat. Romanorum tribus millibus eo missis Cæsar (Augustus) urbem Augustam condidit, quo loco Varro castra habuerat. Atque nunc tota regio vicina pacata est usque ad summos montis transitus.

8. Deinceps montium partes quæ ortum spectant et ad meridiem vertuntur, Rhæti et Vindelici [*græce* Vindolici] tenent, Helvetiorum et Boiorum contermini, quorum campis imminent. Rhæti usque ad Italiam pertinent, supra Veronam et Comum. In radicibus montium, quos illi colunt, vinum Rhæticum nascitur, quod laudatis Italiæ vinis non videtur cedere. Pertingunt autem etiam usque ad loca per quæ Rhenus fertur. Hujus gentis sunt etiam Lepontii, et Camuni [*codd.* Camuli]. Vindelici autem et Norici montana exteriora tenent, magna ex parte cum Breunis [*codd.* Brencis] et Genaunis [*codd.* Tenauis], qui jam ad Illyrios pertinent. Hi omnes quum Italiæ vicinas partes assiduis incursionibus vexabant, tum Helvetiorum, Sequanorum, Boiorum, Germanorum. Petulantissimi Vindelicorum habiti sunt Licattii, Clautenatii et Vennones: Rhætorum Rucantii et Cotuantii [*aliis* Rucinates et Consuanetes]. Estiones quoque Vindelicorum sunt, et Brigantii: urbes ipsorum Brigantium [*codd.* Bicantion s. Sicantion] et Campodunum [*codd.* Kandobunon], et Licattiorum veluti arx Damasia. De horum latronum in Italos sævitia hoc

των χαλεπότητος λέγεταί τι τοιοῦτον, ὡς, ἐπειδὰν ἕλωσι κώμην ἢ πόλιν, οὐ μόνον ἡβηδὸν ἀνδροφονοῦντας, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν νηπίων προϊόντας τῶν ἀρρένων, καὶ μηδ' ἐνταῦθα παυομένους, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐγκύους γυναῖκας κτείνοντας, ὅσας φαῖεν οἱ μάντεις ἀρρενοκυεῖν.

9. Μετὰ δὲ τούτους οἱ ἐγγὺς ἤδη τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ καὶ τῶν κατὰ Ἀκυληίαν τόπων οἰκοῦσι, Νωρικῶν τέ τινες καὶ Κάρνοι· τῶν δὲ Νωρικῶν εἰσι καὶ οἱ Ταυρίσκοι. πάντας δ' ἔπαυσε τῶν ἀνέδην καταδρομῶν Τιβέριος καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δροῦσος θερείᾳ μιᾷ, ὥστ' ἤδη τρίτον καὶ τριακοστὸν ἔτος ἐστὶν ἐξ οὗ καθ' ἡσυχίαν ὄντες ἀπευτακτοῦσι τοὺς φόρους. κατὰ πᾶσαν δὲ τὴν τῶν Ἄλπεων ὀρεινήν ἐστι μὲν καὶ γεώλοφα χωρία καλῶς γεωργεῖσθαι δυνάμενα καὶ αὐλῶνες εὖ συνεκτισμένοι, τὸ μέντοι πλέον, καὶ μάλιστα περὶ τὰς κορυφάς, περὶ ὃ δὴ καὶ συνίσταντο οἱ λησταί, λυπρὸν καὶ ἄκαρπον διά τε τὰς πάχνας καὶ τὴν τραχύτητα τῆς γῆς. κατὰ σπάνιν οὖν τροφῆς τε καὶ ἄλλων ἐφείδοντο ἔσθ' ὅτε τῶν ἐν τοῖς πεδίοις, ἵν' ἔχοιεν χορηγούς· ἀντεδίδοσαν δὲ ῥητίνην, πίτταν, δᾷδα, κηρόν, τυρόν, μέλι· τούτων γὰρ εὐπόρουν. ὑπέρκειται δὲ τῶν Κάρνων τὸ Ἀπέννινον ὄρος, λίμνην ἔχον ἐξιεῖσαν εἰς τὸν † Ἰσάραν ποταμόν, ὃς παραλαβὼν Ἄταγιν ἄλλον ποταμὸν εἰς τὸν Ἀδρίαν ἐκβάλλει. ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς λίμνης καὶ ἄλλος ποταμὸς εἰς τὸν Ἴστρον ῥεῖ, καλούμενος † Ἀτησινός. καὶ γὰρ ὁ Ἴστρος τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τούτων λαμβάνει τῶν ὀρῶν, πολυσχιδῶν ὄντων καὶ πολυκεφάλων. μέχρι μὲν γὰρ δεῦρο ἀπὸ τῆς Λιγυστικῆς συνεχῆ τὰ ὑψηλὰ τῶν Ἄλπεων διέτεινε καὶ ἑνὸς ὄρους φαντασίαν παρεῖχεν, εἶτ' ἀνεθέντα καὶ ταπεινωθέντα ἐξαίρεται πάλιν εἰς πλείω μέρη καὶ πλείους κορυφάς. πρώτη δ' ἐστὶ τούτων ἡ τοῦ Ῥήνου πέραν καὶ τῆς λίμνης κεκλιμένη πρὸς ἕω ῥάχις μετρίως ὑψηλή, ὅπου αἱ τοῦ Ἴστρου πηγαὶ πλησίον Σοήβων καὶ τοῦ Ἑρκυνίου δρυμοῦ· ἄλλαι δ' εἰσὶν ἐπιστρέφουσαι πρὸς τὴν Ἰλλυρίδα καὶ τὸν Ἀδρίαν, ὧν ἐστι τό τε Ἀπέννινον ὄρος τὸ λεχθὲν καὶ τὸ Τοῦλλον καὶ Φλιγαδία, τὰ ὑπερκείμενα τῶν Οὐινδολικῶν, ἐξ ὧν ὁ Δούρας καὶ Κλάνις καὶ ἄλλοι πλείους χαραδρώδεις ποταμοὶ συμβάλλουσιν εἰς τὸ τοῦ Ἴστρου ῥεῖθρον.

10. Καὶ οἱ Ἰάποδες δὲ (ἤδη τοῦτο ἐπίμικτον Ἰλλυριοῖς καὶ Κελτοῖς ἔθνος) περὶ τούτους οἰκοῦσι τοὺς τόπους, καὶ ἡ Ὄκρα πλησίον τούτων ἐστίν. οἱ μὲν οὖν Ἰάποδες, πρότερον εὐανδροῦντες καὶ τοῦ ὄρους ἐφ' ἑκάτερον τὴν οἴκησιν ἔχοντες καὶ τοῖς ληστηρίοις ἐπικρατοῦντες, ἐκπεπόνηνται τελέως ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος καταπολεμηθέντες. πόλεις δ' αὐτῶν Μέτουλον, Ἀρουπῖνοι, Μονήτιον, Οὐένδων. μεθ' οὓς ἡ Σεγεστικὴ πόλις ἐν πεδίῳ, παρ' ἣν † ὁ Ῥῆνος αὐτὸς παραρρεῖ ποταμός, ἐκδιδοὺς εἰς τὸν Ἴστρον. κεῖται δὲ ἡ πόλις εὐφυῶς πρὸς τὸν κατὰ τῶν Δακῶν πόλεμον· ἡ δ' Ὄκρα τὸ ταπεινότατον μέρος τῶν Ἄλπεών ἐστι, καθ' ὃ συνάπτουσι τοῖς Κάρνοις, καὶ δι' οὗ τὰ ἐκ τῆς Ἀκυληίας φορτία κομίζουσιν ἁρμαμάξαις εἰς τὸν καλούμενον Πάμπορτον,

memoratur, eos pago aut urbe potitos, non modo puberes omnes mares necare, sed ne infantibus quidem masculis parcere : imo ne hic quidem subsistere, sed gravidas etiam mulieres occidere, quas eorum vates dicunt virilem fœtum utero ferre.

9. Post hos vicini jam Adriatici sinus intimo et locis ad Aquileiam habitant Noricorum quidam, et Carni. Noricorum sunt etiam Taurisci [*codd.* Tautisci]. Horum omnium crebris incursionibus finem imposuit Tiberius et ejus frater Drusus unicæ æstatis expeditione : sic jam annus agitur tertius supra trigesimum, ex quo quiescentes tributum legitime persolvunt. Per tota porro Alpium montana tumuli sunt terrestres, bonæ capaces culturæ, et convalles bene conditæ; major tamen pars, maxime circa vertices, ubi degebant latrones, sterilis est et infrugifera, et ob pruinas et ob asperitatem terræ. Ob inopiam itaque alimentorum et aliarum rerum, pepercerunt nonnunquam iis qui campestria tenebant, ut haberent qui ipsis suppeditarent necessaria : quibus ipsi vicissim dabant resinam, picem, tædam, ceram, mel, caseum, quorum apud ipsos est copia. Supra Carnos Apenninus mons situs est. Is lacum habet exeuntem in Isaram [Atesinum?], qui alium fluvium Atagin recipiens, in Adriam effluit. Ex eodem lacu alius fluvius Atesinus [Isara?] in Istrum exit : nam Ister ab his montibus initium sumit, in multas partes multaque capita scissis. Hactenus enim a Liguria summitates Alpium continentes porriguntur, uniusque montis speciem præbent; deinde remissæ et humiliores factæ, rursum porro attolluntur in multas partes, multosque vertices. Primus est trans Rhenum et lacum dorsum quoddam versus orientem solem flexum, mediocriter sublime, ubi fontes Istri sunt prope Suevos et Hercyniam silvam; alia sunt Illyrico obversa et Adriæ, ut Apenninus de quo diximus, Tullum, Phligadia, et montes supra Vindelicos [*sic h. l. codices*], ex quibus Duras, Clanis, aliique plures fluvii, torrentes in Istri alveum influunt.

10. Iapodes quoque, permixta jam Illyriis et Gallis gens, circa hæc loca habitant, et his vicinus Ocra [*codd.* Acra] mons est. Hi quum aliquando florerent et suam habitationem ad utramque montis partem extendissent, latrociniisque invalescerent, tandem ab Augusto Cæsare debellati confectique sunt. Urbes eorum Metulum, Arupini [*duo codd.* Arupinum], Monetium, Vendôn [*codd.* Uendon (Vendum)]. Post hos Segestica urbs in planitie, quam Rhenus ipse [*leg.* Savus *s.* Saus] præterfluit fluvius, qui in Istrum exit. Urbs ea ad Dacicum bellum opportune est sita. Ocra autem pars est Alpium humillima, qua ad Carnos accedunt, et per quam ab Aquileia curribus portantur merces ad locum cui nomen Pamportum [Nauportum?] iter stadiorum non multo

σταδίων ὁδὸν οὐ πολὺ πλειόνων ἢ τετρακοσίων· ἐκεῖθεν δὲ τοῖς ποταμοῖς κατάγεται μέχρι τοῦ Ἴστρου καὶ τῶν ταύτῃ χωρίων. παραρρεῖ γὰρ δὴ τὸν Πάμπορτον ποταμὸς ἐκ τῆς Ἰλλυρίδος φερόμενος πλωτός, ἐκβάλλει δ' εἰς τὸν Σάον, ὥστ' εὐμαρῶς εἰς τὴν Σεγεστικὴν κατάγεται καὶ τοὺς Παννονίους καὶ Ταυρίσκους. συμβάλλει δ' εἰς τὸν Σάον κατὰ τὴν πόλιν καὶ ὁ Κόλαπις· ἀμφότεροι δ' εἰσὶ πλωτοί, ῥέουσι δ' ἀπὸ τῶν Ἄλπεων. ἔχουσι δ' αἱ Ἄλπεις καὶ ἵππους ἀγρίους καὶ βόας. φησὶ δὲ Πολύβιος καὶ ἰδιόμορφόν τι γεννᾶσθαι ζῷον ἐν αὐταῖς, ἐλαφοειδὲς τὸ σχῆμα πλὴν αὐχένος καὶ τριχώματος, ταῦτα δ' ἐοικέναι κάπρῳ, ὑπὸ δὲ τῷ γενείῳ πυρῆνα ἴσχειν ὅσον σπιθαμιαῖον ἀκρόκομον, πωλικῆς κέρκου τὸ πάχος.

11. Τῶν δ' ὑπερθέσεων τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν ἔξω Κελτικὴν καὶ τὴν προσάρκτιον ἡ διὰ Σαλασσῶν ἐστιν ἄγουσα ἐπὶ Λούγδουνον· διττὴ δ' ἐστίν, ἡ μὲν ἁμαξεύεσθαι δυναμένη διὰ μήκους πλείονος, ἡ διὰ Κεντρώνων, ἡ δὲ ὀρθία καὶ στενή, σύντομος δέ, ἡ διὰ τοῦ Ποινίνου. τὸ δὲ Λούγδουνον ἐν μέσῳ τῆς χώρας ἐστίν, ὥσπερ ἀκρόπολις, διά τε τὰς συμβολὰς τῶν ποταμῶν καὶ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι πᾶσι τοῖς μέρεσι. διόπερ καὶ Ἀγρίππας ἐντεῦθεν τὰς ὁδοὺς ἔτεμε, τὴν διὰ τῶν Κεμμένων ὀρῶν μέχρι Σαντόνων καὶ τῆς Ἀκουιτανίας, καὶ τὴν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον, καὶ τρίτην τὴν ἐπὶ τὸν ὠκεανόν, τὴν πρὸς Βελλοάκοις καὶ Ἀμβιανοῖς, τετάρτη δ' ἐστὶν ἐπὶ τὴν Ναρβωνῖτιν καὶ τὴν Μασσαλιωτικὴν παραλίαν. ἔστι δὲ καὶ ἐν ἀριστερᾷ ἀφεῖσι τὸ Λούγδουνον καὶ τὴν ὑπερκειμένην χώραν ἐν αὐτῷ τῷ Ποινίνῳ πάλιν ἐκτροπὴ διαβάντι τὸν Ῥοδανὸν ἢ τὴν λίμνην τὴν Λημένναν εἰς τὰ Ἐλουηττίων πεδία, κἀντεῦθεν εἰς Σηκοανοὺς ὑπέρθεσις διὰ τοῦ Ἰόρα ὄρους καὶ εἰς Λίγγονας· διά τε τούτων ἐπ' ἄμφω, καὶ ἐπὶ τὸν Ῥῆνον καὶ ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν δίοδοι σχίζονται.

12. Ἔτι φησὶ Πολύβιος ἐφ' ἑαυτοῦ κατ' Ἀκυληίαν μάλιστα ἐν τοῖς Ταυρίσκοις τοῖς Νωρικοῖς εὑρεθῆναι χρυσεῖον οὕτως εὐφυές, ὥστ' ἐπὶ δύο πόδας ἀποσύραντι τὴν ἐπιπολῆς γῆν εὐθὺς ὀρυκτὸν εὑρίσκεσθαι χρυσόν, τὸ δ' ὄρυγμα μὴ πλειόνων ὑπάρχειν ἢ πεντεκαίδεκα ποδῶν, εἶναι δὲ τοῦ χρυσοῦ τὸν μὲν αὐτόθεν καθαρόν, κυάμου μέγεθος ἢ θέρμου, τοῦ ὀγδόου μέρους μόνον ἀφεψηθέντος, τὸν δὲ δεῖσθαι μὲν χωνείας πλείονος, σφόδρα δὲ λυσιτελοῦς. συνεργασαμένων δὲ τοῖς βαρβάροις τῶν Ἰταλιωτῶν ἐν διμήνῳ, παραχρῆμα τὸ χρυσίον εὐωνότερον γενέσθαι τῷ τρίτῳ μέρει καθ' ὅλην τὴν Ἰταλίαν, αἰσθομένους δὲ τοὺς Ταυρίσκους μονοπωλεῖν ἐκβαλόντας τοὺς συνεργαζομένους. ἀλλὰ νῦν ἅπαντα τὰ χρυσεῖα ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐστί. κἀνταῦθα δ', ὥσπερ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, φέρουσιν οἱ ποταμοὶ χρυσοῦ ψῆγμα πρὸς τῷ ὀρυκτῷ, οὐ μέντοι τοσοῦτον. ὁ δ' αὐτὸς ἀνὴρ περὶ τοῦ μεγέθους τῶν Ἄλπεων καὶ τοῦ ὕψους λέγων παραβάλλει τὰ ἐν τοῖς Ἕλλησιν ὄρη τὰ μέγιστα, τὸ Ταΰγετον, τὸ Λύκαιον, Παρνασσόν, Ὄλυμπον, Πήλιον, Ὄσσαν· ἐν δὲ Θρᾴκῃ Αἷμον, Ῥοδόπην, Δούνακα· καί φησιν ὅτι τού-

amplius quadringentorum: hinc fluviis ad Istrum et adsitas ei regiones devehuntur. Pamportum enim fluvio alluitur navigabili ex Illyrico decurrente, et in Saum exeunte: itaque facile Segesticam, in Pannoniam et Tauriscos devehuntur. Apud Segesticam etiam Colapis [*codd.* Ogdolapis] fluvius in Saum incidit: uterque est navigabilis, et ab Alpibus defertur. Proferunt Alpes etiam equos silvestres, et boves. Polybius tradit peculiaris quoque formæ animal ibi nasci, cervi specie, demptis collo et pilis, quibus aprum imitetur: idem habere infra mentum quippiam nucis pineæ instar enatum dodrantis longitudine, crassitie caudæ pulli equini, in imo crinitum.

11. Porro autem montanorum ex Italia in Galliam ulteriorem et septentrionalem trajectuum, qui per Salassos est Lugdunum ducit; est autem duplex, alter curribus etiam pervius, itinere longiore per Centrones: alter per Pœninum brevior, sed idem acclivis et angustus. Lugdunum in medio Galliæ situm est, instar arcis, quum ob fluminum confluentes, tum quod omnibus partibus est propinquum. Itaque etiam Agrippa hinc vias aperuit, unam per Cemmenos montes ad Santones usque et Aquitaniam; alteram ad Rhenum; tertiam ad oceanum per Bellovacos [*duo codd.* Balloacos] et Ambianos [*aliquot* Amianos]; quartam in Narbonensem Galliam, et ad litus Massiliense. Potest etiam ad sinistram relinquens aliquis Lugdunum et superjacentem regionem in ipso Pœnino divertere; Rhodano trajecto, aut lacu Lemanno, in Helvetiorum plana, superato dehinc monte Jura [*græce* Iora], ad Sequanos, indeque ad Lingonas pervenire: per quos bivium est ad Rhenum et ad oceanum.

12. Præterea Polybius auctor est, sua ætate e regione Aquileiæ in Tauriscis Noricis auri solum ita ferax fuisse repertum, ut exhausta duûm pedum altitudine terra, statim occurreret aurum fossile, fossam autem quindecim pedes non excessisse: aurum partim statim purum exstitisse, fabæ aut lupini quantitate, octava tantum parte decocta; aliud majori quidem fusione indiguisse, sed ea admodum utili. Quum autem Itali barbaros per duos menses adjuvissent, statim auri pretium fuisse per totam Italiam triente deminutum: quod quum sensissent Taurisci, ejectis operarum sociis solos aurum coemisse. Nunc omnia ista auri metalla Romani possident. Iis autem in locis, ut in Hispania, præter fossile aurum, in fluviis etiam ramenta auri, tametsi non tanta quantitate, inveniuntur. Idem Polybius de Alpium magnitudine et altitudine verba faciens, cum iis maximos Græciæ montes contendit, ut Taygetum, Lycæum, Parnassum, Olympum, Pelium, Ossam, et de Thraciæ montibus Hæmum, Rhodopen, Dunacem, aitque horum

των μὲν ἕκαστον μικροῦ δεῖν αὐθημερὸν εὐζώνοις ἀναβῆναι δυνατόν, αὐθημερὸν δὲ καὶ περιελθεῖν, τὰς δ' Ἄλπεις οὐδ' ἂν πεμπταῖος ἀναβαίη τίς· τὸ δὲ μῆκός ἐστι δισχιλίων καὶ διακοσίων σταδίων τὸ παρῆκον παρὰ τὰ πεδία. τέτταρας δ' ὑπερβάσεις ὀνομάζει μόνον· διὰ Λιγύων μὲν τὴν ἔγγιστα τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει, εἶτα τὴν διὰ Ταυρίνων, ἣν Ἀννίβας διῆλθεν, εἶτα τὴν διὰ Σαλασσῶν, τετάρτην δὲ τὴν διὰ Ῥαιτῶν, ἁπάσας κρημνώδεις. λίμνας δὲ εἶναί φησιν ἐν τοῖς ὄρεσι πλείους μέν, τρεῖς δὲ μεγάλας· ὧν ἡ μὲν Βήναχος ἔχει μῆκος πεντακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ [ἑκατὸν] τριάκοντα, ἐκρεῖ δὲ ποταμὸς Μίγκιος· † ἡ δ' ἑξῆς Οὐερβανὸς τετρακοσίων, πλάτος δὲ στενοτέρα τῆς πρότερον, ἐξίησι δὲ ποταμὸν τὸν Ἀδούαν· τρίτη δὲ Λάριος μῆκος ἐγγὺς τριακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ τριάκοντα, ποταμὸν δὲ ἐξίησι μέγαν Τίκινον· πάντες δὲ εἰς τὸν Πάδον συρρέουσι. τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν ὀρῶν ἔχομεν λέγειν τῶν Ἀλπεινῶν.

quemque unius diei spatio expeditum viatorem fere conscendere, tantodemque spatio ambire [præterire?] posse : at Alpes ne intra quintum quidem diem conscendi a quoquam posse, et longitudinem juxta campestria porrectam esse bis mille et ducentorum stadiorum. Idem quattuor tantummodo earum transitus nominat, per Ligures, proxime Tyrrhenicum mare; per Taurinos, quo Annibal est usus; per Salassos; et quartum per Rhætos, eosque omnes ait esse præcipites. Lacus in Alpibus ait esse complures, tres tamen magnos, quorum Benacus in longum quingenta stadia occupet, in latum centum et triginta [*al. codd.* quinquaginta] : ex hoc Mincius effluit. Post hunc Verbanus [Larius?] quadringentorum stadiorum longitudine, angustior aliquanto prius dicto : is amnem emittit Adduam. Tertius est Larius [Verbanus?] longus fere trecenta stadia, latus triginta [*al. codd.* quinquaginta] : is Ticinum magnum flumen emittit. Hi autem fluvii omnes in Padum confluunt. Atque hæc habuimus quæ de Alpinis diceremus montibus.

---

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ
# ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ πέμπτῳ τὰ περὶ Ἰταλίαν ἀπὸ τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων μέχρι τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ καὶ Ταραντίνου κόλπου καὶ τοῦ Ποσειδωνιάτου, ἐν οἷς Βενετία, Λιγουρία, Πίκηνον, Τουσκία, Ῥώμη, Καμπανία, Λευκανία, Ἀπουλία, καὶ ὅσαι νῆσοι τῇ ταύτῃ θαλάσσῃ παράκεινται ἀπὸ † Γενουσῶν μέχρι Σικελίας.

## ΚΕΦ. Α'.

Μετὰ δὲ τὴν ὑπώρειαν τῶν Ἄλπεων ἀρχὴ τῆς νῦν Ἰταλίας. οἱ γὰρ παλαιοὶ τὴν Οἰνωτρίαν ἐκάλουν Ἰταλίαν ἀπὸ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ μέχρι τοῦ Ταραντίνου κόλπου καὶ τοῦ Ποσειδωνιάτου διήκουσαν, ἐπικρατῆσαν δὲ τοὔνομα καὶ μέχρι τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων προὔβη. προσέλαβε δὲ καὶ τῆς Λιγυστικῆς τὰ μέχρι Οὐάρου ποταμοῦ καὶ τῆς ταύτῃ θαλάττης ἀπὸ τῶν ὁρίων τῶν Τυρρηνικῶν καὶ τῆς Ἰστρίας μέχρι Πόλας. εἰκάσαι δ' ἄν τις εὐτυχήσαντας τοὺς πρώτους ὀνομασθέντας Ἰταλοὺς μεταδοῦναι καὶ τοῖς πλησιοχώροις, εἶθ' οὕτως ἐπίδοσιν λαβεῖν μέχρι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας. ὀψὲ δέ ποτε ἀφ' οὗ μετέδοσαν Ῥωμαῖοι τοῖς Ἰταλιώταις τὴν ἰσοπολιτείαν, ἔδοξε καὶ τοῖς ἐντὸς Ἄλπεων Γαλάταις καὶ Ἐνετοῖς τὴν αὐτὴν ἀπονεῖμαι τιμήν, προσαγορεῦσαι δὲ καὶ Ἰταλιώτας πάντας καὶ Ῥωμαίους, ἀποικίας τε πολλὰς στεῖλαι, τὰς μὲν πρότερον, τὰς δ' ὕστερον, ὧν οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν ἀμείνους ἑτέρας.

2. Ἑνὶ μὲν οὖν σχήματι σύμπασαν τὴν νῦν Ἰταλίαν

---

# STRABONIS
# GEOGRAPHICORUM
## LIBER QUINTUS.

## ARGUMENTUM.

Libro quinto Italia describitur ab Alpium radicibus usque ad Fretum Siculum, sinum Tarentinum, et Posidoniaten; et agitur quidem de Venetorum regione, de Liguria, de Agro Piceno, de Etruria, Roma, Campania, Lucania, Apulia; et de insulis inter Genuam et Siciliam sitis.

## CAP. I.

Post Alpium radices initium est regionis quæ nunc appellatur Italia. Prisci enim Œnotriam vocarunt Italiam, id est eam regionem, quæ a Siculo freto usque ad sinum Tarentinum et Posidoniaten tendit; quod nomen deinde ita obtinuit, ut usque ad Alpium radices proferretur. Occupavit etiam Liguriam usque ad Varum flumen, et mare quod a finibus Etruriæ eo pertinet, et Istriam usque ad Polam. Probabile est eos qui primum Itali sunt appellati, ob res secundas nomen cum finitimis communicasse, idque deinde ita esse auctum, tantisper dum ad Romanos summa rerum pervenerit. Tandem etiam, quum Romani Italos [*græce* Italiotas] in societatem civitatis recepissent, placuit eodem honore Gallos quoque dignari Cisalpinos, itemque Venetos [*græce* Henetos], omnibusque Italorum et Romanorum nomen tribuere, et diversis temporibus colonias condere, quibus præstantiores alias haud facile dixeris.

2. Universam autem Italiam quæ nunc dicitur, geome-

οὐ ῥᾴδιον περιλαβεῖν γεωμετρικῶς, καίτοι φασὶν ἄκραν εἶναι τρίγωνον ἐκκειμένην πρὸς νότον καὶ χειμερινὰς ἀνατολάς, κορυφουμένην δὲ πρὸς τῷ Σικελικῷ πορθμῷ, βάσιν δ' ἔχουσαν τὰς Ἄλπεις· . . . . συγχωρῆσαι δὲ καὶ τῶν πλευρῶν μίαν, τὴν ἐπὶ τὸν Πορθμὸν τελευτῶσαν, κλυζομένην δὲ ὑπὸ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους. τρίγωνον δὲ ἰδίως τὸ εὐθύγραμμον καλεῖται σχῆμα· ἐνταῦθα δὲ καὶ ἡ βάσις καὶ ἡ πλευρὰ περιφερεῖς εἰσιν, ὥστε, εἴ φημι δεῖν συγχωρεῖν, περιφερογράμμου σχήματος θετέον καὶ τὴν βάσιν καὶ τὴν πλευράν, συγχωρητέον δὲ καὶ τὴν λόξωσιν ταύτης τῆς πλευρᾶς τὴν ἐπὶ τὰς ἀνατολάς. τἆλλα δ' οὐχ ἱκανῶς εἰρήκασιν, ὑποθέμενοι μίαν πλευρὰν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου μέχρι τοῦ Πορθμοῦ. πλευρὰν γὰρ λέγομεν τὴν ἀγώνιον γραμμήν, ἀγώνιος δ' ἐστὶν ὅταν ἢ μὴ συννεύῃ πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη, ἢ μὴ ἐπὶ πολύ. ἡ δὲ ἀπὸ Ἀριμίνου ἐπὶ τὴν ἄκραν τὴν Ἰαπυγίαν καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ Πορθμοῦ ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἄκραν πάμπολύ τι συννεύουσιν. ὁμοίως δ' ἔχειν οἴομαι καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Ἰαπυγίας· συμπίπτουσαι γὰρ ἐπὶ τοὺς περὶ Ἀρίμινον καὶ Ῥαουένναν τόπους γωνίαν ποιοῦσιν, εἰ δὲ μὴ γωνίαν, περιφέρειάν γε ἀξιόλογον. ὥστ', εἰ ἄρα, τοῦτ' ἂν εἴη μία πλευρὰ ὁ παράπλους ὁ ἀπὸ τοῦ μυχοῦ ἐπὶ τὴν Ἰαπυγίαν, οὐκ εὐθεῖα· τὸ δὲ λοιπὸν τὸ ἐνθένδε ἐπὶ τὸν Πορθμὸν ἄλλην ἂν ὑπογράφοι πλευράν, οὐδὲ ταύτην εὐθεῖαν. οὕτω δὲ τετράπλευρον μᾶλλον ἢ τρίπλευρον φαίη τις ἂν τὸ σχῆμα, τρίγωνον δ' οὐδοπωσοῦν, πλὴν εἰ καταχρώμενος. βέλτιον δ' ὁμολογεῖν, ὅτι τῶν ἀγεωμετρήτων σχημάτων [οὐκ] εὐπερίγραφος ἡ ἀπόδοσις.

3. Κατὰ μέρος δ' οὕτως εἰπεῖν δυνατόν, ὅτι τῶν μὲν Ἄλπεων περιφερὴς ἡ ὑπώρειά ἐστι καὶ κολπώδης, τὰ κοῖλα ἔχουσα ἐστραμμένα πρὸς τὴν Ἰταλίαν. τοῦ δὲ κόλπου τὰ μὲν μέσα πρὸς τοῖς Σαλασσοῖς ἐστι, τὰ δ' ἄκρα ἐπιστροφὴν λαμβάνει, τὰ μὲν μέχρι τῆς Ὄκρας καὶ τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ τὸν Ἀδρίαν, τὰ δ' εἰς τὴν Λιγυστικὴν παραλίαν μέχρι Γενούας, τοῦ τῶν Λιγύων ἐμπορίου, ὅπου τὰ Ἀπέννινα ὄρη συνάπτει ταῖς Ἄλπεσιν. ὑπόκειται δ' εὐθὺς πεδίον ἀξιόλογον, πάρισόν πως ἔχον τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος, σταδίων ἑκατὸν καὶ δισχιλίων· τὸ δὲ μεσημβρινὸν αὐτοῦ πλευρὸν κλείεται τῇ τε τῶν Ἑνετῶν παραλίᾳ καὶ τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι τοῖς περὶ Ἀρίμινον καὶ Ἀγκῶνα καθήκουσι. ταῦτα γὰρ ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς Λιγυστικῆς εἰς τὴν Τυρρηνίαν ἐμβάλλει, στενὴν παραλίαν ἀπολείποντα· εἶτ' ἀναχωροῦντα εἰς τὴν μεσόγαιαν κατ' ὀλίγον, ἐπειδὰν γένηται κατὰ τὴν Πισᾶτιν, ἐπιστρέφει πρὸς ἕω καὶ πρὸς τὸν Ἀδρίαν ἕως τῶν περὶ Ἀρίμινον καὶ Ἀγκῶνα τόπων, συνάπτοντα ἐπ' εὐθείας τῇ τῶν Ἑνετῶν παραλίᾳ. ἡ μὲν οὖν ἐντὸς Ἄλπεων Κελτικὴ τούτοις κλείεται τοῖς ὅροις, καὶ ἔστι τῆς μὲν παραλίας τὸ μῆκος ὅσον τριακοσίων σταδίων ἐπὶ τοῖς ἑξακισχιλίοις [μετὰ] τῶν ὀρῶν, μικρὸν δ' ἔλαττον τὸ πλάτος τῶν [δισ]χιλίων. ἡ λοιπὴ δ' Ἰταλία στενὴ καὶ παραμήκης ἐστί, κορυφουμένη διχῶς, τῇ μὲν πρὸς τὸν Σικελικὸν πορθμόν, τῇ δὲ πρὸς

trica aliqua figura describere, non in proclivi est; quanquam dicunt eam esse promontorium triangulari forma, versus meridiem et ortum hibernum porrectum; cujus vertex sit ad fretum Siculum, quodque Alpes basis loco habeat. [*Concedere quidem debemus hanc basin,*] concedere etiam alterum latus, quod Freto terminatur et Tyrrheno alluitur mari. Atqui triangulum proprie appellamus figuram, tribus lineis rectis contentam; hic vero, et basis et latera incurvata sunt. Itaque si, ut arbitror, concedendum est Italiam forma esse triangulari, cujus et basis et latera circumductis describantur lineis, concedenda est etiam lateris hujus versus orientem incurvatio. Cetera non satis accurate dixerunt qui unum latus a sinus Adriatici intimo recessu usque ad Fretum esse statuunt. Latus enim appellamus lineam absque ullo angulo; quod fit quum partes aut omnino non, aut leviter admodum, inclinantur. At linea ab Arimino ad Iapygium promontorium, et linea a Freto ad idem illud promontorium ducta, ad angulum non leviter invicem inclinantur. Idemque sentio de lineis ab intimo Adriatici maris recessu et ab Iapygia ductis; quæ circa Ariminum et Ravennam concurrentes, angulos efficiunt, aut saltem incurvationem minime negligendam. Litus itaque ab Adriatici intimo recessu ad Iapygiam, si ita vis, unum idemque latus esto, sed in rectæ lineæ figuram describi non poterit. Ab Iapygia autem ad Fretum aliud describere poteris latus, sed ne ipsum quidem rectilineum. At sic quadrilatera potius quam triquetra erit figura, nullo modo triangula, nisi improprie loqui velis. Præstat autem fateri, figurarum quæ geometricis figuris non respondent, non facile posse tradi circumscriptionem.

3. Singulatim autem affirmari potest, Alpium radices figuram describere convexam et sinuosam, cavitate Italiæ obversa. Sinus medium apud Salassos est; extrema flectuntur partim usque ad Ocram [*codd.* Acram] et intimum Adriatici sinus, partim in oram Liguriæ usque ad Genuam Ligurum emporium, quo loco Apenninus Alpibus committitur. Subjacet autem statim planities insignis, duorum millium et centum stadiorum longitudine et latitudine fere æquali; cujus meridionale latus ora Venetorum [*græce* Henetorum] et Apennini parte ad Ariminum et Anconam [*quæ græce* Ancon] porrecta, includitur. Apenninus enim a Liguria incipiens, in Etruriam [*græce* Tyrrheniam] pergit, angustam oram maritimam relinquens: inde paulatim in mediterranea recedens, ubi ad agrum Pisanum pervenit, ad orientem convertitur et Adriaticum mare, usque ad loca Arimino et Anconæ vicina, quæ Venetorum oræ maritimæ in eadem recta subjacent linea. His ergo finibus Gallia Cisalpina includitur. Longitudo oræ maritimæ est sex millium et trecentorum stadiûm cum montibus, latitudo paulo minus bis millium. Reliqua Italia angusta est et in longum porrecta, inque duos exit vertices, quorum alter ad

τὴν Ἰαπυγίαν· σφιγγομένη δ' ἑκατέρωθεν, τῇ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἀδρίου, τῇ δ' ὑπὸ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους. ἔστι δ' ὅμοιον τὸ σχῆμα τοῦ Ἀδρίου καὶ τὸ μέγεθος τῇ Ἰταλίᾳ τῇ ἀφοριζομένῃ τοῖς τε Ἀπεννίνοις ὄρεσι καὶ τῇ θαλάττῃ ἑκατέρᾳ μέχρι τῆς Ἰαπυγίας καὶ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ κατὰ τὸν Ταραντῖνον καὶ τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον· τό τε γὰρ πλάτος τὸ μέγιστον ἀμφοῖν ἐστι περὶ χιλίους καὶ τριακοσίους σταδίους, τὸ δὲ μῆκος ἔλαττον [οὐ] πολὺ τῶν ἑξακισχιλίων. ἡ λοιπὴ δ' ἐστὶν ὅσην κατέχουσι Βρέττιοι καὶ Λευκανῶν τινες. φησὶ δὲ Πολύβιος, πεζῇ μὲν εἶναι τὴν παραλίαν τὴν ἀπὸ Ἰαπυγίας μέχρι Πορθμοῦ καὶ τρισχιλίων σταδίων, κλύζεσθαι δ' αὐτὴν τῷ Σικελικῷ πελάγει· πλέοντι δὲ καὶ πενταχοσίων δέουσαν. τὰ δὲ Ἀπέννινα ὄρη συνάψαντα τοῖς περὶ Ἀρίμινον καὶ Ἀγκῶνα τόποις καὶ ἀφορίσαντα τὸ ταύτῃ πλάτος τῆς Ἰταλίας ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν ἐπιστροφὴν λαμβάνει πάλιν καὶ τέμνει τὴν χώραν ὅλην ἐπὶ μῆκος. μέχρι μὲν δὴ Πευκετίων καὶ Λευκανῶν οὐ πολὺ ἀφίσταται τοῦ Ἀδρίου· συνάψαντα δὲ Λευκανοῖς ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλατταν ἀποκλίνει μᾶλλον, καὶ λοιπὸν διὰ μέσων τῶν Λευκανῶν καὶ Βρεττίων διεξιόντα τελευτᾷ πρὸς τὴν Λευκόπετραν τῆς Ῥηγίνης καλουμένην. τυπωδῶς μὲν οὖν εἴρηται περὶ τῆς νῦν Ἰταλίας ἁπάσης ταῦτα· πειρασόμεθα δὲ ἀναλαβόντες εἰπεῖν περὶ τῶν καθ' ἕκαστα, καὶ πρῶτον περὶ τῶν ὑπὸ ταῖς Ἄλπεσιν.

fretum Siculum, alter ad Iapygiam est. Stringitur autem utrinque, ab una parte Adriatico, ab altera Tyrrheno mari. Simili autem forma et magnitudine sunt Adriaticum mare et Italia, quæ montibus Apenninis, et utroque mari inclusa usque ad Iapygiam et isthmum Tarentino et Posidoniatæ sinubus interjecto protenditur; utriusque enim maxima latitudo est mille et trecentorum circiter stadiorum, longitudo paulo minor sex millibus. Restat deinde ea Italiæ pars, quam Brutii [*græce* Brettii] et pars Lucanorum [*græce* Leucanorum. *Al. codd.* et Lucani] tenent. Polybius scriptum reliquit, terrestre iter ab Iapygia per oram ad Fretum esse vel trium millium stadiorum, ac eam oram mari Siculo allui; navigationem autem minorem terrestri itinere stadiis quingentis. Enim vero Apenninus ubi ad Ariminum et Anconam perrexit, ibique Italiæ latitudinem ab uno mari ad alterum definivit, rursum se convertit, et reliquam Italiam per longum secat totam. Ad Peucetios et Lucanos usque non procul ab Adria recedit; apud Lucanos autem versum alterum mare incipit inclinare, ac deinceps per Lucanos et Brutios pergens in Leucopetram agri Rhegini finit. Hæc ergo Italiæ esto universæ rudis quædam delineatio; nunc ordine de singulis dicere aggrediemur, initio sumpto ab ea regione quæ sub Alpibus est sita.

4. Ἔστι δὲ πεδίον σφόδρα εὔδαιμον καὶ γεωλοφίαις εὐκάρποις πεποικιλμένον. διαιρεῖ δ' αὐτὸ μέσον πως ὁ Πάδος, καὶ καλεῖται τὸ μὲν ἐντὸς τοῦ Πάδου, τὸ δὲ πέραν· ἐντὸς μὲν ὅσον ἐστὶ πρὸς τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι καὶ τῇ Λιγυστικῇ, πέραν δὲ τὸ λοιπόν. οἰκεῖται δὲ τὸ μὲν ὑπὸ τῶν Λιγυστικῶν ἐθνῶν καὶ τῶν Κελτικῶν, τῶν μὲν ἐν τοῖς ὄρεσιν οἰκούντων, τῶν δ' ἐν τοῖς πεδίοις· τὸ δ' ὑπὸ τῶν Κελτῶν καὶ Ἐνετῶν. οἱ μὲν οὖν Κελτοὶ τοῖς ὑπεραλπίοις ὁμοεθνεῖς εἰσι, περὶ δὲ τῶν Ἐνετῶν διττός ἐστι λόγος. οἱ μὲν γὰρ καὶ αὐτούς φασιν εἶναι Κελτῶν ἀποίκους τῶν ὁμωνύμων παρωκεανιτῶν, οἱ δ' ἐκ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου μετ' Ἀντήνορος σωθῆναι δεῦρό φασι τῶν ἐκ τῆς Παφλαγονίας Ἐνετῶν τινας· μαρτύριον δὲ τούτου προφέρονται τὴν περὶ τὰς ἱπποτροφίας ἐπιμέλειαν, ἣ νῦν μὲν τελέως ἐκλέλοιπε, πρότερον δ' ἐτιμᾶτο παρ' αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ζήλου τοῦ κατὰ τὰς ἡμιονίτιδας ἵππους. τούτου δὲ καὶ Ὅμηρος μέμνηται·

ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων.

καὶ Διονύσιος, ὁ τῆς Σικελίας τύραννος, ἐντεῦθεν τὸ ἱπποτρόφιον συνεστήσατο τῶν ἀθλητῶν ἵππων, ὥστε καὶ ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησι γενέσθαι τῆς Ἐνετικῆς πωλείας καὶ πολὺν χρόνον εὐδοκιμῆσαι τὸ γένος.

4. Est ea planities admodum felix, collibusque perquam frugiferis distincta. Mediam fere Padus dividit; unde regionis altera pars Cispadana, altera Transpadana appellatur. Cispadanam nominant regionem ad Apenninum et Liguriam pertingentem, reliquum Transpadana est. Illam Ligusticæ ac Gallicæ gentes incolunt, quarum illæ in montibus, hæ in campestribus degunt; hanc Galli ac Veneti possident. Ac Galli quidem Gallorum transalpinorum sunt gentiles: de Venetis vero [*qui græce* Heneti] duplex est sententia. Sunt enim qui eos Gallorum Venetorum ad oceanum habitantium coloniam esse perhibeant; alii Henetorum Paphlagonum quosdam e bello Trojano cum Antenore eo locorum evasisse tradunt, proferuntque in ejus sententiæ testimonium studium alendorum equorum : quod nunc quidem plane abolitum est, quondam vero apud eos in pretio erat, imitatione priscorum, qui procreandis mulis equas alebant; cujus etiam Homerus meminit (*Il.* B, 852) :

Ex Henetis, mulis ubi multus agrestibus ortus.

Dionysius quoque Siciliæ tyrannus ea ex regione petens equorum ad certamina educandorum armenta instituit; indeque venit ut etiam apud Græcos pullorum Venetorum fama innotuerit, idque genus longo tempore in pretio fuerit.

5. Ἅπασα μὲν οὖν ἡ χώρα ποταμοῖς πληθύει καὶ ἕλεσι, μάλιστα δ' ἡ τῶν Ἐνετῶν· πρόσεστι δὲ ταύτῃ καὶ τὰ τῆς θαλάττης πάθη. μόνα γὰρ ταῦτα τὰ μέρη σχεδόν τι τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης ὁμοιοπαθεῖ τῷ ὠκεανῷ, καὶ παραπλησίως ἐκείνῳ ποιεῖται τάς τε

5. Abundat igitur regio illa fluminibus ac paludibus, præcipue Venetorum, quæ etiam æstus marinos patitur. Sola enim fere ista nostri maris pars eodem quo oceanus modo afficitur, atque sicut ille fluxus et refluxus patitur. Unde

ἀμπώτεις καὶ τὰς πλημμυρίδας, ὑφ' ὧν τὸ πλέον τοῦ πεδίου λιμνοθαλάττης γίνεται μεστόν. διώρυξι δὲ καὶ παραχώμασι, καθάπερ ἡ Κάτω λεγομένη χώρα τῆς Αἰγύπτου, διωχέτευται, καὶ τὰ μὲν ἀνέψυκται καὶ γεωργεῖται, τὰ δὲ διάπλους ἔχει· τῶν δὲ πόλεων αἱ μὲν νησίζουσιν, αἱ δ' ἐκ μέρους κλύζονται. ὅσαι δὲ ὑπὲρ τῶν ἑλῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ κεῖνται, τοὺς ἐκ τῶν ποταμῶν ἀνάπλους θαυμαστοὺς ἔχουσι, μάλιστα δὲ (τοῦ) Πάδου· μέγιστός τε γάρ ἐστι καὶ πληροῦται πολλάκις ἔκ τε ὄμβρων καὶ χιόνων, διαχεόμενος δ' εἰς πολλὰ μέρη κατὰ τὰς ἐκβολὰς τυφλὸν τὸ στόμα ποιεῖ καὶ δυσείσβολός ἐστιν· ἡ δ' ἐμπειρία περιγίνεται καὶ τῶν χαλεπωτάτων.

6. Τὸ μὲν οὖν ἀρχαῖον, ὥσπερ ἔφην, ὑπὸ Κελτῶν περιῳκεῖτο τῶν πλείστων ὁ ποταμός. μέγιστα δ' ἦν τῶν Κελτῶν ἔθνη Βόϊοι καὶ Ἴνσουβροι καὶ οἱ τὴν Ῥωμαίων ποτὲ ἐξ ἐφόδου καταλαβόντες Σένονες μετὰ Γαιζατῶν. τούτους μὲν οὖν ἐξέφθειραν ὕστερον τελέως Ῥωμαῖοι, τοὺς δὲ Βοΐους ἐξήλασαν ἐκ τῶν τόπων. μεταστάντες δ' εἰς τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον τόπους μετὰ Ταυρίσκων ᾤκουν πολεμοῦντες πρὸς Δακούς, ἕως ἀπώλοντο πανεθνεί· τὴν δὲ χώραν οὖσαν τῆς Ἰλλυρίδος μηλόβοτον τοῖς περιοικοῦσι κατέλιπον. Ἴνσουβροι δὲ καὶ νῦν εἰσί. Μεδιολάνιον δ' ἔσχον μητρόπολιν, πάλαι μὲν κώμην (ἅπαντες γὰρ ᾤκουν κωμηδόν), νῦν δ' ἀξιόλογον πόλιν, πέραν τοῦ Πάδου, συνάπτουσάν πως ταῖς Ἄλπεσι. πλησίον δὲ καὶ Οὐήρων, καὶ αὕτη πόλις μεγάλη. ἐλάττους δὲ τούτων Βριξία καὶ Μαντούα καὶ Ῥήγιον καὶ Κῶμον· αὕτη δ' ἦν μὲν κατοικία μετρία, Πομπήιος δὲ Στράβων ὁ Μάγνου πατὴρ κακωθεῖσαν ὑπὸ τῶν ὑπερκειμένων Ῥαιτῶν συνῴκισεν· εἶτα Γάϊος Σκιπίων τρισχιλίους προσέθηκεν· εἶτα ὁ Θεὸς Καῖσαρ πεντακισχιλίους ἐπισυνῴκισεν, ὧν οἱ πεντακόσιοι τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρξαν οἱ ἐπιφανέστατοι· τούτοις δὲ καὶ πολιτείαν ἔδωκε καὶ ἐνέγραψεν αὐτοὺς εἰς τοὺς συνοίκους· οὐ * μόνον δ' ᾤκησαν αὐτόθι, ἀλλὰ καὶ τοὔνομά γε τῷ κτίσματι ἐκεῖνοι κατέλιπον· Νεοκωμῖται γὰρ ἐκλήθησαν ἅπαντες, τοῦτο δὲ μεθερμηνευθὲν Νοβουμκώμουμ λέγεται. ἐγγὺς δὲ τοῦ χωρίου τούτου λίμνη Λάριος καλουμένη· πληροῖ δ' αὐτὴν ὁ Ἀδούας ποταμός· εἶτ' ἐξίησιν εἰς τὸν Πάδον· τὰς δὲ πηγὰς ἔσχηκεν ἐν τῷ Ἀδούλᾳ ὄρει, ὅπου καὶ ὁ Ῥῆνος.

7. Αὗται μὲν οὖν πολὺ ὑπὲρ τῶν ἑλῶν ᾤκηνται, πλησίον δὲ τὸ Παταούιον, πασῶν ἀρίστη τῶν ταύτῃ πόλεων, ἥ γε νεωστὶ λέγεται τιμήσασθαι πεντακοσίους ἱππικοὺς ἄνδρας, καὶ τὸ παλαιὸν δὲ ἔστελλε δώδεκα μυριάδας στρατιᾶς. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῆς πεμπομένης κατασκευῆς εἰς τὴν Ῥώμην κατ' ἐμπορίαν, τῶν τε ἄλλων καὶ ἐσθῆτος παντοδαπῆς, τὴν εὐανδρίαν τῆς πόλεως καὶ τὴν εὐτεχνίαν. ἔχει δὲ θαλάττης ἀνάπλουν ποταμῷ διὰ τῶν ἑλῶν φερομένῳ σταδίων πεντήκοντα καὶ διακοσίων ἐκ λιμένος μεγάλου· καλεῖται δ' ὁ λιμὴν Μεδόακος ὁμωνύμως τῷ ποταμῷ. ἐν δὲ τοῖς ἕλεσι μεγίστη μέν ἐστι Ῥαούεννα, ξυλοπαγὴς ὅλη

major planitiei pars stagnis marinis oppletur, fossisque et aggeribus actis, quemadmodum Ægyptus quæ Inferior vocatur, fissa et distincta est; aliæque partes siccatæ agriculturam experiuntur, aliæ navigabiles sunt. Urbium aliæ insularum more prorsus cinguntur aquis, aliæ ex parte tantum alluuntur. Quæ in mediterraneis supra paludes sitæ sunt, in has fluminibus adversis mirificæ sunt subvectiones, maxime Pado : qui quum sit maximus, sæpenumero imbribus et nivibus impletur, diffususque apud ostia in multas partes, obscurum efficit ostium, ingressuque difficilis est; verum experientia etiam difficillima quæque superat.

6. Circa fluvium autem illum quondam, ut dixi, Galli habitabant plurimi : quorum maximæ gentes Boii erant, et Insubres [*græce* Insubri], et qui Romam aliquando subita incursione ceperunt, Senones cum Gæzatis. Hos quidem postea temporis plane deleverunt Romani; Boios autem suis domiciliis ejecerunt; qui deinde ad Istrum quum commigrassent, apud Tauriscos habitabant, bellaque contra Dacos gerebant, donec tota ipsorum gens funditus est excisa, et agrum, qui ad Illyricum pertinet, desertum ac pecoribus pascuum vicinis reliquerunt. Insubres etiamnum exstant, quorum caput fuit Mediolanum [*græce* Mediolanion], pagus olim (nam per pagos habitabant ea tempestate universi), at nunc urbs est præclara, trans Padum, et Alpibus fere contigua. In propinquo est Verona [*codd.* Beron], ipsa quoque urbs magna; his minores Brixia [*codd.* Brexia], Mantua, Regium, Comum. Fuit initio oppidum mediocre Comum; sed Pompeius Strabo Magni pater afflictam a Rhætis super eos habitantibus instauravit : deinde Caius [Lucius?] Scipio tria colonorum millia adjecit; quibus ite um divus Cæsar quinque millia addidit, de quibus quingenti fuerunt Græcorum nobilissimi. His et jus civitatis dedit, interque Colonos eorum nomina retulit; qui Græci non sedes modo ibi fixerunt, sed coloniæ isti etiam nomen reliquerunt, ut Neocomitæ [*codd.* Neocometæ] oppidani omnes appellarentur : hoc enim interpretatum Novum Comum significat. Prope hunc locum est Larius [*codd.* Larion] lacus, quem Addua fluvius implet, indeque in Padum defluit, fontes habens in Adula monte, ubi et Rhenus.

7. Hæ ergo urbes longe supra paludes jacent. Propius paludes situm est Patavium, omnium ejus regionis urbium præstantissima, in qua aiunt nuper censos fuisse quingentos viros equestres, et antiquitus ad bellum mittebat centum et viginti militum millia. Multitudo etiam mercium, quas Romam mercatum mittunt Patavini, quum aliarum, tum vestimentorum omnis generis, ostendunt quantum et viris et artibus urbs ea polleat. Ad eam a mari subvectio est adverso flumine per paludes fluente, ad stadia quinquaginta et ducenta, ex magno portu, cui, ut et flumini, nomen est Medoaco. Urbium in paludibus sitarum maxima est Ravenna, tota ligneis constans ædificiis, aquis perflua,

καὶ διάρρυτος, γεφύραις καὶ πορθμείοις ὁδευομένη. δέχεται δ' οὐ μικρὸν τῆς θαλάττης μέρος ἐν ταῖς πλημμυρίσιν, ὥστε καὶ ὑπὸ τούτων καὶ ὑπὸ ποταμῶν ἐκκλυζόμενον τὸ βορβορῶδες πᾶν ἰᾶται τὴν δυσαερίαν. οὕτως γοῦν ὑγιεινὸν ἐξήτασται τὸ χωρίον, ὥστε ἐνταῦθα τοὺς μονομάχους τρέφειν καὶ γυμνάζειν ἀπέδειξαν οἱ ἡγεμόνες. ἔστι μὲν οὖν καὶ τοῦτο θαυμαστὸν τῶν ἐνθάδε, τὸ ἐν ἕλει τοὺς ἀέρας ἀβλαβεῖς εἶναι, καθάπερ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγύπτῳ τοῦ θέρους ἡ λίμνη τὴν μοχθηρίαν ἀποβάλλει διὰ τὴν ἀνάβασιν τοῦ ποταμοῦ καὶ τὸν τῶν τελμάτων ἀφανισμόν. ἀλλὰ καὶ τὸ περὶ τὴν ἄμπελον πάθος θαυμάζειν ἄξιον· φύει μὲν γὰρ αὐτὴν τὰ ἕλη καὶ ποιεῖ ταχὺ καὶ πολὺν ἀποδιδοῦσαν καρπόν, φθείρεται δὲ ἐν ἔτεσι τέτρασιν ἢ πέντε. ἔστι δὲ καὶ τὸ Ἄλτινον ἐν ἕλει, παραπλήσιον ἔχον τῇ Ῥαουέννῃ τὴν θέσιν. μεταξὺ δὲ Βούτριον τῆς Ῥαουέννης πόλισμα καὶ ἡ Σπίνα, νῦν μὲν κωμίον, πάλαι δὲ Ἑλληνὶς πόλις ἔνδοξος. θησαυρὸς γοῦν ἐν Δελφοῖς Σπινιτῶν δείκνυται, καὶ τἄλλα ἱστορεῖται περὶ αὐτῶν, ὡς θαλασσοκρατησάντων. φασὶ δὲ καὶ ἐπὶ θαλάσσῃ ὑπάρξαι, νῦν δ' ἐστὶν ἐν μεσογαίᾳ τὸ χωρίον περὶ ἐνενήκοντα τῆς θαλάσσης σταδίους ἀπέχον. καὶ ἡ Ῥαούεννα δὲ Θετταλῶν εἴρηται κτίσμα· οὐ φέροντες δὲ τὰς τῶν Τυρρηνῶν ὕβρεις ἐδέξαντο ἑκόντες τῶν Ὀμβρικῶν τινας, οἳ καὶ νῦν ἔχουσι τὴν πόλιν, αὐτοὶ δ' ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου. αὗται μὲν οὖν ἐπὶ πλέον περιέχονται τοῖς ἕλεσιν, ὥστε καὶ κλύζεσθαι.

8. Ὀπιτέργιον δὲ καὶ [Κωνκ]ορδία καὶ Ἀτρία καὶ Οὐικετία καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολισμάτια ἧττον μὲν ὑπὸ τῶν ἑλῶν ἐνοχλεῖται, μικροῖς δ' ἀνάπλοις πρὸς τὴν θάλατταν συνῆπται. τὴν δ' Ἀτρίαν ἐπιφανῆ γενέσθαι πόλιν φασίν, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ κόλπῳ γενέσθαι τῷ Ἀδρίᾳ, μικρὰν μετάθεσιν λαβόν. Ἀκυληία δ', ἥπερ μάλιστα τῷ μυχῷ πλησιάζει, κτίσμα μέν ἐστι Ῥωμαίων, ἐπιτειχισθὲν τοῖς ὑπερκειμένοις βαρβάροις, ἀναπλεῖται δὲ ὁλκάσι κατὰ τὸν Νατίσωνα ποταμὸν ἐπὶ πλείστους ἑξήκοντα σταδίους. ἀνεῖται δ' ἐμπόριον τοῖς περὶ τὸν Ἴστρον τῶν Ἰλλυριῶν ἔθνεσι· κομίζουσι δ' οὗτοι μὲν τὰ ἐκ θαλάττης, καὶ οἶνον ἐπὶ ξυλίνων πίθων ἁρμαμάξαις ἀναθέντες καὶ ἔλαιον, ἐκεῖνοι δ' ἀνδράποδα καὶ βοσκήματα καὶ δέρματα. ἔξω δ' ἐστὶ τῶν Ἑνετικῶν ὅρων ἡ Ἀκυληία. διορίζονται δὲ ποταμῷ ῥέοντι ἀπὸ τῶν Ἀλπίων ὀρῶν, ἀνάπλουν ἔχοντι καὶ διακοσίων σταδίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις εἰς Νωρηΐαν πόλιν, περὶ ἣν Γναῖος Κάρβων συμβαλὼν Κίμβροις οὐδὲν ἔπραξεν. ἔχει δὲ ὁ τόπος οὗτος χρυσιοπλύσια εὐφυῆ καὶ σιδηρουργεῖα. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ μυχῷ τοῦ Ἀδρίου καὶ ἱερὸν τοῦ Διομήδους ἐστὶν ἄξιον μνήμης, τὸ Τίμαυον· λιμένα γὰρ ἔχει καὶ ἄλσος ἐκπρεπὲς καὶ πηγὰς ἑπτὰ ποταμίου ὕδατος εὐθὺς εἰς τὴν θάλασσαν ἐκπίπτοντος, πλατεῖ καὶ βαθεῖ ποταμῷ. Πολύβιος δ' εἴρηκε πλὴν μιᾶς τὰς ἄλλας ἁλμυροῦ ὕδατος, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐπιχωρίους πηγὴν καὶ μητέρα τῆς θαλάττης ὀνομάζειν τὸν τόπον. Ποσειδώνιος δέ φησι ποταμὸν τὸν Τίμαυον ἐκ τῶν

quare pontibus et lembis viæ expediuntur. Non exiguam etiam maris portionem affluxu æstus recipit, a quo et a fluminibus cœnosa omnia quum eluantur, aeris vitio fit medicina. Itaque loci salubritas adeo est comprobata, ut ibi gladiatores ali atque exerceri jusserint Principes Romani. Mirabile igitur hoc locus iste habet, quod in palude aer est innoxius; sicut et Alexandriæ quæ ad Ægyptum est, æstate lacus vitium tollitur ascensu fluvii, quo paludes inundatæ non amplius apparent. Sed et mira est Ravennæ vitis natura, quæ a palude celeriter producitur, ita ut multum fructus ferat, sed intra quadriennium aut quinquennium perit. Est et Altinum in paludibus, eodem fere quo Ravenna situ. Interjacet Butrium Ravennæ oppidum, et Spina, nunc quidem vicus, at quondam Græca urbs nobilis, quando et Spinitarum thesaurus Delphis ostenditur, et alioqui fertur eos maris dominium obtinuisse. Aiunt etiam eam ad mare fuisse sitam : nunc in mediterraneis est, stadiis a mari ferme nonaginta distans. Fertur Ravenna a Thessalis fuisse condita, qui quum Tyrrhenorum injurias non ferrent, ultro in urbem admissis Umbrorum [*græce* Ombricorum] quibusdam, qui urbem etiamnum tenent, domum ipsi reverterunt. Atque hæ quidem urbes majori sui parte paludibus continentur, ita ut etiam illuviem patiantur.

8. Opitergium [*codd.* Epiterpon], Concordia, Atria [*codd.* Adria] et Vicentia [*codd.* Iucetia], et alia id genus oppidula, minus a paludibus infestantur, et parvis subvectionibus mari conjunguntur. Atriam ferunt illustrem fuisse urbem, unde et sinui Adriatico nomen exigua mutatione litterarum factum sit. Aquileia [*græce* Akyleia], quæ maxime sinus hujus intimo in continentem recessui appropinquat, a Romanis condita est munitionis loco contra barbaros ultra habitantes : ad eam adverso Natisone amne onerariis navigatur a mari plurimum sexaginta stadia. Patet hoc emporium Illyricis gentibus Istrum accolentibus : hi auferunt marinas merces, ac vinum in ligneis doliis curribus impositum, ac oleum : illi mancipia, pecora, pelles. Sita est Aquileia extra Venetorum fines. Pro limite est fluvius ab Alpibus delapsus, qui adversus navigari potest per mille et ducenta stadia ad Noreiam urbem, apud quam Cnæus Carbo inani conatu cum Cimbris conflixit. Habet is locus auri lavacra et secturas ferri præclaras. In ipso autem intimo sinus Adriatici recessu Timavum est, Diomedis templum memorabile; habet enim portum, et splendidum lucum, et septem fluvialis aquæ fontes, qui uno eoque lato ac profundo alveo statim in mare effunduntur. Polybius contra affirmat omnes uno excepto esse salsos, et propterea incolas hunc locum fontem matremque maris appellare. Posidonius vero tradit flumen Ti-

ὀρῶν φερόμενον καταπίπτειν εἰς βέρεθρον, εἶθ' ὑπὸ γῆς ἐνεχθέντα περὶ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα σταδίους ἐπὶ τῇ θαλάττῃ τὴν ἐκβολὴν ποιεῖσθαι.

9. Τῶν δ' ἄλλων τῆς Λατίνης πόλεων τὰς μὲν ἑτέροις γνωρίσμασι, τὰς δὲ ὁδοῖς ἀφορίσαιτ' ἄν τις ταῖς γνωριμωτάταις, ὅσαι διὰ τῆς Λατίνης ἔστρωνται· ἢ γὰρ ἐπὶ ταύταις ἢ παρὰ ταύταις ἢ μεταξὺ ἵδρυνται. γνωριμώταται δὲ τῶν ὁδῶν ἥ τε Ἀππία καὶ ἡ Λατίνη καὶ ἡ Οὐαλερία· ἡ μὲν τὰ πρὸς θάλατταν ἀφορίζουσα μέρη τῆς Λατίνης μέχρι Σινοέσσης, ἡ δὲ τὰ πρὸς τῇ Σαβίνῃ μέχρι Μαρσῶν, μέση δ' αὐτῶν ἡ Λατίνη ἡ συμπίπτουσα τῇ Ἀππίᾳ κατὰ Κασιλῖνον, πόλιν διέχουσαν Καπύης ἐννεακαίδεκα σταδίους. ἄρχεται δὲ (τὸ) ἀπὸ τῆς Ἀππίας, ἐν ἀριστερᾷ ἀπ' αὐτῆς ἐκτρεπομένη πλησίον Ῥώμης, εἶτα διὰ τοῦ Τουσκλανοῦ ὄρους ὑπερβᾶσα μεταξὺ Τούσκλου πόλεως καὶ τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους κάτεισιν ἐπὶ Ἄλγιδον πολίχνιον καὶ Πικτὰς πανδοχεῖα. εἶτα συμπίπτει καὶ ἡ Λαβικανή, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ τῆς Ἠσκυλίνης πύλης, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Πραινεστίνη· ἐν ἀριστερᾷ δ' ἀφεῖσα καὶ ταύτην καὶ τὸ πεδίον τὸ Ἠσκυλῖνον πρόεισιν ἐπὶ πλείους τῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων, καὶ πλησιάσασα τῷ Λαβικῷ, παλαιῷ κτίσματι κατεσπασμένῳ, κειμένῳ δ' ἐφ' ὕψους, τοῦτο μὲν καὶ τὸ Τούσκουλον ἐν δεξιοῖς ἀπολείπει, τελευτᾷ δὲ πρὸς τὰς Πικτὰς καὶ τὴν Λατίνην· διέχει δὲ τῆς Ῥώμης τὸ χωρίον τοῦτο διακοσίους καὶ δέκα σταδίους. εἶθ' ἑξῆς μὲν ἐπ' αὐτῆς τῆς Λατίνης εἰσὶν ἐπίσημοι κατοικίαι καὶ πόλεις Φερέντινον, Φρουσίνων, παρ' ἣν ὁ Κόσας ῥεῖ ποταμός, Φαβρατερία, παρ' ἣν ὁ Τρῆρος ῥεῖ, Ἀκούινον μεγάλη πόλις (ἐστί), παρ' ἣν ὁ Μέλπις ῥεῖ ποταμὸς μέγας, Ἰντεράμνιον, (ὃν) ἐν συμβολῇ δυεῖν ποταμῶν κείμενον, Λειριός τε καὶ ἑτέρου· Κάσινον, καὶ αὕτη πόλις ἀξιόλογος, ὑστάτη τῶν Λατίνων. τὸ γὰρ Τέανον τὸ καλούμενον Σιδικῖνον ἐφεξῆς κείμενον ἐκ τοῦ ἐπιθέτου δηλοῦται, διότι τῶν Σιδικίνων ἐστίν. οὗτοι δὲ Ὄσκοι, Καμπανῶν ἔθνος ἐκλελοιπός, ὥστε λέγοιτ' ἂν τῆς Καμπανίας καὶ αὕτη, μεγίστη οὖσα τῶν ἐπὶ τῇ

alterum alteri subinde contiguum magnifica : quorum respectu ipsa urbs quasi additamentum quoddam videri possit. Itaque Romani hunc locum maxime sacrum ac venerabilem rati, illustrissimorum virorum monumenta ibi collocarunt, ac matronarum : quorum omnium præclarissimum est quod vocatur Mausoleum, magnus agger ad amnem supra sublimem albi lapidis fornicem congestus, et ad verticem usque virentibus arboribus coopertus : in fastigio statua ænea est Augusti Cæsaris; sub aggere loculi ejus et cognatorum ac familiarium ; a tergo lucus magnus, ambulationes habens admirabiles; in medio autem campo busti ejus ambitus ex albo saxo, in orbem cinctus ferrea sepe, intus populis consitus. Rursum, si quis in forum progressus antiquum, basilicas porticus, templaque contueatur, una alteris ibi identidem conjuncta, tum Capitolium videat, et opera quæ ibi sunt atque in Palatio, et in Liviæ ambulacro : is facile eorum quæ extra urbem sunt obliviscatur. Ac talis quidem Roma est.

9. Reliquæ autem Latii urbes aliæ aliis notis, pleræque viis discerni possunt celeberrimis, quæ per Latium ductæ sunt : aut enim in his, aut prope, aut in medio earum sitæ sunt. Nobilissimæ viarum sunt Appia, Latina, et Valeria : de his Appia Latii partes maritimas pertransit usque ad Sinuessam; Valeria est quæ ad Sabinos pertinet usque ad Marsos; media est Latina, quæ in Appiam incidit ad Casilinum [*codd.* Casinum], urbem distantem a Capua undeviginti stadiis. Incipit Latina a via Appia, ad sinistram ab ea prope Romam deflectens, ac supra montem Tusculanum transit inter Tusculum [*græce* Tusclanum... Tusclum] urbem ac montem Albanum, descenditque ad Algidum oppidum et Pictas diversorium. Incidit deinde Lavicana, incipiens a porta Esquilina, unde et Prænestina incipit; relinquens autem ad lævam et hanc et campum Esquilinum, procedit ad centum viginti et amplius stadia, et appropinquans Lavico, quod oppidum vetus, in sublimi situm, nunc dirutum est, hoc et Tusculum ad dextram relinquit, et ad Pictas in Latinamque viam desinit : abest is locus Roma ducentis et decem stadiis. Deinceps in Latina via sunt nobilia oppida ac urbes, Ferentinum, Frusino [*codd.* Phorusinon] quæ Cosa amni alluitur, Fabrateria, quam Trerus fluvius præterfluit, Aquinum [*codd.* Acuennon] urbs magna, juxta quam Melpis fluvius magnus labitur; Interamna [*græce* Interamnion] ad confluentes fluvios sita, Lirim et alium; Casinum, urbs ipsa quoque memorabilis, et Latinarum ultima. Teanum enim Sidicinum [*codd.* Sidicenum] quod proxime sequitur, ipso cognomento ostendit se ad Sidicinos pertinere, qui sunt Osci, gens Campanorum non amplius superstes, ita ut possit Campaniæ

Λατίνῃ πόλεων. καὶ ἡ ἐφεξῆς ἡ τῶν Καληνῶν, καὶ αὕτη ἀξιόλογος, συνάπτουσα τῷ Κασιλίνῳ.

10. Ἐφ' ἑκάτερα δὲ τῆς Λατίνης ἐν δεξιᾷ μὲν εἰσιν αἱ μεταξὺ αὐτῆς καὶ τῆς Ἀππίας, Σητία τε καὶ Σιγνία, φέρουσαι οἶνον, ἡ μὲν τῶν πολυτελῶν ἕνα, ἡ δὲ τὸν σταλτικώτατον κοιλίας, τὸν Σίγνιον λεγόμενον. * πρὸς δὲ ταύταις ἐστὶ Πρίβερνον καὶ Κόρα καὶ Σύεσσα (Τραπόντιόν τε) καὶ Οὐελίτραι καὶ Ἀλέτριον· ἔτι δὲ Φρεγέλλαι, παρ' ἣν ὁ Λεῖρις ῥεῖ ὁ εἰς τὰς Μιντούρνας ἐκδιδούς, νῦν μὲν κώμη, πόλις δέ ποτε γεγονυῖα ἀξιόλογος καὶ τὰς πολλὰς τῶν ἄρτι λεχθεισῶν περιοικίδας πρότερον ἐσχηκυῖα, αἳ νῦν εἰς αὐτὴν συνέρχονται, ἀγοράς τε ποιούμεναι καὶ ἱεροποιίας τινάς· κατεσκάφη δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποστᾶσα. πλεῖσται δ' εἰσὶ καὶ τούτων καὶ τῶν ἐν τῇ Λατίνῃ καὶ τῶν ἐπέκεινα ἐν τῇ Ἑρνίκων τε καὶ Αἴκων καὶ Οὐόλσκων ἱδρυμέναι, Ῥωμαίων δ' εἰσὶ κτίσματα. ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῆς Λατίνης αἱ μεταξὺ αὐτῆς καὶ τῆς Οὐαλερίας, Γάβιοι μὲν ἐν τῇ Πραινεστίνῃ ὁδῷ κειμένη, λατόμιον ἔχουσα ὑπουργὸν τῇ Ῥώμῃ μάλιστα τῶν ἄλλων, διέχουσα τὸ ἴσον τῆς Ῥώμης τε καὶ Πραινέστου, περὶ ἑκατὸν σταδίους· εἶθ' ἡ Πραίνεστος, περὶ ἧς αὐτίκα ἐροῦμεν· εἶθ' αἱ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ὑπὲρ Πραίνεστον, ἥ τε τῶν Ἑρνίκων πολίχνη Καπίτουλον καὶ Ἀναγνία, πόλις ἀξιόλογος, καὶ Κερεάτε καὶ Σώρα, παρ' ἣν ὁ Λεῖρις παρεξιὼν εἰς Φρεγέλλας ῥεῖ καὶ Μιντούρνας. ἔπειτα ἄλλα τινὰ καὶ Οὐέναφρον, ὅθεν τὸ κάλλιστον ἔλαιον· ἡ μὲν οὖν πόλις ἐφ' ὕψους κεῖται, παραρρεῖ δὲ τὴν τοῦ λόφου ῥίζαν ὁ Οὐουλτοῦρνος, ὃς καὶ παρὰ τὸ Κασιλῖνον ἐνεχθεὶς ἐκδίδωσι κατὰ τὴν ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν. Αἰσερνία δὲ καὶ Ἀλλιφαὶ ἤδη Σαυνιτικαὶ πόλεις εἰσίν, ἡ μὲν ἀνῃρημένη κατὰ τὸν Μαρσικὸν πόλεμον, ἡ δ' ἔτι συμμένουσα.

11. Ἡ Οὐαλερία δ' ἄρχεται μὲν ἀπὸ Τιβούρων, ἄγει δ' ἐπὶ Μαρσοὺς καὶ Κορφίνιον, τὴν τῶν Πελίγνων μητρόπολιν. εἰσὶ δ' ἐν αὐτῇ Λατῖναι πόλεις Οὐαρία τε καὶ Καρσέολοι καὶ Ἄλβα, πλησίον δὲ καὶ πόλις Κούκουλον. ἐν ὄψει δ' εἰσὶ τοῖς ἐν Ῥώμῃ Τίβουρά τε καὶ Πραίνεστος καὶ Τοῦσκλον. Τίβουρα μέν, ᾗ τὸ Ἡράκλειον, καὶ ὁ καταράκτης, ὃν ποιεῖ πλωτὸς ὢν ὁ Ἀνίων, ἀφ' ὕψους μεγάλου καταπίπτων εἰς φάραγγα βαθεῖαν καὶ καταλσῆ πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει. ἐντεῦθεν δὲ διέξεισι πεδίον εὐκαρπότατον παρὰ τὰ μέταλλα τοῦ λίθου τοῦ Τιβουρτίνου καὶ τοῦ ἐν Γαβίοις, καὶ τοῦ ἐρυθροῦ λεγομένου, ὥστε τὴν ἐκ τῶν μετάλλων ἐξαγωγὴν καὶ τὴν πορθμείαν εὐμαρῆ τελέως εἶναι, τῶν πλείστων ἔργων τῆς Ῥώμης ἐντεῦθεν κατασκευαζομένων. ἐν δὲ τῷ πεδίῳ τούτῳ καὶ τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν, πρὸς ποικίλας νόσους καὶ πίνουσι καὶ ἐγκαθημένοις ὑγιεινά· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ Λαβανά, οὐκ ἄποθεν τούτων ἐν τῇ Νωμεντανῇ καὶ τοῖς περὶ Ἠρητὸν τόποις. Πραίνεστος δ' ἐστὶν ὅπου τὸ τῆς Τύχης ἱερὸν ἐπίσημον χρηστηριάζον. ἀμφότεραι δ' αἱ πόλεις αὗται τῇ αὐτῇ προσιδρυμέναι τυγχάνουσιν

ipsa quoque dici, urbium in via Latina sitarum maxima. Eam subsequitur Calenum, urbs ipsa quoque egregia, et Casilino contigua.

10. Ab utraque Latinæ viæ parte ad dextram sunt inter hanc et Appiam sitæ, Setia [*codd.* Setea] et Signia, feraces vini; illa pretiosi, hæc alvum optime sistentis, quod Signium [*imo* Signinum] vinum appellant. Præter has [*codd.* Ante hanc (viam)] est Privernum et Cora, et Suessa (Pometia), [et Trapontium (Tripontio?),] et Velitræ, et Aletrium, et Fregellæ, quam urbem præterit Liris fluvius ad Minturnas se effundens. Fregellæ nunc vicus est, olim urbs celebris, multarumque jam dictarum caput, quæ nunc eo fori [*unus cod.* agonis] frequentandi sacrificiorumque quorundam gratia conveniunt: excisa est a Romanis ob defectionem. Harum aliarumque in via Latina et ulterius urbium pleræque, in agro Hernico, Æquo, Volsco sitæ, a Romanis sunt conditæ. A sinistro autem Latinæ viæ latere, inter eam et Valeriam, jacent Gabii in via Prænestina, quæ urbs latomias habet, Romanis tanto quanto non aliæ usui: distat æquali a Roma et Præneste intervallo, circa centum stadia. Sequitur Præneste, de quo deinde verba faciemus. In montibus porro supra Præneste quum oppidum Hernicorum situm est, Capitulum, et Anagnia urbs illustris, tum Cereate, et Sora, apud quam Liris erumpens Fregellas Minturnasque petit. Deinde etiam alia sequuntur, tum Venafrum [*codd.* Venafrium], unde oleum optimum. Urbs ea in sublimi posita est colle, cujus radicem alluit Vulturnus amnis, qui juxta Casilinum delapsus ad urbem sui cognominem in mare exit. Ceterum Æsernia et Allifæ jam Samniticæ urbes sunt; quarum altera bello Marsico est deleta, altera etiamnum durat.

11. At Valeria via a Tibure incipit, ducitque in Marsos et Corfinium, Pelignorum urbem primariam. Sunt in ea urbes Latinæ, Varia [*codd.* Valeria], Carseoli, et Alba, et prope urbs Cuculum. In conspectu Romæ sunt Tibur [*græce* Tibura], Præneste [*gr.* Prænestus], et Tusculum. Tibure fanum est Herculis, et præceps aquæ dejectus, quem facit Anio navigabilis, ab excelso loco in convallem sese dejiciens profundam lucisque obsitam, ad ipsam urbem. Inde per loca fructuosissima perlabitur, juxta secturas lapidis Tiburtini, et Gabini, (et) ejus qui dicitur rubeus: ut eductio ex fodinis et devectio navium plane sit expedita, et pleraque opera Romæ ex ea materia fiant. Planitiem eam, per quam delabi Anienem diximus, Albulæ etiam perfluunt aquæ frigidæ, multis e fontibus prolapsæ, ad varios morbos potæ aut pro balneo usurpatæ remedium præbentes: tales sunt etiam non procul inde Labanæ aquæ in agro Nomentano et circa Eretum. Apud Præneste autem fanum et oraculum Fortunæ celebre est. Ambæ urbes sunt ad eadem conditæ montana, distantque inter se stadiis centum;

ὀρεινῇ, διέχουσι δ' ἀλλήλων ὅσον σταδίους ἑκατόν, τῆς δὲ Ῥώμης Πραίνεστος μὲν καὶ διπλάσιον, Τίβουρα δ' ἔλαττον. φασὶ δ' Ἑλληνίδας ἀμφοτέρας, Πραίνεστον γοῦν Πολυστέφανον καλεῖσθαι πρότερον. ἐρυμνὴ μὲν οὖν ἑκατέρα, πολὺ δ' ἐρυμνοτέρα Πραίνεστος· ἄκραν γὰρ ἔχει τῆς μὲν πόλεως ὕπερθεν ὄρος ὑψηλόν, ὄπισθεν δ' ἀπὸ τῆς συνεχούσης ὀρεινῆς αὐχένι διεζευγμένον, ὑπεραῖρον καὶ δυσὶ σταδίοις τούτου πρὸς ὀρθίαν ἀνάβασιν. πρὸς δὲ τῇ ἐρυμνότητι καὶ διώρυξι κρυπταῖς διατέτρηται πανταχόθεν μέχρι τῶν πεδίων, ταῖς μὲν ὑδρείας χάριν, ταῖς δ' ἐξόδων λαθραίων, ὧν ἐν μιᾷ Μάριος πολιορκούμενος ἀπέθανε. ταῖς μὲν οὖν ἄλλαις πόλεσι πλεῖστον τὸ εὐερκὲς πρὸς ἀγαθοῦ τίθεται, Πραινεστίνοις δὲ συμφορὰ γεγένηται διὰ τὰς Ῥωμαίων στάσεις. καταφεύγουσι γὰρ ἐκεῖσε οἱ νεωτερίσαντες· ἐκπολιορκηθέντων δέ, πρὸς τῇ κακώσει τῆς πόλεως καὶ τὴν χώραν ἀπαλλοτριοῦσθαι συμβαίνει, τῆς αἰτίας μεταφερομένης ἐπὶ τοὺς ἀναιτίους. ῥεῖ δὲ διὰ τῆς χώρας Οὐέρεστις ποταμός. πρὸς ἕω δὲ τῆς Ῥώμης εἰσὶν αἱ λεχθεῖσαι πόλεις.

12. Ἐνδοτέρω δὲ τῆς κατ' αὐτὰς ὀρεινῆς ἄλλη ῥάχις ἐστί, μεταξὺ αὐλῶνα καταλείπουσα τὸν κατὰ Ἄλγιδον, ὑψηλὴ μέχρι τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους. ἐπὶ ταύτης δὴ τὸ Τοῦσκλον ἵδρυται, πόλις οὐ φαύλως κατεσκευασμένη· κεκόσμηται δὲ ταῖς κύκλῳ φυτείαις καὶ οἰκοδομίαις, καὶ μάλιστα ταῖς ὑποπιπτούσαις ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν Ῥώμην μέρος. τὸ γὰρ Τούσκουλον ἐνταῦθα ἐστὶ λόφος εὔγεως καὶ εὔυδρος, κορυφούμενος ἠρέμα πολλαχοῦ καὶ δεχόμενος βασιλείων κατασκευὰς ἐκπρεπεστάτας. συνεχῆ δ' ἐστὶ καὶ τὰ τῷ Ἀλβανῷ ὄρει ὑποπίπτοντα, τὴν αὐτήν τε ἀρετὴν ἔχοντα καὶ κατασκευήν. ἐφεξῆς δ' ἐστὶ πεδία, τὰ μὲν πρὸς τὴν Ῥώμην συνάπτοντα καὶ τὰ προάστεια αὐτῆς, τὰ δὲ πρὸς τὴν θάλατταν· τὰ μὲν οὖν πρὸς τὴν θάλατταν ἧττόν ἐστιν ὑγιεινά, τὰ δὲ ἄλλα εὐάγωγά τε καὶ παραπλησίως ἐξησκημένα. μετὰ δὲ τὸ Ἀλβανὸν Ἀρικία ἐστὶ πόλις ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ· στάδιοι δ' εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ἑκατὸν ἑξήκοντα· κοῖλος δ' ἐστὶν ὁ τόπος, ἔχει δ' ὅμως ἐρυμνὴν ἄκραν. ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὸ μὲν Λανούιον, πόλις Ῥωμαίων, ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ, ἀφ' ἧς ἔποπτος ἥ τε θάλασσά ἐστι καὶ τὸ Ἄντιον· τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν † εἰς τὴν δ' Ἀρικίνην τὸ ἱερόν. λέγουσι δι' ἀφιδρύματα τῆς Ταυροπόλου· καὶ γάρ τι βαρβαρικὸν κρατεῖ καὶ Σκυθικὸν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος. καθίσταται γὰρ ἱερεὺς ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον δραπέτης ἀνήρ· ξιφήρης οὖν ἐστιν ἀεί, περισκοπῶν τὰς ἐπιθέσεις, ἕτοιμος ἀμύνεσθαι. τὸ δ' ἱερὸν ἐν ἄλσει, πρόκειται δὲ λίμνη πελαγίζουσα, κύκλῳ δ' ὀρεινὴ συνεχὴς ὀφρὺς περίκειται καὶ λίαν ὑψηλὴ καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ ὕδωρ ἀπολαμβάνουσα ἐν κοίλῳ τόπῳ καὶ βαθεῖ. τὰς μὲν οὖν πηγὰς ὁρᾶν ἔστιν, ἐξ ὧν ἡ λίμνη πληροῦται· τούτων δ' ἐστὶν Ἠγερία καλουμένη, δαίμονός τινος ἐπώνυμος· αἱ δ' ἀπορρύσεις

a Roma Præneste abest stadiis ducentis, Tibur autem Romæ aliquanto est vicinius. Utramque urbem Græcanicam esse dicunt, et quidem Prænesti olim fuisse nomen Polystephanum. Utraque loci natura munita est, Præneste tamen hac re excellit : nam arcis loco supra urbem eam adjacet mons excelsus, qui a tergo imminentium montanorum continuitati angusto quodam transitu et quasi collo avellitur, recto ascensu duobus quam illa altior stadiis. Accedit ad naturalem hanc munitionem, quod undique urbs est cuniculis occultis perforata, quorum alii aquæ ducendæ, alii clandestinis exitibus inserviunt : in quorum uno obsessus Marius (junior) periit. Enimvero ut aliarum urbium felicitas situ bene munito augetur, ita contra Prænestinis munitiones calamitatem attulerunt, ob Romanorum seditionem : nam qui novas res moliebantur, eo confugiebant; quibus expugnatis quum alia damna urbi injungebantur, tum ager adimebatur, culpa a sontibus in innoxios translata. Per hanc regionem Verestis[?] amnis defertur. Dictæ urbes a Roma versus ortum solis sunt sitæ.

12. Intra montana, ad quæ eæ sunt conditæ, aliud porrigitur montanum dorsum, convallem in medio relinquens ad Algidum [*codd. fere* Alginon], sublime usque ad Albanum montem. Eo in dorso Tusculum [*gr.* Tusclum] collocatum est, urbs minime contemnendo apparatu : nam circumquaque exornata est plantis atque ædificiis, maxime qua parte Romam versus ejus ager descendit. Ibi enim Tusculum habet collem, terræ bonitate et aquarum copia præclarum, qui multis partibus sensim attollitur, et regiis ædificiis pulcherrime exstructis ornatus est. Huic continenter adjacent partes ad Albanum montem inclinantes, eadem et natura et ædificiis præditæ. Succedunt planities qua Romam et suburbia ejus, qua mare attingentes : ac maritima quidem minus sunt salubria; reliqua habitationi commoda, ac perinde culta. Post Albanum montem in via Appia urbs est Aricia, centum et sexaginta stadiis a Roma, concavo quidem situ, arce tamen naturâ loci munita. Supra eam sita est Lanuvium [*codd.* Lavinium], urbs Romanorum in dextro viæ Appiæ latere, unde et mare et Antium conspici potest. Dianeum, quod Nemus vocant, in sinistra viæ parte est, qua Aricia ascenditur. Aricinæ autem Dianæ templum derivatum esse dicunt a Tauropolo : ac sane etiam barbaricus ac Scythicus mos apud id templum obtinet. Profugus enim homo sacerdos ibi constituitur, qui sacerdotem priorem sua trucidaverit manu; strictoque semper gladio paratus ad insidias propulsandas circumspicit. Fanum in luco est : ante eum lacus mari æmulus : circumcirca supercilium montanum, continens et valde arduum, templum ac lacum in cavo includit ac profundo loco. Ac fontes quidem conspicui sunt, unde lacus impletur : e quibus unus Egeria [*codd.* hiereia (*sacerdos*)] dicitur, nomine a dea

ἐνταῦθα μὲν ἄδηλοί εἰσιν, ἔξω δὲ δείκνυνται πόρρω πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ἀνέχουσαι.

13. Πλησίον δ' ἐστὶ τῶν χωρίων τούτων καὶ Ἀλβανὸν ὄρος πολὺ ὑπερκύπτον τοῦ Ἀρτεμισίου καὶ τῶν περὶ αὐτὸ ὀφρύων, καίπερ ὑψηλῶν οὐσῶν καὶ ὀρθίων ἱκανῶς. ἔχει δὲ καὶ τοῦτο λίμνην πολὺ μείζω τῆς κατὰ τὸ Ἀρτεμίσιον (ὄρος). προσωτέρω δὲ τούτων αἱ λεχθεῖσαι πρότερον πόλεις τῆς Λατίνης εἰσί. μάλιστα δ' ἐν μεσογαίᾳ τῶν Λατίνων πόλεών ἐστιν ἡ Ἄλβα, ὁμοροῦσα Μαρσοῖς· ἵδρυται δ' ἐφ' ὑψηλοῦ πάγου λίμνης Φουκίνας πλησίον, πελαγίας τὸ μέγεθος· χρῶνται δ' αὐτῇ μάλιστα μὲν Μαρσοὶ καὶ πάντες οἱ πλησιόχωροι. φασὶ δ' αὐτὴν καὶ πληροῦσθαί ποτε μέχρι τῆς ὀρεινῆς καὶ ταπεινοῦσθαι πάλιν, ὥστ' ἀναψύχειν τοὺς λιμνωθέντας τόπους καὶ γεωργεῖσθαι παρέχειν, ἤτοι μεταστάσεις τῶν κατὰ βάθους ὑγρῶν σποράδην καὶ ἀδήλως γίνονται, πάλιν δ' ἐπισυρρέουσιν, ἢ τελέως ἐκλείπουσιν αἱ πηγαὶ καὶ πάλιν συνθλίβονται, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἀμενάνου συμβαίνειν φασὶ τοῦ διὰ Κατάνης ῥέοντος· ἐκλείπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη καὶ πάλιν ῥεῖ. ἐκ δὲ τῆς Φουκίνας εἶναι τὰς πηγὰς ἱστοροῦσι τοῦ Μαρκίου ὕδατος τοῦ τὴν Ῥώμην ποτίζοντος καὶ παρὰ τἆλλα εὐδοκιμοῦντος ὕδατα. τῇ δὲ Ἄλβᾳ διὰ τὸ ἐν βάθει τῆς χώρας ἱδρῦσθαι καὶ διὰ τὸ εὐερκὲς ἀντὶ φρουρᾶς ἐχρήσαντο πολλάκις Ῥωμαῖοι, τοὺς φυλακῆς δεομένους ἐνταῦθα καθείργοντες.

## ΚΕΦ. Δ'.

Ἐπεὶ δ' ἀπὸ τῶν προσαλπίων ἐθνῶν ἀρξάμενοι καὶ τῶν πρὸς αὐτοῖς ὀρῶν τῶν Ἀπεννίνων, ἔπειθ' ὑπερβάντες ταῦτα τὴν ἐντὸς ἐπήλθομεν πᾶσαν, ὅση μεταξὺ κεῖται τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν τῶν κεκλιμένων πρὸς τὸν Ἀδρίαν μέχρι Σαυνιτῶν [καὶ] Καμπανῶν, νῦν ἐπανιόντες δηλώσομεν τὰ ἐν τοῖς ὄρεσι τούτοις οἰκοῦντα καὶ ταῖς ὑπωρείαις τῆς τε ἐκτὸς μέχρι τῆς παραλίας τῆς Ἀδριατικῆς καὶ τῆς ἐντός. ἀρκτέον δὲ πάλιν ἀπὸ τῶν Κελτικῶν ὅρων.

2. Ἔστι δ' ἡ Πικεντίνη μετὰ τὰς τῶν Ὀμβρικῶν πόλεις τὰς μεταξὺ Ἀριμίνου καὶ Ἀγκῶνος. ὥρμηνται δ' ἐκ τῆς Σαβίνης οἱ Πικεντῖνοι, δρυοκολάπτου τὴν ὁδὸν ἡγησαμένου τοῖς ἀρχηγέταις, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· πῖκον γὰρ τὸν ὄρνιν τοῦτον ὀνομάζουσι, καὶ νομίζουσιν Ἄρεως ἱερόν. οἰκοῦσι δ' ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἀρξάμενοι μέχρι τῶν πεδίων καὶ τῆς θαλάττης, ἐπὶ μῆκος ηὐξημένην ἔχοντες μᾶλλον ἢ πλάτος τὴν χώραν, ἀγαθὴν πρὸς ἅπαντα, βελτίω δὲ τοῖς ξυλίνοις καρποῖς ἢ τοῖς σιτικοῖς. ἔστι δ' εὖρος μὲν τὸ ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐπὶ θάλατταν ἀνώμαλον τοῖς διαστήμασι· μῆκος δ' ἀπὸ Αἴσιος ποταμοῦ μέχρι Κάστρου παράπλουν ἔχον σταδίων ὀκτακοσίων. πόλεις δ' Ἀγκὼν μὲν Ἑλληνίς, Συρακουσίων κτίσμα τῶν φυγόντων τὴν Διονυσίου τυραννίδα· κεῖται δ' ἐπ' ἄκρας μὲν λιμένα ἐμπεριλαμβανούσης

quadam ducto: effluxus intus quidem occulti sunt, foris autem cernuntur e longinquo conspicui.

13. His locis vicinus est mons Albanus, longe sublimior luco Dianæ et ejus superciliis, quanquam et celsa ea sunt et satis ardua. Is quoque lacum habet, longe majorem eo qui est ad Dianæ templum. Ante hos montes prius dictæ Latinæ urbes sitæ sunt: inter quas maxime mediterranea est Alba, Marsis finitima, scopulo insita sublimi, prope lacum Fucinum, magnitudine maris similem: eo utuntur præcipue Marsi et finitimi omnes. Ferunt hunc lacum aliquando usque ad montana impleri, rursumque subsidere, ita ut palude obducta loca rursum detegantur, et agriculturæ apta fiant; sive aquarum quæ sunt in imo fundo meatus variis locis latenter immutentur, rursumque in unum confluant aquæ, sive fontes prorsus deficiant, atque iterum cogantur: quod Amenano flumini, per Catinam [*græce* Catanam] fluenti, evenire perhibent, qui per multos annos destitutus aquis, deinde iterum fluit. E Fucino lacu promanare aiunt aquam Marciam, quæ Romam irrigat, gloriaque reliquas aquas vincit. Ceterum Alba, quod in penetralibus regionis sita ac munita optime esset, sæpenumero loco custodiæ usi sunt Romani, in quam dabant quos asservari captivos vellent.

## CAP. IV.

Sed quoniam a gentibus Alpium et iis contiguorum Apenninorum viciniam incolentibus initium fecimus; iis deinde superatis, percurrimus quicquid est Italiæ mediterraneæ, inter mare Tyrrhenum et Apennini montana versus Adriam vergentia, usque ad Samnitas et Campanos: ad initium regressi, populos referamus qui illis in montibus degunt et ad eorum radices, sive extra ad Adriatici maris litus pertingentes, sive in mediterraneis habitantes. Rursum ergo a Gallicis finibus sumetur exordium.

2. Umbricas urbes quæ inter Ariminum sunt et Anconam sitæ, Picenus ager [*græce* Picentine] sequitur. Piceni [*gr.* Picentini] ex agro Sabino in ea loca migrarunt, pico ave iter ductoribus monstrante, unde nomen genti: picum avem Marti sacram censent. Incolunt a montibus versus planities et mare; estque eorum regio in longum quam latum porrectior, ad omnis vitæ usus commoda, arborum tamen fructibus quam frumento præstantior. Latitudinis a montibus ad mare inæqualia sunt diversis locis spatia. Longitudo ab Æsi fluvio usque ad Castrum [*codd.* Leastrum], navigatur legendo litore stadiis octingentis. In Piceno urbs Græca est Ancona [*gr.* Ancon], a Syracusanis condita, qui Dionysii fugerant tyrannidem. Sita est in promontorio, quod suo versus septentriones reflexu portum includit: vino

τῇ πρὸς τὰς ἄρκτους ἐπιστροφῇ, σφόδρα δ' εὔοινός ἐστι καὶ εὔπυροφόρος. πλησίον δ' αὐτῆς Αὔξουμον πόλις μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης· εἶτα Σεπτέμπεδα καὶ † Πνευεντία καὶ Ποτεντία καὶ Φίρμον Πικηνόν· ἐπίνειον δὲ ταύτης Κάστελλον. ἐφεξῆς δὲ τὸ τῆς Κύπρας ἱερόν, Τυρρηνῶν ἵδρυμα καὶ κτίσμα· τὴν δ' Ἥραν ἐκεῖνοι Κύπραν καλοῦσιν· εἶτα Τρουεντῖνος ποταμὸς καὶ πόλις ἐπώνυμος· εἶτα Καστρουνόουν, καὶ ὁ Ματρῖνος ποταμός, ῥέων ἀπὸ τῆς Ἀδριανῶν πόλεως, ἔχων ἐπίνειον τῆς Ἀδρίας ἐπώνυμον ἑαυτοῦ. ἔστι δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ καὶ αὕτη καὶ τὸ Ἄσκλον τὸ Πικηνόν, ἐρυμνότατον χωρίον καὶ . . . . ἐφ' ᾧ κεῖται τὸ τεῖχος, καὶ τὰ περικείμενα ὄρη στρατοπέδοις οὐ βάσιμα. ὑπὲρ δὲ τῆς Πικεντίνης Οὐηστῖνοί τε καὶ Μαρσοὶ καὶ Πελίγνοι καὶ Μαρρουκῖνοι καὶ Φρεντανοί, Σαυνιτικὸν ἔθνος, τὴν ὀρεινὴν κατέχουσιν, ἐφαπτόμενοι μικρὰ τῆς θαλάττης. ἔστι δὲ τὰ ἔθνη ταῦτα μικρὰ μέν, ἀνδρικώτατα δὲ καὶ πολλάκις τὴν ἀρετὴν ταύτην ἐπιδεδειγμένα Ῥωμαίοις, πρῶτον μέν, ἡνίκα ἐπολέμουν· δεύτερον δέ, ὅτε συνεστράτευον· τρίτον δ', ὅτε δεόμενοι τυχεῖν ἐλευθερίας καὶ πολιτείας μὴ τυγχάνοντες ἀπέστησαν καὶ τὸν Μαρσικὸν καλούμενον ἐξῆψαν πόλεμον, Κορφίνιον, τὴν τῶν Πελίγνων μητρόπολιν, κοινὴν ἅπασι τοῖς Ἰταλιώταις ἀποδείξαντες πόλιν ἀντὶ τῆς Ῥώμης, ὁρμητήριον τοῦ πολέμου, μετονομασθεῖσαν Ἰταλικήν, καὶ ἐνταῦθα δὴ τοὺς συνεπομένους ἀθροίσαντες καὶ χειροτονήσαντες ὑπάτους καὶ στρατηγούς· δύο δ' ἔτη συνέμειναν ἐν τῷ πολέμῳ, μέχρι διεπράξαντο τὴν κοινωνίαν, περὶ ἧς ἐπολέμουν. Μαρσικὸν δὲ ὠνόμασαν τὸν πόλεμον ἀπὸ τῶν ἀρξάντων τῆς ἀποστάσεως, καὶ μάλιστα ἀπὸ Πομπαιδίου. τὰ μὲν οὖν ἄλλα κωμηδὸν ζῶσιν, ἔχουσι δὲ καὶ πόλεις ὑπὲρ μὲν τῆς θαλάττης τό τε Κορφίνιον καὶ Σοῦλμον καὶ Μαρούιον καὶ Τεατέαν τὴν τῶν Μαρρουκίνων μητρόπολιν. ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ θαλάττῃ τό τε Ἄτερνον, ὅμορον τῇ Πικεντίνῃ, ὁμώνυμον δὲ τῷ ποταμῷ τῷ διορίζοντι τήν τε Οὐηστίνην καὶ τὴν Μαρρουκίνην. ῥεῖ γὰρ ἐκ τῆς Ἀμιτερνίνης, διὰ δὲ Οὐηστίνων, παραλιπὼν ἐν δεξιᾷ τοὺς Μαρρουκίνους ὑπὲρ ( τῷ ) τῶν Πελίγνων κειμένους, ζεύγματι περατός. τὸ δὲ πόλισμα τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ Οὐηστίνων μέν ἐστι, κοινῷ δ' ἐπινείῳ χρῶνται καὶ οἱ Πελίγνοι καὶ οἱ Μαρρουκῖνοι· διέχει δὲ τὸ ζεῦγμα τέσσαρας καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπὸ Κορφινίου. μετὰ δὲ Ἄτερνον Ὄρτων, ἐπίνειον Φρεντανῶν, καὶ Βοῦκα, καὶ αὐτὴ Φρεντανῶν, ὅμορος Τεάνῳ τῷ Ἀπούλῳ. (Ὀρτώνιόν ἐστιν ἐν τοῖς Φρεντανοῖς, πέτραι λῃστρικῶν ἀνθρώπων, οἷς αἱ οἰκήσεις ἀπὸ τῶν ναυαγίων πήγνυνται· καὶ τἆλλα θηριώδεις εἶναι.) μεταξὺ δὲ Ὄρτωνος καὶ Ἀτέρνου ὁ Σάγρος ποταμὸς ὁρίζων τοὺς Φρεντανοὺς ἀπὸ τῶν Πελίγνων. ὁ δὲ παράπλους ἀπὸ τῆς Πικεντίνης ἐπὶ τοὺς Ἀπούλους, οὓς οἱ Ἕλληνες Δαυνίους καλοῦσι, σταδίων ἐστὶν ὅσον τετρακοσίων ἐνενήκοντα.

3. Ἑξῆς δὲ μετὰ τὴν Λατίνην ἐστὶν ἥ τε Καμ-

et tritico abundat. Proxime eam est Auxumum urbs paululum supra mare. Deinde Septempeda, Pneuentia [? Pollentia? *quæ dicta etiam* Urbs Salvia], Potentia [*al. codd.* Petentia], ac Firmum Picenum, hujusque navale Castellum [*codd.* Catellum]. Deinceps Cypræ fanum, conditum dedicatumque ab Etruscis : qui Junonem Cypram vocant. Tum Truentinus amnis, ejusdemque nominis urbs. Deinde Castrum novum, et Matrinus fluvius, ab Adrianorum urbe profluens, et navale Adriæ habens, eodem secum nomine. In mediterraneo sunt et Adria et Asculum [*gr.* Asclum] Picenum, locus munitissimus et.... [*ob collem*] in quo positus est murus, et montes cingentes, qui conscendi a nullo possunt exercitu. Supra Picenum Vestini [*codd.* Vestii], Marsi, Peligni [*codd. fere* Paligni], Marrucini, Frentani [*codd.* Phrettani], quæ Samnitica gens. Montana tenent, et exiguam maris partem attingunt. Populi ipsi exigui sunt, sed fortissimi, et qui suam fortitudinem Romanis sæpe demonstraverunt; primum quidem, quum bellum adversus eos gerebant; deinde, quum eorum castra sequebantur; tertio, quando libertatem ac jus civitatis postulantes, repulsam passi desciverunt, bellumque Marsicum quod vocatur concitaverunt, Corfiniumque, Pelignorum caput, communem omnibus Italis loco Romæ urbem designaverunt, bellique arcem, et Italicæ nomen indiderunt, contractisque ibi sociorum auxiliis, et consulibus ac prætoribus creatis, biennium eo in bello produraverunt : donec potiti sunt eam, ob quam arma ceperant, communionem. Marsicum nomen accepit hoc bellum a defectionis auctoribus, maxime Pompædio. Vivunt hæ gentes fere in vicis : habent tamen etiam urbes ad mare sitas, ut sunt Corfinium, Sulmo [*codd.* Sulmum], Maruvium, et Teate [*codd.* Tegeaten], Marrucinorum caput. Ad ipsum mare sunt Aternum Piceno confine, ejusdemque nominis cum fluvio, qui Vestinos a Marrucinis dirimit. Fluit enim ex agro Amiternino [*codd.* Amiterrino] per Vestinos, relictis ad dextram Marrucinis, qui sunt supra Pelignos siti; ponte trajicitur. Oppidum quod idem cum eo nomen habet, Vestinorum quidem est, eo tamen navali communiter utuntur Peligni et Marrucini : pons stadiis quattuor et viginti a Corfinio distat. Post Aternum [*codd.* Auternum] Orton est Frentanorum navale, et Buca, ipsa etiam Frentanorum, Teano Apulo contermina. [Ortonium est etiam in Frentanorum regione situm, saxa a prædonibus insessa, qui sua ædificia ex naufragiis concinnant; cetera quoque vitam agere belluinam.] Inter Ortonem et Aternum [*codd.* Auternum, Anternum] Sagrus fluvius labens Frentanos [*codd.* Phrettanos] a Pelignis dividit. Navigatio juxta litus a Piceno usque ad Apulos, quos Daunios Græci dicunt, stadiorum est circiter quadringentorum et nonaginta.

3. Deinceps post Latium Campania juxta mare porrecta

πανία, παρήκουσα τῇ θαλάττῃ, καὶ ὑπὲρ ταύτην ἡ Σαυνῖτις ἐν μεσογαίᾳ μέχρι Φρεντανῶν καὶ τῶν Δαυνίων, εἶτ' αὐτοὶ Δαύνιοι καὶ τἆλλα ἔθνη τὰ μέχρι τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ. πρῶτον δὲ περὶ τῆς Καμπανίας ῥητέον. ἔστι δ' ἀπὸ τῆς Σινοέσσης ἐπὶ μὲν τὴν ἑξῆς παραλίαν κόλπος εὐμεγέθης μέχρι Μισηνοῦ, κἀκεῖθεν ἄλλος κόλπος πολὺ μείζων τοῦ προτέρου, καλοῦσι δ' αὐτὸν Κρατῆρα, ἀπὸ τοῦ Μισηνοῦ μέχρι τοῦ Ἀθηναίου, δυεῖν ἀκρωτηρίων, κολπούμενον. ὑπὲρ δὲ τούτων τῶν ἠιόνων Καμπανία πᾶσα ἵδρυται, πεδίον εὐδαιμονέστατον τῶν ἁπάντων· περίκεινται δ' αὐτῷ γεωλοφίαι τε εὔκαρποι καὶ ὄρη τά τε τῶν Σαυνιτῶν καὶ τὰ τῶν Ὄσκων. Ἀντίοχος μὲν οὖν φησι τὴν χώραν ταύτην Ὀπικοὺς οἰκῆσαι, τούτους δὲ καὶ Αὔσονας καλεῖσθαι. Πολύβιος δ' ἐμφαίνει δύο ἔθνη νομίζων ταῦτα· Ὀπικοὺς γάρ φησι καὶ Αὔσονας οἰκεῖν τὴν χώραν ταύτην περὶ τὸν Κρατῆρα. ἄλλοι δὲ λέγουσιν, οἰκούντων Ὀπικῶν πρότερον καὶ Αὐσόνων * μετ' ἐκείνους, κατασχεῖν ὕστερον Ὄσκων τι ἔθνος, τούτους δ' ὑπὸ Κυμαίων, ἐκείνους δ' ὑπὸ Τυρρηνῶν ἐκπεσεῖν· διὰ γὰρ τὴν ἀρετὴν περιμάχητον γενέσθαι τὸ πεδίον· δώδεκα δὲ πόλεις ἐγκατοικίσαντας τὴν οἷον κεφαλὴν ὀνομάσαι Καπύην. διὰ δὲ τὴν τρυφὴν εἰς μαλακίαν τραπομένους, καθάπερ τῆς περὶ τὸν Πάδον χώρας ἐξέστησαν, οὕτω καὶ ταύτης παραχωρῆσαι Σαυνίταις, τούτους δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ἐκπεσεῖν. τῆς δ' εὐκαρπίας ἐστὶ σημεῖον τὸ σῖτον ἐνταῦθα γίνεσθαι τὸν κάλλιστον, λέγω δὲ τὸν πύρινον, ἐξ οὗ καὶ ὁ χόνδρος, κρείττων ὢν πάσης καὶ ὀρύζης καὶ ἐν ὀλίγῳ σιτικῆς τροφῆς. ἱστορεῖται δ' ἔνια τῶν πεδίων σπείρεσθαι δι' ἔτους δὶς μὲν τῇ ζειᾷ, τὸ δὲ τρίτον ἐλύμῳ, τινὰ δὲ καὶ λαχανεύεσθαι τῷ τετάρτῳ σπόρῳ. καὶ μὴν τὸν οἶνον τὸν κράτιστον ἐντεῦθεν ἔχουσι Ῥωμαῖοι τὸν Φάλερνον καὶ τὸν Στατανὸν καὶ Καληνόν· ἤδη δὲ καὶ ὁ Σουρεντῖνος ἐνάμιλλος καθίσταται τούτοις, νεωστὶ πειρασθεὶς ὅτι παλαίωσιν δέχεται. ὡς δ' αὔτως εὐέλαιός ἐστι καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸ Οὐέναφρον, ὅμορον τοῖς πεδίοις ὄν.

4. Πόλεις δ' ἐπὶ μὲν τῇ θαλάττῃ μετὰ τὴν Σινόεσσαν Λίτερνον, ὅπου τὸ μνῆμα τὸ Σκιπίωνος τοῦ πρώτου προσαγορευθέντος Ἀφρικανοῦ· διέτριψε γὰρ ἐνταῦθα τὸ τελευταῖον, ἀφεὶς τὰς πολιτείας κατ' ἀπέχθειαν τὴν πρός τινας. παραρρεῖ δὲ ὁμώνυμος τῇ πόλει ποταμός. ὡς δ' αὔτως καὶ Οὐουλτοῦρνος ὁμώνυμός ἐστι τῇ παρ' αὐτὸν πόλει ἐφεξῆς κειμένῃ· ῥεῖ δ' οὗτος διὰ Οὐενάφρου καὶ τῆς Καμπανίας μέσης. ταύταις δ' ἐφεξῆς ἐστι Κύμη, Χαλκιδέων καὶ Κυμαίων παλαιότατον κτίσμα· πασῶν γάρ ἐστι πρεσβυτάτη τῶν τε Σικελικῶν καὶ τῶν Ἰταλιωτίδων. οἱ δὲ τὸν στόλον ἄγοντες, Ἱπποκλῆς ὁ Κυμαῖος καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεύς, διωμολογήσαντο πρὸς σφᾶς αὐτούς, τῶν μὲν ἀποικίαν εἶναι, τῶν δὲ τὴν ἐπωνυμίαν· ὅθεν νῦν μὲν προσαγορεύεται Κύμη, κτίσαι δ' αὐτὴν Χαλκιδεῖς δοκοῦσι. πρότερον μὲν οὖν ηὐτύχει· καὶ τὸ Φλεγραῖον καλού-

est, et supra hanc in mediterraneis Samnium [*græce* Sannitis], usque ad Frentanos et Daunios pertingens. Sequuntur deinde ipsi Daunii, et reliquæ gentes ad Siculum usque fretum. Sed prius de Campania dicendum est. A Sinuessa versus reliquam oram maris est sinus usque ad Misenum promontorium bene magnus : inde alius priore multo major, Craterem nominant, a Miseno usque ad Minervæ promontorium, duobus his in sinus morem conclusus promontoriis. Super hoc litus universa sita est Campania, regio omnium felicissima : circum eam jacent quum tumuli terræ fertiles tum Samnitum Oscorumque montes. Antiochus ab Opicis habitatam fuisse eam regionem narrat, qui iidem et Ausones appellarentur. At Polybius significat se pro duabus diversis gentibus eos habere : Opicos enim ait et Ausones terram hanc, quæ est circa Craterem, incolere. Alii tradunt, primum eam regionem Opicos, deinde Ausones, tandem Oscam quandam gentem tenuisse, postea hanc a Cumanis pulsam, illos ab Etruscis ejectos fuisse : etenim ob præstantiam campos illos multis fuisse certaminibus expetitos : Etruscos, quum duodecim ibi urbes condidissent, quæ earum quasi caput esset, ea de causa Capuam nuncupasse. Eosdem, quum per luxuriam ad mollitiem sese transdidissent, quemadmodum et regione ad Padum sita pulsi fuerunt, ita Campania quoque cessisse Samnitibus [*gr.* Sannitis, *codd. hic* Sannitis], quos Romani postmodo inde profligaverint. Fertilitatis indicium est quod frumentum ibi nascitur præstantissimum, triticum inquam, ex quo alica fit omni præstantior oryza, omnique fere alio frumentario alimento. Traditum memoriæ est quædam Campaniæ arva toto anno conseri, bis zea, tertium panico; quædam etiam quarto satu olera producere. Quin et vinum optimum hinc habent Romani, Falernum, Statanum, Calenum [*codd.* Calanum] : quibus hodie Surrentinum quoque non cedit, quod ætatem ferre nuper est exploratum. Nec minus olei ferax est tota Venafrana regio, campis istis contigua.

4. Urbes Campaniæ ad mare sunt, post Sinuessam, Liternum, ubi sepulchrum est Scipionis, ejus qui primus Africanus appellatus est. Ibi enim vitæ extrema tempora transegit, omissa ob inimicitias cum quibusdam ipsi intercedentibus reipublicæ tractatione. Urbem alluit ejusdem nominis fluvius. Eodem modo Vulturnus quoque urbs est ejusdem nominis cum amne ipsam præterlabente, qui per Venafrum et mediam Campaniam fluit. Has subsequuntur Cumæ [*gr.* Cyme], Chalcidensium et Cumæorum colonia vetustissima : est enim hæc omnium Sicularum et Italicarum urbium antiquissima. Ductores classis Hippocles Cumæus, et Megasthenes Chalcidensis, inter se pepigerant, ut alterius colonia esset, alterius appellatio coloniæ : itaque urbs Cumæ nomen gerit, condita autem a Chalcidensibus fertur. Atque ab initio quidem urbs ea fortunata fuit; et quæ de Phlegræis campis fabulantur ac re ibi cum Gi

μενον πεδίον, ἐν ᾧ τὰ περὶ τοὺς Γίγαντας μυθεύουσιν, οὐκ ἄλλοθεν, ὡς εἰκός, ἀλλ' ἐκ τοῦ περιμάχητον τὴν γῆν εἶναι δι' ἀρετήν· ὕστερον δ' οἱ Καμπανοὶ κύριοι καταστάντες τῆς πόλεως ὕβρισαν εἰς τοὺς ἀνθρώπους πολλά· καὶ δὴ καὶ ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν συνῴκησαν αὐτοί. ὅμως δ' οὖν ἔτι σώζεται πολλὰ ἴχνη τοῦ Ἑλληνικοῦ κόσμου καὶ τῶν νομίμων. ὠνομάσθαι δ' ἔνιοι Κύμην ἀπὸ τῶν κυμάτων φασί· ῥαχιώδης γὰρ καὶ προσεχὴς ὁ πλησίον αἰγιαλός. εἰσὶ δὲ καὶ κητεῖαι παρ' αὐτοῖς ἄρισται. ἐν δὲ τῷ κόλπῳ τούτῳ καὶ ὕλη τίς ἐστι θαμνώδης, ἐπὶ πολλοὺς ἐκτεινομένη σταδίους, ἄνυδρος καὶ ἀμμώδης, ἣν Γαλλιναρίαν ὕλην καλοῦσιν. ἐνταῦθα δὴ ληστήρια συνεστήσαντο οἱ Πομπηίου Σέξτου ναύαρχοι, καθ' ὃν καιρὸν Σικελίαν ἀπέστησεν ἐκεῖνος.

5. Πλησίον δὲ τῆς Κύμης τὸ Μισηνὸν ἀκρωτήριον καὶ ἐν τῷ μεταξὺ Ἀχερουσία λίμνη, τῆς θαλάττης ἀνάχυσίς τις τεναγώδης. κάμψαντι δὲ τὸ Μισηνὸν λιμὴν εὐθὺς ὑπὸ τῇ ἄκρᾳ, καὶ μετὰ τοῦτον ἐγκολπίζουσα ᾐὼν εἰς βάθος, ἐν ᾗ αἱ Βαΐαι καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα τὰ καὶ πρὸς τρυφὴν καὶ πρὸς θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια. ταῖς δὲ Βαΐαις συνεχὴς ὅ τε Λοκρῖνος κόλπος, καὶ ἐντὸς τούτου ὁ Ἄορνος, χερρόνησον ποιῶν τὴν ἀπολαμβανομένην μέχρι Μισηνοῦ γῆν ἀπὸ (τῆς πελαγίας) τῆς μεταξὺ Κύμης καὶ αὐτοῦ. λοιπὸς γάρ ἐστιν ὀλίγων σταδίων ἰσθμὸς διὰ τῆς διώρυγος ἐπ' αὐτὴν Κύμην, καὶ τὴν πρὸς αὐτὴν θάλατταν. ἐμύθευον δ' οἱ πρὸ ἡμῶν ἐν τῷ Ἀόρνῳ τὰ περὶ τὴν νέκυιαν τὴν Ὁμηρικήν· καὶ δὴ καὶ νεκυομαντεῖον ἱστοροῦσιν ἐνταῦθα γενέσθαι καὶ Ὀδυσσέα εἰς τοῦτ' ἀφικέσθαι. ἔστι δ' ὁ μὲν Ἄορνος κόλπος ἀγχιβαθὴς καὶ ἀρτίστομος, λιμένος καὶ μέγεθος καὶ φύσιν ἔχων, χρείαν δ' οὐ παρεχόμενος λιμένος διὰ τὸ προκεῖσθαι τὸν Λοκρῖνον κόλπον προσβραχῆ καὶ πολύν. περικλείεται δ' Ἄορνος ὀφρύσιν ὀρθίαις, ὑπερκειμέναις πανταχόθεν πλὴν τοῦ εἴσπλου, νῦν μὲν ἡμέρως ἐκπεπονημέναις, πρότερον δὲ συνηρεφέσιν ἀγρίᾳ ὕλῃ μεγαλοδένδρῳ καὶ ἀβάτῳ, αἳ κατὰ δεισιδαιμονίαν κατάσκιον ἐποίουν τὸν κόλπον. προσεμύθευον δ' οἱ ἐπιχώριοι καὶ τοὺς ὄρνεις τοὺς ὑπερπετεῖς γινομένους καταπίπτειν εἰς τὸ ὕδωρ, φθειρομένους ἀπὸ τῶν ἀναφερομένων ἀέρων, καθάπερ ἐν τοῖς Πλουτωνίοις. καὶ τοῦτο [τὸ] χωρίον Πλουτώνιόν τι ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς Κιμμερίους ἐνταῦθα λέγεσθαι· καὶ εἰσέπλεόν γε οἱ προθυσόμενοι καὶ ἱλασόμενοι τοὺς καταχθονίους δαίμονας, ὄντων τῶν ὑφηγουμένων τὰ τοιάδε ἱερέων, ἠργολαβηκότων τὸν τόπον. ἔστι δὲ πηγή τις αὐτόθι ποταμίου ὕδατος ἐπὶ τῇ θαλάττῃ· τούτου δ' ἀπείχοντο πάντες, τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ νομίσαντες· καὶ τὸ μαντεῖον ἐνταῦθά που ἵδρυτο· τόν τε Πυριφλεγέθοντα ἐκ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἐτεκμαίροντο τῶν πλησίον καὶ τῆς Ἀχερουσίας. Ἔφορος δὲ τοῖς Κιμμερίοις προσοικειῶν τὸν τόπον φησὶν αὐτοὺς ἐν καταγείοις οἰκίαις οἰκεῖν, ἃς καλοῦσιν ἀργίλλας, καὶ διά τινων ὀρυγμάτων παρ' ἀλλήλους τε φοιτᾶν καὶ τοὺς ξένους

gantibus gesta, non aliunde videntur orta, quam quod eam regionem ob soli virtutem multi sibi certatim vindicarent. Postea temporis Campani, urbe ea in suam redacta potestatem, quum alias multas contumeliosas injurias civibus intulerunt, tum cum eorum uxoribus ipsi habitaverunt. Attamen etiamnum multa Græcæ constitutionis supersunt vestigia, et sacrorum atque institutorum. Sunt qui Cumam a fluctibus (*græce* kymasi) nominatam putent; contiguum enim litus scopulosi instar dorsi mari objectum est. Est et optima piscatio cetorum apud eos. In eodem sinu silva quædam est arbustis consita, stadiûm non paucorum longitudine, aquæ inops et arenosa, quam silvam Gallinariam appellant. Ibi præsides navium Sexti Pompeii prædonum copiam contraxerunt, quo tempore Siciliam is ad defectionem pertraxit.

5. Cumis vicinum est Misenum promontorium, in medio vero Acherusia (sive Acherontia) palus, cœnosa quædam maris effusio. Postquam Misenum circumflexeris, statim sub ipso promontorio portus [*codd.* palus] exsistit, indeque litus profunditate immensa in sinum reducitur; quo in litore Baiæ sunt et calidæ aquæ quum ad luxum, tum ad morborum sanationem idoneæ. Baiis autem contiguus est Lucrinus sinus, eoque interior lacus Avernus [*gr.* Aornos], qui id terræ, quod usque ad Misenum inter ipsum ac Cumas intercipitur, in peninsulæ formam redigit : superest enim isthmus paucorum stadiorum juxta cuniculum [?]ad Cumas et mare eis contiguum porrectus. Qui nos ætate antecesserunt, Necyiæ Homericæ fabulas Averno applicaverunt, atque narrant ibi fuisse oraculum, ubi vita defuncti responsa darent, et ad hoc Ulyssem advenisse. Est autem sinus Avernus profundus, faucibusque angustis instructus, neque ei, ut portus haberetur, vel a natura loci vel a magnitudine quidquam deest, attamen portus usum non præstat, quia ante eum sinus Lucrinus vadosus et latus jacet. Circumcluditur Avernus montibus arduis et undique, præterquam in aditu, imminentibus, qui nunc quidem coluntur, olim autem silva horrida et inaccessa altissimarum arborum obsiti erant, quæ sinum ipsum obumbrantes superstitioni inserviebant. Fabulantur etiam accolæ, aves quæ sinum supervolarent, in aquam decidere, aeris exhalatione exanimatas, ut fit in locis quæ Plutonia dicuntur (*atque inde Aornon, i. e. sine avibus, sive avibus transitum non præbentem, dictum*). Etiam Avernum esse Plutonium putabant, ibique Cimmerios habitare dici; ideoque intro navigabant qui sacrificiis deos manes placare vellent, quum essent sacerdotes, qui conducto isto loco talia sacra docebant administrabantque. Ibidem et fons est aquæ fluvialis ad ipsum mare : qua omnes abstinebant, Stygis aquam esse putantes. Ibidemque alicubi oraculum collocatum erat, et Pyriphlegethontem hic esse, ex aquis calidis vicinis et Acherusia (palude) æstimant. Ephorus vero Cimmeriis locum illum ascribens, hos habitare ait in subterraneis ædificiis, quas argillas vocant, ac per fossas quasdam inter se commeare, hospitesque eadem via ad

εἰς τὸ μαντεῖον δέχεσθαι, πολὺ ὑπὸ γῆς ἱδρυμένον· ζῆν δ' ἀπὸ μεταλλείας καὶ τῶν μαντευομένων, καὶ τοῦ βασιλέως ἀποδείξαντος αὐτοῖς συντάξεις. εἶναι δὲ τοῖς περὶ τὸ χρηστήριον ἔθος πάτριον, μηδένα τὸν ἥλιον ὁρᾶν, ἀλλὰ τῆς νυκτὸς ἔξω πορεύεσθαι τῶν χασμάτων· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ποιητὴν περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, ὡς ἄρα

οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται·

ὕστερον δὲ διαφθαρῆναι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ βασιλέως τινός, οὐκ ἀποβάντος αὐτῷ τοῦ χρησμοῦ, τὸ δὲ μαντεῖον ἔτι συμμένειν, μεθεστηκὸς εἰς ἕτερον τόπον. τοιαῦτα μὲν οἱ πρὸ ἡμῶν ἐμυθολόγουν, νυνὶ δὲ τῆς μὲν ὕλης τῆς περὶ τὸν Ἄορνον κοπείσης ὑπὸ Ἀγρίππα, τῶν δὲ χωρίων κατοικοδομηθέντων, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀόρνου διώρυγος ὑπονόμου τμηθείσης μέχρι Κύμης, ἅπαντ' ἐκεῖνα ἐφάνη μῦθος· τοῦ Κοκκηίου τοῦ ποιήσαντος τὴν διώρυγα ἐκείνην (τε καὶ ἐπὶ Νέαν πόλιν ἐκ Δικαιαρχίας ἐπὶ ταῖς Βαίαις) ἐπακολουθήσαντός πως τῷ περὶ τῶν Κιμμερίων ἀρτίως λεχθέντι λόγῳ, τυχὸν ἴσως καὶ πάτριον νομίσαντος τῷ τόπῳ τούτῳ δι' ὀρυγμάτων εἶναι τὰς ὁδούς.

6. Ὁ δὲ Λοκρῖνος κόλπος πλατύνεται μέχρι Βαϊῶν, χώματι εἰργόμενος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης ὀκτασταδίῳ τὸ μῆκος, πλάτος δὲ ἁμαξιτοῦ πλατείας, ὅ φασιν Ἡρακλέα διαχῶσαι, τὰς βοῦς ἐλαύνοντα τὰς Γηρυόνου· δεχόμενον δ' ἐπιπολῆς τὸ κῦμα τοῖς χειμῶσιν, ὥστε μὴ πεζεύεσθαι ῥᾳδίως, Ἀγρίππας (δὲ) ἐπεσκεύασεν. εἴσπλουν δ' ἔχει πλοίοις ἐλαφροῖς, ἐνορμίσασθαι μὲν ἄχρηστος, τῶν ὀστρέων δὲ θήραν ἔχων ἀφθονωτάτην. ἔνιοι δὲ τοῦτον αὐτὸν τὴν λίμνην εἶναι τὴν Ἀχερουσίαν φασίν, Ἀρτεμίδωρος δὲ αὐτὸν τὸν Ἄορνον. τὰς δὲ Βαίας ἐπωνύμους εἶναι λέγουσι Βαίου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινός, καὶ τὸ Μισηνὸν [Μισηνοῦ]. ἑξῆς δ' εἰσὶν αἱ περὶ Δικαιαρχίαν ἀκταὶ καὶ αὐτὴ ἡ πόλις. ἦν δὲ πρότερον μὲν ἐπίνειον Κυμαίων ἐπ' ὀφρύος ἱδρυμένον, κατὰ δὲ τὴν Ἀννίβα στρατείαν συνῴκισαν Ῥωμαῖοι καὶ μετωνόμασαν Ποτιόλους ἀπὸ τῶν φρεάτων· οἱ δ' ἀπὸ τῆς δυσωδίας τῶν ὑδάτων, ἅπαν τὸ χωρίον ἐκεῖ μέχρι Βαϊῶν καὶ τῆς Κυμαίας ὅτι θείου πλῆρές ἐστι καὶ πυρὸς καὶ θερμῶν ὑδάτων. τινὲς δὲ καὶ Φλέγραν διὰ τοῦτο τὴν Κυμαίαν νομίζουσι κληθῆναι, καὶ τῶν πεπτωκότων γιγάντων τὰ κεραύνια τραύματα ἀναφέρειν τὰς τοιαύτας προχοὰς τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ὕδατος. ἡ δὲ πόλις ἐμπόριον γεγένηται μέγιστον, χειροποιήτους ἔχουσα ὅρμους διὰ τὴν εὐφυΐαν τῆς ἄμμου· σύμμετρος γάρ ἐστι τῇ τιτάνῳ καὶ κόλλησιν ἰσχυρὰν καὶ πῆξιν λαμβάνει. διόπερ τῇ χάλικι καταμίξαντες τὴν ἀμμοκονίαν προβάλλουσι χώματα εἰς τὴν θάλατταν, καὶ κολποῦσι τὰς ἀναπεπταμένας ἠιόνας, ὥστ' ἀσφαλῶς ἐνορμίζεσθαι τὰς μεγίστας ὁλκάδας. ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως εὐθὺς ἡ τοῦ Ἡφαίστου ἀγορά, πεδίον περικεκλειμένον διαπύροις ὀφρύσι, καμινώδεις ἐχούσαις ἀναπνοὰς πολλαχοῦ

oraculum adducere, alte infra terram conditum: victum eos metallis effodiendis [vaticiniis edendis?] quærere, et ab iis accipere, qui oraculum consulunt, ac regem iis constituisse eo nomine stipendium. Porro qui apud oraculum illud degunt, eos, more a majoribus accepto, nunquam videre solem, sed noctu ex hiatibus terræ prodire, ideoque de iis Homerum ita scripsisse (*Od.* Λ, 15):

Neque unquam
illos illustrat radiorum lumine Titan.

Postea temporis Cimmerios fuisse deletos a rege quodam, cujus eventa oraculum non comprobassent: sed sedem oraculi alio translatam etiamnum durare. Atque hæc quidem fabulati sunt prisci. Nostra vero tempestate, quum silvam quæ circa Avernum fuit, cecidisset Agrippa, et loca ædificiis occupata essent, actusque infra Avernum Cumas usque cuniculus, omnia ista fabulas esse liquido apparuit: Cocceio, qui cuniculum istum duxit, [et alium a Dicæarchia (sive Puteolis) ad Neapolin supra Baias tendentem,] fere fabulam istam de Cimmeriis modo relatam sequente, ac fortasse etiam arbitrante, loco huic ex antiqua consuetudine convenire ut per fossas viæ ducantur.

6. Porro Lucrinus sinus in latum producitur usque ad Baias, interclusus ab externo mari aggere longo stadia octo, tantaque latitudine, quantam lati currus orbita occupat. Eum aggerem aiunt ab Hercule factum, dum Geryonis boves abigeret. Quum autem tempestatibus mare agitantibus undas multis locis admitteret, difficulterque terrestri itinere posset peragrari, ab Agrippa est quod deerat structuræ additum. Naves admittit leves, stationi inutilis, sed capturam ostreorum habet copiosissimam. Hunc ipsum Lucrinum lacum esse Acherusiam nonnulli opinantur; Artemidorus ipsum Avernum. Baias nomen habere perhibent a Baio, quem inter Ulyssis socios nominant; et Misenum, a Miseno. Sequuntur ordine litora circa Dicæarchiam, atque ipsa urbs. Fuit ea antiquitus Cumanorum navale, exstructum in supercilio litoris: sed sub tempus Annibalicæ expeditionis Romani coloniam eo deduxerunt, urbemque Puteolos mutato nomine appellarunt, a puteis. Alii autem a fœtore aquarum totam regionem ad Baias usque et agrum Cumanum sic dici censent, quod sulfuris plena est atque ignis et calidarum aquarum; nec desunt qui eam ob causam Cumano agro Phlegræ (sive Campi Phlegræi) nomen inditum fuisse æstiment, et Gigantum ibi occisorum vulnera fulminibus inflicta, igni aquisque ferventibus attribuant. Urbs ea emporium facta est maximum, et habet stationes navium arte exstructas, natura arenæ eam commoditatem præstante, quæ calci proportione respondens, validam conglutinationem atque concretionem suscipit: itaque glareæ cæmentum ex calce et arena conflatum admiscentes, aggeres in mare producunt, sinuantque litoris partes maxime apertas, ita ut subduci tuto possint maximæ onerariæ naves. Urbi protinus imminet Vulcani forum, campus circumquaque inclusus collibus

καὶ βρομώδεις ἱκανῶς· τὸ δὲ πεδίον θείου πλῆρές ἐστι συρτοῦ.

7. Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν ἐστὶ Νεάπολις Κυμαίων· ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν καὶ Πιθηκουσσαίων τινὲς καὶ Ἀθηναίων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο· ὅπου δείκνυται μνῆμα τῶν Σειρήνων μιᾶς, Παρθενόπης, καὶ ἀγὼν συντελεῖται γυμνικὸς κατὰ μαντείαν. ὕστερον δὲ Καμπανῶν τινας ἐδέξαντο συνοίκους διχοστατήσαντες, καὶ ἠναγκάσθησαν τοῖς ἐχθίστοις ὡς οἰκειοτάτοις χρήσασθαι, ἐπειδὴ τοὺς οἰκείους ἀλλοτρίους ἔσχον. μηνύει δὲ τὰ τῶν δημάρχων ὀνόματα, τὰ μὲν πρῶτα Ἑλληνικὰ ὄντα, τὰ δ' ὕστερα τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀναμὶξ τὰ Καμπανικά. πλεῖστα δ' ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται, γυμνάσιά τε καὶ ἐφηβεῖα καὶ φρατρίαι καὶ ὀνόματα Ἑλληνικά, καίπερ ὄντων Ῥωμαίων. νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς, μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα. ἔστι δὲ καὶ ἐνθάδε διῶρυξ κρυπτή, τοῦ μεταξὺ ὄρους τῆς τε Δικαιαρχίας καὶ τῆς Νεαπόλεως ὑπεργασθέντος ὁμοίως, ὥσπερ ἐπὶ τὴν Κύμην, ὁδοῦ τε ἀνοιχθείσης ἐναντίοις ζεύγεσι πορευτῆς ἐπὶ πολλοὺς σταδίους· τὰ δὲ φῶτα ἐκ τῆς ἐπιφανείας τοῦ ὄρους, πολλαχόθεν ἐκκοπεισῶν θυρίδων, διὰ βάθους πολλοῦ κατάγεται. ἔχει δὲ καὶ ἡ Νεάπολις θερμῶν ὑδάτων ἐκβολὰς καὶ κατασκευὰς λουτρῶν οὐ χείρους τῶν ἐν Βαίαις, πολὺ δὲ τῷ πλήθει λειπομένας· ἐκεῖ γὰρ ἄλλη πόλις γεγένηται, συνῳκοδομημένων βασιλείων ἄλλων ἐπ' ἄλλοις, οὐκ ἐλάττων τῆς Δικαιαρχίας. ἐπιτείνουσι δὲ τὴν ἐν Νεαπόλει διαγωγὴν τὴν Ἑλληνικὴν οἱ ἐκ τῆς Ῥώμης ἀναχωροῦντες δεῦρο ἡσυχίας χάριν τῶν ἀπὸ παιδείας ἐργασαμένων ἢ καὶ ἄλλων, διὰ γῆρας ἢ ἀσθένειαν ποθούντων ἐν ἀνέσει ζῆν· καὶ τῶν Ῥωμαίων δ' ἔνιοι χαίροντες τῷ βίῳ τούτῳ, θεωροῦντες τὸ πλῆθος τῶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀγωγῆς ἐπιδημούντων ἀνδρῶν, ἄσμενοι φιλοχωροῦσι καὶ ζῶσιν αὐτόθι.

8. Ἐχόμενον δὲ φρούριόν ἐστιν Ἡράκλειον, ἐκκειμένην εἰς τὴν θάλατταν ἄκραν ἔχον, καταπνεομένην Λιβὶ θαυμαστῶς, ὥσθ' ὑγιεινὴν ποιεῖν τὴν κατοικίαν. Ὄσκοι δ' εἶχον καὶ ταύτην καὶ τὴν ἐφεξῆς Πομπηΐαν, ἣν παραρρεῖ ὁ Σάρνος ποταμός, εἶτα Τυρρηνοὶ καὶ Πελασγοί, μετὰ ταῦτα δὲ Σαυνῖται· καὶ οὗτοι δ' ἐξέπεσον ἐκ τῶν τόπων. Νώλης δὲ καὶ Νουκερίας καὶ Ἀχερρῶν, ὁμωνύμου κατοικίας τῆς περὶ Κρέμωνα, ἐπίνειόν ἐστιν ἡ Πομπηΐα, παρὰ τῷ Σάρνῳ ποταμῷ καὶ δεχομένῳ τὰ φορτία καὶ ἐκπέμποντι. ὑπέρκειται δὲ τῶν τόπων τούτων ὄρος τὸ Οὐεσούιον, ἀγροῖς περιοικούμενον παγκάλοις πλὴν τῆς κορυφῆς· αὕτη δ' ἐπίπεδος μὲν πολὺ μέρος ἐστίν, ἄκαρπος δ' ὅλη, ἐκ δὲ τῆς ὄψεως τεφρώδης, καὶ κοιλάδας φαίνει σηραγγώδεις πετρῶν αἰθαλωδῶν κατὰ τὴν χρόαν, ὡς ἂν ἐκβεβρωμένων ὑπὸ πυρός· ὡς τεκμαίροιτ' ἄν τις τὸ χωρίον τοῦτο καίεσθαι πρότερον καὶ ἔχειν κρατῆρας πυρός, σβεσθῆναι δ' ἐπιλιπούσης τῆς ὕλης. τάχα δὲ καὶ τῆς εὐκαρπίας τῆς

ignitis, quæ passim tanquam e caminis incendium magno cum fremitu exspirant : campus autem sulfure tractili est plenus.

7. Post Dicæarchiam est Neapolis Cumæorum : postea temporis et Chalcidensium nonnulli, et Pithecussæorum, et Atheniensium immigrarunt, unde urbi hoc nomen factum. Ostenditur ibi monumentum Parthenopes, unius Sirenum : et jussu oraculi gymnicum certamen celebratur. Aliquanto post, obortis dissidiis, Campanos quosdam in urbem civium loco receperunt : coactique sunt inimicissimos loco familiarissimorum habere, quum suos a se abalienassent. Argumento rei sunt nomina demarchorum (qui sunt urbani magistratus) principio Græca, posterioribus temporibus Campanica Græcis permixta. Plurima tamen ibi Græcorum institutorum supersunt vestigia, ut gymnasia, epheborum cœtus, phratriæ, et Græca nomina, quum sint tamen Romani. Nostro tempore sacrum quinquennale certamen musicum et gymnicum per aliquot dies apud eos agitur, ludis Græcorum nobilissimis æmulum. Est et hic cuniculus occultus, per montem inter Puteolos ac Neapolim situm actus eodem modo, quo illum Cumas versum diximus fuisse ductum; viaque stadiorum multorum longitudine aperta est, in qua decedere jumenta invicem occurrentia possunt; lumenque, incisis passim in montis superficiem fenestris, per magnam altitudinem demittitur. Habet Neapolis etiam calidarum aquarum scaturigines, et balneorum apparatus Baianis non deteriores, sed numero longe pauciores : nam apud Baias nova urbs construitur, non minor Puteolis, aliis subinde supra alias regiis villis ibi ædificatis. Vitæ autem Græcanica ratio ut Neapoli permaneat atque etiam augeatur faciunt qui eo Roma secedunt in otium, sive qui per doctrinam et litteras rem fecerunt sive aliis modis, ob senectutem aut corporis imbecillitatem cupientes vitam faciliorem degere; et Romanorum nonnulli hoc vitæ genere gaudentes, ubi vident multitudinem hominum qui ejus instituti causa ibi versantur, lubentes locum eum amplectuntur, ibique victitant.

8. Neapolin proxime sequitur Herculanium [*gr.* Heraclion] castellum, cui adjacet promontorium in mare porrectum, quod Africo mirum in modum ita perflatur, ut salutaris inde fiat ibi habitatio. Hoc, et quod proxime sequitur et Sarno amne alluitur, Pompeios [*gr.* Pompeiam, *codd.* Pompaian] tenuerunt olim Osci; deinde Etrusci ac Pelasgi; post hos Samnitæ, qui et ipsi ex illis locis expulsi sunt. Sunt autem Pompeii commune navale Nolæ, Nuceriæ et Acerrarum [*gr.* Acherrarum; *al. codd.* Ancherôn] (cujus nominis aliud quoque oppidum circa Cremonam [*codd.* Creonem] supra retulimus), ad Sarnum fluvium, merces et excipientem et emittentem. Imminet hisce locis Vesuvius mons, agris cinctus optimis, dempto vertice, qui magna sui parte planus quidem, at totus sterilis est, aspectu cinereus, cavernasque ostendens fistularum plenas et lapidum colore fuliginoso, utpote ab igni exesorum; ut conjecturam facere possis, ista loca quondam arsisse et crateras ignis habuisse, deinde, materia deficiente, restincta

κύκλῳ τοῦτ' αἴτιον, ὥσπερ ἐν τῇ Κατάνῃ, φασί, τὸ κατατεφρωθὲν μέρος ἐκ τῆς σποδοῦ τῆς ἀνενεχθείσης ὑπὸ τοῦ Αἰτναίου πυρὸς εὐάμπελον τὴν γῆν ἐποίησεν. ἔχει μὲν γὰρ τὸ λιπαῖνον καὶ τὴν ἐκπυρουμένην βῶλον καὶ τὴν ἐκφέρουσαν τοὺς καρπούς· πλεονάζουσα μὲν οὖν τῷ λίπει πρὸς ἐκπύρωσιν ἐπιτηδεία, καθάπερ ἡ θειώδης πᾶσα, ἐξικμασθεῖσα δὲ καὶ λαβοῦσα σβέσιν καὶ ἐκτέφρωσιν εἰς καρπογονίαν μετέβαλε. συνεχὲς δέ ἐστι τῇ Πομπηίᾳ τὸ Συρρεντὸν τῶν Καμπανῶν, ὅθεν πρόκειται τὸ Ἀθήναιον, ὅ τινες Σειρηνουσσῶν ἀκρωτήριον καλοῦσιν· ἔστι δὲ ἐπ' ἄκρῳ μὲν Ἀθηνᾶς ἱερόν, ἵδρυμα Ὀδυσσέως. διάπλους δ' ἐνθένδε βραχὺς εἰς Καπρέας νῆσον. κάμψαντι δὲ τὴν ἄκραν νησῖδές εἰσιν ἔρημοι πετρώδεις, ἃς καλοῦσι Σειρῆνας. ἐκ δὲ τοῦ πρὸς Συρρεντὸν μέρους ἱερόν τι δείκνυται καὶ ἀναθήματα παλαιὰ τιμώντων τῶν πλησίον [τὸν] τόπον. μέχρι μὲν δεῦρο ἔχει τέλος ὁ κόλπος ὁ Κρατὴρ προσαγορευόμενος, ἀφοριζόμενος δυεῖν ἀκρωτηρίοις βλέπουσι πρὸς μεσημβρίαν, τῷ τε Μισηνῷ καὶ τῷ Ἀθηναίῳ. ἅπας δ' ἐστὶ κατεσκευασμένος τοῦτο μὲν ταῖς πόλεσιν, ἃς ἔφαμεν, τοῦτο δὲ ταῖς οἰκοδομίαις καὶ φυτείαις, αἳ μεταξὺ συνεχεῖς οὖσαι μιᾶς πόλεως ὄψιν παρέχονται.

fuisse. Fortassis hæc etiam causa est fertilitatis locorum circumjacentium; quemadmodum Catanæ (sive Catinæ) perhibent, partes quæ cineribus ab Ætnæo igne sursum egestis fuerunt intectæ, fuisse vini feraces redditas. Habent enim pinguedinem quæ penetrat et glebam quæ igni ardescit, et eam quæ fructus profert: eaque, dum abundat pinguedine, apta est incendio, sicut omne quod sulfureum est; exsiccata autem et restincta ac in cinerem conversa, ad fruges producendas redacta est commoda. Pompeiis contiguum est Surrentum [*codd.* Syreon, Syræon] Campanorum; unde prominet Athenæum (seu Minervæ) promontorium, quod alii Sirenussarum [*codd.* Prenusôn] vocant. Eo in promontorio fanum est Minervæ ab Ulysse conditum, indeque in Capreas insulam brevis trajectus. Ubi id circumflexeris, insulæ occurrunt desertæ et saxosæ, quas Sirenas dicunt. Ea parte quæ Surrento est objecta, templum quoddam monstratur, et donaria vetusta vicinorum qui locum sunt venerati. Atque hic finitur sinus qui Crater appellatur, duobus ad meridiem spectantibus promontoriis inclusus, Miseno et Athenæo. Totus autem adornatus est quum urbibus, quas nominavi, tum villis et plantariis, ita continenter inter se junctis, ut urbis unius speciem præbeant.

Sicilia [*gr.* Sicelia] figuram habet triquetram: itaque et Trinacria a tribus extremitatibus quondam, et postea sono vocis concinniore, Thrinacis [*al. codd.* Thrinacia] denominata fuit. Figuram ejus tria definiunt promontoria: Pelorus [*gr.* Pelorias], qui versus Cænyn et Columnam Rheginorum Fretum efficit; Pachynus, qui contra orientem prominet, Siculoque alluitur mari, et Peloponnesum Cretensemque trajectum respicit; tertium est Lilybæum, Africæ obversum, hibernoque juxta occasui. Laterum,

πλευρῶν, ἃς ἀφορίζουσιν αἱ τρεῖς ἄκραι, δύο μέν εἰσι κοῖλαι μετρίως, ἡ δὲ τρίτη κυρτή, ἡ ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου καθήκουσα πρὸς τὴν Πελωριάδα, ἥπερ μεγίστη ἐστί, σταδίων χιλίων καὶ ἑπτακοσίων, ὡς Ποσειδώνιος εἴρηκε προσθεὶς καὶ εἴκοσι. τῶν δ' ἄλλων ἡ (τ') ἐπὶ Πάχυνον ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου μείζων τῆς ἑτέρας· ἐλαχίστη δὲ ἡ τῷ Πορθμῷ καὶ τῇ Ἰταλίᾳ προσεχής, ἡ ἀπὸ τῆς Πελωριάδος ἐπὶ τὸν Πάχυνον, σταδίων ὅσον χιλίων καὶ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. τὸν δὲ περίπλουν ὁ Ποσειδώνιος σταδίων τετρακοσίων ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις ἀποφαίνει. ἐν δὲ τῇ χωρογραφίᾳ μείζω λέγεται τὰ διαστήματα, κατὰ μέρος διῃρημένα μιλιασμῷ· ἐκ δὲ Πελωριάδος εἰς Μύλας εἴκοσι πέντε· τοσαῦτα δὲ καὶ ἐκ Μυλῶν εἰς Τυνδαρίδα· εἶτα εἰς Ἀγάθυρνον τριάκοντα καὶ τὰ ἴσα εἰς Ἄλαισα, καὶ πάλιν ἴσα εἰς Κεφαλοίδιον· ταῦτα μὲν πολίχνια· εἰς δ' Ἱμέραν ποταμὸν δεκαοκτὼ διὰ μέσης ῥέοντα τῆς Σικελίας, εἶτ' εἰς Πάνορμον τριάκοντα πέντε· δύο δὲ καὶ τριάκοντα εἰς τὸ τῶν Αἰγεστέων ἐμπόριον· λοιπὰ δὲ εἰς Λιλύβαιον τριάκοντα ὀκτώ. ἐντεῦθεν δὲ κάμψαντι ἐπὶ τὸ συνεχὲς πλευρὸν εἰς μὲν τὸ Ἡράκλειον ἑβδομήκοντα πέντε, ἐπὶ δὲ τὸ Ἀκραγαντίνων ἐμπόριον εἴκοσι, καὶ ἄλλα εἴκοσι εἰς Καμάριναν· εἶτ' ἐπὶ Πάχυνον πεντήκοντα. ἔνθεν πάλιν κατὰ τὸ τρίτον πλευρὸν εἰς μὲν Συρακούσας τριάκοντα ἕξ, εἰς δὲ Κατάνην ἑξήκοντα· εἶτ' εἰς Ταυρομένιον τριάκοντα τρία· εἶτ' εἰς Μεσσήνην τριάκοντα. πεζῇ δὲ ἐκ μὲν Παχύνου εἰς Πελωριάδα ἑκατὸν ἑξήκοντα ὀκτώ, ἐκ δὲ Μεσσήνης εἰς Λιλύβαιον τῇ Οὐαλερίᾳ ὁδῷ [διακόσια] τριάκοντα πέντε. ἔνιοι δ' ἁπλούστερον εἰρήκασιν, ὥσπερ Ἔφορος, τόν γε περίπλουν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πέντε. Ποσειδώνιός τε τοῖς κλίμασιν ἀφορίζων τὴν νῆσον, (καὶ) πρὸς ἄρκτον μὲν τὴν Πελωριάδα, πρὸς νότον δὲ Λιλύβαιον, πρὸς ἕω δὲ τὸν Πάχυνον τίθησιν. ἀνάγκη δέ, τῶν κλιμάτων ἐν παραλληλογράμμῳ σχήματι διαστελλομένων, τὰ ἐγγραφόμενα τρίγωνα, καὶ μάλιστα ὅσα σκαληνὰ καὶ ὧν οὐδεμία πλευρὰ [οὐδεμιᾷ] τῶν τοῦ παραλληλογράμμου ἐφαρμόττει, ἀναρμόστως ἔχειν πρὸς τὰ κλίματα διὰ τὴν λόξωσιν. ὅμως δ' οὖν † ἐν τοῖς τῆς Σικελίας τῇ Ἰταλίᾳ πρὸς νότον * κειμένης ἡ Πελωριὰς ἀρκτικωτάτη λέγοιτ' ἂν καλῶς τῶν τριῶν γωνιῶν, ὥσθ' ἡ ἐπιζευγνυμένη ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τὸν Πάχυνον ἐκκείσεται πρὸς ἕω μὲν καὶ πρὸς ἄρκτον βλέπουσα, ποιήσει δὲ τὴν πλευρὰν τὴν πρὸς τὸν Πορθμόν. δεῖ δ' ἐπιστροφὴν μικρὰν λαμβάνειν ἐπὶ χειμερινὰς ἀνατολάς· οὕτω γὰρ ἡ ἠιὼν παρακλίνει προϊοῦσιν ἀπὸ τῆς Κατάνης ἐπὶ τὰς Συρακούσας καὶ τὸν Πάχυνον. δίαρμα δ' ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Παχύνου πρὸς τὸ στόμα τοῦ Ἀλφειοῦ στάδιοι τετρακισχίλιοι. Ἀρτεμίδωρος δ' ἀπὸ τοῦ Παχύνου φήσας ἐπὶ Ταίναρον εἶναι τετρακισχιλίους καὶ ἑξακοσίους, ἀπὸ δ' Ἀλφειοῦ ἐπὶ Παμισὸν χιλίους ἑκατὸν τριάκοντα, παρασχεῖν ἂν δοκεῖ μοι λόγον, μὴ οὐχ ὁμολογούμενα λέγῃ τῷ φήσαντι τετρακισχιλίους εἶναι τοὺς ἐπὶ τὸν Ἀλφειὸν ἀπὸ τοῦ Παχύνου. ἡ δ' ἀπὸ Παχύνου πρὸς

quæ his tribus promontoriis includuntur, duo sunt concava mediocriter, tertium a Lilybæo ad Pelorum curvum est, idemque longissimum, stadiorum mille et septingentorum ut Posidonius dixit, qui et viginti adjecit. De reliquis, id quod a Lilybæo ad Pachynum pertinet, altero majus est (*et mille quingentorum et quinquaginta stadium*) : minimum omnium id, quod Freto et Italiæ adjacet, a Peloro ad Pachynum tendens, stadiorum circiter mille centum et triginta. Ambitum insulæ Posidonius pronunciat, stadiorum quater millium et quadringentorum. At in chorographia majora hæc intervalla ponuntur, distincta per partes in miliaria : a Peloro nempe ad Mylas passuum millia quinque et viginti; totidem a Mylis Tyndaridem: hinc Agathyrnum [*codd.* Agathyrsum] triginta; rursum Alæsam [*codd.* Alæsa] totidem, aliaque triginta inde Cephalœdium (hæc nomina sunt oppidorum) : Himeram tum ad fluvium, qui per mediam fluit Siciliam, millia passuum duodeviginti; hinc Panormum triginta quinque; ad emporium Ægestensium [*al.* Egestæorum] duo et triginta; reliqua sunt ad Lilybæum octo et triginta. Flectenti inde ad continens latus, ad Heracleam sunt septuaginta quinque; ad Agrigentinorum emporium viginti, et alia viginti [*Gelam, rursus viginti*] Camarinam : hinc ad Pachynum quinquaginta. Inde rursum in tertio latere Syracusas triginta sex [*al. cod.* trig. tres, *alius* viginti], Catinam porro sexaginta; inde Tauromenium triginta tria; tum Messanam triginta, [*denique usque ad Pelorum novem*]. Terrestri vero itinere a Pachyno ad Pelorum sunt centum sexaginta et octo; a Messana Lilybœum via Valeria ducenta triginta et quinque. Nonnulli simplicius rem exposuerunt, ut Ephorus, qui Siciliam circumnavigari ait quinque diebus et noctibus : et Posidonius, qui climatibus definiens insulam, Pelorum septentrioni, Lilybæum austro, Pachynum ortui solis opponit. At vero, quum climata parallelogrammorum figura includantur, triangula in iis descripta, præcipue inæqualia, quorumque nullum latus cum parallelogrammi latere ullo in eandem lineam concurrit, propter obliquam eorum figuram climatibus nullo modo congruere posse certum est. Nihilominus tamen, quum Sicilia Italiæ comparata ad austrum sita sit, Pelorum promontorium, trium Siciliæ angulorum maxime versus septentrionem spectare haud male ita dici potest, ut linea inde ad Pachynum perducta orientem et simul septentrionem respiciat, obtendat autem latus suum ad Fretum. Hanc lineam autem oportet nonnihil converti ad ortum hibernum; sic enim litus inclinare deprehendunt Catina Syracusas et Pachynum proficiscentes. Ceterum trajectus a Pachyno ad Alphei ostia est stadiorum quater mille. Artemidorus autem a Pachyno ad Tænarum stadia numerans quater mille et sexcenta, ab Alpheo autem ad Pamisum [*codd.* Amisum] mille centum et triginta, videtur mihi rationes constituere, quibus a Pachyno ad Alpheum quater mille stadia numerantibus contradicatur. At linea a Pachyno ad Lily-

Λιλύβαιον, ἑσπεριώτερον δὲ τῆς Πελωριάδος (ἱκανῶς) ἐστιν, ἱκανῶς ἂν καὐτὴ λοξοῖτο ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ σημείου πρὸς τὴν ἑσπέραν, βλέποι δὲ ἂν ἅμα πρός τε τὴν ἕω καὶ πρὸς τὸν νότον, τῇ μὲν ὑπὸ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους κλυζομένη, τῇ δ' ὑπὸ τοῦ Λιβυκοῦ τοῦ πρὸς τὰς Σύρτεις διήκοντος ἀπὸ τῆς Καρχηδονίας. ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου τοὐλάχιστον δίαρμα ἐπὶ Λιβύην χίλιοι καὶ πεντακόσιοι περὶ Καρχηδόνα· καθ' ὃ δὴ λέγεταί τις τῶν ὀξυδορκούντων ἀπό τινος σκοπῆς ἀπαγγέλλειν τὸν ἀριθμὸν τῶν [ἀν]αγομένων ἐκ Καρχηδόνος σκαφῶν τοῖς ἐν Λιλυβαίῳ. ἀπὸ δὲ τοῦ Λιλυβαίου τὴν ἐπὶ Πελωριάδα πλευρὰν ἀνάγκη λοξοῦσθαι πρὸς ἕω καὶ βλέπειν πρὸς τὸ μεταξὺ τῆς ἑσπέρας καὶ τῆς ἄρκτου, πρὸς ἄρκτον μὲν ἔχουσαν τὴν Ἰταλίαν, πρὸς δύσιν δὲ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος καὶ τὰς Αἰόλου νήσους.

2. Πόλεις δ' εἰσὶ κατὰ μὲν τὸ πλευρὸν τὸ ποιοῦν τὸν Πορθμὸν Μεσσήνη πρῶτον, ἔπειτα Ταυρομένιον καὶ Κατάνη καὶ Συράκουσαι· αἱ δὲ μεταξὺ Κατάνης καὶ Συρακουσῶν ἐκλελοίπασι, Νάξος καὶ Μέγαρα, ὅπου καὶ αἱ τῶν ποταμῶν ἐκβολαὶ συνελθοῦσαι πάντων καταρρεόντων ἐκ τῆς Αἴτνης εἰς εὐλίμενα στόματα· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ τῆς Ξιφωνίας ἀκρωτήριον. φησὶ δὲ ταύτας Ἔφορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἑλληνίδας ἐν Σικελίᾳ [δε]κάτῃ γενεᾷ μετὰ τὰ Τρωικά· τοὺς γὰρ πρότερον δεδιέναι τὰ ληστήρια τῶν Τυρρηνῶν καὶ τὴν ὠμότητα τῶν ταύτῃ βαρβάρων, ὥστε μηδὲ κατ' ἐμπορίαν πλεῖν. Θεοκλέα δ' Ἀθηναῖον παρενεχθέντα ἀνέμοις εἰς τὴν Σικελίαν κατανοῆσαι τήν τε οὐδένειαν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς γῆς, ἐπανελθόντα δὲ Ἀθηναίους μὲν μὴ πεῖσαι, Χαλκιδέας δὲ τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ συχνοὺς παραλαβόντα καὶ τῶν Ἰώνων τινάς, ἔτι δὲ Δωριέων, [ὧν] οἱ πλείους ἦσαν Μεγαρεῖς, πλεῦσαι· τοὺς μὲν οὖν Χαλκιδέας κτίσαι Νάξον, τοὺς δὲ Δωριέας Μέγαρα, τὴν Ὕβλαν πρότερον καλουμένην. αἱ μὲν οὖν πόλεις οὐκέτ' εἰσί, τὸ δὲ τῆς Ὕβλης ὄνομα συμμένει διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ Ὑβλαίου μέλιτος.

3. Τῶν δὲ συμμενουσῶν κατὰ τὸ λεχθὲν πλευρὸν πόλεων ἡ μὲν Μεσσήνη τῆς Πελωριάδος ἐν κόλπῳ κεῖται, καμπτομένης ἐπὶ πολὺ πρὸς ἕω καὶ μασχάλην τινὰ ποιούσης· ἀπέχει δὲ τοῦ μὲν Ῥηγίου δίαρμα ἑξηκονταστάδιον, τῆς δὲ στυλίδος πολὺ ἔλαττον. κτίσμα δ' ἐστὶ Μεσσηνίων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, παρ' ὧν τοὔνομα μετήλλαξε, καλουμένη Ζάγκλη πρότερον διὰ τὴν σκολιότητα τῶν τόπων (ζάγκλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ σκολιόν), Ναξίων οὖσα πρότερον κτίσμα τῶν πρὸς Κατάνην· ἐπῴκησαν δ' ὕστερον Μαμερτῖνοι, Καμπανῶν τι φῦλον. ἐχρήσαντο δ' ὁρμητηρίῳ Ῥωμαῖοι πρὸς τὸν Σικελικὸν πόλεμον τὸν πρὸς Καρχηδονίους, καὶ μετὰ ταῦτα Πομπήιος ὁ Σέξτος ἐνταῦθα συνεῖχε τὸ ναυτικόν, πολεμῶν πρὸς τὸν Σεβαστὸν Καίσαρα, ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὴν φυγὴν ἐποιήσατο, ἐκπεσὼν ἐκ τῆς νήσου. δείκνυται δὲ καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τῷ πόρῳ, βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι

bæum, quod magis quam Pelorum promontorium occasum versus situm est, satis et ipsa a meridiano puncto ad occasum incurvari, simulque et ad ortum et ad austrum respicere videtur, quum ab una parte Siculo alluatur mari, ab altera Africo, qui a Carthaginiensium finibus ad Syrtes pertingit. Trajectus in Africam brevissimus a Lilybæo quoque promontorio circa Carthaginem est mille quingentûm stadiorum, tantoque intervallo quidam dicitur acie oculorum insigni præditus e specula quadam numerum navium Carthagine solventium observasse, atque iis, qui Lilybæi aderant, nunciasse. Latus quod a Lilybæo ad Pelorum est, necessario incurvatur versus ortum, et ea respicit, quæ inter occasum sunt et septentrionem, ut septentrionem versus habeat Italiam, ad occasum autem mare Tyrrhenum et Æoli insulas.

2. Urbes Siciliæ eo in latere sitæ, quod Fretum conficit, sunt Messana [*græce* Messene; *unus cod.* Messine], Tauromenium, Catina [*græce* Catana], Syracusæ. Quæ Catinam inter et Syracusas fuerunt urbes, perierunt, Naxus, et Megara, ubi omnium ab Ætna defluentium fluviorum ostia conveniunt, portusque commodos efficiunt. Ibi etiam est Xiphoniæ promontorium. Ephorus scribit has primas omnium in Sicilia civitates Græcas decima post Trojanum bellum ætate conditas fuisse. Antiquiores enim Tyrrhenorum latrocinia et barbarorum has regiones incolentium crudelitatem ita reformidasse, ut ne mercaturæ quidem faciundæ gratia in Siciliam navigaverint. Theoclem vero Atheniensem ventorum vi eo delatum, quum incolarum vilitatem, tum insulæ virtutem explorasse; et domum reversus, quum Atheniensibus, ut coloniam in eam deducerent, non persuaderet, magno Chalcidensium Eubœam habitantium numero ascito, nec non Ionum, Doriensiumque, quorum major pars Megarenses erant, in Siciliam navigasse; ac Chalcidenses quidem Naxum, Dorienses Megara (sive Megaram) condidisse, cui urbi prius nomen fuerat Hyblæ. Urbes quidem illæ destructæ sunt, Hyblæ tamen nomen ob Hyblaei mellis præstantiam perdurat.

3. Ex urbibus quæ in prædicto latere adhuc exstant, Messana [*unus cod.* Messine] sita est in sinu Pelori, valde versus orientem inflexo, et axillæ formam exhibente. Distat a Rhegio stadiorum sexaginta trajectu, vicinior est autem Columnæ. Condita est hæc urbs a Messeniis Peloponnesiacis, a quibus et nomen novum accepit, quum antea ob locorum obliquitatem (nam *Zanklion* est obliquum) Zancle diceretur, condita a Naxiis qui terram circa Catinam incolebant. Postea temporis Mamertini, gens quædam e Campania, eam inhabitavit. Romani ea usi sunt in bello Siculo contra Carthaginienses pro receptaculo; et insequenti tempore Sextus Pompeius bellum contra Augustum Cæsarem gerens, ibi classem suam continuit, et Sicilia ejectus, inde fugam instituit. Paulo ante urbem in freto Charybdis ostenditur, gurges miræ profunditatis, in quem æstus Freti

τοῦ Πορθμοῦ κατάγουσιν εὐφυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δίνης μεγάλης· καταποθέντων δὲ καὶ διαλυθέντων τὰ ναυάγια παρασύρεται πρὸς ἠιόνα τῆς Ταυρομενίας, ἣν καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος τούτου Κοπρίαν. τοσοῦτον δ' ἐπεκράτησαν οἱ Μαμερτῖνοι παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, ὥστ' ἐπ' ἐκείνοις ὑπῆρξεν ἡ πόλις· καλοῦσι δὲ Μαμερτίνους μᾶλλον ἅπαντες αὐτοὺς ἢ Μεσσηνίους, εὐοίνου τε σφόδρα τῆς χώρας οὔσης, οὐ Μεσσήνιον καλοῦσι τὸν οἶνον, ἀλλὰ Μαμερτῖνον, τοῖς ἀρίστοις ἐνάμιλλον ὄντα τῶν Ἰταλικῶν. οἰκεῖται δ' ἱκανῶς ἡ πόλις, μᾶλλον δὲ Κατάνη· καὶ γὰρ οἰκήτορας δέδεκται Ῥωμαίους· ἧττον δ' ἀμφοῖν τὸ Ταυρομένιον. καὶ Κατάνη δ' ἐστὶ Ναξίων τῶν αὐτῶν κτίσμα, Ταυρομένιον δὲ τῶν ἐν Ὕβλῃ Ζαγκλαίων· ἀπέβαλε δὲ τοὺς οἰκήτορας τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἡ Κατάνη, κατοικίσαντος ἑτέρους Ἱέρωνος τοῦ Συρακουσίων τυράννου καὶ προσαγορεύσαντος αὐτὴν Αἴτνην ἀντὶ Κατάνης. ταύτης δὲ καὶ Πίνδαρος κτίστορα λέγει αὐτόν, ὅταν φῇ·

ξύνες [ὅ] τοι λέγω, ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε πάτερ,
κτίστορ Αἴτνας.

κατὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ Ἱέρωνος κατελθόντες οἱ Καταναῖοι τούς τε ἐνοίκους ἐξέβαλον καὶ τὸν τάφον ἀνέσκαψαν τοῦ τυράννου. οἱ δὲ Αἰτναῖοι παραχωρήσαντες τὴν Ἴννησαν καλουμένην τῆς Αἴτνης ὀρεινὴν ᾤκησαν καὶ προσηγόρευσαν τὸ χωρίον Αἴτνην, διέχον τῆς Κατάνης σταδίους ὀγδοήκοντα, καὶ τὸν Ἱέρωνα οἰκιστὴν ἀπέφηναν. ὑπέρκειται δὲ μάλιστα τῆς Κατάνης ἡ Αἴτνη, καὶ τῶν περὶ τοὺς κρατῆρας παθῶν πλεῖστον κοινωνεῖ· καὶ γὰρ οἱ ῥύακες εἰς τὴν Καταναίαν ἐγγυτάτω καταφέρονται, καὶ τὰ περὶ τοὺς εὐσεβεῖς ἐκεῖ τεθρύληται τὸν Ἀμφίνομον καὶ τὸν Ἀναπίαν, οἳ τοὺς γονέας ἐπὶ τῶν ὤμων ἀράμενοι διέσωσαν ἐπιφερομένου τοῦ κακοῦ. ὅταν, † τῷ Ποσειδώνιος, γίνηται τὰ περὶ τὸ ὄρος, κατατεφροῦται πολλῷ βάθει τὰ Καταναίων χωρία· ἡ μὲν οὖν σποδός, λυπήσασα πρὸς καιρόν, εὐεργετεῖ τὴν χώραν χρόνοις ὕστερον· εὐάμπελον γὰρ παρέχεται καὶ χρηστόκαρπον, τῆς ἄλλης οὐχ ὁμοίως οὔσης εὐοίνου· τάς τε ῥίζας, [ἃς] ἐκφέρει τὰ κατατεφρωθέντα χωρία, πιαίνειν (δ') ἐπὶ τοσοῦτον τὰ πρόβατά φασιν, ὥστε πνίγεσθαι· διόπερ ἐκ τῶν ὤτων ἀφαιροῦσιν αἷμα δι' ἡμερῶν τεσσάρων ἢ πέντε, καθάπερ τοῦτο καὶ κατὰ τὴν Ἐρύθειαν συμβαῖνον εἰρήκαμεν. ὁ δὲ ῥύαξ εἰς πῆξιν μεταβάλλων ἀπολιθοῖ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐφ' ἱκανὸν βάθος, ὥστε λατομίας εἶναι χρείαν τοῖς ἀνακαλύψαι βουλομένοις τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφάνειαν. τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτ' ἀναβληθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν πηλός ἐστι μέλας, ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς· εἶτα πῆξιν λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας, τὴν αὐτὴν φυλάττων χρόαν, ἣν ῥέων εἶχε. καὶ ἡ σποδὸς δὲ καιομένων τῶν λίθων ὡς ἀπὸ τῶν ξύλων γίνεται· καθάπερ οὖν τὸ πήγανον τῇ ξυλίνῃ σποδῷ τρέφεται, τοιοῦτον ἔχειν τι οἰκείωμα πρὸς τὴν ἄμπελον εἰκὸς τὴν Αἰτναίαν σποδόν.

navigia, magno impetu ac turbine circumacta, facile abripiunt et præcipitant; quorum absorptorum et dissipatorum fragmenta ad litus Tauromenitanum ejiciuntur, quod hac de causa Copriam appellant. Mamertini apud Messanenses adeo invaluerunt, ut sub suam potestatem redegerint urbem, incolæque ab omnibus Mamertini potius appellentur, quam Messanii; et quum admodum vini ferax sit ista regio, vinum non Messanium dicitur, sed Mamertinum, quod cum Italicorum vinorum optimo quovis certet. Urbs quidem frequens est, cedit tamen Catinæ [*gr.* Catanæ], quæ Romanos colonos accepit. Tauromenium utraque minus frequentatur. Catina etiam Naxiorum est colonia; Tauromenium autem Zanclæorum qui Hyblæ erant. Pristinos incolas Catina amisit, eo deductis aliis ab Hierone Syracusanorum tyranno, qui et Catinæ nomen in Ætnam mutavit, cujus conditorem eum Pindarus hisce verbis facit :

Audi quæ dico, almorum *hierôn* (*i. e.* sacrorum) cognominis pater,
conditor Ætnæ.

Post mortem autem Hieronis Catinenses [*gr.* Catanæi] reversi novos incolas expulerunt, sepulcrumque tyranni devastarunt. At Ætnæi loco cedentes, Innesam, ut montana Ætnæ vocantur, domicilium sibi occuparunt, locoque Ætnæ nomen imposuerunt, distanti a Catina stadiis octoginta, ejusque oppidi auctorem Hieronem pronunciavere. Mons Ætna Catinæ potissimum supereminet, eamque crateris sui eruptionibus præcipue affligit. Nam et ignitæ massæ in Catinensem agrum vicinum devolvuntur; et facinus piorum filiorum Amphinomi et Anapiæ, qui ingruente malo parentes humeris suis sublatos eripuerunt, isti loco assignatur. Quando, inquit Posidonius, evenit [*codd. corrupte* quando per Neptunum apparet] Ætnæ incendium, Catinensis tum ager profundo obtegitur cinere, qui tempore quidem eo molestus, postea regioni beneficio est : reddit enim eam vinetis lætam, ac bonæ frugis feracem, quum reliquum agri non ita præstet vini productione; radicesque efferunt loca cinere sic oppleta, quibus oves adeo pingues fieri perhibent, ut suffocentur; ideoque quarto aut quinto circiter die sanguinem illis ex auribus detrahunt, quod etiam apud Erytheam fieri declaravimus. (*pag.* 169 *Cas.*) Materia autem ex Ætna fluens ignita adeo concrescit, ut ad haud mediocrem altitudinem soli superficiem in lapidem convertat; quam qui nudare velint, opus habeant lapides scindere. Etenim lapide in crateribus colliquato, ac deinde egesto, humor vertici superfusus cœnum est nigrum per montem deorsum fluens : deinde ubi concrevit, lapis fit molaris, retento eodem, quem fluens habebat, colore. Etiam cinis e lapidibus adustis æque producitur atque e lignis : sicut ergo ruta ligni cinere alitur, ita Ætnæum cinerem vim vites fœcundandi habere probabile est.

4. Τὰς δὲ Συρακούσας Ἀρχίας μὲν ἔκτισεν ἐκ Κορίνθου πλεύσας περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, οἷς ᾠκίσθησαν ἥ τε Νάξος καὶ τὰ Μέγαρα. ἅμα δὲ Μύσκελλόν τέ φασιν εἰς Δελφοὺς ἐλθεῖν καὶ τὸν Ἀρχίαν· χρηστηριαζομένων [δὲ] ἐρέσθαι τὸν θεόν, πότερον αἱροῦνται πλοῦτον, ἢ ὑγίειαν· τὸν μὲν οὖν Ἀρχίαν ἑλέσθαι τὸν πλοῦτον, Μύσκελλον δὲ τὴν ὑγίειαν· τῷ μὲν δὴ Συρακούσας δοῦναι κτίζειν, τῷ δὲ Κρότωνα. καὶ δὴ συμβῆναι Κροτωνιάτας μὲν οὕτως ὑγιεινὴν οἰκῆσαι πόλιν, ὥσπερ εἰρήκαμεν, Συρακούσας δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεσεῖν πλοῦτον, ὥστε καὶ αὐτοὺς ἐν παροιμίᾳ διαδοθῆναι, λεγόντων πρὸς τοὺς ἄγαν πολυτελεῖς, ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακουσίων δεκάτη. πλέοντα δὲ τὸν Ἀρχίαν εἰς τὴν Σικελίαν καταλιπεῖν μετὰ μέρους τῆς στρατιᾶς τοῦ τῶν Ἡρακλειδῶν γένους Χερσικράτη συνοικιοῦντα τὴν νῦν Κέρκυραν καλουμένην, πρότερον δὲ Σχερίαν. ἐκεῖνον μὲν οὖν ἐκβαλόντα Λιβυρνοὺς κατέχοντας οἰκίσαι τὴν νῆσον, τὸν δ' Ἀρχίαν κατασχόντα πρὸς τὸ Ζεφύριον τῶν Δωριέων εὑρόντα τινὰς δεῦρο ἀφιγμένους ἐκ τῆς Σικελίας παρὰ τῶν τὰ Μέγαρα κτισάντων ἀναλαβεῖν αὐτούς, καὶ κοινῇ μετ' αὐτῶν κτίσαι τὰς Συρακούσας † ἀπιόντας· ηὐξήθη δὲ καὶ διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν ἡ πόλις καὶ διὰ τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν. οἵ τε ἄνδρες ἡγεμονικοὶ κατέστησαν, καὶ συνέβη Συρακουσίοις τυραννουμένοις τε δεσπόζειν τῶν ἄλλων καὶ ἐλευθερωθεῖσιν ἐλευθεροῦν τοὺς ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταδυναστευομένους. ἦσαν γὰρ τῶν βαρβάρων οἱ μὲν ἔνοικοι, τινὲς δ' ἐκ τῆς περαίας ἐπῄεσαν, οὐδένα δὲ τῆς παραλίας εἴων οἱ Ἕλληνες ἅπτεσθαι, τῆς δὲ μεσογαίας ἀπείργειν παντάπασιν οὐκ ἴσχυον, ἀλλὰ διετέλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ καὶ Σικανοὶ καὶ Μόργητες καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον, ὧν ἦσαν καὶ Ἴβηρες, οὕσπερ πρώτους φησὶ τῶν βαρβάρων Ἔφορος λέγεσθαι τῆς Σικελίας οἰκιστάς. καὶ τὸ Μοργάντιον δὲ εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων ᾠκίσθαι· πόλις δ' ἦν αὕτη, νῦν δ' οὐκ ἔστιν. ἐπελθόντες δὲ Καρχηδόνιοι καὶ τούτους οὐκ ἐπαύσαντο κακοῦντες καὶ τοὺς Ἕλληνας, ἀντεῖχον δ' ὅμως οἱ Συρακούσιοι. Ῥωμαῖοι δ' ὕστερον καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐξέβαλον καὶ τὰς Συρακούσας ἐκ πολιορκίας εἷλον. ἐφ' ἡμῶν δὲ Πομπηίου τάς τε ἄλλας κακώσαντος πόλεις καὶ δὴ καὶ τὰς Συρακούσας, πέμψας ἀποικίαν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ πολὺ μέρος τοῦ παλαιοῦ κτίσματος ἀνέλαβε. πεντάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιόν, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος. ἅπαντα μὲν δὴ τὸν κύκλον τοῦτον ἐκπληροῦν οὐδὲν ἔδει, τὸ δὲ συνοικούμενον τὸ πρὸς τῇ νήσῳ τῇ Ὀρτυγίᾳ μέρος ᾠήθη δεῖν οἰκίσαι βέλτιον, ἀξιολόγου πόλεως ἔχων περίμετρον· ἡ δ' Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον οὖσα, κρήνην δ' ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν, ἐξιεῖσαν ποταμὸν εὐθὺς εἰς τὴν θάλατταν. μυθεύουσι δὲ τὸν Ἀλφειὸν εἶναι τοῦτον, ἀρχόμενον μὲν ἐκ τῆς Πελοποννήσου, διὰ δὲ τοῦ πελάγους ὑπὸ γῆς τὸ ῥεῖθρον ἔχοντα μέχρι πρὸς τὴν Ἀρέθουσαν, εἶτ' ἐκδιδόντα ἐνθένδε πάλιν εἰς τὴν θάλατταν. τεκμηριοῦνται δὲ

4. Jam Syracusas condidit Archias, sub idem tempus, quo Naxus et Megara conditæ sunt, Corintho navibus advectus. Feruntque simul Delphos advenisse Myscellum et Archiam consulendi oraculi gratia, interrogatosque a deo, divitiasne mallent an sanitatem: Archiam divitias sibi optasse, sanitatem Myscellum; deumque illi ut Syracusas, huic ut Crotonem conderet mandasse. Et quidem Crotoniatis evenisse, ut sic salubrem incolerent urbem, sicut diximus; Syracusanos autem eo opulentiæ progressos, ut etiam vulgatum sit de ipsis proverbium, quod in admodum locupletes dicitur: ne decimam quidem Syracusanorum sumptibus eorum suffecturam. Porro Archiam, quum in Siciliam navigaret, Chersicratem ex Heraclidis ortum ducentem cum exercitus parte reliquisse, qui Corcyram, [*gr.* Cercyram], quæ antea Scheria fuit appellata, occuparet, ibique sedem figeret. Hunc, expulsis qui tunc temporis ibi habitabant Liburnis, insulam obtinuisse; Archiam autem ad Zephyrium appulisse, ibique in Doriensium quosdam, qui, relictis Megarorum conditoribus, e Sicilia eo se contulerant, incidisse, quibus sibi adjunctis sociis Syracusas condidisse. Urbs ea crevit et ob regionis ubertatem et ob portuum opportunitatem. Cives ejus principes insulæ fiebant: et evenit ut Syracusani ipsi tyrannorum imperio parentes aliorum essent domini, et libertatem adepti, alios a barbarorum dominatione liberarent. Barbarorum enim nonnulli indigenæ erant, alii ex continente opposita insulam invadebant; quos quidem Græci a maritimis regionibus arcebant, mediterraneis autem omnino ejicere non valebant: sed manebant adhuc Siculi, Sicani, Morgetes, et nonnulli alii, qui insulam incolerent; quibus addendi sunt etiam Iberes, quos Ephorus primos barbarorum dici [fuisse?] ait qui hanc insulam inhabitarent. Probabile est etiam Morgantium conditum fuisse a Morgetibus, quæ urbs hodie non exstat. Carthaginienses autem adventantes nullum neque Græcos neque barbaros infestandi finem fecerunt: nihilominus tamen Syracusani restiterunt. Romani tandem et Carthaginienses profligaverunt, et Syracusas obsidione in potestatem redegerunt. Nostra ætate, quum inter alias urbes Pompeius Syracusas quoque male affecisset, missa Augustus Cæsar colonia magnam veteris urbis partem restituit. Olim enim Syracusæ quinque urbibus, eodem muro, cujus circuitus centum et octoginta stadiorum erat, cinctis, constabant. Totum istum circulum habitatoribus implere Augustus non opus esse putavit, sed eam tantum partem, ad insulam Ortygiam, quæ habitabatur, majori ædificiorum copia instruendam censuit, quum haud contemnendæ urbis spatium haberet. Ortygia cum continenti vicina ponte conjungitur. Ea insula fontem habet Arethusam, quæ fluvium statim in mare emittit. Hunc fluvium Alpheum esse fabulantur, qui ortus in Peloponneso, per mare sub terram usque ad Arethusam fluat, et inde rursum in mare exeat. Argumenta, quibus fabulam probent, hæc ab iis afferun-

τοιούτοις τισί· καὶ γὰρ φιάλην τινὰ ἐκπεσοῦσαν εἰς τὸν ποταμὸν (ἐνόμισαν) ἐν Ὀλυμπίᾳ δεῦρο ἀνενεχθῆναι εἰς τὴν κρήνην, καὶ θολοῦσθαι ἀπὸ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ βουθυσιῶν. ὅ τε Πίνδαρος ἐπακολουθῶν τούτοις εἴρηκε τάδε·

ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ,
κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος, Ὀρτυγία.

συναποφαίνεται δὲ τῷ Πινδάρῳ ταὐτὰ καὶ Τίμαιος ὁ συγγραφεύς. εἰ μὲν οὖν πρὸ τοῦ συνάψαι τῇ θαλάττῃ κατέπιπτεν ὁ Ἀλφειὸς εἴς τι βάραθρον, ἦν τις ἂν πιθανότης ἐντεῦθεν διήκειν κατὰ γῆς ῥεῖθρον μέχρι τῆς Σικελίας, ἀμιγὲς τῇ θαλάττῃ διασῷζον τὸ πότιμον ὕδωρ· ἐπειδὴ δὲ τὸ τοῦ ποταμοῦ στόμα φανερόν ἐστιν εἰς τὴν θάλατταν ἐκδιδόν, ἐγγὺς δὲ μηδὲν ἐν τῷ πόρῳ τῆς θαλάττης φαινόμενον στόμα τὸ καταπῖνον τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ (καίπερ οὐδ' οὕτως ἂν συμμείναι γλυκύ, ὅμως τό γε ἐπὶ πλέον, εἰ καταδύνοι εἰς τὸ κατὰ γῆς ῥεῖθρον), παντάπασιν ἀμήχανόν ἐστι. τό τε γὰρ τῆς Ἀρεθούσης ὕδωρ ἀντιμαρτυρεῖ, πότιμον ὄν· τό τε διὰ τοσούτου πόρου συμμένειν τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ, μὴ διαχεόμενον τῇ θαλάττῃ, μέχρι ἂν εἰς τὸ πεπλασμένον ῥεῖθρον ἐμπέσῃ, παντελῶς μυθῶδες. μόλις γὰρ ἐπὶ τοῦ Ῥοδανοῦ τοῦτο πιστεύομεν, ᾧ συμμένει τὸ ῥεῦμα διὰ λίμνης ἰόν, ὁρατὴν σῷζον τὴν ῥύσιν· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν καὶ βραχὺ διάστημα καὶ οὐ κυμαινούσης τῆς λίμνης, ἐνταῦθα δέ, ὅπου χειμῶνες ἐξαίσιοι καὶ κλυδασμοί, πιθανότητος οὐδεμιᾶς οἰκεῖος ὁ λόγος. ἐπιτείνει δὲ τὸ ψεῦδος ἡ φιάλη παρατεθεῖσα· οὐδὲ γὰρ αὐτὴ ῥεύματι εὐπειθής, οὐχ ὅπως τοσούτῳ τε καὶ διὰ τοιούτων πόρων φερομένῳ. φέρονται δ' ὑπὸ γῆς ποταμοὶ πολλοὶ καὶ πολλαχοῦ τῆς γῆς, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον διάστημα· εἰ δὲ τοῦτο δυνατόν, τά γε προειρημένα ἀδύνατα καὶ τῷ περὶ τοῦ Ἰνάχου μύθῳ παραπλήσια·

ῥεῖ γὰρ ἀπ' ἄκρας
Πίνδου (φησὶν ὁ Σοφοκλῆς) Λάκμου τ' ἀπὸ Περραιβῶν
εἰς Ἀμφιλόχους καὶ Ἀκαρνᾶνας,
μίσγει δ' ὕδασιν τοῖς Ἀχελῴου·

καὶ ὑποβάς,

ἐνθένδ' εἰς Ἄργος
διὰ κῦμα τεμὼν ἥκει δῆμον
τὸν Λυρκείου,

ἐπιτείνουσι δὲ τὴν τοιαύτην τερατολογίαν οἱ τὸν Ἰνωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τοῦ Νείλου περαιοῦντες. Ἀλφειὸν δὲ Ζωίλος ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ Τενεδίων ἐγκωμίῳ φησὶν ἐκ Τενέδου ῥεῖν, ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων ὡς μυθογράφον. Ἴβυκος δὲ τὸν ἐν Σικυῶνι Ἀσωπὸν ἐκ Φρυγίας ῥεῖν φησι. βελτίων δ' Ἑκαταῖος, ὅς φησι τὸν ἐν τοῖς Ἀμφιλόχοις Ἴναχον ἐκ τοῦ Λακμοῦ ῥέοντα, ἐξ οὗ καὶ ὁ Αἴας ῥεῖ, ἕτερον εἶναι τοῦ Ἀργολικοῦ, ὠνομάσθαι δ' ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ καὶ τὴν πόλιν Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν καλέσαντος· τοῦτον μὲν οὖν οὗτός φησιν εἰς τὸν Ἀχελῷον ἐκβάλλειν, τὸν δὲ Αἴαντα εἰς Ἀπολλωνίαν πρὸς δύσιν ῥεῖν. ἑκατέρωθεν δὲ τῆς νή-

tur: pateram quandam apud Olympiam in Alpheum prolapsam, ad Arethusam fontem fuisse delatam; tum fontem eum turbidum fieri, quando Olympiæ boves immolantur. Atque hæc secutus Pindarus, ita cecinit. (*Nem.* 1, 1):

Alphei requies veneranda,
clararum [*codd.* fontis] Syracusarum germen, Ortygia.

Quin et historiarum scriptor Timæus Pindaro astipulatur. Enimvero, si Alpheus, priusquam mare attingit, in voraginem aliquam decideret, aliquam veri speciem fabula haberet, eum exinde sub terram ad Siciliam usque pervenire, et aquam potabilem marique haud permixtam servare. Quum autem Alphei ostium manifesto in mare exeat, nullaque maris vicina vorago appareat, qua fluvius absorbeatur (quanquam ne sic quidem totus, majore tamen sui parte dulcis maneret, si in terram descenderet), nullo modo id fieri potest. Contrarium enim testatur Arethusæ aqua, quæ potui apta est; et per tantum maris trajectum amnem marinæ aquæ immixtum manere, donec in fictitium illum alveum incidat, omnino fabulosum est. Vix enim hoc de Rhodano credimus, qui per lacum fluens, suo continetur alveo, fluxu etiam oculis manifesto; et tamen spatium id breve est, neque lacus fluctibus agitatur. Hic autem, quum tempestatibus vehementibus undarumque procellis mare crebro fluctuet, nullam veritatis speciem narratio habet. Augetur mendacium etiam addita pateræ mentione: non enim facile ea fluminis cursum sequeretur, nedum tanti ac per tantos meatus [*codd.* montes] fluentis. Sane sub terram labuntur multi amnes, idque evenit in diversis orbis terrarum partibus, at non tanto spatio. Quodsi hoc etiam potest fieri, certe impossibilia sunt quæ ante retulimus, et pariter fabulæ similia sunt, quæ de Inacho Sophocles refert:

Descendit enim a summo jugo
Pindi, Lacmique, et Perrhæbis
et in Amphilochos et Acarnanes;
miscetur et undis Acheloi,

et paulo post:

indeque ad Argos
per maris undas penetrat gentem
Lyrcêi [*codd.* Lyrcii].

Hujusmodi prodigiosa commenta augent qui Inopum e Nilo in Delum derivant. Jam Zoilus rhetor, is qui Homerum tanquam fabularum scriptorem vituperat, in Tenediorum encomio scribit, Alpheum e Tenedo fluere. Ibycus Asopum, qui Sicyone est, ex Phrygia fluere autumat. Melius Hecatæus, qui Inachum Amphilochorum e Lacmo profluentem, unde et Æas labitur, diversum ab Argolico esse affirmat: eique hoc nominis ab Amphilocho impositum, qui urbem quoque Argos Amphilochicum nominarit: jam Inachum in Acheloum incidere ait, Æantem versus occasum ad Apolloniam labi. Ab utraque Ortygiæ parte por-

σου λιμήν ἐστι μέγας, ὧν ὁ μείζων καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἐστί. ταύτην δὲ τὴν πόλιν ἀνέλαβεν ὁ Καῖσαρ καὶ τὴν Κατάνην, ὡς δ' αὔτως Κεντόριπα, συμβαλομένην πολλὰ πρὸς τὴν Πομπηίου κατάλυσιν. κεῖνται δ' ὑπὲρ Κατάνης τὰ Κεντόριπα, συνάπτοντα τοῖς Αἰτναίοις ὄρεσι καὶ τῷ Συμαίθῳ ποταμῷ ῥέοντι εἰς τὴν Καταναίαν.

5. Τῶν δὲ λοιπῶν τῆς Σικελίας πλευρῶν ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ Παχύνου πρὸς Λιλύβαιον διήκουσα ἐκλέλειπται τελέως, ἴχνη τινὰ σώζουσα τῶν ἀρχαίων κατοικιῶν, ὧν ἦν καὶ Καμάρινα, ἄποικος Συρακουσίων· Ἀκράγας δὲ Γελῴων οὖσα καὶ τὸ ἐπίνειον καὶ Λιλύβαιον ἔτι συμμένει. τῇ γὰρ Καρχηδονίᾳ τούτων μάλιστα ὑποπιπτόντων τῶν μερῶν, μακροὶ καὶ συνεχεῖς οἱ πόλεμοι γενόμενοι τὰ πολλὰ κατέφθειραν. ἡ δὲ λοιπὴ καὶ μεγίστη πλευρά, καίπερ οὐδ' αὐτὴ πολυάνθρωπος οὖσα, ὅμως ἱκανῶς συνοικεῖται. καὶ γὰρ Ἄλαισα καὶ Τυνδαρὶς καὶ τὸ τῶν Αἰγεστέων ἐμπόριον καὶ Κεφαλοιδὶς πολίσματά ἐστι· Πάνορμος δὲ καὶ Ῥωμαίων ἔχει κατοικίαν. τὴν δὲ Αἰγεσταίαν κτισθῆναί φασιν ὑπὸ τῶν μετὰ Φιλοκτήτου διαβάντων εἰς τὴν Κροτωνιᾶτιν, καθάπερ ἐν τοῖς Ἰταλικοῖς εἴρηται, παρ' αὐτοῦ σταλέντων εἰς τὴν Σικελίαν μετὰ Αἰγέστου τοῦ Τρωός.

6. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τὴν μὲν Ἔνναν, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος, ἔχουσιν ὀλίγοι, κειμένην ἐπὶ λόφῳ, περιειλημμένην πλάτεσιν ὀροπεδίοις ἀροσίμοις πᾶσαν. ἐκάκωσαν δ' αὐτὴν μάλιστα ἐμπολιορκηθέντες οἱ περὶ Εὔνουν δραπέται, καὶ μόλις ἐξαιρεθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων· ἔπαθον δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ Καταναῖοι καὶ Ταυρομενῖται καὶ ἄλλοι πλείους. † οἰκεῖται δὲ καὶ ὁ Ἔρυξ λόφος ὑψηλός, ἱερὸν ἔχων Ἀφροδίτης τιμώμενον διαφερόντως, ἱεροδούλων γυναικῶν πλῆρες τὸ παλαιόν, ἃς ἀνέθεσαν κατ' εὐχὴν οἵ τ' ἐκ τῆς Σικελίας καὶ ἔξωθεν πολλοί· νυνὶ δ' ὥσπερ αὐτὴ ἡ κατοικία λειπανδρεῖ (ἢ τὸ ἱερόν), καὶ τῶν ἱερῶν σωμάτων ἐκλέλοιπε τὸ πλῆθος. ἀφίδρυμα δ' ἐστὶ καὶ ἐν Ῥώμῃ τῆς θεοῦ ταύτης τὸ πρὸ τῆς πύλης τῆς Κολλίνης ἱερὸν Ἀφροδίτης Ἐρυκίνης λεγόμενον, ἔχον καὶ νεὼν καὶ στοὰν περικειμένην ἀξιόλογον. ἡ δ' ἄλλη κατοικία καὶ τῆς μεσογαίας ποιμένων ἡ πλείστη γεγένηται· οὔτε γὰρ Ἱμέραν ἔτι συνοικουμένην ἴσμεν οὔτε Γέλαν οὔτε Καλλίπολιν οὔτε Σελινοῦντα οὔτ' Εὔβοιαν οὔτ' ἄλλας πλείους, ὧν τὴν μὲν Ἱμέραν οἱ ἐν Μυλαῖς ἔκτισαν Ζαγκλαῖοι, Καλλίπολιν δὲ Νάξιοι, Σελινοῦντα δὲ οἱ αὐτόθι Μεγαρεῖς, Εὔβοιαν δὲ οἱ Λεοντῖνοι. καὶ τῶν βαρβαρικῶν δ' ἐξηλείφθησαν πολλαί, καθάπερ οἱ Καμικοὶ τὸ Κωκάλου βασίλειον, παρ' ᾧ Μίνως δολοφονηθῆναι λέγεται. τὴν οὖν ἐρημίαν κατανοήσαντες Ῥωμαῖοι, κατακτησάμενοι τά τε ὄρη καὶ τῶν πεδίων τὰ πλεῖστα ἱπποφορβοῖς καὶ βουκόλοις καὶ ποιμέσι παρέδοσαν· ὑφ' ὧν πολλάκις εἰς κινδύνους κατέστη μεγάλους ἡ νῆσος, τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ λῃστείας τρεπομένων σποράδην τῶν νομέων, εἶτα καὶ κατὰ πλήθη συνισταμένων καὶ πορθούντων τὰς κατοικίας,

tus est magnus, quorum major octoginta stadia amplus. Syracusas ergo Augustus instauravit, et Catinam, et Centoripa, quæ urbs ad Pompeium debellandum ei multum tulit adjumenti. Sita sunt Centoripa supra Catinam, et montana Ætnæ attingunt, et Symæthum flumen, quod in agrum Catinensem meat.

5. De reliquis Siciliæ lateribus id quod a Pachyno ad Lilybæum pertinet, prorsus desertum est; vestigia duntaxat antiquorum quædam oppidorum restant, e quibus fuit Camarina, Syracusanorum colonia. Agrigentum Geloorum [*unus cod.* Ionum] colonia, et navale ejus ac Lilybæum adhuc supersunt. Alioqui quum hoc Siciliæ latus maxime Carthaginiensium ditioni esset objectum, longis ac continentibus bellis pleræque urbes ejus sunt deletæ. Reliquum, idque longissimum latus, quanquam et ipsum hominum multitudine non abundat, satis tamen incolitur. Alæsa [*codd.* Alesa] enim, et Tyndaris, et Ægesteorum emporium, et Cephalœdis (*aliis* Cephalœdium), oppida exstant. Panormus etiam coloniam habet Romanam. Ægestæam conditam ferunt ab iis qui cum Philocteta in Crotoniatarum agrum venerunt, sicut in Italiæ descriptione dictum fuit, missis ab eo in Siciliam cum Ægesta Trojano. [*Hic inseras quæ paulo post uncis inclusa.*]

6. In mediterraneis Ennam, ubi templum est Cereris, pauci habitant, sitam in tumulo, cinctamque latis montanis planitiebus, quæ arari possunt, totam [quæ arari possunt omnes?]. Nocuerunt ei plurimum fugitivi cum Euno ibi obsessi, ac magno labore a Romanis in potestatem redacti; quod idem evenit Catinæ, Tauromenio, aliisque pluribus urbibus. [Habitatur etiam Eryx tumulus sublimis, fanum habens Veneris, quod præcipua colitur religione, antiquitus refertum mulieribus rei sacræ addictis, quas ex voto dedicabant quum Siculi, tum multi exteri : nunc ut oppidum id hominum laborat penuria, ita etiam multitudo sacrorum corporum desiit. Hujus deæ ædes Romæ etiam est ante portam Collinam, templum habens porticu insigni circumdatum : Veneris Erycinæ appellant.] Reliqua oppida quæ in mediterraneis olim fuerunt, nunc pastorum pleraque sunt domicilia. Non enim hodie comperimus a civibus incoli Himeram, non Gelam, non Callipolin, non Selinuntem, non Eubœam, non alias plures, de quibus Himeram condiderant Zanclæi Mylas habitantes, Callipolin Naxii, Selinuntem Megarenses Siculi, Eubœam Leontini. [*Hic inserenda videntur quæ* § 7 *leguntur uncis inclusa.*] Multa etiam barbarorum oppida Siciliæ deleta sunt, ut Camicus [*gr.* Camici; *codd.* Comici] Cocali regia, apud quem Minos per insidias occisus traditur. Quam solitudinem quum animadvertissent Romani, montibus et campestribus plerisque potiti, equorum boumque armenta et greges pascentibus ea tradiderunt, a quibus insula sæpenumero in magnum adducta est discrimen : pastoribus initio quidem sparsim latrocinia exercentibus, deinde etiam agmine facto pagos

καθάπερ ἡνίκα οἱ περὶ Εὔνουν τὴν Ἔνναν κατέσχον. νεωστὶ δ' ἐφ' ἡμῶν εἰς τὴν Ῥώμην ἀνεπέμφθη Σέλουρός τις, Αἴτνης υἱὸς λεγόμενος, στρατιᾶς ἀφηγησάμενος καὶ λεηλασίαις πυκναῖς καταδεδραμηκὼς τὰ κύκλῳ τῆς Αἴτνης πολὺν χρόνον, ὃν ἐν τῇ ἀγορᾷ μονομάχων ἀγῶνος συνεστῶτος εἴδομεν διασπασθέντα ὑπὸ θηρίων· ἐπὶ πήγματος γάρ τινος ὑψηλοῦ τεθεὶς ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης, διαλυθέντος αἰφνιδίως καὶ συμπεσόντος, κατηνέχθη καὶ αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων εὐδιαλύτους, ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι.

7. Τὴν δὲ τῆς χώρας ἀρετὴν θρυλουμένην ὑπὸ πάντων, οὐδὲν χείρω τῆς Ἰταλίας ἀποφαινομένων, τί δεῖ λέγειν; σίτῳ δὲ καὶ μέλιτι καὶ κρόκῳ καὶ ἄλλοις τισὶ κἂν ἀμείνω τις φαίη. πρόσεστι δὲ καὶ τὸ ἐγγύθεν· ὡσανεὶ γὰρ μέρος τι τῆς Ἰταλίας ἐστὶν ἡ νῆσος, καὶ ὑποχορηγεῖ τῇ Ῥώμῃ, καθάπερ ἐκ τῶν Ἰταλικῶν ἀγρῶν, ἕκαστα εὐμαρῶς καὶ ἀταλαιπώρως. καὶ δὴ καὶ καλοῦσιν αὐτὴν ταμεῖον τῆς Ῥώμης· κομίζεται γὰρ τὰ γινόμενα πάντα πλὴν ὀλίγων τῶν αὐτόθι ἀναλισκομένων δεῦρο. ταῦτα δ' ἐστὶν οὐχ οἱ καρποὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοσκήματα καὶ δέρματα καὶ ἔρια καὶ τὰ τοιαῦτα. φησὶ δ' ὁ Ποσειδώνιος οἷον ἀκροπόλεις ἐπὶ θαλάττης δύο τὰς Συρακούσας ἱδρῦσθαι καὶ τὸν Ἔρυκα, μέσην δὲ ἀμφοῖν ὑπερκεῖσθαι τῶν κύκλῳ πεδίων τὴν Ἔνναν. † κεκάκωται δὲ καὶ ἡ Λεοντίνη πᾶσα, Ναξίων οὖσα καὶ αὐτὴ τῶν αὐτόθι· τῶν μὲν γὰρ ἀτυχημάτων ἐκοινώνησαν ἀεὶ τοῖς Συρακουσίοις, τῶν δ' εὐτυχημάτων οὐκ ἀεί.

8. Πλησίον δὲ τῶν Κεντορίπων ἐστὶ πόλισμα, ἡ μικρὸν ἔμπροσθεν λεχθεῖσα Αἴτνη, τοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὸ ὄρος δεχομένη καὶ παραπέμπουσα· ἐντεῦθεν γὰρ ἀρχὴ τῆς ἀκρωρείας. ἔστι δὲ ψιλὰ τὰ ἄνω χωρία καὶ τεφρώδη καὶ χιόνος μεστὰ τοῦ χειμῶνος, τὰ κάτω δὲ δρυμοῖς καὶ φυτείαις διείληπται παντοδαπαῖς. ἔοικε δὲ λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τοῦ ὄρους διὰ τὴν νομὴν τοῦ πυρός, τοτὲ μὲν εἰς ἕνα κρατῆρα συμφερομένου, τοτὲ δὲ σχιζομένου, καὶ τοτὲ μὲν ῥύακας ἀναπέμποντος, τοτὲ δὲ φλόγας καὶ λιγνῦς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος· ἀνάγκη δὲ τοῖς πάθεσι τούτοις τούς τε ὑπὸ γῆν πόρους συμμεταβάλλειν καὶ τὰ στόμια ἐνίοτε πλείω κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τὴν πέριξ. οἱ δ' οὖν νεωστὶ ἀναβάντες διηγοῦντο ἡμῖν, ὅτι καταλάβοιεν ἄνω πεδίον ὁμαλόν, ὅσον εἴκοσι σταδίων τὴν περίμετρον, κλειόμενον ὀφρύϊ τεφρώδει, τειχίου τὸ ὕψος ἔχοντι, ὥστε δεῖν καθάλλεσθαι τοὺς εἰς τὸ πεδίον προελθεῖν βουλομένους· ὁρᾶν τ' [ἐν] τῷ μέσῳ βουνὸν τεφρώδη τὴν χρόαν, οἵαπερ καὶ ἡ ἐπιφάνεια καθεωρᾶτο τοῦ πεδίου, ὑπὲρ δὲ τοῦ βουνοῦ νέφος ὄρθιον διανεστηκὸς εἰς ὕψος ὅσον διακοσίων ποδῶν ἠρεμοῦν (εἶναι γὰρ καὶ νηνεμίαν), εἰκάζειν δὲ καπνῷ· δύο δὲ τολμήσαντας προελθεῖν εἰς τὸ πεδίον, ἐπειδὴ θερμοτέρας ἐπέβαινον τῆς ψάμμου καὶ βαθυτέρας, ἀναστρέψαι, μηδὲν ἔχοντας περιττότερον φράζειν τῶν φαινομένων τοῖς πόρρωθεν ἀφορῶσι. νομίζειν δ' ἐκ τῆς τοιαύτης ὄψεως πολλὰ

oppugnantibus, ut quum Eunus cum suis Ennam occupavit. Nostra ætate non ita pridem Romam missus est Selurus quidam, qui Ætnæ filius dicebatur, duxeratque exercitum, et multum temporis crebris prædationibus incursando quæ circa Ætnam in orbem sita sunt loca exegerat : eum nos in foro ludis gladiatoriis commissis discerpi a bestiis vidimus. Positus enim in tabulato sublimi tanquam in Ætna, compagibus solutis eo subito collapso, delatus est in bestiarum plenas caveas, quæ facile rumpi poterant, infra tabulatum dedita opera paratas.

7. Porro Siculi agri præstantiam ab omnibus prædicatam, qui eam non cedere Italiæ laudibus pronunciant, quid attinet commemorare? imo frumento, melle, croco, aliisque rebus quibusdam vel anteire eam Italiæ dixeris. Accedit propinquitas : quum quasi pars Italiæ sit hæc insula, Romæque suppeditet omnia facile et absque magno labore, perinde atque Italici agri. Atque adeo cella penaria Romæ appellatur Sicilia, quod omnes ejus proventus, exceptis quæ ibi absumuntur paucis, Romam comportantur, non fructus duntaxat, sed et pecora, pelles, lanæ, aliaque id genus. Posidonius ait, Siciliam veluti arces duas ad mare constructas habere Syracusas et Erycem, ac mediam inter utramque Ennam imminere circumjacentibus campis. [ Devastata est etiam Leontinorum regio omnis, qui et ipsi a Naxiis Siculis orti sunt : semper autem participes fuerunt rerum Syracusanis adversarum, lætarum non item. ]

8. Propinquum Centoripis est oppidum Ætna, cujus supra meminimus, excipiens et deducens eos qui montem Ætnam conscendere cupiunt : eo enim radices montis desinunt. Superiora loca nuda sunt, et cineribus tecta, ac per hiemem nivis plena : inferiora nemoribus et omnis generis plantis sunt consita. Cacumina montis consentaneum est sæpe mutari ignis eruptione, qui nunc unum in craterem colligitur, nunc divisus pluribus e foraminibus erumpit, et aliquando rivos liquoris igniti emittit, aliquando flammas et fuliginem, interdum etiam massas candentes; quibus calamitatibus meatus subterranei etiam mutationem experiantur, et nonnumquam plura in superficie circum craterem aperiantur ora, necesse est. Sane qui nuper Ætnam conscenderunt, narravere nobis, in summo se invenisse campum planum, ambitu circiter viginti stadiorum, inclusum clivo cineroso, qui maceriei haberet altitudinem, ita ut desiliendum esset inde progredi in campum volentibus. Ac vidisse ipsos collem in hujus medio, cinericeo et ipsum colore, quo et superficies campi cernebatur; supra collem nubem erectam stetisse, in altum ad ducentos pedes se efferentem, immotam (tum enim malaciam fuisse) et fumo similem : ac duos de ipsis ausos in campum progredi, quum in calidiore ac profundiore arena vestigia posuissent, revertisse, neque quicquam amplius iis quæ eminus conspiciebantur habuisse quod narrarent. Hoc autem ex spectaculo

μυθεύεσθαι, καὶ μάλιστα οἷά φασί τινες περὶ Ἐμπεδοκλέους, ὅτι καθάλοιτο εἰς τὸν κρατῆρα καὶ καταλίποι τοῦ πάθους ἴχνος τῶν ἐμβάδων τὴν ἑτέραν, ἃς ἐφόρει χαλκᾶς· εὑρεθῆναι γὰρ ἔξω μικρὸν ἄποθεν τοῦ χείλους τοῦ κρατῆρος, ὡς ἀνερριμμένην ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πυρός· οὔτε γὰρ προσιτὸν εἶναι τὸν τόπον οὔθ' ὁρατόν, εἰκάζειν τε μηδὲ καταρριφῆναί τι δύνασθαι ἐκεῖσε ὑπὸ τῆς ἀντιπνοίας τῶν ἐκ βάθους ἀνέμων καὶ τῆς θερμότητος, ἣν προαπαντᾶν εὔλογον πόρρωθεν πρὶν ἢ τῷ στομίῳ τοῦ κρατῆρος προσπελάσαι· εἰ δὲ καταρριφθείη, φθάνοι ἂν διαφθαρὲν πρὶν ἀναρριφῆναι πάλιν, ὁποῖον παρελήφθη πρότερον. τὸ μὲν οὖν ἐκλείπειν ποτὲ τὰ πνεύματα καὶ τὸ πῦρ, ἐπιλειπούσης (ποτὲ) τῆς ὕλης, οὐκ ἄλογον, οὐ μὴν ἐπὶ τοσοῦτόν γε, ὥστ' ἀντὶ τῆς τοσαύτης βίας ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ γενέσθαι τὸν πλησιασμόν. ὑπέρκειται δ' ἡ Αἴτνη μᾶλλον μὲν τῆς κατὰ τὸν Πορθμὸν καὶ τὴν Καταναίαν παραλίας, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος καὶ τὰς Λιπαραίων νήσους. νύκτωρ μὲν οὖν καὶ φέγγη φαίνεται λαμπρὰ ἐκ τῆς κορυφῆς, μεθ' ἡμέραν δὲ καπνῷ καὶ ἀχλύϊ κατέχεται.

9. Ἀνταίρει δὲ τῇ Αἴτνῃ τὰ Νευρώδη ὄρη ταπεινότερα μέν, πλάτει δὲ πολὺ παραλλάττοντα. ἅπασα δ' ἡ νῆσος κοίλη κατὰ γῆς ἐστι, ποταμῶν καὶ πυρὸς μεστή, καθάπερ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος, ὡς εἰρήκαμεν, μέχρι τῆς Κυμαίας. θερμῶν γοῦν ὑδάτων ἀναβολὰς κατὰ πολλοὺς ἔχει τόπους ἡ νῆσος, ὧν τὰ μὲν Σελινούντια [καὶ τὰ] κατὰ Ἱμέραν ἁλμυρά ἐστι, τὰ δὲ Αἰγεσταῖα πότιμα. περὶ Ἀκράγαντα δὲ λίμναι τὴν μὲν γεῦσιν ἔχουσαι θαλάττης, τὴν δὲ φύσιν διάφορον· οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀκολύμβοις βαπτίζεσθαι συμβαίνει, ξύλων τρόπον ἐπιπολάζουσιν. οἱ Παλικοὶ δὲ κρατῆρας ἔχουσιν ἀναβάλλοντας ὕδωρ εἰς θολοειδὲς ἀναφύσημα καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχομένους μυχόν. τὸ δὲ περὶ † Μάταυρον σπήλαιον ἐντὸς ἔχει σύριγγα εὐμεγέθη καὶ ποταμὸν δι' αὐτῆς ῥέοντα ἀφανῆ μέχρι πολλοῦ διαστήματος, εἶτ' ἀνακύπτοντα πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν, καθάπερ Ὀρόντης ἐν τῇ Συρίᾳ, καταδὺς εἰς τὸ μεταξὺ χάσμα Ἀπαμείας καὶ Ἀντιοχείας, ὃ καλοῦσι Χάρυβδιν, ἀνατέλλει πάλιν ἐν τετταράκοντα σταδίοις· τὰ δὲ παραπλήσια καὶ ὁ Τίγρις ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καὶ ὁ Νεῖλος ἐν τῇ Λιβύῃ μικρὸν πρὸ τῶν πηγῶν. τὸ δὲ περὶ Στύμφαλον ὕδωρ ἐπὶ διακοσίους σταδίους ὑπὸ γῆν ἐνεχθὲν ἐν τῇ Ἀργείᾳ τὸν Ἐρασῖνον ἐκδίδωσι ποταμόν, καὶ πάλιν τὸ πρὸς τὴν Ἀρκαδικὴν Ἀσέαν ὑποβρύχιον ὠσθὲν ὀψέ ποτε τόν τε Εὐρώταν καὶ τὸν Ἀλφειὸν ἀναδίδωσιν, ὥστε καὶ πεπιστεῦσθαι μυθῶδές τι, ὅτι τῶν ἐπιφημισθέντων στεφάνων ἑκατέρῳ καὶ ῥιφέντων εἰς τὸ κοινὸν ῥεῦμα ἀναφαίνεται κατὰ τὸν ἐπιφημισμὸν ἑκάτερος ἐν τῷ οἰκείῳ ποταμῷ. εἴρηται δὲ καὶ τὸ λεγόμενον περὶ τοῦ Τιμαύου.

10. Συγγενῆ δὲ καὶ τούτοις καὶ τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν πάθεσι τὰ περὶ τὰς Λιπαραίων νήσους καὶ αὐτὴν τὴν Λιπάραν δείκνυται. εἰσὶ δ' ἑπτὰ μὲν τὸν ἀριθμόν.

ipsos censuisse multas fabulas esse petitas, maxime qualis a nonnullis de Empedocle narratur: eum desiliisse in craterem, ac vestigium sui casus reliquisse alterum calceorum, quos gestabat æreos; hunc enim foris fuisse repertum non procul a labro crateris, scilicet sursum vi ignis ejectum: etenim locum illum neque adiri posse, neque conspici, et conjecturam se facere, ne injici quidem posse in eum quicquam, ob adversos ventos ex abysso spirantes, et ob calorem, quem longe ante occurrere verosimile est, quam ad crateris os appropinquetur: quod si autem quid injiciatur, multo ante ejus formam corruptum iri qua erat injectum, quam ipsum rursus ejiceretur. Neque vero absurdum esse, deficiente aliquando materia, spiritus quoque et ignem aliquamdiu cessare: sed eam intermissionem tantam non esse, ut contra istam vim homo aliquis accedere queat. Mons Ætna præcipue imminet litori, quod ad Fretum agrumque Catinensem pertinet, ita tamen, ut ei quoque immineat, quod ad mare Tyrrhenum, et insulis Liparæis oppositum est. Noctu quidem clari a vertice fulgores eduntur, interdiu fumo et caligine obtegitur.

9. Ætnæ ex opposito se attollunt Nebrodes [*codd.* Neurodes] montes, humiliores quidem illo, sed latitudine ampliore. Tota insula est cava, et infra terram ignis fluviorumque plena, sicut esse diximus Tyrrhenum mare usque ad agrum Cumanum. Itaque multis locis ea in insula calidæ erumpunt aquæ, quarum Selinuntiæ, et quæ apud Himeram, salsæ sunt, Ægestææ potabiles. Apud Agrigentum lacus sunt gustu marino, natura plane diversa; nam et natandi inscii in iis lignorum in morem supernatant. Palici [*codd.* Italici] lacus crateres habent qui aquas in rotundam eructant formam, rursusque suis recipiunt cavernis. Specus ad Mataurum [Mazarum?] intus habet spatiosum alveum, fluviumque per eum occulte delabentem per magnum spatium, deinde rursum in superficie prorumpentem: sicut et Orontes in Syria inter Apameam et Antiochiam abysso, quam Charybdin vocant, absorptus, post quadraginta stadia rursum emergit. Idem Tigri in Mesopotamia, et in Africa Nilo non procul a fontibus accidit. Et aqua apud Stymphalum in agro Argivo infra terram ad ducenta stadia labens, Erasinum edit amnem: rursumque aqua ad Aseam [*codd.* Abiam] Arcadicam infra terram depulsa, longo post intervallo Eurotam atque Alpheum edit: quam ob rem et fabula fidem invenit, coronas, quæ alterutri amnium nuncupatæ in communem alveum injiciuntur, quamque in eo, cui nuncupata fuerit, amne emergere. De Timavo [*codd.* Timæo] quæ narrantur, jam suo loco diximus.

10. Hisce, et iis quæ in Sicilia [*codd. rec.* Italia] accidunt, germana sunt quæ in Liparæorum [*sec. alios codd.* Liparensium] insulis ipsaque monstrantur Lipara. Septem sunt

μεγίστη δὲ ἡ Λιπάρα, Κνιδίων ἄποικος, ἐγγυτάτω τῆς Σικελίας κειμένη, μετά γε τὴν Θέρμεσσαν· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελιγουνίς· ἡγήσατο δὲ καὶ στόλῳ καὶ πρὸς τὰς τῶν Τυρρηνῶν ἐπιδρομὰς πολὺν χρόνον ἀντέσχεν, ὑπηκόους ἔχουσα τὰς νῦν λεγομένας Λιπαραίων νήσους, ἃς Αἰόλου τινὲς προσαγορεύουσι. καὶ δὴ καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκόσμησε πολλάκις τὸ ἐν Δελφοῖς ἀπὸ τῶν ἀκροθινίων· ἔχει δὲ καὶ τὴν γῆν εὔκαρπον καὶ στυπτηρίας μέταλλον εὐπρόσοδον καὶ θερμὰ ὕδατα καὶ πυρὸς ἀναπνοάς. ταύτης δὲ μεταξύ πώς ἐστι καὶ τῆς Σικελίας [ἡ Θέρμεσσα], ἣν νῦν Ἱερὰν Ἡφαίστου καλοῦσι, πετρώδης πᾶσα καὶ ἔρημος [καὶ] διάπυρος· ἔχει δὲ ἀναπνοὰς τρεῖς ὡς ἂν ἐκ τριῶν κρατήρων. ἐκ δὲ τοῦ μεγίστου καὶ μύδρους αἱ φλόγες ἀναφέρουσιν, οἳ προσκεχώκασιν ἤδη πολὺ μέρος τοῦ πόρου. ἐκ δὲ τῆς τηρήσεως πεπίστευται, διότι τοῖς ἀνέμοις συμπαροξύνονται καὶ αἱ φλόγες αἵ τε ἐνταῦθα καὶ αἱ κατὰ τὴν Αἴτνην, παυομένων δὲ παύονται καὶ αἱ φλόγες. οὐκ ἄλογον δέ· καὶ γὰρ οἱ ἄνεμοι γεννῶνται καὶ τρέφονται, τὴν ἀρχὴν λαβόντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς θαλάττης ἀναθυμιάσεων, ὥστ' ἀπὸ συγγενοῦς ὕλης καὶ πάθους καὶ τὸ πῦρ ἐξαπτόμενον οὐκ ἐᾷ θαυμάζειν τοὺς ὁρῶντας ἄλλως γέ πως τὰ τοιάδε. Πολύβιος δὲ τῶν τριῶν κρατήρων τὸν μὲν κατερρυηκέναι φησὶν ἐκ μέρους, τοὺς δὲ συμμένειν, τὸν δὲ μέγιστον τὸ χεῖλος ἔχειν, περιφερὲς ὄν, πέντε σταδίων, κατ' ὀλίγον δὲ συνάγεσθαι εἰς πεντήκοντα ποδῶν διάμετρον· καθ' οὗ βάθος εἶναι τὸ μέχρι θαλάττης σταδιαῖον, ὥστε καθορᾶν ταῖς νηνεμίαις. εἰ δὲ ταῦτ' ἐστὶ πιστά, οὐκ ἀπιστητέον ἴσως οὐδὲ τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέους μυθολογηθεῖσιν. ἐὰν μὲν οὖν Νότος μέλλῃ πνεῖν, ἀχλὺν ὁμιχλώδη καταχεῖσθαι κύκλῳ φησὶ τῆς νησῖδος, ὥστε μηδὲ τὴν Σικελίαν ἄποθεν φαίνεσθαι· ὅταν δὲ Βορέας, φλόγας καθαρὰς ἀπὸ τοῦ λεχθέντος κρατῆρος εἰς ὕψος ἐξαίρεσθαι καὶ βρόμους ἐκπέμπεσθαι μείζους· τὸν δὲ Ζέφυρον μέσην τινὰ ἔχειν τάξιν. τοὺς δ' ἄλλους κρατῆρας ὁμοειδεῖς μὲν εἶναι, τῇ δὲ βίᾳ λείπεσθαι τῶν ἀναφυσημάτων· ἔκ τε δὴ τῆς διαφορᾶς τῶν βρόμων καὶ ἐκ τοῦ πόθεν ἄρχεται τὰ ἀναφυσήματα καὶ αἱ φλόγες καὶ αἱ λιγνύες προσημαίνεσθαι καὶ τὸν εἰς ἡμέραν τρίτην πάλιν μέλλοντα ἄνεμον πνεῖν· τῶν γοῦν ἐν Λιπάραις γενομένης ἀπλοίας προειπεῖν τινάς φησι τὸν ἐσόμενον [ἄνεμον] καὶ μὴ διαψεύσασθαι. ἀφ' οὗ δὴ τὸ μυθωδέστατον δοκοῦν εἰρῆσθαι τῷ ποιητῇ οὐ μάτην φαίνεσθαι λεχθέν, ἀλλ' αἰνιξαμένου τὴν ἀλήθειαν, ὅταν φῇ ταμίαν τῶν ἀνέμων τὸν Αἴολον· περὶ ὧν ἐμνήσθημεν καὶ πρότερον ἱκανῶς. (ἔστιν ἡ ἐπίστασις τῆς ἐναργείας λέγοιτ' ἄν, . . . . . ἐπίσης τε γὰρ ἄμφω πάρεστι, καὶ διαθέσει καὶ τῇ ἐναργείᾳ· ἥ γε ἡδονὴ κοινὸν ἀμφοτέρων.) ἐπάνιμεν δ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἀφ' ὧν παρεξέβημεν.

11. Τὴν μὲν δὴ Λιπάραν καὶ τὴν Θέρμεσσαν εἰρήκαμεν. ἡ δὲ Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἔστι δὲ καὶ αὐτὴ διάπυρος, βίᾳ μὲν φλογὸς λειπομένη, τῷ δὲ φέγγει πλεονεκτοῦσα· ἐνταῦθα δὲ τὸν Αἴολον οἰκῆσαί φασι. τετάρτη δ' ἐστὶ Διδύμη, καὶ αὐτὴ

numero insulæ, quarum maxima est Lipara, Cnidiorum colonia, Siciliæ proxima secundum Thermessam; antiquitus Meligunis dicta. Hæc et classem duxit, et longo tempore Tyrrhenorum incursionibus restitit, sub se habens reliquas Liparæorum, ut nunc dicuntur, quas Æoli quidam appellant, insulas: quin et Delphicum Apollinis templum manubiis sæpe exornavit. Etiam agrum habet fertilem, et bonum reditum ex metallis aluminis, aquas calidas, et ignis exspirationes. Inter hanc et Siciliam fere media sita est hæc insula, quam nunc Hieram (*i. e.* Sacram) Vulcani nominant, saxosa tota, deserta, atque ardens: tribus locis, veluti e tribus crateribus ignem efflat, quorum e maximo flammæ etiam massas ejiciunt candentes, quibus jam haud levis freti pars obturata est. Demonstrant observationes, et hac in insula et in Ætna flammarum exspirationes ventis exasperari, iisque desinentibus cessare. Neque hoc absurdum est: venti namque nascuntur et augescunt sumpto ex maris exhalationibus initio; nemo itaque, ex cognata materia similique de causa ignem accendi, mirabitur, qui unquam talia viderit. Polybius, ex tribus crateribus unum partim collapsum esse, reliquos restare ait, ac maximi crateris orificium rotundum esse, ambitu fere quinque stadiorum, paulatimque sic in arctum coire, ut diameter quinquaginta [*unus cod.* triginta] tantum pedum longitudine sit; atque inde ad mare usque esse altitudinem unius stadii, ut conspici mare ventis non spirantibus possit. Quæ si credibilia sunt, fortasse ne fabulæ quidem de Empedocle vulgatæ fides sit deroganda. Idem refert, austro spiraturo insulam undique caliginosa nubecula obtegi, ut ne Sicilia quidem eminus cernatur; at sub boreæ flatum, puras flammas e dicto cratere in altum attolli, majoresque edi fremitus: favonium medium quoddam tenere. Reliquos crateres ejusdem esse naturæ, sed non tanta vi exsufflationis præditos. Ceterum ex fremituum discrimine, initioque efflationum flammarum atque fuliginum, prænosci etiam, quisnam tertio post die spiraturus sit ventus: certe Liparensium quosdam, facultate navigandi negata, prædixisse testatur futurum ventum, nec fuisse falsos. Eaque de causa id quod fabulosissime videtur a poeta dictum, apparere non frustra pronunciatum fuisse; sed veritatem per ambages eum significasse, quum Æolum appellaret ventorum promum: quorum et antea facta est quæ sufficiat mentio. *Magna* est vis claræ et vividæ enunciationis, *quæ* dici potest *maxime omnium apta esse parandæ tam admirationi quam voluptati*: ex æquo enim utrumque adest, dispositione et vivida enunciatione: voluptas utrorumque communis. (*Conf.* 1, *p.* 25 *Cas.*) Nostra eo unde digressa est, referat se oratio.

11. Dictum est de Lipara et Thermessa. Strongyle (*quasi dicas* Rotunda) a rotunditate figuræ sic dicta, ignita ipsa quoque, violentia flammarum minor, sed fulgore excellens. Ibi habitasse Æolum aiunt. Quarta est Didyme (*quasi dicas* Duplex), nomine itidem a forma imposito. De reliquis

9. Ἐκ δὲ Βαρίου πρὸς τὸν ποταμὸν Αὔφιδον, ἐφ' ᾧ τὸ ἐμπόριον τῶν Κανυσιτῶν, τετρακόσιοι· ὁ δ' ἀνάπλους ἐπὶ τὸ ἐμπόριον ἐνενήκοντα. πλησίον δὲ καὶ Σαλαπία, τὸ τῶν Ἀργυριππηνῶν ἐπίνειον. οὐ πολὺ γὰρ δὴ τῆς θαλάττης ὑπέρκεινται δύο πόλεις ἔν γε τῷ πεδίῳ, μέγισται τῶν Ἰταλιωτίδων γεγονυῖαι πρότερον, ὡς ἐκ τῶν περιβόλων δῆλον, τό τε Κανύσιον καὶ ἡ Ἀργυρίππα, ἀλλὰ νῦν ἐλάττους εἰσίν· ἐκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Ἄργος Ἵππιον, εἶτ' Ἀργυρίππα, εἶτα νῦν Ἄρποι. λέγονται δ' ἀμφότεραι Διομήδους κτίσματα, καὶ τὸ πεδίον καὶ ἄλλα πολλὰ δείκνυται τῆς Διομήδους ἐν τούτοις τοῖς τόποις δυναστείας σημεῖα. ἐν μὲν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ τῆς ἐν Λουκερίᾳ παλαιὰ ἀναθήματα· καὶ αὕτη δ' ὑπῆρξε πόλις ἀρχαία Δαυνίων, νῦν δὲ τεταπείνωται. ἐν δὲ τῇ πλησίον θαλάττῃ δύο νῆσοι Διομήδειαι προσαγορευόμεναι, ὧν ἡ μὲν οἰκεῖται, τὴν δ' ἐρήμην φασὶν εἶναι· ἐν ᾗ καὶ τὸν Διομήδη μυθεύουσιν ἀφανισθῆναί τινες καὶ τοὺς ἑταίρους ἀπορνιθωθῆναι, καὶ δὴ καὶ νῦν διαμένειν ἡμέρους καὶ βίον τινὰ ζῆν ἀνθρώπινον τάξει τε

et Venusia, illa inter Tarentum et Brundisium, hæc in confinio Samnitum et Lucanorum. Coeunt a Brundusio ambæ viæ apud Beneventum ad Campaniam. Jam inde Romam usque Appia via appellatur et ducit per Caudium [*codd.* Claudium], Calatiam [*codd.* Galatiam], Capuam, Casilinum, usque Sinuessam [*codd.* Onessen *vel* Sonessen], reliqua sunt jam dicta. Tota via a Brundusio Romam habet millia passum trecenta et sexaginta. Tertia via est a Rhegio per Brutios, Lucanos, et Samnium in Campaniam ducens, atque in Appiam incidens, per Apenninos [*codd.* Appianos] montes, tribus aut quattuor diebus Brundusino itinere longior.

8. Trajectus a Brundusio duplex est, unus ad montes Ceraunios et sequentem Epiri ac Græciæ oram : alter Epidamnum, illo major, scilicet mille et octingentûm stadiorum : usitatus tamen et hic, propter urbis ejus opportunitatem ad Illyricarum gentium et Macedonum commercia. A Brundusio autem prætervehenti Adriatici maris oram, urbs occurrit Egnatia [*codd.* Stegnatia], quæ commune est deversorium tam navigantibus, quam terra petentibus Barium : navigatur autem Noto. Atque huc usque juxta mare Peucetiorum regio protenditur; in mediterraneis, usque ad Silvium : tota est montosa et aspera, Apennini montis multas partes recipiens : incolæ ex Arcadia videntur immigrasse. A Brundisio Barium usque stadia sunt circiter septingenta : fere æquali ab utraque harum intervallo abest Tarentum. Contigua est Dauniorum [*codd. hic* Cauniorum] regio. Insequuntur Apuli cum Frentanis. Quum autem non nisi priscis temporibus Peucetiorum et Dauniorum nomina usurparint incolæ, sed omnis ista regio Apuliæ nomine nunc comprehendatur, fines istarum gentium accurate circumscribi non possunt : itaque neque nobis quidquam est de his asseverandum.

9. A Bario ad flumen Aufidum, ad quem Canusinorum [*græce* Canysitarum] jacet emporium, stadia quadringenta : ad ipsum emporium a mari adverso amne stadiorum sex [*codd.* nonaginta] navigatio est. In propinquo est Salapia [*al. codd.* Salippia], Argyrippenorum navale. Etenim non procul a mari in planitie sitæ duæ urbes, Italicarum civitatum olim maximæ, Canusium et Argyrippa; at hodie inter minores referuntur. Quæ nunc Arpi est, principio Argos Hippium [*codd.* Argyroippion], deinde Argyrippa nominata fuit. Utraque a Diomede condita fertur : campusque et multa alia hisce in locis demonstrantur monumenta Diomedis dominationis. Luceriæ, quæ et ipsa antiqua Dauniorum urbs nunc depressa est, in fano Minervæ vetusta donaria exstant; et in vicino mari duæ sunt insulæ, Diomedeæ appellatæ, quarum colitur altera, alteram esse ferunt desertam : in hac nonnulli fabulantur Diomedem e medio sublatum, ejusque socios in aves mutatos, etiamnum quodammodo superesse, et vitam vivere humanæ æmulam

διαίτης καὶ τῇ πρὸς ἀνθρώπους ἡμερότητι τοὺς ἐπιεικεῖς, ἀπὸ δὲ τῶν κακούργων καὶ μιαρῶν φυγῇ. εἴρηται δὲ καὶ τὰ παρὰ τοῖς Ἑνετοῖς διατεθρυλημένα περὶ τοῦ ἥρωος τούτου καὶ αἱ νομισθεῖσαι τιμαί. δοκεῖ δὲ καὶ ὁ Σιποῦς Διομήδους εἶναι κτίσμα, διέχων τῆς Σαλαπίας ὅσον τετταράκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους, καὶ ὠνομάζετό γε Σηπιοῦς Ἑλληνικῶς ἀπὸ τῶν ἐκκυματιζομένων σηπιῶν. μεταξὺ δὲ τῆς Σαλαπίας καὶ τοῦ Σιποῦντος ποταμός τε πλωτὸς καὶ στομαλίμνη μεγάλη. δι' ἀμφοῖν δὲ τὰ ἐκ Σιποῦντος κατάγεται, καὶ μάλιστα ὁ σῖτος. δείκνυται δὲ τῆς Δαυνίας περὶ λόφον, ᾧ ὄνομα Δρίον, ἡρῷα, τὸ μὲν Κάλχαντος ἐπ' ἄκρᾳ τῇ κορυφῇ· ἐναγίζουσι δ' αὐτῷ μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι, ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι· τὸ δὲ Ποδαλειρίου κάτω πρὸς τῇ ῥίζῃ, διέχον τῆς θαλάττης ὅσον σταδίους ἑκατόν· ῥεῖ δ' ἐξ αὐτοῦ ποτάμιον πάνακες πρὸς τὰς τῶν θρεμμάτων νόσους. πρόκειται δὲ τοῦ κόλπου τούτου πελάγιον ἀκρωτήριον ἐπὶ τριακοσίους ἀνατεῖνον σταδίους πρὸς τὰς ἀνατολάς, τὸ Γάργανον, κάμπτοντι δὲ τὴν ἄκραν πολισμάτιον Οὔρειον, καὶ πρὸ τῆς ἄκρας αἱ Διομήδειαι νῆσοι. ἔστι δὲ πᾶσα ἡ χώρα αὕτη πάμφορός τε καὶ πολυφόρος, ἵπποις δὲ καὶ προβάτοις ἀρίστη· ἡ δ' ἐρέα μαλακωτέρα μὲν τῆς Ταραντίνης ἐστί, λαμπρὰ δὲ ἧττον. ἡ δὲ χώρα εὐδινὴ διὰ τὴν κοιλότητα τῶν πεδίων· οἱ δὲ καὶ διώρυγα τεμεῖν ἐπιχειρῆσαί φασι τὸν Διομήδη μέχρι τῆς θαλάττης, καταλιπεῖν δ' ἡμιτελῆ καὶ ταύτην καὶ τὰς ἄλλας πράξεις μετάπεμπτον οἴκαδε γενόμενον, κἀκεῖ καταστρέψαι τὸν βίον. εἷς μὲν οὗτος ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ, δεύτερος δ', ὡς αὐτόθι μείνειε μέχρι καταστροφῆς τοῦ βίου, τρίτος δ' ὁ μυθώδης, ὃν προεῖπον, τὸν ἐν τῇ νήσῳ λέγων ἀφανισμόν, τέταρτον δὲ θείη τις ἂν τὸν τῶν Ἑνετῶν· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι παρά σφισί πως τὴν καταστροφὴν αὐτοῦ μυθεύουσιν, ἣν ἀποθέωσιν καλοῦσι. ταῦτα μὲν οὖν κατ' Ἀρτεμίδωρον κεῖται τὰ διαστήματα.

10. Φησὶ δ' ὁ χωρογράφος τὰ ἀπὸ τοῦ Βρεντεσίου μέχρι Γαργάνου μιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε, πλεονάζει δὲ αὐτὰ Ἀρτεμίδωρος· ἐντεῦθεν δ' εἰς Ἀγκῶνα διακόσια πεντήκοντα τέσσαρα μίλιά φησιν ἐκεῖνος, ὁ δ' Ἀρτεμίδωρος εἰς Αἶσιν πλησίον [ὄν]τα τοῦ Ἀγκῶνος σταδίους εἴρηκε χιλίους διακοσίους πεντήκοντα, πολὺ ἐνδεέστερον ἐκείνου· Πολύβιος δ' ἀπὸ τῆς Ἰαπυγίας μεμιλιᾶσθαί φησι καὶ εἶναι μίλια πεντακόσια ἑξήκοντα δύο εἰς † Σίλαν πόλιν, ἐντεῦθεν δ' εἰς Ἀκυληίαν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ὀκτώ. οὐχ ὁμολογοῦντες τῷ φερομένῳ διαστήματι τῆς Ἰλλυρικῆς παραλίας ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν ἐπὶ τὸν τοῦ Ἀδρίου μυχόν, ὑπὲρ ἑξακισχιλίων † τοῦτον ἀποφαίνοντες καὶ μείζω καθιστάντες ἐκείνου πολὺ ἐλάττονα ὄντα. καὶ πάντες δὲ πρὸς ἅπαντας μάλιστα περὶ τῶν διαστημάτων οὐχ ὁμολογοῦσι πρὸς ἀλλήλους, ὡς πολλάκις λέγομεν. ἡμεῖς δ' ὅπου μὲν ἐπικρίνειν δυνατόν, ἐκφέρομεν τὸ δοκοῦν ἡμῖν, ὅπου δὲ μή, τὰ ἐκείνων εἰς μέσον οἰόμεθα δεῖν τιθέναι. ἐὰν δὲ μηδὲν παρ' ἐκείνων ἔχωμεν, οὐδὲν θαυμαστόν, οὐδ' εἰ

ratione victûs, et comitate erga homines probos, fugaque flagitiosorum. De iis quæ apud Venetos hoc de heroe vulgo jactantur, honoribusque ei decretis, dictum est supra. Videtur etiam Sipuntum [*græce* Sipûs] Diomedis esse opus, a Salapia distans stadiis circiter centum et quadraginta. Dicta est urbs Græce Sepiûs, a sepiis, quæ fluctibus ibi ejiciuntur. Inter Salapiam et Sipuntum fluvius est navigabilis, et lacus marinus magnus : utroque merces a Sipunto devehuntur, præcipue frumentum. Ostenduntur etiam in Dauniæ [*codd. fere* Sauniæ] colle, cui nomen Drium est, sacella, alterum Calchantis in summo vertice, ubi oraculum sciscitantes arietem nigrum immolant, ejusque pelli indormiunt; alterum Podalirii in imo ad collis radices, centum fere stadia a mari distans. Profluit ex hoc rivus omnis generis morbos pecoris sanans. Ante hunc sinum est promontorium Garganum, ad trecenta stadia versus ortum solis in altum mare procurrens; quod si circumflexeris, oppidum invenies Urium, et ante promontorium conspicies Diomedeas insulas. Tota ista regio omnium rerum feracissima est, equos alit et oves præstantes; lana ovium Tarentinæ antecellit mollitie, cedit splendore. Regio ob convalles tranquilla est. Sunt qui Diomedem dicant alveum ad mare usque perducere inchoasse, sed domum ipso revocato ibique mortuo, id opus cum aliis ab eo suceptis imperfectum mansisse. Atque hæc est una de Diomedis morte narrationum. Altera eum in Daunia usque ad ultimum vitæ diem habitasse refert. Tertia fabulosa illa est, quæ, ut retuli, eum in insula evanuisse prodit. Quibus quarta Venetorum adnumerari fabula potest, qui eum apud se affirmant mortalem esse desiisse, et in deorum numerum relatum. Cæterum intervalla, quæ exposuimus, de sententia Artemidori sunt tradita.

10. Chorographus a Brundusio ad Garganum millia passuum numerat centum sexaginta quinque : quem numerum amplificat Artemidorus. Ille a Gargano Anconam usque ducenta quinquaginta quattuor passuum millia facit : at hic ad (fluvium) Æsin [*codd.* ,ασζ, *nota num.* 1290] vicinum Anconæ ponit stadia mille ducenta et quinquaginta longe quam ille minori numero. Polybius auctor est, milliaria esse dimensa, et ab Iapygia ad Silam [Senam?] urbem esse millia passuum quingenta sexaginta duo; hinc Aquileiam usque centum septuaginta octo. Cum his non consentiunt quæ de intervallo Illyrici litoris a Cerauniis montibus usque ad intimum Adriatici maris sinus recessum referuntur : quod, ultra sex stadiorum millia ei attribuentes, nimis justo extendunt, quum sit multo minus. Sæpius jam monui præcipue inter omnes dissentiri de intervallis locorum constituendis. Quoties itaque explorari potuit quid verum sit, pronunciavimus nostram sententiam; si res expediri non potuit, aliorum opiniones proponendas esse existimavimus. Quodsi autem ab aliis nihil traditum est, mirari nemo debet, si nos quoque in ejusdem per-

παραλείψαμέν τι καὶ ἡμεῖς, ἐν τοιαύτῃ καὶ ταῦθ' ὑποθέσει· τῶν μὲν γὰρ μεγάλων οὐδὲν ἂν παραλίποιμεν, τὰ δὲ μικρὰ καὶ γνωρισθέντα μικρὸν ὤνησε καὶ παραπεμφθέντα ἔλαθε καὶ οὐδὲν ἢ [οὐ] πολὺ τοῦ παντελοῦς ἔργου παρέλυσε.

11. Μεταξὺ δ' εὐθὺς ἀπὸ τοῦ Γαργάνου κόλπος ὑποδέχεται βαθύς· οἱ δὲ περιοικοῦντες ἰδίως Ἄπουλοι προσαγορεύονται, εἰσὶ δὲ ὁμόγλωττοι μὲν τοῖς Δαυνίοις καὶ Πευκετίοις, οὐδὲ τἆλλα δὲ διαφέρουσιν ἐκείνων τό γε νῦν, τὸ δὲ πάλαι διαφέρειν εἰκός, ὅθενπερ καὶ τὰ ὀνόματα ἐναντία πάντων ἐπικρατεῖν. πρότερον μὲν οὖν εὐτύχει αὕτη πᾶσα ἡ γῆ, Ἀννίβας δὲ καὶ οἱ ὕστερον πόλεμοι ἠρήμωσαν αὐτήν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ περὶ Κάννας συνέβη, ὅπου πλεῖστος ὄλεθρος σωμάτων Ῥωμαίοις καὶ τοῖς συμμάχοις ἐγένετο. ἐν δὲ τῷ κόλπῳ λίμνη ἐστίν, ὑπὲρ δὲ τῆς λίμνης ἐν μεσογαίᾳ τὸ Ἄπουλον Τέανον, ὁμώνυμον τῷ Σιδικίνῳ· καθ' ὃ δοκεῖ συνάγεσθαι τὸ τῆς Ἰταλίας πλάτος ἐφ' ἱκανόν, πρὸς τοὺς περὶ Δικαιαρχίαν τόπους ἐλαττόνων ἢ χιλίων σταδίων ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν ἰσθμὸν καταλεῖπον. μετὰ δὲ τὴν λίμνην ἐπὶ τοὺς Φρεντανοὺς καὶ τὴν Βοῦκαν παράπλους ἐστί· διακόσιοι δ' εἰσὶν ἐφ' ἑκάτερα στάδιοι τῆς λίμνης ἐπί τε τὴν Βοῦκαν καὶ τὸ Γάργανον. τὰ δ' ἑξῆς τοῖς περὶ Βοῦκαν εἴρηται πρότερον.

tractatione aliqua prætermisimus. Magnorum enim a nobis nihil omissum est: ex parvis neque multum utilitatis, si cognoscerentur, sperandum erat, eaque omissa vix animadverti et totius operis perfectioni aut nihil aut non multum detrahere poterant.

11. Garganum promontorium excipit sinus profundus, circa quem habitantes proprie Apuli nominantur. Utuntur eodem quo Daunii et Peucetii [*codd.* Peucii] sermone, ac ne ceteris quidem rebus hodie differunt: olim autem discriminis aliquid inter eos fuisse, verosimile est, unde et diversa omnium nomina obtinuerint. Antiquitus totus ille tractus rebus secundis floruit; postea vero et Annibal et subsecuta bella eum evastaverunt. Hic etiam clades Cannensis accidit, Romanorum eorumque sociorum internecione celebris. In sinu lacus est, et ad eum in mediterraneis Teanum Apulum, eodem quo Sidicinum nomine. Qua in regione Italiæ latitudo satis in arctum contrahi videtur, siquidem isthmus a Teano ad Puteolos mille stadiis minor a mari ad mare relinquitur. Post lacum navigatur ad Frentanos et Bucam [*codd.* Bucanon]: utrinque a lacu et ad Bucam et ad Garganum stadia sunt ducenta. Quæ Bucam subsequuntur, jam antea sunt enarrata.

## ΚΕΦ. Δ'.

Τοσαύτη μέντοι καὶ τοιαύτη τις ἡ Ἰταλία. πολλὰ δ' εἰρηκότων, τὰ μέγιστα νῦν ἐπισημανούμεθα, ὑφ' ὧν (νῦν) εἰς τοσοῦτον ὕψος ἐξήρθησαν Ῥωμαῖοι. ἓν μέν, ὅτι νήσου δίκην ἀσφαλῶς φρουρεῖται τοῖς πελάγεσι κύκλῳ πλὴν ὀλίγων μερῶν, [ἃ] καὶ αὐτὰ τετείχισται τοῖς ὄρεσι δυσβάτοις οὖσι. δεύτερον δὲ τὸ ἀλίμενον κατὰ τὸ πλεῖστον καὶ τὸ τοὺς ὄντας λιμένας μεγάλους εἶναι καὶ θαυμαστούς, ὧν τὸ μὲν πρὸς τὰς ἔξωθεν ἐπιχειρήσεις χρήσιμον, τὸ δὲ πρὸς τὰς ἀντεπιχειρήσεις καὶ τὴν τῶν ἐμποριῶν ἀφθονίαν συνεργόν. τρίτον δὲ τὸ πολλαῖς ὑποπεπτωκέναι διαφοραῖς ἀέρων τε καὶ κράσεων, παρ' ἃς καὶ ζῷα καὶ φυτὰ καὶ πάνθ' ἁπλῶς τὰ πρὸς τὸν βίον χρήσιμα πλείστην ἐξάλλαξιν ἔχει πρός τε τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον. ἐκτέταται δὲ τὸ μῆκος αὐτῆς ἐπὶ μεσημβρίαν ἀπὸ τῶν ἄρκτων τὸ πλέον, προσθήκη δ' ἐστὶν ἡ Σικελία τῷ μήκει, τοσαύτη οὖσα καὶ τοσούτῳ, καθάπερ μέρος. εὐκρασία δ' ἀέρων καὶ δυσκρασία κρίνεται παρὰ τὰ ψύχη καὶ τὰ θάλπη καὶ τὰ μεταξὺ τούτων, ὥστ' ἐκ τούτων ἀνάγκη τὴν νῦν Ἰταλίαν ἐν μέσῳ τῶν ὑπερβολῶν ἀμφοτέρων κειμένην, τοσαύτην τῷ μήκει, πλεῖστον τῆς εὐκράτου μετέχειν καὶ κατὰ πλείστας ἰδέας. τοῦτο δὲ καὶ ἄλλως συμβέβηκεν αὐτῇ· τῶν γὰρ Ἀπεννίνων ὀρῶν δι' ὅλου τοῦ μήκους διατεταμένων, ἐφ' ἑκάτερον δὲ τὸ πλευρὸν πεδία καὶ γεωλοφίας καλλικάρπους ἀπολειπόντων, οὐδὲν μέρος αὐτῆς ἐστιν, ὃ μὴ καὶ τῶν ὀρείων ἀγαθῶν καὶ τῶν πεδινῶν ἀπολαῦον τυγχάνει. καὶ προστίθει τὸ μέγεθος

## CAP. IV.

Ac talis quidem est, et tanta Italia: de qua quum multa a nobis commemorata sunt, nunc præcipue in causas inquiremus, ex quibus [præsenti tempore] res Romana ad tantam majestatem pervenerit. Quarum prima est, quod Italia insulæ in morem maris tuto præsidio cingitur; paucis exceptis regionibus, quæ tamen ipsæ inviis montibus muniuntur. Secunda causa est, quod plerisque locis importuosa est, et quos habet portus, ii magni sunt ac præclari: quorum illud contra exterorum molitiones Italiam defendens, hoc ad exteros aggrediendos et mercaturam amplificandam conducit. Tertia denique est, quod Italia varia aeris temperie secundum varias regiones fruitur. Inde venit magna illa varietas quum utilium tum nocivorum animalium, plantarum, et omnium ad vitæ usum facientium. Ea Italiæ longitudo protenditur utplurimum a septentrione versus meridiem; et Sicilia, tanta insula, additamentum quasi tantæ longitudini est et Italiæ partem efficit. Aeris vero tam bona quam mala temperies frigore æstimatur et calore, atque horum medio: ut hinc necesse sit Italiam, in abundantiæ amborum medio sitam, eamque tanta præditam longitudine, plurimum temperatæ qualitatis obtinere, idque plurimis modis. Quod ipsum aliunde quoque ei obtingit: nam quum Apennini montes per mediam ejus porrecti longitudinem, ab utroque latere campos collesque frugiferos relinquant, nulla Italiæ pars est, quæ non et montium et planorum fructibus et commoditatibus fruatur. Adde his magnitudinem et multitudinem fluviorum

καὶ πλῆθος ποταμῶν τε καὶ λιμνῶν, πρὸς δὲ τούτοις θερμῶν τε καὶ ψυχρῶν ὑδάτων ἀναβολὰς πολλαχοῦ πρὸς ὑγείαν φύσει παρεσκευασμένας, καὶ μὴν καὶ μετάλλων εὐπορίας παντοδαπῶν. ὕλης τε καὶ τροφῆς ἀνθρώποις τε καὶ βοσκήμασιν οὐδ' ἀξίως ἐστὶν εἰπεῖν τὴν ἀφθονίαν, ὅσην παρέχεται, καὶ τὴν χρηστοκαρπίαν. ἐν μέσῳ δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν τῶν μεγίστων οὖσα καὶ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῶν ἀρίστων τῆς Λιβύης μερῶν, τῷ μὲν κρατιστεύειν ἐν ἀρετῇ τε καὶ μεγέθει τὰ περιεστῶτα αὐτὴν πρὸς ἡγεμονίαν εὐφυῶς ἔχει, τῷ δ' ἐγγὺς εἶναι τὸ μετὰ ῥᾳστώνης ὑπουργεῖσθαι πεπόρισται.

2. Εἰ δὲ δεῖ τῷ περὶ τῆς Ἰταλίας λόγῳ προσθεῖναί τινα λόγον κεφαλαιώδη καὶ περὶ τῶν Ῥωμαίων τῶν κατασχόντων αὐτὴν καὶ κατεσκευασμένων ὁρμητήριον πρὸς τὴν σύμπασαν ἡγεμονίαν, προσειλήφθω καὶ ταῦτα· ὅτι Ῥωμαῖοι μετὰ τὴν κτίσιν τῆς Ῥώμης βασιλευόμενοι διετέλεσαν σωφρόνως ἐπὶ πολλὰς γενεάς· ἔπειτα τοῦ ἐσχάτου Ταρκυνίου μοχθηρῶς ἄρχοντος, τὸν μὲν ἐξέβαλον, πολιτείαν δὲ συνεστήσαντο μικτὴν ἔκ τε μοναρχίας καὶ ἀριστοκρατίας, κοινωνοῖς δ' ἐχρήσαντο Σαβίνοις τε καὶ Λατίνοις· οὐκ εὐγνωμόνων δ' οὔτε ἐκείνων ἀεὶ τυγχάνοντες οὔτε τῶν ἄλλων τῶν πλησιοχώρων ἠναγκάζοντο τρόπον τινὰ τῇ ἐκείνων καταλύσει τὴν σφετέραν ἐπαύξειν. οὕτω δ' αὐτοῖς κατ' ὀλίγον προϊοῦσιν εἰς ἐπίδοσιν συνέβη τὴν πόλιν αἰφνιδίως ἀποβαλεῖν παρὰ τὴν ἁπάντων δόξαν, παρὰ δόξαν δὲ καὶ ἀπολαβεῖν· ἐγένετο δὲ τοῦτο, ὥς φησι Πολύβιος, ἔτει ἐννεακαιδεκάτῳ μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, κατὰ τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην. διακρουσάμενοι δὲ τούτους Ῥωμαῖοι πρῶτον μὲν Λατίνους ἅπαντας ὑπηκόους ἐποιήσαντο, εἶτα Τυρρηνοὺς καὶ Κελτοὺς τοὺς περὶ τὸν Πάδον ἔπαυσαν τῆς πολλῆς καὶ ἀνέδην ἐλευθερίας· εἶτα Σαυνίτας, μετὰ δὲ τούτους Ταραντίνους καὶ Πύρρον κατεπολέμησαν, εἶτ' ἤδη καὶ τὴν λοιπὴν τῆς νῦν Ἰταλίας πλὴν τῆς περὶ τὸν Πάδον. ταύτης δ' ἔτι καθεστώσης ἐν πολέμῳ, διέβησαν εἰς τὴν Σικελίαν, ἀφελόμενοι δὲ Καρχηδονίων αὐτὴν ἐπανῆλθον ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Πάδον· συνεστῶτος δ' ἔτι τούτου τοῦ πολέμου, παρῆν Ἀννίβας εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ δεύτερος οὗτος πόλεμος πρὸς Καρχηδονίους συνέπεσε, καὶ μετ' οὐ πολὺ τρίτος, ἐν ᾧ κατεσκάφη Καρχηδών· ἅμα δὲ τήν τε Λιβύην ἔσχον Ῥωμαῖοι καὶ τῆς Ἰβηρίας ὅσον ἀφείλοντο τῶν Καρχηδονίων. συνενεωτέρισαν δὲ τοῖς Καρχηδονίοις οἵ θ' Ἕλληνες καὶ Μακεδόνες καὶ τῆς Ἀσίας οἱ ἐντὸς Ἅλυος καὶ τοῦ Ταύρου, καὶ τούτους οὖν ἅμα συγκατακτᾶσθαι προήχθησαν, ὧν Ἀντίοχός τε ἦν ὁ βασιλεὺς καὶ Φίλιππος καὶ Περσεύς. καὶ Ἰλλυριῶν δὲ καὶ Θρᾳκῶν οἱ πλησιόχωροι τοῖς τε Ἕλλησι καὶ Μακεδόσιν ἀρχὰς ἔλαβον τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου, καὶ διετέλεσαν πολεμοῦντες μέχρι καταλύσεως ἁπάντων τῶν ἐντὸς Ἴστρου καὶ τῶν ἐντὸς Ἅλυος. τὰ δ' αὐτὰ ἔπαθον καὶ Ἴβηρες καὶ Κελτοὶ καὶ ἅπαντες οἱ λοιποί, ὅσοι Ῥωμαίων ὑπακούουσι· τήν τε γὰρ Ἰβηρίαν οὐκ ἐπαύσαντο ὑπαγόμενοι τοῖς ὅπλοις, ἕως

atque lacuum: tum aquarum et calidarum et frigidarum plurimis locis fontes, ad sanitatem parandam a natura elaboratos; tum omnis generis metallorum copiam. Materiæque et alimentorum hominibus brutisque convenientium abundantiam quam offert, et huc facientem frugum præstantiam, nemo potest pro dignitate verbis explicare. Præterea quum media sit inter gentes maximas, et Græciam, ac potissimas Libyæ partes; ipso situ ad imperium virtute ac majestate tenendum adjuvatur: vicinia vero exsequendis imperiis et obeundis ministeriis est accommodata.

2. Quodsi sermoni de Italia habito orationem convenit subjungi, quæ in summa etiam de Romanis disserat, qui Italiam in potestatem redegerunt suam eamque arcem totius imperii constituerunt: hæc etiam addantur. Romani a condita Urbe per aliquot ætates sub regibus modeste vixerunt. Deinde ultimo regum Tarquinio pessimo regnum gerente, eo ejecto formam reipublicæ instituerunt ex optimatum ac regia administratione temperatam, adhibitis in societatem ejus Sabinis ac Latinis. Quos ipsos aliosque circùm vicinos quum experirentur non satis benevolos, coacti quodammodo sunt eos opprimendo suam rempublicam augere. Hoc pacto quum paulatim incrementa fecissent, usu ipsis venit, ut et amitterent repente Urbem, præter omnium hominum exspectationem; et eandem præter opinionem etiam recuperarent. Accidit hoc, ut Polybius tradit, anno post pugnam ad Ægospotamos actam undevigesimo, tempore pacis Antalcida legato initæ. Sed profligatis Gallis Romani primum Latinos omnes subegerunt, deinde Etruscos, et Gallos circa Padum habitantes nimia ista licentia exuerunt: postea Samnites ab iis, ac post hos Pyrrhus rex sunt debellati: hinc omnem reliquam, quæ isto hodie censetur nomine, Italiam sibi armis subjecerunt, ea dempta quæ est circa Padum. Quum enim adhuc ea in bello staret nec conficeretur, in Siciliam trajecerunt, eaque Carthaginiensibus adempta, adversus Padi accolas bellum renovarunt. Quo bello nondum confecto, in Italiam venit Annibal, conflatumque est hoc secundum contra Carthaginienses bellum; neque multo post tertium, in quo deleta est Carthago: simulque Romani et Africa potiti sunt, et ea Hispaniæ parte, quam Carthaginiensibus eripuere. Sed eodem quo Carthaginienses tempore novas res adversum Romanos moliti sunt et Græci, et Macedones, et qui in Asia inter Halyn et Taurum incolebant: quos simul etiam Romani suæ ditioni subdere opus habuerunt: eorum reges fuerunt Antiochus, Philippus, Perseus. Quin et Illyrii, et Thraces propinqui quum Græcis tum Macedonibus, inde initia belli contra Romanos duxerunt: neque finis fuit belli gerendi ante quam omnia intra Istrum et intra Halyn sita Romani suæ fecerunt ditionis. Eadem acciderunt Hispanis, et Gallis, et aliis, quicunque Romanorum imperio parent. Nam et Hispaniam armis domandi nullum fecerunt finem, donec universam sibi subjecerunt; Nu-

ἅπασαν κατεστρέψαντο, Νομαντίνους τε ἐξελόντες καὶ Οὐρίαθον καὶ Σερτώριον ὕστερον διαφθείραντες, ὑστάτους δὲ Καντάβρους, οὓς [κατέλυσεν] ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ· τὴν [δὲ] Κελτικὴν ἅπασαν τήν τε ἐντὸς καὶ τὴν ἐκτὸς σὺν τῇ Λιγυστικῇ πρότερον μὲν κατὰ μέρος ἀεὶ προσήγοντο, ὕστερον δὲ Καῖσαρ [ὁ] Θεός, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Σεβαστὸς κοινῷ πολέμῳ καὶ ἀθρόως κατεκτήσαντο, νυνὶ δὲ Γερμανοῖς προσπολεμοῦσιν, ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι τῶν τόπων ὡς οἰκειοτάτων, καί τισιν ἤδη θριάμβοις κεκοσμήκασιν ἀπ' αὐτῶν τὴν πατρίδα. τῆς δὲ Λιβύης, ὅση μὴ Καρχηδονίων, βασιλεῦσιν ἐπετέτραπτο ὑπηκόοις οὖσιν, ἀφιστάμενοι δὲ κατελύοντο· νυνὶ δ' εἰς Ἰούβαν περιέστηκεν ἥ τε Μαυρουσία καὶ πολλὰ μέρη τῆς ἄλλης Λιβύης διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους εὔνοιάν τε καὶ φιλίαν. τὰ δ' ὅμοια καὶ περὶ τὴν Ἀσίαν συνέβη· κατ' ἀρχὰς μὲν διὰ τῶν βασιλέων διῳκεῖτο ὑπηκόων ὄντων, ὕστερον δ' ἐκλιπόντων ἐκείνων, καθάπερ τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων καὶ Σύρων καὶ Παφλαγόνων καὶ Καππαδόκων καὶ Αἰγυπτίων, [ἢ] ἀφισταμένων καὶ ἔπειτα καταλυομένων, καθάπερ ἐπὶ Μιθριδάτου συνέβη τοῦ Εὐπάτορος καὶ τῆς Αἰγυπτίας Κλεοπάτρας, ἅπαντα τὰ ἐντὸς Φάσιδος καὶ Εὐφράτου πλὴν Ἀράβων τινῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐστὶ καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων ἀποδειχθεῖσι δυνάσταις. Ἀρμένιοι δὲ καὶ οἱ ὑπερκείμενοι τῆς Κολχίδος, Ἀλβανοί τε καὶ Ἴβηρες, παρουσίας δέονται μόνον τῶν ἡγησομένων, καλῶς δὲ κρατοῦνται, νεωτερίζουσι δὲ διὰ τὰς τῶν Ῥωμαίων ἀπασχολίας, καθάπερ καὶ οἱ πέραν τοῦ Ἴστρου τὸν Εὔξεινον περιοικοῦντες πλὴν τοῦ Βοσπόρου καὶ τῶν Νομάδων· τὸ μὲν γὰρ ὑπήκοον, τὸ δ' ἄχρηστον εἰς πᾶν [διὰ] τὸ ἀκοινώνητον, φυλακῆς δὲ μόνον δεόμενον· καὶ τἆλλα δὲ τὰ πολλὰ Σκηνιτῶν καὶ Νομάδων ἐστὶ πόρρω σφόδρα ὄντων. Παρθυαῖοι δέ, ὅμοροί τε ὄντες καὶ μέγιστον δυνάμενοι, τοσοῦτον ὅμως ἐνέδοσαν πρὸς τὴν Ῥωμαίων καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἡγεμόνων ὑπεροχήν, ὥστ' οὐ μόνον τὰ τρόπαια ἔπεμψαν εἰς Ῥώμην, ἃ κατὰ Ῥωμαίων ἀνέστησάν ποτε, ἀλλὰ καὶ παῖδας ἐπίστευσε Φραάτης τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι καὶ παίδων παῖδας, ἐξομηρευσάμενος θεραπευτικῶς τὴν φιλίαν· οἱ δὲ νῦν μετίασι ἐνθένδε πολλάκις τὸν βασιλεύσοντα, καὶ σχεδόν τι πλησίον εἰσὶ τοῦ ἐπὶ Ῥωμαίοις ποιῆσαι τὴν σύμπασαν ἐξουσίαν. καὶ αὐτὴν [δὲ] τὴν Ἰταλίαν διαστᾶσαν πολλάκις, ἀφ' οὗ γε ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐστί, καὶ αὐτὴν τὴν Ῥώμην ἡ τῆς πολιτείας ἀρετὴ καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐκώλυσεν ἐπὶ πλέον προελθεῖν πλημμελείας καὶ διαφθορᾶς. χαλεπὸν δὲ ἄλλως [δι]οικεῖν τὴν τηλικαύτην ἡγεμονίαν ἢ ἑνὶ ἐπιτρέψαντας ὡς πατρί. οὐδέποτε γοῦν εὐπορῆσαι τοσαύτης εἰρήνης καὶ ἀφθονίας ἀγαθῶν ὑπῆρξε Ῥωμαίοις καὶ τοῖς συμμάχοις αὐτῶν, ὅσην Καῖσάρ τε ὁ Σεβαστὸς παρέσχεν, ἀφ' οὗ παρέλαβε τὴν ἐξουσίαν αὐτοτελῆ, καὶ νῦν ὁ διαδεξάμενος υἱὸς ἐκεῖνον παρέχει Τιβέριος, κανόνα τῆς διοικήσεως καὶ τῶν προσταγμάτων ποιούμενος ἐκεῖνον, καὶ αὐτὸν οἱ παῖδες αὐτοῦ, Γερμανικός τε καὶ Δροῦσος, ὑπουργοῦντες τῷ πατρί.

mantinis excisis, tum Viriatho, inde Sertorio, tandem Cantabris, quos Augustus Cæsar debellavit : et Galliam totam et Ulteriorem et Citeriorem, una cum Liguria initio per partes suam fecerunt, postremo divus Cæsar, et eum secutus Augustus communi bello totam gentem in Romanorum potestatem redegerunt : et nunc in Germanos bellum moverunt, ab his orsi locis, quæ maxime censent apta; et nonnullis jam Germanicis triumphis patriam exornarunt. At Africæ partes, quæ non fuerunt juris Carthaginiensium, regibus concessæ sunt, Romanorum imperio obedientibus : et qui defecere, ditione omni sunt exuti. Nunc Mauritaniam, multasque partes reliquæ Africæ Juba obtinet, ob studium in Romanos et amicitiam hoc consecutus. Eadem est Asiæ quoque conditio. Hæc enim initio gubernata fuit a regibus, qui Romanos agnoscerent dominos : quum autem posterius (aut) eorum genus defecisset, ut reges Attalici, Syri, Paphlagones, Cappadoces, Ægyptii, aut post defectionem essent devicti, quod Mithridati contigit Eupatori, et Cleopatræ Ægyptiæ : omnia inter Phasin et Euphraten, exceptis quibusdam Arabibus, Romanæ sunt ditioni subjecta, Romanisque præfectis obtemperant. Armenii porro, et qui supra Colchidem [*cod. opt.* Chalcidem] siti sunt Albani et Iberi, præsentiam duntaxat requirunt ducum Romanorum, et facile cohibentur : rebus autem novis student, quia Romanos aliis negotiis occupari sentiunt : id quod faciunt etiam qui trans Istrum circa Euxinum accolunt, exceptis Bosporanis et Nomadibus : quorum illi Romanis parent, cum his plane nulla possunt contrahi commercia, et tantum præsidio adversus eos opus est. Reliquarum etiam partium (extremarum) multas habitant Scenitæ et Nomades valde longinqui. Parthi autem, tametsi et ditionem Romanæ habent conterminam et maxima pollent potentia, tamen Romanorum nostræque ætatis Principum majestati ita concesserunt, ut non spolia modo, quæ de Romanis aliquando retulerant, Romam miserint; sed et filios Phraates Augusto Cæsari, nepotesque crediderit, amicitiamque datis obsidibus emereri officiose voluerit : et nostra ætate sæpenumero hinc regem petunt, ac fere jam prope est ut omnem potestatem Romanis subjiciant. Ipsam quoque Italiam, sæpius distractam intestinis motibus, ex quo tempore sub Romanis fuit, et Romam ipsam ulterius progredi peccando et corruptelis, virtus reipublicæ et Principum vetuit. Ceterum aliter tantam gubernari dominationem, quam uni tanquam patri commissam, arduum est. Nunquam certe Romanis et eorum sociis tanta pax omniumque bonorum abundantia potuisset obtingere, quantam et Cæsar Augustus præbuit, postquam ad eum solum summa rerum est delata; et nunc præstat filius ejus ac successor Tiberius, pro norma administrationis et edictorum exemplo patris sui utens; sicut et ipsum imitantur patris administri filii Germanicus et Drusus.

### ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

# ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ ἑβδόμῳ λέγει τῆς Εὐρώπης τὰ λειπόμενα μέρη. ἔστι δὲ τὰ πρὸς τὴν ἕω πέραν τοῦ Ῥήνου μέχρι τοῦ Τανάιδος καὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης, καὶ ὅσα μεταξὺ τοῦ Ἀδρίου καὶ τῶν ἀριστερῶν τῆς Ποντικῆς θαλάσσης μερῶν ἀπολαμβάνει πρὸς νότον μέχρι τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Προποντίδος ὁ Ἴστρος· ἐν οἷς καὶ Μακεδονία πᾶσα.

## ΚΕΦ. Α'.

Εἰρηκόσι δ' ἡμῖν περὶ τῆς Ἰβηρίας καὶ τῶν Κελτικῶν ἐθνῶν καὶ τῶν Ἰταλικῶν σὺν ταῖς πλησίον νήσοις ἐφεξῆς ἂν εἴη λέγειν τὰ λειπόμενα τῆς Εὐρώπης μέρη, διελοῦσι τὸν ἐνδεχόμενον τρόπον. λείπεται δὲ τὰ πρὸς ἕω μὲν τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου μέχρι τοῦ Τανάιδος καὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης, καὶ ὅσα μεταξὺ τοῦ Ἀδρίου καὶ τῶν ἀριστερῶν τῆς Ποντικῆς θαλάττης μερῶν ἀπολαμβάνει πρὸς νότον μέχρι τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Προποντίδος ὁ Ἴστρος. διαιρεῖ γὰρ οὗτος ἅπασαν ὡς ἐγγυτάτω δίχα τὴν λεχθεῖσαν γῆν, μέγιστος τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ποταμῶν, ῥέων πρὸς νότον κατ' ἀρχάς, εἶτ' ἐπιστρέφων εὐθὺς ἀπὸ τῆς δύσεως ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὸν Πόντον. ἄρχεται μὲν οὖν ἀπὸ τῶν Γερμανικῶν ἄκρων τῶν ἑσπερίων, πλησίον δὲ καὶ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδριατικοῦ, διέχων αὐτοῦ περὶ χιλίους σταδίους· τελευτᾷ δ' εἰς τὸν Πόντον οὐ πολὺ ἄποθεν τῶν τοῦ Τύρα καὶ τοῦ Βορυσθένους ἐκβολῶν, ἐκκλίνων ὡς πρὸς ἄρκτους. Προσάρκτια μὲν οὖν ἐστι τῷ Ἴστρῳ τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου καὶ τῆς Κελτικῆς· ταῦτα δ' ἐστὶ τά τε Γαλατικὰ ἔθνη καὶ τὰ Γερμανικὰ μέχρι Βασταρνῶν καὶ Τυρεγετῶν καὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Βορυσθένους, καὶ ὅσα μεταξὺ τούτου καὶ Τανάιδος καὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος εἴς τε τὴν μεσόγαιαν ἀνατείνει μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῇ Ποντικῇ κλύζεται θαλάττῃ· μεσημβρινὰ δὲ τά τε Ἰλλυρικὰ καὶ τὰ Θρᾴκια, καὶ ὅσα τούτοις ἀναμέμικται τῶν Κελτικῶν ἤ τινων ἄλλων, μέχρι τῆς Ἑλλάδος. λέγομεν δὲ πρῶτον περὶ τῶν ἐκτὸς τοῦ Ἴστρου· πολὺ γὰρ ἁπλούστερα τῶν ἐπὶ θάτερα μερῶν ἐστιν.

2. Εὐθὺς τοίνυν τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου μετὰ τοὺς Κελτοὺς πρὸς τὴν ἕω κεκλιμένα Γερμανοὶ νέμονται, μικρὸν ἐξαλλάττοντες τοῦ Κελτικοῦ φύλου τῷ τε πλεονασμῷ τῆς ἀγριότητος καὶ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς ξανθότητος, τἄλλα δὲ παραπλήσιοι, καὶ μορφαῖς καὶ ἤθεσι καὶ βίοις ὄντες οἵους εἰρήκαμεν τοὺς Κελτούς. διὸ δὴ καί μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τοὔνομα,

### STRABONIS

# GEOGRAPHICORUM

### LIBER SEPTIMUS.

## ARGUMENTUM.

Septimo libro describit reliquas Europæ partes; eas scilicet quæ orientem versus sitæ sunt trans Rhenum usque ad Tanain ostiumque paludis Mæotidis, et quæ inter Adriam et sinistrum maris Pontici latus versus austrum usque ad Græciam et Propontidem dirimit Ister: in quibus etiam Macedonia est universa.

## CAP. I.

Hispania, Gallicis et Italicis gentibus vicinisque insulis descriptis, sequitur ut deinceps reliquas Europæ partes persequamur, divisione instituta, qualem rei fert natura. Restant vero ea quæ versus ortum solis a Rheno usque ad Tanain sunt et ostia Mæotidis paludis: et quæ inter Adriam et sinistrum Pontici maris latus meridiem versus ad Græciam usque et Propontidem Ister dirimit. Is enim regiones istas quam proxime universas in duas partes dividit, maximus Europæ fluviorum. Ab initio versus meridiem, inde conversus mox ab occasu contra ortum et Pontum labitur. Etenim oritur in Germaniæ extremis versus occasum partibus, non procul a recessu intimo Adriatici sinus, a quo mille fere stadia abest: exit vero in Pontum, non procul a Tyræ et Borysthenis ostiis, versus septentriones paullum inflexus. Ab Istro igitur septentrionem respiciunt quæ sita sunt ultra Rhenum et Celticam: sunt vero Gallicæ gentes et Germanicæ usque ad Bastarnas et Tyregetas ac Borysthenem fluvium, et quæcumque inter hunc ac Tanain atque ostia Mæotidis quum in mediam terram porriguntur usque ad Oceanum, tum Pontico alluuntur mari: meridiem versus ab Istro sunt gentes Illyricæ, Thraciæ, et quæ his ex Celticis aliisque nonnullis admixtæ sunt ad Græciam usque. Dicamus autem principio de iis quæ trans Istrum sunt gentibus: est enim earum multo simplicior quam ab altera parte degentium explicatio.

2. Statim ergo loca quæ trans Rhenum post Celticos populos in orientem vergunt, Germani incolunt, qui a Gallica gente paullum discrepant majore feritate, corporis proceritate comæque colore flavo, cetera vero similes; nam forma et moribus et victu tales sunt quales Gallos esse diximus. Itaque recte mihi videntur Romani hoc nomen eis indidisse, quum genuinos esse Gallos vellent

ὡς ἂν γνησίους Γαλάτας φράζειν βουλόμενοι· γνήσιοι γὰρ οἱ Γερμανοὶ κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον.

3. Ἔστι δὲ τὰ μὲν πρῶτα μέρη τῆς χώρας ταύτης τὰ πρὸς τῷ Ῥήνῳ μέχρι τῶν ἐκβολῶν ἀπὸ τῆς πηγῆς ἀρξαμένοις· σχεδὸν δέ τι καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ ἑσπέριον τῆς χώρας πλάτος, ἡ ποταμία πᾶσα. ταύτης δὲ τὰ μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μετήγαγον Ῥωμαῖοι, τὰ δ' ἔφθη μεταστάντα εἰς τὴν ἐν βάθει χώραν, καθάπερ Μαρσοί· λοιποὶ δ' εἰσὶν ὀλίγοι καὶ τῶν Σουγάμβρων μέρος· μετὰ δὲ τοὺς παραποταμίους τἆλλά ἐστιν ἔθνη τὰ μεταξὺ τοῦ Ῥήνου καὶ τοῦ Ἄλβιος ποταμοῦ, ὃς παράλληλός πως ἐκείνῳ ῥεῖ πρὸς τὸν ὠκεανόν, οὐκ ἐλάττω χώραν διεξιὼν ἤπερ ἐκεῖνος. εἰσὶ δὲ μεταξὺ καὶ ἄλλοι ποταμοὶ πλωτοί (ὧν ἐν τῷ Ἀμασίᾳ Δροῦσος Βρουκτέρους κατεναυμάχησε), ῥέοντες ὡσαύτως ἀπὸ νότου πρὸς βορρᾶν καὶ τὸν ὠκεανόν. ἐξῆρται γὰρ ἡ χώρα πρὸς νότον καὶ συνεχῆ ταῖς Ἄλπεσι ποιεῖ ῥάχιν τινὰ πρὸς ἕω τεταμένην, ὡς ἂν μέρος οὖσαν τῶν Ἄλπεων· καὶ δὴ καὶ ἀπεφήναντό τινες οὕτως διά τε τὴν λεχθεῖσαν θέσιν καὶ διὰ τὸ τὴν αὐτὴν ὕλην ἐκφέρειν· οὐ μὴν ἐπὶ τοσοῦτό γε ὕψος ἀνίσχει τὰ ταύτῃ μέρη. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ καὶ ὁ Ἑρκύνιος δρυμὸς καὶ τὰ τῶν Σοήβων ἔθνη, τὰ μὲν οἰκοῦντα ἐντὸς τοῦ δρυμοῦ, καθάπερ τὰ τῶν Κοαδούων· ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ Βουίαιμον, τὸ τοῦ Μαροβόδου βασίλειον, εἰς ὃν ἐκεῖνος τόπον ἄλλους τε μετανέστησε πλείους καὶ δὴ καὶ τοὺς ὁμοεθνεῖς ἑαυτῷ Μαρκομμάνους. ἐπέστη γὰρ τοῖς πράγμασιν οὗτος ἐξ ἰδιώτου μετὰ τὴν ἐκ Ῥώμης ἐπάνοδον· νέος γὰρ ἦν ἐνθάδε καὶ εὐεργετεῖτο ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ, ἐπανελθὼν δὲ ἐδυνάστευσε καὶ κατεκτήσατο πρὸς οἷς εἶπον Λουίους τε, μέγα ἔθνος, καὶ Ζούμους καὶ Βούτωνας καὶ Μουγίλωνας καὶ Σιβινοὺς καὶ τῶν Σοήβων αὐτῶν μέγα ἔθνος, Σέμνωνας. πλὴν τά γε τῶν Σοήβων, ὡς ἔφην, ἔθνη τὰ μὲν ἐντὸς οἰκεῖ, τὰ δὲ ἐκτὸς τοῦ δρυμοῦ, ὅμορα τοῖς Γέταις. μέγιστον μὲν οὖν τὸ τῶν Σοήβων ἔθνος· διήκει γὰρ ἀπὸ τοῦ Ῥήνου μέχρι τοῦ Ἄλβιος· μέρος δέ τι αὐτῶν καὶ πέραν τοῦ Ἄλβιος νέμεται, καθάπερ Ἑρμόνδοροι καὶ Λαγκόβαρδοι· νυνὶ δὲ καὶ τελέως εἰς τὴν περαίαν οὗτοί γε ἐκπεπτώκασι φεύγοντες. κοινὸν δ' ἐστὶν ἅπασι τοῖς ταύτῃ τὸ περὶ τὰς μεταναστάσεις εὐμαρὲς διὰ τὴν λιτότητα τοῦ βίου καὶ διὰ τὸ μὴ γεωργεῖν μηδὲ θησαυρίζειν, ἀλλ' ἐν καλυβίοις οἰκεῖν, ἐφήμερον ἔχουσι παρασκευήν· τροφὴ δ' ἀπὸ τῶν θρεμμάτων ἡ πλείστη, καθάπερ τοῖς Νομάσιν, ὥστ' ἐκείνους μιμούμενοι τὰ οἰκεῖα ταῖς ἁρμαμάξαις ἐπάραντες, ὅπῃ ἂν δόξῃ, τρέπονται μετὰ τῶν βοσκημάτων. ἄλλα δ' ἐνδεέστερά ἐστιν ἔθνη Γερμανικὰ Χηροῦσκοί τε καὶ Χάττοι καὶ Γαμαβρίουοι καὶ Χαττουάριοι· πρὸς δὲ τῷ ὠκεανῷ Σούγαμβροί τε καὶ Χαῦβοι καὶ Βρούκτεροι καὶ Κίμβροι, Καῦκοί τε καὶ Καοῦλκοι καὶ Καμψιανοὶ καὶ ἄλλοι πλείους. ἐπὶ ταὐτὰ δὲ τῷ Ἀμασίᾳ φέρονται Βίσουργίς τε καὶ Λουπίας ποταμός, διέχων Ῥήνου περὶ ἑξακοσίους σταδίους, ῥέων διὰ Βρουκτέρων τῶν ἐλαττόνων. ἔστι δὲ καὶ Σάλας ποταμός, οὗ μεταξὺ καὶ

ostendere; *Germani* enim Romanorum lingua genuini dicuntur.

3. Prima Germaniæ regio est ad Rhenum, a fontibus ejus usque ad ostia : parumque abest quin totus hic fluminis tractus etiam latus sit Germaniæ occiduum. Hujus partis populos nonnullos Romani in Galliàm traduxerunt : alii antevertentes in interiora Germaniæ se receperunt, uti Marsi : restant pauci, inter eosque pars Sugambrorum. Post Rheni accolas reliquæ sunt gentes inter hunc et Albin : qui æquali fere usquequaque spatio a Rheno distans in Oceanum fertur, neque minorem quam ille regionem peragrat. Inter hos vero etiam alia sunt navigabilia flumina (e quibus est Amasias, in quo Drusus Bructeros navali prælio vicit), ipsa quoque a meridie Boream versus et Oceanum fluentia. Etenim Germania versus meridiem attollitur, ac dorsum quoddam erigit contiguum Alpibus, versus orientem porrectum, ita ut videri pars Alpium possit : quin et hoc affirmavere quidam propter situm commemoratum, et quod easdem silvæ arbores proferunt : neque tamen montes hujus dorsi Alpium altitudinem æquant. Ibi est etiam silva Hercynia, et Suevorum gentes, quarum quædam in ipsa habitant silva, ut Quadi (? *codd.* Coldui), in quibus est etiam Buiæmum Marobodi regia : in quem locum is quum alios complures transtulit, tum Marcomannos gentiles suos. Etenim Roma reversus (ubi juvenis fuit, et ab Augusto beneficiis affectus), e privato statu ad occupandam dominationem se contulit, ac præter Marcomannos subjecit sibi etiam Luios (Lugios *Tacit.*), magnam gentem, Zumos, Butones (*Gutones?*), Mugilones, Sibinos, et de ipsis Suevis magnam nationem, Semnones. Enimvero Suevorum alii, ut dixi, in silva habitant, alii extra, Getis finitimi. Maxima igitur est Suevorum natio : nam a Rheno ad Albin usque pertingit; pars vero eorum etiam trans Albin habitant, ut Hermondori et Lancobardi (*codd.* Lancosargi); nunc autem hi quidem etiam prorsus se in oppositam regionem fuga receperunt. Commune omnium est, qui istis in locis degunt, facilis et expedita soli mutatio, ob tenuitatem victus, et quod neque colunt agros, nec quidquam reponunt, sed in casis habitant, contenti apparatu qui in diem sufficiat. Cibus eis a pecore plurimus, sicut Nomadibus : quorum etiam imitatione rebus suis in currus impositis facile cum pecore suo abeunt quo visum fuerit. Aliæ minores Germanorum sunt gentes Cherusci, Chatti, Gamabrivi, Chattuarii : ad Oceanum autem Sugambri, Chaubi (*Chamavi?*), Bructeri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campsiani (*infra :* Cathylci et Ampsani), et aliæ plures. Eadem vero qua Amasias cursus directione feruntur Visurgis et Lupias fluvius, qui per Bructeros minores fluit, a Rheno distans circiter sexcentis stadiis. Est etiam Salas

τοῦ Ῥήνου πολεμῶν καὶ κατορθῶν Δροῦσος ἐτελεύτησεν ὁ Γερμανικός. ἐχειρώσατο δ' οὐ μόνον τῶν ἐθνῶν τὰ πλεῖστα, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τῷ παράπλῳ νήσους, ὧν ἐστι καὶ ἡ Βυρχανίς, ἣν ἐκ πολιορκίας εἷλε.

4. Γνώριμα δὲ ταῦτα κατέστη τὰ ἔθνη πολεμοῦντα πρὸς Ῥωμαίους, εἶτ' ἐνδιδόντα καὶ πάλιν ἀφιστάμενα ἢ καὶ καταλείποντα τὰς κατοικίας· κἂν πλείω δὲ γνώριμα ὑπῆρξεν, εἰ ἐπέτρεπε τοῖς στρατηγοῖς ὁ Σεβαστὸς διαβαίνειν τὸν Ἄλβιν, μετιοῦσι τοὺς ἐκεῖσε ἀπανισταμένους. νυνὶ δ' εὐπορώτερον ὑπέλαβε στρατηγεῖν τὸν ἐν χερσὶ πόλεμον, εἰ τῶν ἔξω τοῦ Ἄλβιος καθ' ἡσυχίαν ὄντων ἀπέχοιτο, καὶ μὴ παροξύνοι πρὸς τὴν κοινωνίαν τῆς ἔχθρας. ἤρξαντο δὲ τοῦ πολέμου Σούγαμβροι πλησίον οἰκοῦντες τοῦ Ῥήνου, Μέλωνα ἔχοντες ἡγεμόνα· κἀκεῖθεν ἤδη διεῖχον ἄλλοτ' ἄλλοι, δυναστεύοντες καὶ καταλυόμενοι, πάλιν δ' ἀφιστάμενοι, προδιδόντες καὶ τὰ ὅμηρα καὶ τὰς πίστεις. πρὸς οὓς ἡ μὲν ἀπιστία μέγα ὄφελος, οἱ δὲ πιστευθέντες τὰ μέγιστα κατέβλαψαν, καθάπερ οἱ Χηροῦσκοι καὶ οἱ τούτοις ὑπήκοοι, παρ' οἷς τρία τάγματα Ῥωμαίων μετὰ τοῦ στρατηγοῦ Οὐάρου Κουιντιλλίου παρασπονδηθέντα ἀπώλετο ἐξ ἐνέδρας. ἔτισαν δὲ δίκας ἅπαντες καὶ παρέσχον τῷ νεωτέρῳ Γερμανικῷ λαμπρότατον θρίαμβον, ἐν ᾧ ἐθριαμβεύθη τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν σώματα καὶ γυναικῶν, Σεγιμοῦντός τε Σεγέστου υἱός, Χηρούσκων ἡγεμών, καὶ ἀδελφὴ αὐτοῦ, γυνὴ δ' Ἀρμενίου τοῦ πολεμαρχήσαντος ἐν τοῖς Χηρούσκοις ἐν τῇ πρὸς Οὔαρον Κουιντίλλιον παρασπονδήσει καὶ νῦν ἔτι συνέχοντος τὸν πόλεμον, ὄνομα Θουσνέλδα, καὶ υἱὸς τριετὴς Θουμέλικος· ἔτι δὲ Σεσίθακος, Σεγιμήρου υἱὸς τῶν Χηρούσκων ἡγεμόνος, καὶ γυνὴ τούτου Ῥαμίς, Οὐκρομίρου θυγάτηρ, ἡγεμόνος Χάττων, καὶ Δευδόριξ, Βαιτόριγος τοῦ Μέλωνος ἀδελφοῦ υἱός, Σούγαμβρος. Σεγέστης δὲ ὁ πενθερὸς τοῦ Ἀρμενίου καὶ ἐξ ἀρχῆς διέστη πρὸς τὴν γνώμην αὐτοῦ καὶ λαβὼν καιρὸν ηὐτομόλησε καὶ τῷ θριάμβῳ παρῆν τῶν φιλτάτων, ἐν τιμῇ ἀγόμενος· ἐπόμπευσε δὲ καὶ Λίβης τῶν Χάττων ἱερεύς, καὶ ἄλλα δὲ σώματα ἐπομπεύθη ἐκ τῶν πεπορθημένων ἐθνῶν, Καθύλκων καὶ Ἀμψάνων, Βρουκτέρων, Οὐσίπων, Χηρούσκων, Χάττων, Χαττουαρίων, Λανδῶν, Τουβαττίων. διέχει δὲ τοῦ Ἄλβιος ὁ Ῥῆνος περὶ τρισχιλίους σταδίους, εἴ τις εὐθυπορούσας ἔχει τὰς ὁδούς· νυνὶ δὲ διὰ σκολιᾶς καὶ ἑλώδους καὶ δρυμῶν κυκλοπορεῖν ἀνάγκη.

5. Ὁ δὲ Ἑρκύνιος δρυμὸς πυκνότερός τέ ἐστι καὶ μεγαλόδενδρος ἐν χωρίοις ἐρυμνοῖς, κύκλον περιλαμβάνων μέγαν, ἐν μέσῳ δὲ ἵδρυται χώρα καλῶς οἰκεῖσθαι δυναμένη, περὶ ἧς εἰρήκαμεν. ἔστι δὲ πλησίον αὐτῆς ἥ τε τοῦ Ἴστρου πηγὴ καὶ ἡ τοῦ Ῥήνου, καὶ ἡ μεταξὺ ἀμφοῖν λίμνη καὶ τὰ ἕλη τὰ ἐκ τοῦ Ῥήνου διαχεόμενα. ἔστι δ' ἡ λίμνη τὴν μὲν περίμετρον σταδίων πλειόνων ἢ τριακοσίων, δίαρμα δὲ ἐγγὺς διακοσίων. ἔχει δὲ καὶ νῆσον, ᾗ ἐχρήσατο ὁρμητηρίῳ Τιβέριος ναυμαχῶν πρὸς Οὐινδολικούς. νοτιωτέρα δ' ἐστὶ τῶν τοῦ Ἴστρου

fluvius, inter quem et Rhenum bellum felici successu gerens obiit Drusus Germanicus. Hic non gentes modo plurimas subegit, sed etiam insulas in legendo litore obvias: quarum est Byrchanis (*Strab. ap. St. Byz.* Burchanis), quam obsidione cepit.

4. Innotuere istæ gentes, quum bellum contra Romanos gererent, deinde iis cederent, post vel rursus deficerent vel suas habitationes desererent. Ac fuissent plures etiam cognitæ, si Augustus militum ducibus permisisset ut, transmisso Albi, eos qui huc emigraverant persequerentur. Sed promptius censuit Augustus se bellum, quod erat in manibus, confecturum, si populos ultra Albim sitos ac nihil moventes, missos faceret, neque irritatos ad societatem cum hostibus ineundam invitaret. Belli initium fecere Melone duce Sugambri, Rheno vicini: hinc deinceps alii alio succedebant (διεδέχοντο), potiti imperio, eoque deturbati postea, rursumque deficientes fide et obsidibus proditis. Adversus hos plurimum utilitatis est in incredulitate: nam quibus fides habita est, ii maxima damna intulerunt: ut Cherusci et eorum subditi, apud quos tres Romanæ legiones cum duce Quintilio Varo contra datam fidem insidiis circumventæ perierunt. Pœnas tamen luerunt universi, ac Germanico juniori clarissimum præbuere triumphum, in quo illustrissimos viros ac feminas duxit, inter eosque Segimuntum, Segesti filium, Cheruscorum ducem, sororemque ejus, uxorem vero Arminii, qui belli dux fuerat Cheruscis, quum violatis pactis Varum Quintilium invaserunt, atque etiamnum bellum fovet, nomine Thusnelda, ac filius tres annos natus Thumelicus: nec non Sesithacus, Segimeri filius, Cheruscorum ducis, ejusque uxor Rhamis, Ucromiri (Actumeri *sec. Tacit.*) filia Chattorum (*codd.* Battorum) ducis, et Deudorix, Bætorigis filius, qui frater erat Melonis, Sugamber. Segestes autem Arminii socer, quum initio sententiæ generi restitisset, capto tempore ad Romanos transfugerat, tumque triumphum in quo ducerentur ei carissima, in honore ipse habitus a Romanis, spectavit. Ductus est in pompa etiam Libes, Chattorum sacerdos, aliique multi ex devastatis populis, Cathylcis, Ampsanis (*supra*: Caulcis, Campsianis), Bructeris, Usipis (*codd.* Nusipis), Cheruscis, Chattis, Chattuariis, Landis (*Marsis?*), Tubattiis (*sive* Tubantibus; *codd.*: Subantiis) Distat ab Albi Rhenus, si quis recta via iter facere eo posset, ad tria stadiorum millia: sed obliquo itinere et per circuitum eo via ducit, ob paludes et saltus.

5. Silva Hercynia densior est, magnisque consita arboribus in locis natura munitis, magnum includens circulum: in medio autem sita est regio habitationibus bene apta, de qua diximus (4, 6, 9). Prope eam origo est Istri et Rheni, ac lacus inter horum fontes situs, et paludes e Rheno effusæ. Lacus in ambitu habet stadia amplius trecentis (*sexcentis?*), trajectum prope ducentorum. In eo etiam insula est, qua pro receptaculo usus est Tiberius, navali pugna cum Vindelicis certans. Ceterum lacus hic magis

πηγῶν καὶ αὕτη, (καὶ ὁ Ἑρκύνιος δρυμός,) ὥστ' ἀνάγκη τῷ ἐκ τῆς Κελτικῆς ἐπὶ τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν ἰόντι πρῶτον μὲν διαπερᾶσαι τὴν λίμνην, ἔπειτα τὸν Ἴστρον, εἶτ' ἤδη δι' εὐπετεστέρων χωρίων ἐπὶ τὸν δρυμὸν τὰς προβάσεις ποιεῖσθαι δι' ὀροπεδίων. ἡμερήσιον δ' ἀπὸ τῆς λίμνης προελθὼν ὁδὸν Τιβέριος εἶδε τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς. προσάπτονται δὲ τῆς λίμνης ἐπ' ὀλίγον μὲν οἱ Ῥαιτοί, τὸ δὲ πλέον Ἐλουήττιοι καὶ Οὐινδολικοὶ †καὶ ἡ Βοΐων ἐρημία. μέχρι Παννονίων πάντες, τὸ πλέον δ' Ἐλουήττιοι καὶ Οὐινδολικοί, οἰκοῦσιν ὀροπέδια. Ῥαιτοὶ δὲ καὶ Νωρικοὶ μέχρι τῶν Ἀλπίων ὑπερβολῶν ἀνίσχουσι καὶ πρὸς τὴν Ἰταλίαν περινεύουσιν, οἱ μὲν Ἰνσούβροις συνάπτοντες, οἱ δὲ Κάρνοις καὶ τοῖς περὶ τὴν Ἀκυληίαν χωρίοις. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ὕλη μεγάλη Γαβρῆτα ἐπὶ τάδε τῶν Σοήβων, ἐπέκεινα δ' ὁ Ἑρκύνιος δρυμός· ἔχεται δὲ κἀκεῖνος ὑπ' αὐτῶν.

quam Istri fontes versus meridiem inclinat, adeo ut necesse sit, eum qui e Gallia Hercyniam petit silvam, prius transire lacum, deinde Istrum, ac porro per commodiora jam itineri loca et montanas planities ad silvam ipsam progredi. Unius diei iter progressus a lacu Tiberius fontes Istri vidit. Lacum Rhæti exigua parte, majore Helvetii et Vindelici attingunt. [*Post Vindelicos orientem versus sequuntur Norici*] et Bojorum solitudo. Usque ad Pannonios omnes, magis tamen reliquis Helvetii et Vindelici montanas incolunt planities. Rhæti et Norici usque ad Alpium summa assurgunt, et versus Italiam vergunt, alii Insubres, alii Carnos et quæ sunt circa Aquileiam loca attingentes. Est etiam alia magna silva Gabreta, citra sedes Suevorum, dum trans eas est Hercynius saltus, quem tamen et ipsum Suevi tenent.

## ΚΕΦ. Β'.

Περὶ δὲ Κίμβρων τὰ μὲν οὐκ εὖ λέγεται, τὰ δ' ἔχει πιθανότητας οὐ μετρίας. οὔτε γὰρ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τοῦ πλάνητας γενέσθαι καὶ λῃστρικοὺς ἀποδέξαιτ' ἄν τις, ὅτι χερρόνησον οἰκοῦντες μεγάλῃ πλημμυρίδι ἐξελασθεῖεν ἐκ τῶν τόπων· καὶ γὰρ νῦν ἔχουσι τὴν χώραν, ἣν εἶχον πρότερον, καὶ ἔπεμψαν τῷ Σεβαστῷ δῶρον τὸν ἱερώτατον παρ' αὐτοῖς λέβητα, αἰτούμενοι φιλίαν καὶ ἀμνηστίαν τῶν ὑπηργμένων· τυχόντες δέ, ὧν ἠξίουν, ἀπῆραν· γελοῖον δὲ τῷ φυσικῷ καὶ αἰωνίῳ πάθει, δὶς ἑκάστης ἡμέρας συμβαίνοντι, προσοργισθέντας ἀπελθεῖν ἐκ τοῦ τόπου. ἔοικε δὲ πλάσματι τὸ συμβῆναί ποτε ὑπερβάλλουσαν πλημμυρίδα· ἐπιτάσεις μὲν γὰρ καὶ ἀνέσεις δέχεται τεταγμένας δὲ καὶ περιοδιζούσας ὁ ὠκεανὸς ἐν τοῖς τοιούτοις πάθεσιν. οὐκ εὖ δ' οὐδὲ ὁ φήσας ὅπλα αἴρεσθαι πρὸς τὰς πλημμυρίδας τοὺς Κίμβρους, οὐδ' ὅτι ἀφοβίαν οἱ Κελτοὶ ἀσκοῦντες κατακλύζεσθαι τὰς οἰκίας ὑπομένουσιν, εἶτ' ἀνοικοδομοῦσι, καὶ ὅτι πλείων αὐτοῖς συμβαίνει φθόρος ἐξ ὕδατος ἢ πολέμου, ὅπερ Ἔφορός φησιν. ἡ γὰρ τάξις ἡ τῶν πλημμυρίδων καὶ τὸ τὴν ἐπικλυζομένην χώραν εἶναι γνώριμον οὐκ ἔμελλε ταύτας τὰς ἀτοπίας παρέξειν· δὶς γὰρ ἑκάστης ἡμέρας τούτου συμβαίνοντος τὸ μηδ' ἅπαξ αἰσθάνεσθαι φυσικὴν οὖσαν τὴν παλίρροιαν καὶ ἀβλαβῆ, καὶ οὐ μόνοις τούτοις συμβαίνουσαν, ἀλλὰ τοῖς παρωκεανίταις πᾶσι, πῶς οὐκ ἀπίθανον; οὐδὲ Κλείταρχος εὖ· φησὶ γὰρ τοὺς ἱππέας ἰδόντας τὴν ἔφοδον τοῦ πελάγους ἀφιππάσασθαι καὶ φεύγοντας ἐγγὺς γενέσθαι τοῦ περικαταληφθῆναι. οὔτε δὲ τοσούτῳ τάχει τὴν ἐπίβασιν ὁρμωμένην ἱστοροῦμεν, ἀλλὰ λεληθότως προσιοῦσαν τὴν θάλατταν· οὔτε τὸ καθ' ἡμέραν γιγνόμενον καὶ πᾶσιν ἔναυλον ἤδη ὂν τοῖς πλησιάζειν μέλλουσι, πρὶν ἢ θεάσασθαι, τοσοῦτον ἔμελλε παρέξεσθαι φόβον, ὥστε φεύγειν, ὡς ἂν εἰ ἐξ ἀδοκήτου προσέπεσε.

## CAP. II.

De Cimbris vero quædam minus recte dicuntur, quædam probabilitatem habent non mediocrem. Neque enim hac de causa eos incertis vagari sedibus et latrociniis victum quærere aliquis crediderit, quod e peninsula, quam inhabitabant, ingenti maris exundatione fuerint ejecti : nam etiam nunc antiquas incolunt sedes, atque hinc Augusto lebetem, qui apud ipsos sacerrimus habebatur, dono miserunt, amicitiam expetentes, et veniam illatarum injuriarum; eamque consecuti domum redierunt; porro ridiculum sit, eos ob naturalem ac sempiternum eventum, quotidie bis redeuntem, iratos solum vertisse. Figmentum vero esse videtur, eluviem aliquando immodicam accidisse: quum id genus Oceani accidentia intendantur quidem ea et remittantur, sed ordine tamen suo atque modo. Neque recte etiam is, qui arma adversus exundationem capere Cimbros ait : nec magis, ut exercitatione intrepidi fiant, Celtas pati domos suas aquis obrui, rursumque ædificare, pluresque eorum aquis quam bello perire; quod quidem Ephorus tradidit. Nam hæc absurda non admittit quum ordo æstuum, tum notitia regionis quæ illuviem patitur. Quum enim bis quotidie æstus accidat, qui credibile sit tandem, ne semel quidem eos sensisse, naturalem esse hanc maris reciprocationem et innoxiam, nec non sibi cum omnibus ad Oceanum accolentibus communem? Male etiam Clitarchus, equites narrans, accursum maris spectantes, citatis equis refugisse, et pæne fuisse affluxu obrutos. Neque enim tanta celeritate accedere mare deprehendimus, sed sensim et latenter : neque id quod fieret quotidie, et si qui accessissent, antequam cerneretur, aures personaret, tantum potuit objicere his terrorem, ut quasi de improviso oblata re fugam facerent.

2. Ταῦτα δὲ δικαίως ἐπιτιμᾷ τοῖς συγγραφεῦσι Ποσειδώνιος καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει, διότι ληστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν, ἀπ' ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθείη βόσπορος, οἷον Κιμβρικός, Κιμμερίους τοὺς Κίμβρους ὀνομασάντων τῶν Ἑλλήνων. φησὶ δὲ καὶ Βοΐους τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν οἰκεῖν πρότερον, τοὺς δὲ Κίμβρους ὁρμήσαντας ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, ἀποκρουσθέντας ὑπὸ τῶν Βοΐων ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ τοὺς Σκορδίσκους Γαλάτας καταβῆναι, εἶτ' ἐπὶ Τευρίστας καὶ Ταυρίσκους, καὶ τούτους Γαλάτας, εἶτ' ἐπὶ Ἐλουηττίους, πολυχρύσους μὲν ἄνδρας, εἰρηναίους δέ· ὁρῶντας δὲ τὸν ἐκ τῶν ληστηρίων πλοῦτον, ὑπερβάλλοντα τοῦ παρ' ἑαυτοῖς, τοὺς Ἐλουηττίους ἐπαρθῆναι, μάλιστα δ' αὐτῶν Τιγυρηνούς τε καὶ Τωυγένους, ὥστε καὶ συνεξορμῆσαι. πάντες μέντοι κατελύθησαν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, αὐτοί τε οἱ Κίμβροι καὶ οἱ συναράμενοι τούτοις, οἱ μὲν ὑπερβαλόντες τὰς Ἄλπεις εἰς τὴν Ἰταλίαν, οἱ δ' ἔξω τῶν Ἄλπεων.

3. Ἔθος δέ τι τῶν Κίμβρων διηγοῦνται τοιοῦτον, ὅτι ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν συστρατευούσαις παρηκολούθουν προμάντεις ἱέρειαι πολιότριχες, λευχείμονες, καρπασίνας ἐφαπτίδας ἐπιπεπορπημέναι, ζῶσμα χαλκοῦν ἔχουσαι, γυμνόποδες· ταῖς οὖν αἰχμαλώτοις διὰ τοῦ στρατοπέδου συνήντων ξιφήρεις. καταστέψασαι δ' αὐτοὺς ἦγον ἐπὶ κρατῆρα χαλκοῦν ὅσον ἀμφορέων εἴκοσι· εἶχον δὲ ἀναβάθραν, ἣν ἀναβᾶσα ὑπερπετὴς τοῦ λέβητος ἐλαιμοτόμει ἕκαστον μετεωρισθέντα· ἐκ δὲ τοῦ προχεομένου αἵματος εἰς τὸν κρατῆρα μαντείαν τινὰ ἐποιοῦντο· ἄλλαι δὲ διασχίσασαι ἐσπλάγχνευον ἀναφθεγγόμεναι νίκην τοῖς οἰκείοις. ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσιν ἔτυπτον τὰς βύρσας τὰς περιτεταμένας τοῖς γέρροις τῶν ἁρμαμαξῶν, ὥστ' ἀποτελεῖσθαι ψόφον ἐξαίσιον.

4. Τῶν δὲ Γερμανῶν, ὡς εἶπον, οἱ μὲν προσάρκτιοι παρήκουσι τῷ ὠκεανῷ. γνωρίζονται δ' ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου λαβόντες τὴν ἀρχὴν μέχρι τοῦ Ἄλβιος. τούτων δ' εἰσὶ γνωριμώτατοι Σούγαμβροί τε καὶ Κίμβροι. τὰ δὲ πέραν τοῦ Ἄλβιος τὰ πρὸς τῷ ὠκεανῷ παντάπασιν ἄγνωστα ἡμῖν ἐστιν. οὔτε γὰρ τῶν προτέρων οὐδένα ἴσμεν τὸν παράπλουν τοῦτον πεποιημένον πρὸς τὰ ἑωθινὰ μέρη τὰ μέχρι τοῦ στόματος τῆς Κασπίας θαλάττης, οὔθ' οἱ Ῥωμαῖοί πω προῆλθον εἰς τὰ περαιτέρω τοῦ Ἄλβιος· ὡς δ' αὔτως οὐδὲ πεζῇ παρωδεύκασιν οὐδένες. ἀλλ' ὅτι μὲν κατὰ μῆκος ἰοῦσιν ἐπὶ τὴν ἕω τὰ κατὰ τὸν Βορυσθένη καὶ τὰ πρὸς βορρᾶν (μέρη) τοῦ Πόντου χωρία ἀπαντᾷ, δῆλον ἐκ τῶν κλιμάτων καὶ τῶν παραλλήλων διαστημάτων. τί δ' ἐστὶ πέραν τῆς Γερμανίας καὶ τί τῶν ἄλλων τῶν ἑξῆς, εἴτε Βαστάρνας χρὴ λέγειν, ὡς οἱ πλείους ὑπονοοῦσιν, εἴτ' ἄλλους μεταξὺ ἢ Ἰάζυγας ἢ Ῥωξολανοὺς ἤ τινας ἄλλους τῶν Ἁμαξοίκων οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν· οὐδ' εἰ μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ παρήκουσι παρὰ πᾶν τὸ μῆκος, ἤ ἐστί τι ἀοίκητον ὑπὸ ψύχους ἢ ἄλλης αἰτίας, ἢ εἰ καὶ γένος ἀνθρώπων ἄλλο διαδέχεται μεταξὺ τῆς θαλάττης καὶ τῶν

2. Hæc Posidonius jure in scriptoribus reprehendit. Idem haud inepte suspicatur, Cimbros, utpote prædones et incertis errabundos sedibus, ad Mæotim usque paludem militiam agitasse, et fuisse ab iis etiam Cimmerium Bosporum denominatum, quasi Cimbricum, quum Græci Cimbros Cimmeriorum nomine afficiant. Idem perhibet Boios quondam Hercyniam incoluisse silvam : ac Cimbros, quum ad ea loca se contulissent, ab iis repulsos, ad Istrum et Scordiscos Gallos descendisse, inde ad Teuristas ac (*sive?*) Tauriscos, ipsos quoque Gallos, tum ad Helvetios, auri illos divites, ceterum pacem colentes. Hos vero, quum viderent suis majores opes latrociniis Cimbrorum partas maxime Tigurinos ac Toygenos, animis excitatos esse, adeo ut etiam socios se Cimbrorum expeditioni adjungerent. Omnes autem a Romanis debellati sunt et Cimbri et eorum socii, partim quum superatis Alpibus in Italiam descenderent, partim extra Alpes.

17. Εἶτα Βορυσθένης ποταμὸς πλωτὸς ἐφ' ἑξακοσίους σταδίους καὶ πλησίον ἄλλος ποταμὸς Ὕπανις καὶ νῆσος πρὸ τοῦ στόματος τοῦ Βορυσθένους, ἔχουσα λιμένα. πλεύσαντι δὲ τὸν Βορυσθένη σταδίους διακοσίους ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ πόλις· ἡ δ' αὐτὴ καὶ Ὀλβία καλεῖται, μέγα ἐμπόριον, κτίσμα Μιλησίων. ἡ δὲ ὑπερκειμένη πᾶσα χώρα τοῦ λεχθέντος μεταξὺ Βορυσθένους καὶ Ἴστρου πρώτη μέν ἐστιν ἡ τῶν Γετῶν ἐρημία, ἔπειτα οἱ Τυρεγέται, μεθ' οὓς οἱ Ἰάζυγες Σαρμάται καὶ οἱ Βασίλειοι λεγόμενοι καὶ Οὖργοι, τὸ μὲν πλέον νομάδες, ὀλίγοι δὲ καὶ γεωργίας ἐπιμελούμενοι· τούτους φασὶ καὶ παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκεῖν, ἐφ' ἑκάτερα πολλάκις. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Βαστάρναι μὲν τοῖς Τυρεγέταις ὅμοροι καὶ Γερμανοῖς, σχεδόν τι καὶ αὐτοὶ τοῦ Γερμανικοῦ γένους ὄντες, εἰς πλείω φῦλα διῃρημένοι. καὶ γὰρ Ἄτμονοι λέγονταί τινες καὶ Σιδόνες, οἱ δὲ τὴν Πεύκην κατασχόντες τὴν ἐν τῷ Ἴστρῳ νῆσον Πευκῖνοι, Ῥωξολανοὶ δ' ἀρκτικώτατοι τὰ μεταξὺ τοῦ Τανάιδος καὶ τοῦ Βορυσθένους νεμόμενοι πεδία. ἡ γὰρ προσάρκτιος πᾶσα ἀπὸ Γερμανίας μέχρι τῆς Κασπίας πεδιάς ἐστιν, ἣν ἴσμεν· ὑπὲρ δὲ τῶν Ῥωξολανῶν εἴ τινες οἰκοῦσιν, οὐκ ἴσμεν. οἱ δὲ Ῥωξολανοὶ καὶ πρὸς τοὺς Μιθριδάτου τοῦ Εὐπάτορος στρατηγοὺς ἐπολέμουν, ἔχοντες ἡγεμόνα Τάσιον· ἧκον δὲ Παλάκῳ συμμαχήσοντες τῷ Σκιλούρου, καὶ ἐδόκουν μὲν εἶναι μάχιμοι· πρὸς μέντοι συντεταγμένην φάλαγγα καὶ ὡπλισμένην καλῶς τὸ βάρβαρον φῦλον ἀσθενὲς πᾶν ἐστι καὶ τὸ γυμνητικόν. ἐκεῖνοι γοῦν περὶ πέντε μυριάδας πρὸς ἑξακισχιλίους τοὺς Διοφάντῳ, τῷ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγῷ, συμπαραταξαμένους οὐκ ἀντέσχον, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι διεφθάρησαν. χρῶνται δὲ ὠμοβοΐνοις κράνεσι καὶ θώραξι, γερροφόροι, ἀμυντήρια δ' ἔχοντες καὶ λόγχας καὶ τόξον καὶ ξίφος· τοιοῦτοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων οἱ πλείους. τῶν δὲ Νομάδων αἱ σκηναὶ πιλωταὶ πεπήγασιν ἐπὶ ταῖς ἁμάξαις, ἐν αἷς διαιτῶνται· περὶ δὲ τὰς σκηνὰς τὰ βοσκήματα, ἀφ' ὧν τρέφονται καὶ γάλακτι καὶ τυρῷ καὶ κρέασιν· ἀκολουθοῦσι δὲ ταῖς νομαῖς μεταλαμβάνοντες τόπους ἀεὶ τοὺς ἔχοντας πόαν, χει-

centis circiter stadiis. Inter ostia autem exiguæ exsistunt insulæ. Ceterum tria ostia quæ Sacrum subsequuntur, parva sunt : reliqua his majora, Sacro tamen multo minora. Ephorus quinque ostia Istro tribuit. Ab Istro ad Tyram fluvium navigabilem stadia sunt nongenta. In medio duo sunt magni lacus, quorum alter versus mare patet ita ut portum quoque præbeat, alter ostio caret.

16. Ad ostium Tyræ turris est, quam Neoptolemi dicunt, et vicus, qui Hermonactis appellatur. Inde subvectus adverso amne centum quadraginta stadia, utrimque urbem habet, Niconiam ad dextram, Ophiussam ad lævam : accolæ vero fluminis *aliam* urbem (*Tyram* &c.) dicunt occurrere sursum naviganti stadia centum viginti. A Tyræ ostiis insula Leuce abest trajectu quingentorum stadiorum, Achilli sacra, in alto sita.

17. Hinc Borysthenes, qui sexcentis stadiis navigari potest, et in propinquo est alius fluvius Hypanis, et insula ante ostium Borysthenis, portu prædita. Subvectus adverso amne Borysthene ducenta stadia ad urbem pervenies ei cognominem, quæ eadem etiam Olbia dicitur, magnum emporium, colonia Milesiorum. Regionis autem totius, quæ jam dicto inter Istrum et Borysthenem intervallo superjacet, prima portio est solitudo Getarum : deinde Tyregetæ, post hos Iazyges Sarmatæ, et qui Basilii, id est Regii, dicuntur, et Urgi (*Georgi sive Agricolæ?*); quorum plerique nomades sunt, nonnulli vero etiam agriculturæ operam navant : hos ferunt etiam ad Istrum habitare, ad utramque sæpe ejus ripam. In mediterraneis Bastarnæ sunt Tyregetis ac Germanis confines, ac fere ipsi quoque Germanici generis, in plures divisi populos. Nam Atmoni nominantur alii, alii Sidones : Peucini, qui insulam Istri Peucen occuparunt, Roxolani maxime septentrionales, qui campos inter Tanain et Borysthenem incolunt. Nam quantum est nobis cognitum regionis septentrionalis a Germania usque ad Caspium mare, id omne est campestre : an supra Roxolanos habitent aliqui, nescimus. Roxolani vero etiam contra Mithridatis Eupatoris legatos pugnaverunt, Tasio ipsos ducente, ut suppetias ferrent Palaco Sciluri filio : ac credebantur quidem esse bellicosi; sed adversus compositam probeque armatam phalangem quævis barbarica natio et levis armaturæ exercitus parum habet virium. Itaque eorum quinquaginta millia vim sex millium (tot enim in acie habuit Diophantus Mithridatis legatus) minime sustinuerunt, sed plerique eorum occisi sunt. Utuntur galeis de crudis boum tergoribus, ac thoracibus; peltas gerunt cratibus contextas : tela iis hasta, arcus, gladius. Illis similes sunt etiam reliqui plerique. Tentoria Nomadum, pilis coactis compacta, infixa sunt vehiculis, in quibus degunt : circum ea versantur pecora, quorum lacte, caseo et carnibus aluntur : sequuntur autem ipsi pascua, alios semper cum

μῶνος μὲν ἐν τοῖς ἕλεσι τοῖς περὶ τὴν Μαιῶτιν, θέρους δὲ καὶ ἐν τοῖς πεδίοις.

18. Ἅπασα δ' ἡ χώρα δυσχείμερός ἐστι μέχρι τῶν ἐπὶ θαλάττῃ τόπων τῶν μεταξὺ Βορυσθένους καὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος· αὐτῶν δὲ τῶν ἐπὶ θαλάττῃ τὰ ἀρκτικώτατα, τό τε στόμα τῆς Μαιώτιδος καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ τοῦ Βορυσθένους [καὶ] ὁ μυχὸς τοῦ Ταμυράκου κόλπου, [τοῦ] καὶ Καρκινίτου, καθ' ὃν ὁ ἰσθμὸς τῆς μεγάλης Χερρονήσου. δηλοῖ δὲ τὰ ψύχη, καίπερ ἐν πεδίοις οἰκούντων· ὄνους τε γὰρ οὐ τρέφουσι (δύσριγον γὰρ τὸ ζῷον), οἵ τε βόες οἱ μὲν ἄκερῳ γεννῶνται, τῶν δ' ἀπορρινῶσι τὰ κέρατα (καὶ γὰρ τοῦτο δύσριγον τὸ μέρος), οἵ τε ἵπποι μικροί, τὰ δὲ πρόβατα μεγάλα· ῥήττονται δὲ χαλκαῖ ὑδρίαι, τὰ δ' ἐνόντα συμπήττεται. τῶν δὲ πάγων ἡ σφοδρότης μάλιστα ἐκ τῶν συμβαινόντων περὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος δῆλός ἐστιν. ἁμαξεύεται γὰρ ὁ διάπλους ὁ εἰς Φαναγορίαν ἐκ τοῦ Παντικαπαίου, ὥστε καὶ πηλὸν εἶναι καὶ ὁδόν· ὀρυκτοί τέ εἰσιν ἰχθύες οἱ ἀποληφθέντες ἐν τῷ κρυστάλλῳ τῇ προσαγορευομένῃ γαγγάμῃ, καὶ μάλιστα οἱ ἀντακαῖοι, δελφῖσι πάρισοι τὸ μέγεθος. Νεοπτόλεμον δέ φασι, τὸν τοῦ Μιθριδάτου στρατηγόν, ἐν τῷ αὐτῷ πόρῳ θέρους μὲν ναυμαχίᾳ περιγενέσθαι τῶν βαρβάρων, χειμῶνος δ' ἱππομαχίᾳ· φασὶ δὲ καὶ τὴν ἄμπελον ἐν τῷ Βοσπόρῳ κατορύττεσθαι χειμῶνος, ἐπαμώντων πολὺ τῆς γῆς. λέγεται δὲ καὶ τὰ καύματα σφοδρὰ γίνεσθαι, τάχα μὲν τῶν σωμάτων ἀηθιζομένων, τάχα δὲ τῶν πεδίων ἀνηνεμούντων τότε, ἢ καὶ τοῦ πάχους τοῦ ἀέρος ἐκθερμαινομένου πλέον, καθάπερ ἐν τοῖς νέφεσιν οἱ παρήλιοι ποιοῦσιν. Ἀτέας δὲ δοκεῖ τῶν πλείστων ἄρξαι τῶν ταύτῃ βαρβάρων ὁ πρὸς Φίλιππον πολεμήσας τὸν Ἀμύντου.

19. Μετὰ δὲ τὴν πρὸ τοῦ Βορυσθένους νῆσον ἑξῆς πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλοῦς ἐπὶ ἄκραν τὴν τοῦ Ἀχιλλείου δρόμου, ψιλὸν μὲν χωρίον, καλούμενον [δ'] ἄλσος, ἱερὸν Ἀχιλλέως· εἶθ' ὁ Ἀχίλλειος δρόμος, ἀλιτενὴς χερρόνησος· ἔστι γὰρ ταινία τις ὅσον χιλίων σταδίων μῆκος ἐπὶ τὴν ἕω, πλάτος δὲ τὸ μέγιστον δυεῖν σταδίων, ἐλάχιστον τεσσάρων πλέθρων, διέχουσα τῆς ἑκατέρωθεν τοῦ αὐχένος ἠπείρου σταδίους ἑξήκοντα, ἀμμώδης, ὕδωρ ἔχουσα ὀρυκτόν· κατὰ μέσην δ' ὁ τοῦ ἰσθμοῦ αὐχὴν ὅσον τετταράκοντα σταδίων· τελευτᾷ δὲ πρὸς ἄκραν, ἣν Ταμυράκην καλοῦσιν, ἔχουσαν ὕφορμον βλέποντα πρὸς τὴν ἤπειρον· μεθ' ἣν ὁ Καρκινίτης κόλπος εὐμεγέθης, ἀνέχων πρὸς τὰς ἄρκτους ὅσον ἐπὶ σταδίους χιλίους, οἱ δὲ καὶ τριπλασίους φασὶ μέχρι τοῦ μυχοῦ· ** καλοῦνται δὲ Τάφριοι. τὸν δὲ κόλπον καὶ Ταμυράκην καλοῦσιν ὁμωνύμως τῇ ἄκρᾳ.

## ΚΕΦ. Δ'.

Ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ ἰσθμὸς ὁ διείργων τὴν Σαπρὰν λεγομένην λίμνην ἀπὸ τῆς θαλάττης, σταδίων τεσσαράκοντα καὶ ποιῶν τὴν Ταυρικὴν καὶ Σκυθικὴν λεγομένην χερρόνησον· οἱ δὲ τριακοσίων ἑξήκοντα τὸ πλάτος

aliis permutantes locis, quæ herbam habeant : hieme in paludibus Mæotidi propinquis, æstate etiam in campis.

18. Tota hæc regio algida est usque ad maritima inter Borysthenem et ostium Mæotidis loca : ex ipsis vero maritimis ea quæ maxime ad septentrionem inclinant, os Mæotidis magisque etiam Borysthenis, tum recessus sinus Tamyracæ sive Carcinitæ (*codd.* Carpenietæ), ad quem isthmus est magnæ Chersonesi. Manifesta vero sunt frigoris documenta, quanquam in locis planis incolæ degant : nullos enim asinos alunt, quod id animal frigoris est impatiens : et boum alii natura cornibus carent, aliis lima ipsi abscindunt, quia hæc pars facile a frigore læditur; porro equi apud eos sunt pusilli, oves vero magnæ : æreæ rumpuntur hydriæ, congelantibus quæ intus continentur. Gelu autem qua sit vehementia, maxime ex iis intelligi potest, quæ apud fauces Mæotidis fiunt. Etenim trajectus, qui inter Phanagoriam est et Panticapæum, plaustris fit, ita ut et via trita et cœnum (*modo navigatio* [καὶ πλοῦν], *modo via?*) ibi sit. Et pisces in glacie deprehensi gangama, quam vocant, effodiuntur, maxime antacæi (*acipenserum genus*), delphinos magnitudine æquantes. In eodem trajectu ferunt Neoptolemum Mithridatis ducem æstate navali prœlio, hieme equestri pugna barbaris superiorem discessisse. Præterea vites aiunt in Bosporo sub hiemem defodi, multa ingesta terra. Sed etiam æstus ibi accidere traditur ingentes, sive id fit, quod corporibus æstus est insolens, sive quod tunc campi ventis carent, sive quod crassus aer magis incalescit : quale est, quod in nubibus parhelii efficiunt. Ceterum Ateas, qui contra Philippum Amyntæ filium bellum gessit, videtur plurimis istorum locorum barbaris imperasse.

19. Post insulam, quæ ante Borysthenem sita est, deinceps versus ortum solis navigatur ad promontorium Cursus Achillei : qui locus etsi arboribus nudatus, lucus tamen vocatur, Achilli sacer. Deinde est Achilleus Cursus, peninsula non multum e mari se attollens : est enim quasi tænia, longitudine stadiorum circiter mille versus ortum solis extenta; latitudo ejus maxima duorum stadiorum, minima jugerum quattuor : a continente, quæ est ab utraque colli parte, distat stadiis sexaginta; arenosa est, aquam habet fossilem : in medio isthmi collum est, latum fere stadia quadraginta; desinit autem ad promontorium, quod Tamyracen appellant, sub quo est navium statio continentem respiciens. Post illud sequitur Carcinites (*codd h. l.* Carpineites) sinus permagnus, versus septentrionem ad mille porrectus stadia : alii usque ad intimum recessum sinus triplum hujus numerant : *** vocantur autem (sc. *accolæ sinus intimi*) Taphrii. Sinum etiam Tamyracen eodem quo promontorium nomine appellant.

## CAP. IV.

Ibi isthmus est, qui Sapram (i. e. *Putrem*) quem vocant paludem a mari dividit, latus stadia quadraginta, atque eam efficit peninsulam, quæ Taurica et Scythica appellatur Chersonesus : sunt qui latitudinem isthmi trecenta sexa-

τοῦ ἰσθμοῦ φασιν. ἡ δὲ Σαπρὰ λίμνη σταδίων μὲν καὶ τετρακισχιλίων λέγεται, μέρος δ' ἐστὶ τῆς Μαιώτιδος τὸ πρὸς δύσιν· συνεστόμωται γὰρ αὐτῇ στόματι μεγάλῳ. ἑλώδης δ' ἐστὶ σφόδρα καὶ ῥαπτοῖς πλοίοις μόγις πλόϊμος· οἱ γὰρ ἄνεμοι τὰ τενάγη ῥᾳδίως ἀνακαλύπτουσιν, εἶτα πάλιν πληροῦσιν, ὥστε τὰ ἕλη τοῖς μείζοσι σκάφεσιν οὐ περάσιμά ἐστιν. ἔχει δ' ὁ κόλπος νησίδια τρία καὶ προσβραχῆ τινα καὶ χοιραδώδη ὀλίγα κατὰ τὸν παράπλουν.

2. Ἐκπλέοντι δ' ἐν ἀριστερᾷ πολίχνη καὶ ἄλλος λιμὴν Χερρονησιτῶν. ἔκκειται γὰρ ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἄκρα μεγάλη κατὰ τὸν παράπλουν ἐφεξῆς, μέρος οὖσα τῆς ὅλης Χερρονήσου, ἐφ' ᾗ ἵδρυται πόλις Ἡρακλεωτῶν, ἄποικος τῶν ἐν τῷ Πόντῳ, αὐτὸ τοῦτο καλουμένη Χερρόνησος, διέχουσα τοῦ Τύρα παράπλουν σταδίων τετρακισχιλίων τετρακοσίων· ἐν ᾗ τὸ τῆς Παρθένου ἱερόν, δαίμονός τινος, ἧς ἐπώνυμος καὶ ἡ ἄκρα ἡ πρὸ τῆς πόλεώς ἐστιν ἐν σταδίοις ἑκατόν, καλουμένη Παρθένιον, ἔχον νεὼν τῆς δαίμονος καὶ ξόανον. μεταξὺ δὲ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἄκρας λιμένες τρεῖς, εἶθ' ἡ παλαιὰ Χερρόνησος κατεσκαμμένη καὶ μετ' αὐτὴν λιμὴν στενόστομος, καθ' ὃν μάλιστα οἱ Ταῦροι, Σκυθικὸν ἔθνος, τὰ ληστήρια συνίσταντο, τοῖς καταφεύγουσιν ἐπ' αὐτὸν ἐπιχειροῦντες· καλεῖται δὲ Συμβόλων λιμήν. οὗτος δὲ ποιεῖ πρὸς ἄλλον λιμένα Κτενοῦντα καλούμενον τετταράκοντα σταδίων ἰσθμόν· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ ἰσθμὸς ὁ κλείων τὴν μικρὰν Χερρόνησον, ἣν ἔφαμεν τῆς μεγάλης Χερρονήσου μέρος, ἔχουσαν ἐν αὐτῇ τὴν ὁμωνύμως λεγομένην πόλιν Χερρόνησον.

3. Αὕτη δ' ἦν πρότερον αὐτόνομος, πορθουμένη δὲ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἠναγκάσθη προστάτην ἑλέσθαι Μιθριδάτην τὸν Εὐπάτορα, στρατηγιῶντα ἐπὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ ἰσθμοῦ μέχρι Βορυσθένους βαρβάρους καὶ τοῦ Ἀδρίου· ταῦτα δ' ἦν ἐπὶ Ῥωμαίους παρασκευή. ἐκεῖνος μὲν οὖν κατὰ ταύτας τὰς ἐλπίδας ἄσμενος πέμψας εἰς τὴν Χερρόνησον στρατιάν, ἅμα πρός τε τοὺς Σκύθας ἐπολέμει Σκίλουρόν τε καὶ τοὺς Σκιλούρου παῖδας τοὺς περὶ Πάλακον, οὓς Ποσειδώνιος μὲν πεντήκοντά φησιν, Ἀπολλωνίδης δὲ ὀγδοήκοντα· ἅμα δὲ τούτους τε ἐχειρώσατο βίᾳ καὶ Βοσπόρου κατέστη κύριος παρ' ἑκόντος λαβὼν Παρισάδου τοῦ κατέχοντος. ἐξ ἐκείνου δὴ τοῦ χρόνου τοῖς τοῦ Βοσπόρου δυνάσταις ἡ τῶν Χερρονησιτῶν πόλις ὑπήκοος μέχρι νῦν ἐστι. τὸ δ' ἴσον ὁ Κτενοῦς διέχει τῆς τε τῶν Χερρονησιτῶν πόλεως καὶ τοῦ Συμβόλων λιμένος. μετὰ δὲ τὸν Συμβόλων λιμένα μέχρι Θεοδοσίας πόλεως ἡ Ταυρικὴ παραλία, χιλίων που σταδίων τὸ μῆκος, τραχεῖα καὶ ὀρεινὴ καὶ καταιγίζουσα τοῖς Βορέαις ἵδρυται. πρόκειται δ' αὐτῆς ἄκρα πολὺ πρὸς τὸ πέλαγος καὶ τὴν μεσημβρίαν ἐκκειμένη κατὰ Παφλαγονίαν καὶ Ἄμαστριν πόλιν, καλεῖται δὲ Κριοῦ μέτωπον. ἀντίκειται δ' αὐτῇ τὸ τῶν Παφλαγόνων ἀκρωτήριον ἡ Κάραμβις τὸ διαιροῦν εἰς πελάγη δύο τὸν Εὔξεινον πόντον τῷ ἑκατέρωθεν σφιγγομένῳ πορθμῷ. Διέστηκε δ' ἡ Κάραμβις τῆς μὲν τῶν Χερ-

ginta stadia faciant. Ceterum Sapra palus vel quater mille stadiorum esse dicitur: pars autem est Mæotidis occidua, magno illi ore conjuncta. Est autem palustris admodum, ac vix sutilibus potest navigari cymbis: venti enim cœnosa ista vada facile et denudant et rursum aqua implent, ut paludes istæ majoribus navigiis non sint perviæ. Habet sinus tres exiguas insulas, et juxta litus sunt brevia quædam, ac scopuli infra aquam latentes aliqui.

2. Enaviganti (*e sinu Carcinite*) ad lævam oppidum est, et alius (*l.* καὶ Καλὸς, et Calos *i. e. Pulcher*) portus Chersonesitarum. Porrectum enim meridiem versus juxta litus navigationem continuantibus extenditur magnum promontorium, portio totius Chersonesi, in quo sita est urbs Heracleotarum Ponticorum colonia, quæ ipso illo nomine vocatur Chersonesus, dissita ab ostio Tyræ, si litus navigatione legeris, stadiis quater mille et quadringentis. In ea urbe templum est Partheni sive Virginis, genii cujusdam de cujus nomine etiam promontorium, quod ante urbem est ad centum stadia, vocatur Parthenium, fanum ejus genii habens ac simulacrum. Inter urbem et promontorium portus sunt tres; sequitur Vetusta Chersonesus nunc diruta, et post hanc portus angusto introitu: ad quem potissimum sua latrocinia instituerunt Tauri, Scythica gens, confugientes in eum adoriri soliti: portus Symbolorum dicitur. Is cum alio portu, quem Ctenuntem appellant, isthmum constituit stadiorum quadraginta: is est isthmus, qui parvam Chersonesum claudit, quam magnæ Chersonesi partem esse diximus, et in se habere cognominem sibi urbem Chersonesum.

3. Fuit ea urbs initio libera: sed quum a barbaris incursaretur, coacta est in tutelam se dedere Mithridati Eupatori, qui adversus barbaros, habitantes supra isthmum usque ad Borysthenem et Adriam, bellum moliebatur: quo bello se in Romanos parabat. Itaque Mithridates ista spe ductus libenter exercitum in Chersonesum misit, simulque et Scythis bellum intulit, qui erant sub Sciluro Scilurique filio Palaco hujusque fratribus (Posidonius quinquaginta fuisse fratres asserit, Apollonides octoginta), eosque vi subegit, et Bosporo potitus est, dominium Parisade, qui tum eum tenebat, ultro concedente. Ex eo tempore in hunc usque diem Chersonesus urbs Bosporanis principibus paruit. Ctenûs æquali spatio distat a Chersoneso urbe et Symbolorum portu. Post Symbolorum portum usque ad Theodosiam urbem Taurica maritima ora porrigitur, mille circiter stadiorum longitudine, aspera et montosa, et procellosa Aquilonibus. Ante eam promontorium in mare ac versus meridiem longe prominet, Paphlagoniam spectans et Amastrin urbem: vocatur Criu metopon (*id est* Arietis frons). Huic opponitur Paphlagoniæ promontorium Carambis, quo in duas partes Euxinus pontus dividitur, freto utrimque promontoriis illis arctato. A Chersoneso urbe usque ad Carambin stadia sunt duo millia quingenta, a

ρονησιτῶν πόλεως σταδίους δισχιλίους καὶ πεντακοσίους, τοῦ δὲ Κριοῦ μετώπου πολὺ ἐλάττους τὸν ἀριθμόν· συχνοὶ γοῦν τῶν διαπλευσάντων τὸν πορθμὸν ἅμα φασὶν ἰδεῖν ἀμφοτέρας ἑκατέρωθεν τὰς ἄκρας. ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ τῶν Ταύρων καὶ τὸ ὄρος ἐστὶν ὁ Τραπεζοῦς, ὁμώνυμον τῇ πόλει τῇ περὶ τὴν Τιβαρανίαν καὶ τὴν Κολχίδα· καὶ ἄλλο δ' ἐστὶν ὄρος Κιμμέριον κατὰ τὴν αὐτὴν ὀρεινήν, δυναστευσάντων ποτὲ τῶν Κιμμερίων ἐν τῷ Βοσπόρῳ· καθ' ὃ καὶ Κιμμερικὸς Βόσπορος καλεῖται τοῦ πορθμοῦ πᾶν, ὃ ἐπέχει τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος.

4. Μετὰ δὲ τὴν ὀρεινὴν τὴν λεχθεῖσαν ἡ Θεοδοσία κεῖται πόλις, πεδίον εὔγαιον ἔχουσα καὶ λιμένα ναυσὶ καὶ ἑκατὸν ἐπιτήδειον· οὗτος δὲ ὅρος ἦν πρότερον τῆς τῶν Βοσποριανῶν καὶ Ταύρων γῆς· καὶ ἡ ἑξῆς δ' ἐστὶν εὔγαιος χώρα μέχρι Παντικαπαίου, τῆς μητροπόλεως τῶν Βοσποριανῶν, ἱδρυμένης ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος. ἔστι δὲ τὸ μεταξὺ τῆς Θεοδοσίας καὶ τοῦ Παντικαπαίου στάδιοι περὶ πεντακόσιοι καὶ τριάκοντα, χώρα πᾶσα σιτοφόρος, κώμας ἔχουσα καὶ πόλιν εὐλίμενον τὸ Νυμφαῖον καλούμενον. τὸ δὲ Παντικάπαιον λόφος ἐστὶ πάντῃ περιοικούμενος ἐν κύκλῳ σταδίων εἴκοσι· πρὸς ἕω δ' ἔχει λιμένα καὶ νεώρια ὅσον τριάκοντα νεῶν, ἔχει δὲ καὶ ἀκρόπολιν· κτίσμα δ' ἐστὶ Μιλησίων. ἐμοναρχεῖτο δὲ πολὺν χρόνον ὑπὸ δυναστῶν τῶν περὶ Λεύκωνα καὶ Σάτυρον καὶ Παρισάδην αὕτη τε καὶ αἱ πλησιόχωροι κατοικίαι πᾶσαι αἱ περὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος ἑκατέρωθεν μέχρι Παρισάδου τοῦ Μιθριδάτῃ παραδόντος τὴν ἀρχήν. ἐκαλοῦντο δὲ τύραννοι, καίπερ οἱ πλείους ἐπιεικεῖς γεγονότες, ἀρξάμενοι ἀπὸ Παρισάδου καὶ Λεύκωνος. Παρισάδης δὲ καὶ θεὸς νενόμισται· τούτῳ δὲ ὁμώνυμος καὶ ὁ ὕστατος, οὐχ οἷός τε ὢν ἀντέχειν πρὸς τοὺς βαρβάρους, φόρον πραττομένους μείζω τοῦ πρότερον, Μιθριδάτῃ τῷ Εὐπάτορι παρέδωκε τὴν ἀρχήν· ἐξ ἐκείνου δ' ἡ βασιλεία γεγένηται Ῥωμαίοις ὑπήκοος. τὸ μὲν οὖν πλέον αὐτῆς μέρος ἐστὶν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, μέρος δέ τι καὶ ἐπὶ τῆς Ἀσίας.

5. Τὸ δὲ στόμα τῆς Μαιώτιδος καλεῖται μὲν Κιμμερικὸς Βόσπορος, ἄρχεται δὲ ἀπὸ μείζονος πλάτους, ἀπὸ ἑβδομήκοντά που σταδίων· καθ' ὃ διαίρουσιν ἐκ τῶν περὶ Παντικάπαιον τόπων εἰς τὴν ἐγγυτάτω πόλιν τῆς Ἀσίας, τὴν Φαναγορίαν· τελευτᾷ δ' εἰς πολὺ στενώτερον πορθμόν. διαιρεῖ δ' ὁ στενωπὸς οὗτος τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης, καὶ ὁ Τάναϊς ποταμός, καταντικρὺ ῥέων ἀπὸ τῶν ἄρκτων εἴς τε τὴν λίμνην καὶ τὸ στόμα αὐτῆς· δύο δ' ἔχει τὰς εἰς τὴν λίμνην ἐκβολὰς διεχούσας ἀλλήλων ὅσον σταδίους ἑξήκοντα. ἔστι δὲ καὶ πόλις ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ, μέγιστον τῶν βαρβάρων ἐμπόριον μετὰ τὸ Παντικάπαιον. ἐν ἀριστερᾷ δ' εἰσπλέοντι τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον πολίχνιόν ἐστι Μυρμήκιον ἐν εἴκοσι σταδίοις ἀπὸ τοῦ Παντικαπαίου. τοῦ δὲ Μυρμηκίου διπλάσιον διέχει κώμη Παρθένιον, καθ' ἣν στενώτατος ὁ εἴσπλους ἐστὶν ὅσον εἴκοσι σταδίων, ἔχων ἀντικειμένην ἐν τῇ Ἀσίᾳ κώμην, Ἀχιλ-

Criumetopo multo pauciora: itaque complures eorum, qui per illud fretum navigarunt, simul se utrumque vidisse promontorium affirmant. In montanis Taurorum mons etiam est Trapezûs, cognominis urbi quæ juxta Tibaraniam est et Colchidem. Est etiam in iisdem montanis alius mons Cimmerius, a Cimmeriis, qui olim in Bosporo imperarunt, dictus, sicut etiam Cimmerius Bosporus dicitur omnis ea freti pars quæ est ad Mæotidis ostium.

4. Post montana ista urbs sita est Theodosia, campo prædita fertili, et portu vel centum navibus recipiendis apto: hic olim limes fuit ditionis Bosporianorum et Taurorum. Subsequitur regio item agri præstantis usque ad Panticapæum, principem Bosporianorum urbem, sitam ad ostium Mæotidis. Inter Theodosiam et Panticapæum stadia sunt circiter quingenta et triginta. Tota regio frumenti ferax est, habetque vicos et urbem bono portu præditam, quæ vocatur Nymphæum. Panticapæum tumulus est omni ex parte accolis refertus ambitu in orbem stadiorum viginti: versus orientem habet portum et navalia recipiendis triginta navibus; sufficientia habet et arcem. Milesii condiderunt. Diu quum hæc urbs, tum vicina omnia utrimque circa os Mæotidis oppida unius dominio paruerunt, veluti Leuconis, Satyri (*codd.* Sagauri), Parisadæ usque ad Parisadem illum qui Mithridati imperium tradidit. Appellabantur autem tyranni, quamquam plerique juste imperabant, inde a Parisade et Leucone, quorum Parisades etiam deus habitus est. Huic vero cognominis erat etiam ultimus regum, qui quum barbaris resistere non posset majus antiquo tributum exigentibus, Mithridati Eupatori imperium concessit: quo debellato, regnum in Romanorum venit potestatem. Major ejus pars in Europa, aliqua tamen etiam in Asia est portio.

5. Porro ostium Mæotidis nomen gerit Cimmerici Bospori: et majore amplitudine incipiens, septuaginta circiter stadiorum, unde a locis Panticapæo vicinis in proximam Asiæ urbem, Phanagoriam, est trajectus, in longe arctius fretum desinit. Dividit autem Europam ab Asia fretum hoc et Tanais fluvius, qui e regione ejus a septentrione in Mæotidem defertur et in ostium ejus. Duobus autem ostiis Tanais se in lacum evolvit, distantibus inter se stadia circiter sexaginta. Est etiam urbs Tanais, fluvio cognominis, maximum barbarorum secundum Panticapæum illa emporium. Naviganti in Bosporum Cimmerium ad sinistram est Myrmecium oppidum, ad viginti a Panticapæo stadia: duplo hujus intervalli a Myrmecio abest vicus Parthenium, ubi fretum est angustissimum, circiter viginti stadiorum; eique opponitur in Asia vicus, Achilleum nomine. Hinc

λειον καλουμένην. ἐντεῦθεν δ' εὐθυπλοίᾳ μὲν ἐπὶ τὸν Τάναϊν καὶ τὴν κατὰ τὰς ἐκβολὰς νῆσον στάδιοι δισχίλιοι διακόσιοι, μικρὸν δ' ὑπερβάλλει τοῦ ἀριθμοῦ τούτου πλέοντι παρὰ τὴν Ἀσίαν· πλέον δ' ἢ τριπλάσιον ἐν ἀριστερᾷ πλέοντι μέχρι τοῦ Τανάϊδος, ἐν ᾧ παράπλῳ καὶ ὁ ἰσθμὸς ἵδρυται. οὗτος μὲν οὖν ὁ παράπλους ἔρημος πᾶς ὁ παρὰ τὴν Εὐρώπην, ὁ δ' ἐν δεξιᾷ οὐκ ἔρημος· ὁ δὲ σύμπας τῆς λίμνης κύκλος ἐνναχισχιλίων ἱστορεῖται σταδίων. ἡ δὲ μεγάλη Χερρόνησος τῇ Πελοποννήσῳ προσέοικε καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος. ἔχουσι δ' αὐτὴν οἱ τοῦ Βοσπόρου δυνάσται κεκακωμένην πᾶσαν ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων. πρότερον δ' εἶχον ὀλίγην μὲν τὴν πρὸς τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος καὶ τῷ Παντικαπαίῳ μέχρι Θεοδοσίας τῶν Βοσπορίων τύραννοι, τὴν δὲ πλείστην μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ καὶ τοῦ κόλπου τοῦ Καρκινίτου Ταῦροι, Σκυθικὸν ἔθνος· καὶ ἐκαλεῖτο ἡ χώρα πᾶσα αὕτη, σχεδὸν δέ τι καὶ ἡ ἔξω τοῦ ἰσθμοῦ μέχρι Βορυσθένους, μικρὰ Σκυθία· διὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἐνθένδε περαιουμένων τόν τε Τύραν καὶ τὸν Ἴστρον καὶ ἐποικούντων τὴν γῆν καὶ ταύτης οὐκ ὀλίγη μικρὰ προσηγορεύθη Σκυθία, τῶν Θρᾳκῶν τὰ μὲν τῇ βίᾳ συγχωρούντων, τὰ δὲ τῇ κακίᾳ τῆς χώρας· ἑλώδης γάρ ἐστιν ἡ πολλὴ αὐτῆς.

6. Τῆς δὲ Χερρονήσου, πλὴν τῆς ὀρεινῆς τῆς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ μέχρι Θεοδοσίας, ἥ γε ἄλλη πεδιὰς καὶ εὔγεώς ἐστι πᾶσα, σίτῳ δὲ καὶ σφόδρα εὐτυχής· τριακοντάχουν ἀποδίδωσι, διὰ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ σχιζομένη. φόρον τε ἐτέλουν ὀκτωκαίδεκα μυριάδας μεδίμνων Μιθριδάτῃ, τάλαντα δ' ἀργυρίου διακόσια σὺν τοῖς Ἀσιανοῖς χωρίοις τοῖς περὶ τὴν Σινδικήν. κἂν τοῖς πρόσθεν χρόνοις ἐντεῦθεν ἦν τὰ σιτοπομπεῖα τοῖς Ἕλλησι, καθάπερ ἐκ τῆς λίμνης αἱ ταριχεῖαι· Λεύκωνα δέ φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα. οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι καὶ Γεωργοὶ ἐκαλοῦντο ἰδίως διὰ τὸ τοὺς ὑπερκειμένους Νομάδας εἶναι, τρεφομένους κρέασιν ἄλλοις τε καὶ ἱππείοις, ἱππείῳ δὲ καὶ τυρῷ καὶ γάλακτι καὶ ὀξυγάλακτι (τοῦτο δὲ καὶ ὄψημά ἐστιν αὐτοῖς κατασκευασθέν πως)· διόπερ ὁ ποιητὴς ἅπαντας εἴρηκε τοὺς ταύτῃ Γαλακτοφάγους. οἱ μὲν οὖν Νομάδες πολεμισταὶ μᾶλλόν εἰσιν ἢ λῃστρικοί, πολεμοῦσι δὲ ὑπὲρ τῶν φόρων. ἐπιτρέψαντες γὰρ ἔχειν τὴν γῆν τοῖς ἐθέλουσι γεωργεῖν ἀντὶ ταύτης ἀγαπῶσι φόρους λαμβάνοντες τοὺς συντεταγμένους μετρίους τινὰς οὐκ εἰς περιουσίαν, ἀλλ' εἰς τὰ ἐφήμερα καὶ τὰ ἀναγκαῖα τοῦ βίου· μὴ διδόντων δέ, αὐτοῖς πολεμοῦσιν. οὕτω δὲ καὶ δικαίους ἅμα καὶ ἀβίους ὁ ποιητὴς εἴρηκε τοὺς αὐτοὺς τούτους ἄνδρας· ἐπεί, τῶν γε φόρων ἀπευτακτουμένων, οὐδ' ἂν καθίσταντο εἰς πόλεμον. οὐκ ἀπευτακτοῦσι δ' οἱ δυνάμει πεποιθότες, ὥστε ἢ ἀμύνασθαι ῥᾳδίως ἐπιόντας ἢ κωλῦσαι τὴν ἔφοδον· καθάπερ Ἄσανδρον ποιῆσαί φησιν Ὑψικράτης, ἀποτειχίσαντα τὸν ἰσθμὸν τῆς Χερρονήσου τὸν πρὸς τῇ Μαιώτιδι, τριακοσίων ὄντα καὶ ἑξήκοντα σταδίων, ἐπιστήσαντα πύργους καθ' ἕκαστον στάδιον δέκα.

recto cursu si quis versus Tanain naviget ad insulam, quæ inter ejus jacet ostia, stadiorum sunt duo millia ducenta; neque multo plura, si quis oram Asiæ legat: sed triplo amplius est, si quis in sinistra parte naviget ad Tanain præter litus: in qua navigatione etiam isthmus obversatur. Est autem ora hæc Europæ tota deserta, dextra hominibus est frequentata. Totum Mæotidis paludis ambitum continere novem millia stadiorum traditur. Magna autem Chersonesus Peloponneso et forma et magnitudine respondet. Bosporani reguli eam tenent, totam continentibus bellis attritam. Antea Bosporanorum tyranni parvam obtinuerunt regionem, quæ est ad Mæotidis fauces et Panticapæum usque ad Theodosiam: maximam usque ad isthmum et sinum Carciniten Tauri, Scythica gens: ac totà illa regio et fere quidquid extra isthmum ad Borysthenem usque est, nuncupabatur parva Scythia: ob multitudinem autem eorum qui hinc Tyram ac Istrum trajecerunt, terramque ibi sitam occuparunt, etiam hujus regionis portio non exigua nomen Scythiæ parvæ accepit, Thracibus partim, quia resistendo non erant, concedentibus, partim ob soli incommoditatem, quod majori ex parte palustre est.

6. At Chersonesi, exceptis montanis quæ juxta mare sunt ad Theodosiam usque, reliqua alia omnia plana sunt et uberis glebæ, ac præcipue frumentum copiose proferunt: nam ager ibi quocumque rastro scissus, trigecuplum reddit. Tributi nomine solvebant Mithridati centum octoginta millia medimnorum, et talenta argenti ducenta cum Asianis locis, quæ sunt juxta Sindicen. Atque ex his locis olim in Græciam frumentum deportabatur, sicut salsamenta e Mæotide: et ferunt Leuconem Theodosia misisse Atheniensibus medimnorum millia ducenta decem (*Epit.*: millia centum quinquaginta). Iidem Chersonesii peculiari nomine Agricolæ dicebantur, quod, qui supra eos habitabant, Nomades essent, qui vescerentur quum aliis carnibus tum equinis ac caseo etiam et lacte equinis, et acido lacte (quo ii utuntur etiam pro condimento, certa quadam arte parato): quare omnes qui istas inhabitarent partes, poeta Lactivoros dixit. Nomades bello magis quam latrociniis sunt dediti, bella vero gerunt propter tributa. Agros enim suos colendos iis quibus lubet concedunt, contenti pro locatione certo stipendio, eoque non ad abundantiam, sed ad necessarios quotidianæ vitæ usus temperato; non persolventibus autem bellum inferunt. Ita simul et justos et minimo viventes (Abios) eos poeta appellavit: nam arma nunquam caperent pensione sibi persoluta. Recusare vero solent persolutionem ii qui viribus suis confisi aut propulsare adventantes, aut etiam aditu arcere se posse sentiunt: id quod Asandrum fecisse scribit Hypsicrates, qui isthmum Chersonesi ad Mæotidem, trecenta sexaginta stadia longum, muro ducto munierit, denis (?) turribus in singula stadia constitutis. Sed Agricolæ, qui ibi sunt,

οἱ δὲ Γεωργοὶ ταύτῃ μὲν ἡμερώτεροί τε ἅμα καὶ πολιτικώτεροι νομίζονται εἶναι, χρηματισταὶ δ' ὄντες καὶ θαλάττης ἁπτόμενοι ληστηρίων οὐκ ἀπέχονται, οὐδὲ τῶν τοιούτων ἀδικιῶν καὶ πλεονεξιῶν.

7. Πρὸς δὲ τοῖς καταριθμηθεῖσι τόποις ἐν τῇ Χερρονήσῳ καὶ τὰ φρούρια ὑπῆρξεν, ἃ κατεσκεύασε Σκίλουρος καὶ οἱ παῖδες, οἷσπερ καὶ ὁρμητηρίοις ἐχρῶντο πρὸς τοὺς Μιθριδάτου στρατηγούς, Παλάκιόν τε καὶ Χάβον καὶ Νεάπολις· ἦν δὲ καὶ Εὐπατόριόν τι, κτίσαντος Διοφάντου, [τοῦ] Μιθριδάτῃ στρατηγοῦντος. ἔστι δ' ἄκρα διέχουσα τοῦ τῶν Χερρονησιτῶν τείχους ὅσον πεντεκαίδεκα σταδίους, κόλπον ποιοῦσα εὐμεγέθη, νεύοντα πρὸς τὴν πόλιν· τούτου δ' ὑπέρκειται λιμνοθάλαττα, ἁλοπήγιον ἔχουσα· ἐνταῦθα δὲ καὶ ὁ Κτενοῦς ἦν. ἵν' οὖν ἀντέχοιεν, οἱ βασιλικοὶ πολιορκούμενοι τῇ τε ἄκρᾳ τῇ λεχθείσῃ φρουρὰν ἐγκατέστησαν, τειχίσαντες τὸν τόπον, καὶ τὸ στόμα τοῦ κόλπου τὸ μέχρι τῆς πόλεως διέχωσαν, ὥστε πεζεύεσθαι ῥᾳδίως καὶ τρόπον τινὰ μίαν εἶναι πόλιν ἐξ ἀμφοῖν· ἐκ δὲ τούτου ῥᾷον ἀπεκρούοντο τοὺς Σκύθας. ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ διατειχίσματι τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ πρὸς τῷ Κτενοῦντι προσέβαλον καὶ τὴν τάφρον ἐνέχουν καλάμῳ, τὸ μεθ' ἡμέραν γεφυρωθὲν μέρος νύκτωρ ἐνεπίμπρασαν οἱ βασιλικοὶ καὶ ἀντεῖχον τέως, ἕως ἐπεκράτησαν. καὶ νῦν ὑπὸ τοῖς τῶν Βοσπορανῶν βασιλεῦσιν, οὓς ἂν Ῥωμαῖοι καταστήσωσιν, ἅπαντά ἐστιν.

8. Ἴδιον δὲ τοῦ Σκυθικοῦ καὶ τοῦ Σαρματικοῦ παντὸς ἔθνους τὸ τοὺς ἵππους ἐκτέμνειν εὐπειθείας χάριν· μικροὶ μὲν γάρ εἰσιν, ὀξεῖς δὲ σφόδρα καὶ δυσπειθεῖς. θῆραι δ' εἰσὶν ἐν μὲν τοῖς ἕλεσιν ἐλάφων καὶ συάγρων, ἐν δὲ τοῖς πεδίοις ὀνάγρων καὶ δορκάδων. ἴδιον δέ τι καὶ τὸ ἀετὸν μὴ γίνεσθαι ἐν τοῖς τόποις τούτοις. ἔστι δὲ τῶν τετραπόδων ὁ καλούμενος κόλος, μεταξὺ ἐλάφου καὶ κριοῦ τὸ μέγεθος, λευκός, ὀξύτερος τούτων τῷ δρόμῳ, πίνων τοῖς ῥώθωσιν εἰς τὴν κεφαλήν, εἶτ' ἐντεῦθεν εἰς ἡμέρας ταμιεύων πλείους, ὥστ' ἐν τῇ ἀνύδρῳ νέμεσθαι ῥᾳδίως. τοιαύτη μὲν ἡ ἐκτὸς Ἴστρου πᾶσα, ἡ μεταξὺ τοῦ Ῥήνου καὶ τοῦ Τανάιδος ποταμοῦ, μέχρι τῆς Ποντικῆς θαλάττης καὶ τῆς Μαιώτιδος.

## ΚΕΦ. Ε΄.

Λοιπὴ δ' ἐστὶ τῆς Εὐρώπης ἡ ἐντὸς Ἴστρου καὶ τῆς κύκλῳ θαλάττης, ἀρξαμένη ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδριατικοῦ, μέχρι τοῦ Ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου, ἐν ᾗ ἐστιν ἥ τε Ἑλλὰς καὶ τὰ τῶν Μακεδόνων καὶ τῶν Ἠπειρωτῶν ἔθνη καὶ τὰ ὑπὲρ τούτων πρὸς τὸν Ἴστρον καθήκοντα καὶ πρὸς τὴν ἐφ' ἑκάτερα θάλατταν, τήν τε Ἀδριατικὴν καὶ τὴν Ποντικήν, πρὸς μὲν τὴν Ἀδριατικὴν τὰ Ἰλλυρικά, πρὸς δὲ τὴν ἑτέραν μέχρι Προποντίδος καὶ Ἑλλησπόντου τὰ Θρᾴκια καὶ εἴ τινα τούτοις ἀναμέμικται Σκυθικὰ ἢ Κελτικά. δεῖ δ' ἀπὸ τοῦ Ἴστρου τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι, τὰ ἐφεξῆς λέγοντας τοῖς περιοδευθεῖσι τόποις· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ συνεχῆ τῇ

etsi videntur mansuetiores esse ac magis culti, lucro tamen dediti, et mare tractantes, latrociniis non abstinent, aliisque id genus injuriis et aliorum defraudationibus.

7. Præter enumerata Chersonesi loca etiam castella fuerunt, quæ Scilurus et filii ejus exstruxerant, iisque adversus Mithridatis duces belli arcibus usi sunt : Palacium, Chabum, Neapolis; fuit et Eupatorium, a Diophanto conditum, qui Mithridatis ductabat exercitum. Est nempe promontorium a Chersonesitarum muro distans stadiis fere quindecim, sinum efficiens satis magnum, qui urbem versus inclinat : supra hunc est lacus marinus, salinas habens; ibi erat etiam Ctenûs portus. Ut igitur hosti resisterent regii a Scythis obsessi, promontorio dicto præsidium imposuerunt, loco muris munito, et fauces sinus usque ad urbem aggere ingesto complanaverunt, ut facile pedestri itineri aptæ essent, et ex duabus urbibus una quodammodo fieret: hinc minore jam negotio Scythas arcuerunt. Quum autem hi et murum quo interclusus erat isthmus ad Ctenuntem, aggrederentur, et ingestis calamis fossam implerent : regii, quantum ab his interdiu quasi ponte facto stratum fuerat, noctu incenderunt, ac tantisper restiterunt, donec tandem victoriam consequerentur. Nunc sub regibus Bosporanorum, quos Romanis constituere placuerit, omnia sunt.

8. Peculiare hoc omnibus Scythicis et Sarmaticis est gentibus, quod equos castrant, ut sic habeant eos ad parendum mansuetiores : sunt enim parvi quidem, verum acres admodum et contumaces. Venationes habent in paludibus cervorum et aprorum, in campis onagrorum et caprearum. Est etiam hoc singulare, quod aquila iis in regionibus nulla exsistit. Habent autem animal quadrupes, quod ab iis Colus dicitur, magnitudine inter cervum et arietem media, album, cursu quam illa velocius, quod naribus aquam in caput haurit, ibique per dies complures reservat, ita ut facile vivat in locis aquæ expertibus. Talis ergo est universa portio Europæ extra Danubium, inter Rhenum et Tanain fluvios ad Ponticum usque mare et paludem Mæotidem.

## CAP. V.

Superest ea Europæ pars quæ intra Istrum sita et in orbem ambiens mare, ab intimo sinus Adriatici incipiens usque ad Sacrum Istri ostium porrigitur : qua continetur Græcia et Macedonicæ ac Epiroticæ gentes, tum quæ supra has ad Istrum pertingunt, et ad mare utrimque alluens Adriaticum ac Ponticum : nimirum ad Adriaticum Illyricæ gentes, versus alterum usque ad Propontidem et Hellespontum Thraciæ, et si quæ eis admixtæ sunt Scythicæ aut Celticæ. Est autem initium repetendum ab Istro, ac primum ordine recensenda, quæ enarratis jam locis sunt proxima : nimirum quæ confinia sunt Italiæ, Alpibus,

Ἰταλίᾳ τε καὶ ταῖς Ἄλπεσι καὶ Γερμανοῖς καὶ Δακοῖς καὶ Γέταις. δίχα δ' ἄν τις καὶ ταῦτα διέλοι· τρόπον γάρ τινα τῷ Ἴστρῳ παράλληλά ἐστι τά τε Ἰλλυρικὰ καὶ τὰ Παιονικὰ καὶ τὰ Θρᾴκια ὄρη, μίαν πως γραμμὴν ἀποτελοῦντα, διήκουσαν ἀπὸ τοῦ Ἀδρίου μέχρι πρὸς τὸν Πόντον· ἧς προσάρκτια μέν ἐστι μέρη τὰ μεταξὺ τοῦ Ἴστρου καὶ τῶν ὀρῶν, πρὸς νότον δ' ἥ τε Ἑλλὰς καὶ ἡ συνεχὴς βάρβαρος μέχρι τῆς ὀρεινῆς. πρὸς μὲν οὖν τῷ Πόντῳ τὸ Αἱμόν ἐστιν ὄρος, μέγιστον τῶν ταύτῃ καὶ ὑψηλότατον, μέσην πως διαιροῦν τὴν Θρᾴκην· ἀφ' οὗ φησι Πολύβιος ἀμφοτέρας καθορᾶσθαι τὰς θαλάττας, οὐκ ἀληθῆ λέγων· καὶ γὰρ τὸ διάστημα μέγα τὸ πρὸς τὸν Ἀδρίαν καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα πολλά. πρὸς δὲ τῷ Ἀδρίᾳ πᾶσα ἡ Ἀρδία σχεδόν τι, μέση δ' ἡ Παιονία, καὶ αὐτὴ πᾶσα ὑψηλή. ἐφ' ἑκάτερα δ' αὐτῆς, ἐπὶ μὲν τὰ Θρᾴκια ἡ Ῥοδόπη ὁμορεῖ, ὑψηλὸν ὄρος μετὰ τὸν Αἷμον, ἐπὶ δὲ θάτερα πρὸς ἄρκτον τὰ Ἰλλυρικά, ἥ τε τῶν Αὐταριατῶν χώρα καὶ ἡ Δαρδανική. λέγωμεν δὴ τὰ Ἰλλυρικὰ πρῶτα, συνάπτοντα τῷ τε Ἴστρῳ καὶ ταῖς Ἄλπεσιν, αἳ κεῖνται μεταξὺ τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς Γερμανίας, ἀρξάμεναι ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς κατὰ τοὺς Οὐινδολικοὺς καὶ Ῥαιτοὺς καὶ Τοινίους.

2. Μέρος μὲν δή τι τῆς χώρας ταύτης ἠρήμωσαν οἱ Δακοὶ καταπολεμήσαντες Βοΐους καὶ Ταυρίσκους, ἔθνη Κελτικὰ τὰ ὑπὸ Κριτασίρῳ, φάσκοντες εἶναι τὴν χώραν σφετέραν, καίπερ ποταμοῦ διείργοντος τοῦ Παρίσου, ῥέοντος ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐπὶ τὸν Ἴστρον κατὰ τοὺς Σκορδίσκους καλουμένους Γαλάτας· καὶ γὰρ οὗτοι τοῖς Ἰλλυρικοῖς ἔθνεσι καὶ τοῖς Θρᾳκίοις ἀναμὶξ ᾤκησαν· ἀλλ' ἐκείνους μὲν οἱ Δακοὶ κατέλυσαν, τούτοις δὲ καὶ συμμάχοις ἐχρήσαντο πολλάκις. τὸ δὲ λοιπὸν ἔχουσι Παννόνιοι μέχρι Σεγεστικῆς καὶ Ἴστρου πρὸς ἄρκτον καὶ ἕω· πρὸς δὲ τἆλλα μέρη ἐπὶ πλέον διατείνουσιν. ἡ δὲ Σεγεστικὴ πόλις ἐστὶ Παννονίων ἐν συμβολῇ ποταμῶν πλειόνων, ἁπάντων πλωτῶν, εὐφυὲς ὁρμητήριον τῷ πρὸς Δακοὺς πολέμῳ· ὑποπέπτωκε γὰρ ταῖς Ἄλπεσιν, αἳ διατείνουσι μέχρι τῶν Ἰαπόδων, Κελτικοῦ τε ἅμα καὶ Ἰλλυρικοῦ ἔθνους· ἐντεῦθεν δὲ καὶ ποταμοὶ ῥέουσι πολὺν καταφέροντες εἰς αὐτὴν τόν τε ἄλλον καὶ τὸν ἐκ τῆς Ἰταλίας φόρτον. εἰς γὰρ Ναύπορτον ἐξ Ἀκυληΐας ὑπερθεῖσι τὴν Ὄκραν εἰσὶ στάδιοι τριακόσιοι πεντήκοντα, εἰς ἣν αἱ ἁρμάμαξαι κατάγονται, τῶν Ταυρίσκων οὖσαν κατοικίαν· ἔνιοι δὲ πεντακοσίους φασίν. ἡ δ' Ὄκρα ταπεινότατον μέρος τῶν Ἄλπεών ἐστι τῶν διατεινουσῶν ἀπὸ τῆς Ῥαιτικῆς μέχρι Ἰαπόδων· ἐντεῦθεν δ' ἐξαίρεται τὰ ὄρη πάλιν ἐν τοῖς Ἰάποσι καὶ καλεῖται Ἄλβια. ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ Τεργέστε, κώμης Καρνικῆς, ὑπέρθεσίς ἐστι διὰ τῆς Ὄκρας εἰς ἕλος Λούγεον καλούμενον. πλησίον δὲ τοῦ Ναυπόρτου ποταμός ἐστι Κορκόρας, ὁ δεχόμενος τὰ φορτία· οὗτος μὲν οὖν εἰς τὸν Σαῦον ἐμβάλλει, ἐκεῖνος δ' εἰς τὸν Δράβον· ὁ δὲ εἰς τὸν Νόαρον κατὰ τὴν Σεγεστικήν. ἐντεῦθεν δ' ἤδη ὁ Νόαρος, πλήθει προσλαβὼν

Germanis, Dacis, Getis. Verum hæc quoque in duas partes diducere licet. Etenim quodammodo æquabiliter ubique ab Istro distantem lineam conficiunt Illyrii, Pæonii ac Thracii montes, ab Adria ad Pontum usque pertinentem: a qua versus septentrionem est quod inter montes et Istrum interjacet regionis: versus meridiem Græcia et huic contiguæ barbarorum sedes ad montes usque. Atque ad Pontum quidem pertingit Hæmus mons, maximus eorum qui in istis sunt partibus, atque celsissimus, mediam fere dividens Thraciam, ex quo Polybius utrumque mare cerni falso ait: nam et magnum est ad Adriam usque intervallum, et quæ visum impediant multa. Nam ad Adriam tota pæne est Ardia, ac media Pannonia, ipsa quoque sicuti Ardia sublimis tota. Ab altera autem ejus parte in Thracia mons est confinis Pannonibus Rhodope post Hæmum maxime altus; ab altera parte versus septentrionem Illyricum est, et Autariatarum regio ac Dardanica. Primum itaque Illyrica exponamus, quæ et Istrum et Alpes attingunt, sita inter Italiam et Germaniam, incipientia a lacu, qui apud Vindelicos est et Rhætos et Tœnios (*Helvetios?*).

2. Hujus regionis partem vastam desertamque reddiderunt Daci, debellatis Boiis et Tauriscis, Gallicis gentibus Critasiro subjectis, qui eam sibi vindicabant regionem, quanquam amnis distingueret Parisus (*Martus sive Margus?*), qui a montibus in Istrum defluit juxta Scordiscos Gallos. Hi enim permixti Illyriis ac Thracibus habitabant: verum illos Daci deleverunt, his sæpe etiam usi sunt sociis. Reliqua versus septentrionem et orientem tenent Pannonii usque ad Segesticam et Istrum; versum reliquas plagas magis extenduntur. Segestica vero urbs Pannoniæ est ad confluentes complurium amnium, navigabilium omnium, arx belli in Dacos opportuna: sita est enim sub Alpibus, quæ ad Iapodes usque porriguntur, gentem partim Gallicam, partim Illyricam: atque inde etiam labuntur fluvii, multas deferentes ad urbem quum alias tum Italicas merces. Nam ab Aquileia trans Ocram Nauportum usque Tauriscorum oppidum, quo vehicula devehuntur, transitus est stadiorum trecentorum quinquaginta, aut, ut aliis videtur, quingentorum. Est autem Ocra pars Alpium a Rhætis ad Iapodes porrectarum humillima: apud Iapodes rursum se attollunt montes et vocantur Albii. Similiter trajectus Ocræ est a Tergeste (Τεργέσται 2 *codd. opt.*), vico Carnico, ad paludem nomine Lugeum. Vicinus autem Nauporto fluvius est Corcoras (*nonn. codd.* Carcoras), qui merces excipit: atque hic in Savum influit, Savus in Dravum, hic in Noarum apud Segesticam. Inde Noarus au-

τὸν διὰ τῶν Ἰαπόδων ῥέοντα ἐκ τοῦ Ἀλβίου ὄρους Κόλαπιν, συμβάλλει τῷ Δανουίῳ κατὰ τοὺς Σκορδίσκους. ὁ δὲ πλοῦς τὰ πολλὰ τοῖς ποταμοῖς ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἐστίν· ὁδὸς [δ'] ἀπὸ Τεργέστε ἐπὶ τὸ Δανούιον σταδίων ὅσον χιλίων καὶ διακοσίων. ἐγγὺς δὲ τῆς Σεγεστικῆς ἐστι καὶ ἡ Σισκία φρούριον καὶ Σίρμιον, ἐν ὁδῷ κείμεναι τῇ εἰς Ἰταλίαν.

3. Ἔθνη δ' ἐστὶ τῶν Παννονίων Βρεῦκοι καὶ Ἀνδιζήτιοι καὶ Διτίωνες καὶ Πειροῦσται καὶ Μαζαῖοι καὶ Δαισιτιᾶται, ὧν Βάτων ἡγεμών, καὶ ἄλλα ἀσημότερα μικρά, [ἃ] διατείνει μέχρι Δαλματίας, σχεδὸν δέ τι καὶ Ἀρδιαίων, ἰόντι πρὸς νότον· ἅπασα [δ'] ἡ ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου παρήκουσα ὀρεινὴ μέχρι τοῦ Ῥιζονικοῦ κόλπου καὶ τῆς Ἀρδιαίων γῆς ..... μεταξὺ πίπτουσα τῆς τε θαλάττης καὶ τῶν Παννονίων ἐθνῶν. σχεδὸν δέ τι καὶ ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν ποιητέον τῆς συνεχοῦς περιοδείας ἀναλαβοῦσι μικρὰ τῶν λεχθέντων πρότερον. ἔφαμεν δ' ἐν τῇ περιοδείᾳ τῆς Ἰταλίας Ἴστρους εἶναι πρώτους τῆς Ἰλλυρικῆς παραλίας, συνεχεῖς τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τοῖς Κάρνοις, καὶ διότι μέχρι Πόλας, Ἰστρικῆς πόλεως, προήγαγον οἱ νῦν ἡγεμόνες τοὺς τῆς Ἰταλίας ὅρους. οὗτοι μὲν οὖν περὶ ὀκτακοσίους σταδίους εἰσὶν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ. τοσοῦτοι δ' εἰσὶ καὶ ἀπὸ τῆς ἄκρας τῆς πρὸ τῶν Πολῶν ἐπὶ Ἀγκῶνα ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν Ἐνετικήν. ὁ δὲ πᾶς Ἰστρικὸς παράπλους χίλια τριακόσια.

4. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Ἰαποδικὸς παράπλους χιλίων σταδίων· ἵδρυνται γὰρ οἱ Ἰάποδες ἐπὶ τῷ Ἀλβίῳ ὄρει τελευταίῳ τῶν Ἄλπεων ὄντι, ὑψηλῷ σφόδρα, τῇ μὲν ἐπὶ τοὺς Παννονίους καὶ τὸν Ἴστρον καθήκοντες, τῇ δ' ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν, ἀρειμάνιοι μέν, ἐκπεπονημένοι δὲ ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ τελέως· πόλεις δ' αὐτῶν Μέτουλον, Ἀρουπῖνοι, Μονήτιον, Οὐένδων· λυπρὰ δὲ τὰ χωρία, καὶ ζειᾷ καὶ κέγχρῳ τὰ πολλὰ τρεφομένων· ὁ δ' ὁπλισμὸς Κελτικός· κατάστικτοι δ' ὁμοίως (καὶ) τοῖς ἄλλοις Ἰλλυριοῖς καὶ Θρᾳξί. μετὰ δὲ τὸν τῶν Ἰαπόδων ὁ Λιβυρνικὸς παράπλους ἐστί, μείζων τοῦ προτέρου σταδίοις [πεντακοσίοις], ἐν δὲ τῷ παράπλῳ ποταμὸς φορτίοις ἀνάπλουν ἔχων μέχρι Δαλματέων, καὶ Σκάρδων, Λιβυρνὴ πόλις.

5. Παρ' ὅλην δ' ἣν εἶπον παραλίαν νῆσοι μὲν αἱ Ἀψυρτίδες, περὶ ἃς ἡ Μήδεια λέγεται διαφθεῖραι τὸν ἀδελφὸν Ἄψυρτον διώκοντα αὐτήν. ἔπειτα ἡ Κυρικτικὴ κατὰ τοὺς Ἰάποδας· εἶθ' αἱ Λιβυρνίδες περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμόν· εἶτ' ἄλλαι νῆσοι, γνωριμώταται δ' Ἴσσα, Τραγούριον, Ἰσσέων κτίσμα, Φάρος, ἡ πρότερον Πάρος, Παρίων κτίσμα, ἐξ ἧς Δημήτριος ὁ Φάριος, καὶ ἡ τῶν Δαλματέων παραλία καὶ τὸ ἐπίνειον αὐτῶν Σάλων. ἔστι δὲ τῶν πολὺν χρόνον πολεμησάντων πρὸς Ῥωμαίους τὸ ἔθνος τοῦτο· κατοικίας δ' ἔσχεν ἀξιολόγους εἰς πεντήκοντα, ὧν τινας καὶ πόλεις, Σάλωνά τε καὶ Πριάμωνα καὶ Νινίαν καὶ Σινώτιον, τό τε νέον καὶ τὸ παλαιόν, ἃς ἐνέπρησεν ὁ Σεβαστός. ἔστι δὲ καὶ Ἀνδήτριον ἐρυμνὸν χωρίον,

getur recepto Colapi (*al. codd.* Calapi) amne (qui ex Albio monte per Iapodas delabitur), inque Danubium apud Scordiscos exit. Navigatio in fluviis illis utplurimum est versus septentrionem. Iter vero a Tergeste ad Danubium stadiorum circiter mille ducentis. Prope Segesticam sunt etiam Siscia castellum et Sirmium, ad viam sita quæ in Italiam ducit.

3. Gentes Pannonum sunt Breuci, Andizetii, Ditiones, Pirustæ, Mazæi, Dæsitiatæ, quorum dux erat Bato, aliæque minores et obscuriores quæ usque ad Dalmatiam et fere Ardiæos, versus meridiem si quis proficiscatur, pertingunt. Omnis autem regio montana, quæ ab intimo Adriæ sinu usque ad Ardiæorum ditionem et Rizonicum sinum protenditur, [*ora est Illyrica*] interposita mari et Pannoniis. Atque hinc fere initium nobis faciendum est continuæ nostræ descriptionis, paucis modo repetitis eorum quæ supra dicta fuerunt. Docuimus enim in Italiæ descriptione, primos in Illyrici ora maritima esse Istros, conterminos Italiæ et Carnis : principesque nostros hodie Italiæ fines ad Polam usque Istriæ urbem protulisse. Hi igitur fines circiter octingenta stadia ab intimo sinu absunt : totidemque stadia sunt a promontorio, quod est ante Polas (*supra :* Polam; *plurimi codd.* : πόλεων) situm, ad Anconem, Venetica regione ad dextram relicta. Tota autem juxta oram Istriæ navigatio est stadiorum mille trecentorum.

4. Deinceps sequitur Iapodica præternavigatio mille stadiorum. Siti enim sunt Iapodes ad Albium montem, qui finis est Alpium, admodum altum : ac partim ad Pannonios et Istrum pertingunt, partim ad Adriam : bellicosa gens, sed ab Augusto Cæsare prorsus defatigata. Urbes eorum, Metulum, Arupini (*Arupinum?*), Monetium, Vendôn : regio est inops : zea et milio utplurimum victitant : armatura iis Gallica : notis compuncti sunt corpora, in morem reliquorum Illyriorum et Thracum. Post Iapodum oram Liburnica succedit, longior priore stadiis [quingentis *suppl. ex Epit.*]. Est in ea ora fluvius, quo adverso subvehuntur merces usque ad Dalmatas, et Scardon urbs Liburnica.

5. Juxta totam quam explicavi oram insulæ sunt, ac primum quidem Absyrtides, ubi Medea dicitur fratrem suum Absyrtum interfecisse, qui ipsam persequebatur; deinceps est Cyrictica (*var. lect.* Cyriactica. Cyractica. Cyrectica) prope Iapodas; sequuntur Liburnicæ, numero ad quadraginta : tum aliæ, quarum nobilissima Issa, Tragurium ab Issensibus condita, Pharus quæ olim Parus, Pariorum colonia, patria Demetrii Pharii; tum ora maritima Dalmatarum, et navale eorum Salon. Est hæc gens ex earum numero, quæ diuturnum cum Romanis bellum gesserunt : habuit oppida memoratu digna ad quinquaginta, de quibus etiam urbes nonnullæ, ut Salon, Priamon, Ninia, Sinotium novum ac vetus; ab Augusto istæ sunt combustæ. Est etiam Andetrium castellum probe

Δάλμιον δὲ μεγάλη πόλις, ἧς ἐπώνυμον τὸ ἔθνος, μικρὰν δ' ἐποίησε Νασικᾶς καὶ τὸ πεδίον μηλόβοτον διὰ τὴν πλεονεξίαν τῶν ἀνθρώπων. ἴδιον δὲ τῶν Δαλματέων τὸ διὰ ὀκταετηρίδος χώρας ἀναδασμὸν ποιεῖσθαι· τὸ δὲ μὴ χρῆσθαι νομίσμασι πρὸς μὲν τοὺς ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ ἴδιον, πρὸς ἄλλους δὲ τῶν βαρβάρων πολλοὺς κοινόν. Ἄδριον δὲ ὄρος ἐστί, μέσον τέμνον τὴν Δαλματικήν, τὴν μὲν ἐπιθαλάττιον, τὴν δ' ἐπὶ θάτερα. εἶθ' ὁ Νάρων ποταμὸς καὶ οἱ περὶ αὐτὸν Δαόριζοι καὶ Ἀρδιαῖοι καὶ Πληραῖοι, ὧν τοῖς μὲν πλησιάζει νῆσος ἡ Μέλαινα Κόρκυρα καλουμένη καὶ πόλις, Κνιδίων κτίσμα, τοῖς δὲ Ἀρδιαίοις ἡ Φάρος, Πάρος λεγομένη πρότερον· Παρίων γάρ ἐστι κτίσμα.

6. Οὐαρδαίους δ' οἱ ὕστερον ἐκάλεσαν τοὺς Ἀρδιαίους· ἀπέωσαν δ' αὐτοὺς εἰς τὴν μεσόγαιαν ἀπὸ τῆς θαλάττης Ῥωμαῖοι, λυμαινομένους αὐτὴν διὰ τῶν ληστηρίων, καὶ ἠνάγκασαν γεωργεῖν. τραχεῖα δὲ χώρα καὶ λυπρὰ καὶ οὐ γεωργῶν ἀνθρώπων, ὥστ' ἐξέφθαρται τελέως, μικροῦ δὲ καὶ ἐκλέλοιπε. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι τοῖς ταύτῃ συνέβη· οἱ γὰρ πλεῖστον δυνάμενοι πρότερον τελέως ἐταπεινώθησαν καὶ ἐξέλιπον, Γαλατῶν μὲν Βόιοι καὶ Σκορδίσται, Ἰλλυριῶν δὲ Αὐταριάται καὶ Ἀρδιαῖοι καὶ Δαρδάνιοι, Θρᾳκῶν δὲ Τριβαλλοί, ὑπ' ἀλλήλων μὲν ἐξ ἀρχῆς, ὕστερον δ' ὑπὸ Μακεδόνων καὶ Ῥωμαίων ἐκπολεμούμενοι.

7. Μετὰ δ' οὖν τὴν τῶν Ἀρδιαίων καὶ Πληραίων παραλίαν ὁ Ῥιζαίων κόλπος ἐστὶ καὶ Ῥίζων πόλις καὶ ἄλλα πολίχνια καὶ Δρίλων ποταμός, ἀνάπλουν ἔχων πρὸς ἕω μέχρι τῆς Δαρδανικῆς, [ἣ] συνάπτει τοῖς Μακεδονικοῖς ἔθνεσι καὶ τοῖς Παιονικοῖς πρὸς μεσημβρίαν, καθάπερ καὶ οἱ Αὐταριάται καὶ Δασαρήτιοι, ἄλλοι κατ' ἄλλα μέρη συνεχεῖς ἀλλήλοις ὄντες καὶ τοῖς Αὐταριάταις. τῶν δὲ Δαρδανιατῶν εἰσὶ καὶ οἱ Γαλάβριοι, παρ' οἷς πόλις ἀρχαία, καὶ οἱ Θουνάται· Μαίδοις, ἔθνει Θρᾳκίῳ, πρὸς ἕω συνάπτουσιν. ἄγριοι δ' ὄντες οἱ Δαρδάνιοι τελέως, ὥσθ' ὑπὸ ταῖς κοπρίαις ὀρύξαντες σπήλαια ἐνταῦθα διαίτας ποιεῖσθαι, μουσικῆς δ' ὅμως ἐπεμελήθησαν, μουσικοῖς ἀεὶ χρώμενοι καὶ αὐλοῖς καὶ τοῖς ἐντατοῖς ὀργάνοις. οὗτοι μὲν οὖν ἐν τῇ μεσογαίᾳ· μνησθησόμεθα δ' αὐτῶν καὶ ὕστερον.

8. Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν κόλπον Λίσσος ἐστὶ πόλις καὶ Ἀκρόλισσος καὶ Ἐπίδαμνος, Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυρράχιον ὁμωνύμως τῇ χερρονήσῳ λεγομένη, ἐφ' ἧς ἵδρυται. εἶθ' ὁ Ἄψος ποταμὸς καὶ ὁ Ἀῶος, ἐφ' ᾧ Ἀπολλωνία πόλις εὐνομωτάτη, κτίσμα Κορινθίων καὶ Κερκυραίων, τοῦ ποταμοῦ μὲν ἀπέχουσα σταδίους δέκα, τῆς θαλάττης δὲ ἑξήκοντα. τὸν δ' Ἀῶον Αἴαντα καλεῖ Ἑκαταῖος καί φησιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τόπου, τοῦ περὶ Λάκμον, μᾶλλον δὲ τοῦ αὐτοῦ μυχοῦ, τόν τε Ἴναχον ῥεῖν εἰς Ἄργος πρὸς νότον καὶ τὸν Αἴαντα πρὸς ἑσπέραν καὶ πρὸς τὸν Ἀδρίαν. ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀπολλωνιατῶν καλεῖταί τι Νυμφαῖον, πέτρα δ' ἐστὶ πῦρ ἀναδιδοῦσα· ὑπ' αὐτῇ δὲ κρῆναι ῥέουσι χλιαροῦ καὶ ἀσφάλτου, καιομένης, ὡς εἰκός, τῆς βώλου

munitum : Dalmium vero magna erat urbs, unde nomen genti, sed Nasica urbem hanc exiguam fecit agrumque pecori pascuum, ob incolarum avaritiam. Proprium hoc habent Dalmatæ, quod octavo quoque anno agros denuo dividunt : nam quod nulla moneta utuntur, id respectu eorum qui hanc oram accolunt iis est peculiare, sed cum multis aliis barbaris habent commune. Porro mons, cui nomen Adrium, Dalmatiam mediam secat, ut altera ejus pars ad mare spectet, altera in diversum. Sequitur Naron amnis, et qui apud eum sunt Daorizi, Ardiæi, Pleræi : quorum his propinqua est insula Corcyra Nigra, quam vocant, cum urbe a Cnidiis condita. Ardiæis vicina est Pharus, ante Parus dicta : est enim a Pariis condita.

6. Ceterum Ardiæi a posterioribus Vardæi (*codd.* Varalii) dicti sunt. Sed hos a mari, quod latrociniis infestarent, in mediterranea abegerunt Romani, coegeruntque agriculturæ vacare. Est autem regio ea sterilis atque aspera, neque agricolis conveniens : ita ut ea gens deperierit prorsus, et tantum non funditus exstincta sit. Quod quidem ceteris quoque eo in tractu gentibus usu venit : quorum enim summa olim fuit potentia, nunc vel omnino nulli sunt, vel ad imam redacti conditionem, ut de Gallis Boii et Scordisci, de Illyricis Autariatæ et Ardiæi et Dardanii, de Thracibus Triballi : primum a se invicem attriti, deinde a Macedonibus et Romanis prorsus oppressi.

7. Post Ardiæorum et Pleræorum oram Rhizæorum (*Rhizonæorum vel Rhizonicus*) sinus et Rhizon urbs aliaque oppida et Drilo fluvius, quo adverso navigatur orientem versus ad Dardanicam, quæ attingit Macedonicas et Pæonicas gentes versus meridiem, sicut etiam Autariatæ et Dasaretii, quorum alii sunt aliis partibus sibi contigui (et Autariatis). Dardanicarum sunt etiam Galabrii, apud quos urbs est antiqua, et Thunatæ, Mædis, Thraciæ genti, orientem versus contermini. Ceterum Dardanii quamvis essent oppido agrestes, adeo ut etiam subter sterquiliniis effossas speluncas inhabitarent, musicæ tamen operam dederunt, musicis semper usi et fistulis et quæ fidibus intenduntur instrumentis. Atqui hi quidem sunt in mediterraneis, quorum postea quoque faciemus mentionem.

8. Post sinum Rhizonicum Lissus est, et Acrolissus et Epidamnus a Corcyræis condita, quæ nunc a peninsula, cui imposita est, nomen Dyrrhachii tenet. Inde Apsus fluvius, et Aous, prope quem Apollonia urbs legibus optimis temperata, condita a Corinthiis et Corcyræis, dissita a flumine stadiis decem, a mari sexaginta. Hecatæus Aoum vocat Æantem, autumatque ex eodem apud Lacmum loco, vel potius ex iisdem penetralibus Inachum ad Argos deferri versus meridiem, et Æantem ad occasum et Adriam. In Apolloniatarum finibus Nymphæum appellatur saxum quoddam ignem egerens, sub quo fontes sunt aqua tepida fluentes et bitumine, gleba haud dubie bituminosæ terræ

τῆς ἀσφαλτίτιδος· μέταλλον δ' αὐτῆς ἐστι πλησίον ἐπὶ λόφου· τὸ δὲ τμηθὲν ἐκπληροῦται πάλιν τῷ χρόνῳ, τῆς ἐγχωννυμένης εἰς τὰ ὀρύγματα γῆς μεταβαλλούσης εἰς ἄσφαλτον, ὥς φησι Ποσειδώνιος. λέγει δ' ἐκεῖνος καὶ τὴν ἀμπελῖτιν γῆν ἀσφαλτώδη τὴν ἐν Σελευκείᾳ τῇ Πιερίᾳ μεταλλευομένην ἄκος τῆς φθειριώσης ἀμπέλου· χρισθεῖσαν γὰρ μετ' ἐλαίου φθείρειν τὸ θηρίον, πρὶν ἐπὶ τοὺς βλαστοὺς τῆς ῥίζης ἀναβῆναι· τοιαύτην δ' εὑρεθῆναι καὶ ἐν Ῥόδῳ, πρυτανεύοντος αὐτοῦ, πλείονος δ'. ἐλαίου δεῖσθαι. μετὰ δ' Ἀπολλωνίαν Βυλλιακὴ καὶ Ὠρικὸν καὶ τὸ ἐπίνειον αὐτοῦ ὁ Πάνορμος καὶ τὰ Κεραύνια ὄρη, ἡ ἀρχὴ τοῦ στόματος τοῦ Ἰονίου κόλπου καὶ τοῦ Ἀδρίου.

9. Τὸ μὲν οὖν στόμα κοινὸν ἀμφοῖν ἐστι, διαφέρει δὲ ὁ Ἰόνιος, διότι τοῦ πρώτου μέρους τῆς θαλάττης ταύτης ὄνομα τοῦτ' ἐστίν, ὁ δ' Ἀδρίας τῆς ἐντὸς μέχρι τοῦ μυχοῦ, νυνὶ δὲ καὶ τῆς συμπάσης. φησὶ δὲ ὁ Θεόπομπος τῶν ὀνομάτων τὸ μὲν ἥκειν ἀπὸ ἀνδρὸς ἡγησαμένου τῶν τόπων, ἐξ Ἴσσης τὸ γένος, τὸν Ἀδρίαν δὲ ποταμοῦ ἐπώνυμον γεγονέναι. στάδιοι δ' ἀπὸ τῶν Λιβυρνῶν ἐπὶ τὰ Κεραύνια μικρῷ πλείους ἢ δισχίλιοι. Θεόπομπος δὲ τὸν πάντα ἀπὸ τοῦ μυχοῦ πλοῦν ἡμερῶν ἓξ εἴρηκε, πεζῇ δὲ τὸ μῆκος τῆς Ἰλλυρίδος καὶ τριάκοντα· πλεονάζειν δέ μοι δοκεῖ. καὶ ἄλλα δ' οὐ πιστὰ λέγει, τό τε συντετρῆσθαι τὰ πελάγη ἀπὸ τοῦ εὑρίσκεσθαι κέραμόν τε Χῖον καὶ Θάσιον ἐν τῷ Νάρωνι, καὶ τὸ ἄμφω κατοπτεύεσθαι τὰ πελάγη ἀπό τινος ὄρους, καὶ τῶν νήσων τῶν Λιβυρνίδων † τιθείς, ὥστε κύκλον ἔχειν σταδίων καὶ πεντακοσίων, καὶ τὸ τὸν Ἴστρον ἑνὶ τῶν στομάτων εἰς τὸν Ἀδρίαν ἐμβάλλειν. τοιαῦτα δὲ καὶ τοῦ Ἐρατοσθένους ἔνια παρακούσματά ἐστι λαοδογματικά, καθάπερ Πολύβιός φησι καὶ περὶ αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων λέγων συγγραφέων.

Ac de Pelasgis quidem in Tyrrhenicis diximus. Quod Dodonam attinet, accolas fani barbaros fuisse, Homerus (*Il.* 16, 235) quoque describenda eorum victus ratione demonstrat, qui illotis eos pedibus incedere et humi cubare dicit. Qui an sint Helli appellandi, ut Pindarus facit, an vero Selli, sicut ab Homero fuisse scriptum judicant, ambiguitas scripturæ non sinit ut contendamus. Ex Philochori sententia regio circa Dodonam, itidem ut Eubœa, Hellopia vocata est: ait enim sic canere Hesiodum (*fr.* 54):

Hellopia est quædam, pratisque agrisque referta,
Cujus in extremo Dodona est ædificata.

Censent autem, Apollodorus inquit, a paludibus (ἑλῶν) quæ sunt circa templum, sic dictos; ipse vero poetam non Hellos, sed Sellos vocare templi accolas existimat, additque, nominari ab eo etiam fluvium Selleentem. Quem quidem hoc versu poeta (*Il.* 2, 659. 15, 531) nominat:

Procul ex Ephyra a flumine Selleente.

[*At Demetrius Scepsius in his non vult intelligi*] Ephyram Thesprotiæ, sed eam quæ est apud Eleos: ibi enim esse Selleentem fluvium, qui nullus sit neque apud Thesprotos, neque apud Molossos. Quæ autem de quercu et columbis, aliæque harum affines feruntur fabulæ, sicut etiam de Delphis, partim quidem poetici magis sermonis

χωτέρας ἐστὶ διατριβῆς, τὰ δ' οἰκεῖα τῆς νῦν περιοδείας.

11. Ἡ Δωδώνη τοίνυν τὸ μὲν παλαιὸν ὑπὸ Θεσπρωτοῖς ἦν καὶ τὸ ὄρος ὁ Τόμαρος ἢ Τμάρος (ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται), ὑφ' ᾧ κεῖται τὸ ἱερόν, καὶ οἱ τραγικοί τε καὶ Πίνδαρος Θεσπρωτίδα εἰρήκασι τὴν Δωδώνην· ὕστερον δὲ ὑπὸ Μολοττοῖς ἐγένετο. ἀπὸ δὲ τοῦ Τομάρου τοὺς ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένους ὑποφήτας τοῦ Διός, οὓς καὶ ἀνιπτόποδας, χαμαιεύνας καλεῖ, τομούρους φασὶ λεχθῆναι· καὶ ἐν μὲν τῇ Ὀδυσσείᾳ οὕτω γράφουσί τινες ἅ φησιν Ἀμφίνομος, συμβουλεύων τοῖς μνηστῆρσι, μὴ πρότερον ἐπιτίθεσθαι τῷ Τηλεμάχῳ, πρὶν ἂν τὸν Δία ἔρωνται·

εἰ μέν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο τομοῦροι,
αὐτός τε κτανέω, τούς τ' ἄλλους πάντας ἀνώξω·
εἰ δέ κ' ἀποτρεπέῃσι θεός, παύεσθαι ἄνωγα.

βέλτιον γὰρ εἶναι τομούρους ἢ θέμιστας γράφειν· οὐδαμοῦ γοῦν τὰ μαντεῖα θέμιστας λέγεσθαι παρὰ τῷ ποιητῇ, ἀλλὰ τὰς βουλὰς καὶ τὰ πολιτεύματα καὶ νομοθετήματα· τομούρους δ' εἰρῆσθαι ἐπιτετμημένους *τμάρους, οἷον τομαροφύλακας. οἱ μὲν οὖν νεώτεροι λέγουσιν τομούρους· [παρ'] Ὁμήρῳ δ' ἁπλούστερον δεῖ δέχεσθαι θέμιστας, καταχρηστικῶς [ὡς] καὶ βουλάς, τὰ προστάγματα καὶ τὰ βουλήματα τὰ μαντικά, καθάπερ καὶ τὰ νόμιμα· τοιοῦτον γὰρ καὶ τὸ

ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακοῦσαι.

12. Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἄνδρες ἦσαν οἱ προφητεύοντες· καὶ τοῦτ' ἴσως καὶ ὁ ποιητὴς ἐμφαίνει· ὑποφήτας γὰρ καλεῖ, ἐν οἷς τάττοιντ' ἂν καὶ οἱ προφῆται· ὕστερον δ' ἀπεδείχθησαν τρεῖς γραῖαι, ἐπειδὴ καὶ σύνναος τῷ Διὶ προσαπεδείχθη καὶ ἡ Διώνη. Σουΐδας μέντοι Θετταλοῖς μυθώδεις λόγους προσχαριζόμενος, ἐκεῖθέν τέ φησιν εἶναι τὸ ἱερὸν μετενηνεγμένον ἐκ τῆς περὶ Σκοτοῦσσαν Πελασγίας· ἔστι δ' ἡ Σκοτοῦσσα τῆς Πελασγιώτιδος Θετταλίας· συνακολουθῆσαί τε γυναῖκας τὰς πλείστας, ὧν ἀπογόνους εἶναι τὰς νῦν προφήτιδας· ἀπὸ δὲ τούτου καὶ Πελασγικὸν Δία κεκλῆσθαι· Κινέας δ' ἔτι μυθωδέστερον....

[Τἆλλα λείπει.]

et studii sunt, partim vero non aliena sunt ab ea quam nunc agimus regionis descriptione.

11. Dodona igitur antiquitus sub Thesprotis fuit, itemque mons seu Tomarus seu Tmarus (utrumque enim effertur) sub quo fanum situm est: quare tragici et Pindarus Dodonam dixerunt Thesprotidem: postea vero sub Molossis erat. A Tomaro eos, qui Jovis interpretes ab Homero dicuntur, et, quos idem illotis pedibus vivere et humi decumbere ait, Tomuros fuisse appellatos perhibent. Atque in Odyssea nonnulli eos versus, quibus Amphinomus procis suadet ne, nisi consulto prius Jove, Telemachum adoriantur, ita legunt (*Od.* 16, 403):

Si Jovis hoc magni liqueat jussisse tomuros,
auctor ego cædis reliquis, prior ipse necabo.
Dissuadente deo, cunctos id omittere mando.

Rectius enim τομούρους quam θέμιστας scribi: quod nusquam apud Homerum hoc vocabulo oracula designentur, sed consilia, rationes reipublicæ gerendæ et legum lationes: verum τομούρους conciso vocabulo dici pro [τομαρούρους], quasi tomari custodes. Recentiores igitur tomuros vocant. Enimvero apud Homerum simplicius intelligi debent θέμιστες improprie, sicut etiam βουλαί, de decretis et mandatis oraculi æque ac legum. Tale enim et illud est (*Od.* 14, 328):

Consilium Jovis alticoma e quercu quæsitum.

12. Initio igitur viri fuerunt, qui futura prædicerent: quod ipsum poeta videtur significasse, qui ὑποφήτας, interpretes, dei nominat, quibus et fatidici comprehendi possint. Postea autem tres anus sunt designatæ, quum Dione etiam in societatem templi est Jovis recepta. At Suidas, ut Thessalis fabularum figmentis gratificaretur, ex ea quæ apud Scotussam est, Pelasgia (est enim Scotussa Pelasgiotidis Thessaliæ) in Epirum translatum fanum ait comitatasque fuisse mulierum plerasque: ex quarum stirpe ortas fatidicas nostræ ætatis mulieres: atque hinc etiam Jovi Pelasgico esse nomen. Magis etiam fabulosa sunt, quæ refert Cineas.....

[*Desunt reliquæ libri septimi octo fere paginæ.*]

## ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Ἦν δὲ πρότερον περὶ Σκοτοῦσσαν πόλιν τῆς Πελασγιώτιδος τὸ χρηστήριον· ἐμπρησθέντος δ' ὑπό τινων τοῦ δένδρου, μετηνέχθη κατὰ χρησμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Δωδώνῃ. ἐχρησμῴδει δ' οὐ διὰ λόγων, ἀλλὰ διά τινων συμβόλων, ὥσπερ τὸ ἐν Λιβύῃ Ἀμμωνιακόν· ἴσως δέ τινα πτῆσιν αἱ τρεῖς περιστεραὶ ἐπέτοντο ἐξαίρετον, ἐξ ὧν αἱ ἱέρειαι παρατηρούμεναι προεθέσπιζον. φασὶ δὲ καὶ κατὰ τὴν τῶν Μολοττῶν

## FRAGMENTA PALATINO-VATICANA.

1. Olim ad Scotussam Pelasgiotidis urbem oraculum fuit. Deinde vero combusta a quibusdam arbore, Dodonam jussu Apollinis translatum est. Ceterum non verbis, sed signis responsa edebat, sicuti Ammonis in Libya oraculum. Fortassis volatu tres illæ columbæ utebantur singulari quodam, atque hinc sacerdotes observantes capiebant vaticinia. At fertur etiam Molossorum et Thesprotorum lingua

καὶ Θεσπρωτῶν γλῶτταν τὰς γραίας πελίας καλεῖσθαι καὶ τοὺς γέροντας πελίους, καὶ ἴσως οὐχ ὄρνεα ἦσαν αἱ θρυλούμεναι πελειάδες, ἀλλὰ γυναῖκες γραῖαι τρεῖς περὶ τὸ ἱερὸν σχολάζουσαι.

2. Ὅτι κατὰ Θεσπρωτοὺς καὶ Μολοττοὺς τὰς γραίας πελίας καὶ τοὺς γέροντας πελίους, καθάπερ καὶ παρὰ Μακεδόσι· πελιγόνας γοῦν καλοῦσιν ἐκεῖνοι τοὺς ἐν τιμαῖς, καθὰ παρὰ Λάκωσι καὶ Μασσαλιώταις(τοὺς)γέροντας· ὅθεν καί τὰς ἐν τῇ Δωδωναίᾳ δρυῒ μεμυθεῦσθαι πελείας φασίν.

3. Ὅτι ἡ παροιμία, Τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον, ἐντεῦθεν ὠνομάσθη· χαλκεῖον ἦν ἐν τῷ ἱερῷ, ἔχον ὑπερκείμενον ἀνδριάντα, κρατοῦντα μάστιγα χαλκῆν, ἀνάθημα Κορκυραίων· ἡ δὲ μάστιξ ἦν τριπλῆ, ἁλυσιδωτή, ἀπηρτημένους ἔχουσα ἐξ αὐτῆς ἀστραγάλους, οἳ πλήττοντες τὸ χαλκεῖον συνεχῶς, ὁπότε αἰωροῖντο ὑπὸ τῶν ἀνέμων, μακροὺς ἤχους ἀπειργάζοντο, ἕως ὁ μετρῶν τὸν χρόνον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἤχου μέχρι τέλους καὶ ἐπὶ τετρακόσια προέλθοι· ὅθεν καὶ ἡ παροιμία ἐλέχθη, Ἡ Κερκυραίων μάστιξ.

4. Ἡ δὲ Παιονία τούτοις μὲν ἐστι πρὸς ἕω τοῖς ἔθνεσι, πρὸς δύσιν δὲ τοῖς Θρᾳκίοις ὄρεσι, πρὸς ἄρκτον δ' ὑπέρκειται τοῖς Μακεδόσι, διὰ Γορτυνίου πόλεως καὶ Στόβων ἔχουσα τὰς εἰσβολὰς ἐπὶ τὰ πρὸς.......... (δι' ὧν ὁ Ἀξιὸς ῥέων δυσείσβολον ποιεῖ τὴν Μακεδονίαν ἐκ τῆς Παιονίας, ὡς ὁ Πηνειὸς διὰ τῶν Τεμπῶν φερόμενος ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος αὐτὴν ἐρυμνοῖ), πρὸς νότον [δὲ] τοῖς Αὐταριάταις καὶ Δαρδανίοις καὶ Ἀρδιαίοις ὁμορεῖ· ἐκτέταται δὲ καὶ μέχρι Στρυμόνος ἡ Παιονία.

5. Ὅτι ὁ Ἁλιάκμων εἰς τὸν Θερμαῖον κόλπον ῥεῖ.

6. Ἡ δ' Ὀρεστὶς πολλή, καὶ ὄρος ἔχει μέγα μέχρι τοῦ Κόρακος τῆς Αἰτωλίας καθῆκον καὶ τοῦ Παρνασσοῦ. περιοικοῦσι δ' αὐτοί τε Ὀρέσται καὶ Τυμφαῖοι καὶ οἱ ἐκτὸς Ἰσθμοῦ Ἕλληνες οἱ περὶ Παρνασσὸν καὶ τὴν Οἴτην καὶ Πίνδον. ἑνὶ μὲν δὴ κοινῷ ὀνόματι καλεῖται Βόιον τὸ ὄρος, κατὰ μέρη δὲ πολυώνυμόν ἐστιν. φασὶ δ' ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων σκοπιῶν ἀφορᾶσθαι τό τε Αἰγαῖον πέλαγος καὶ τὸ Ἀμβρακικὸν καὶ τὸ Ἰόνιον, πρὸς ὑπερβολήν, οἶμαι, λέγοντες. καὶ τὸ Πτελεὸν ἱκανῶς ἐστιν ἐν ὕψει τὸ περικείμενον τῷ Ἀμβρακικῷ κόλπῳ, τῇ μὲν ἐκτεινόμενον μέχρι τῆς Κερκυραίας, τῇ δ' ἐπὶ τὴν κατὰ Λευκάδα θάλασσαν.

7. Ὅτι ἡ Κόρκυρα τὸ παλαιὸν εὐτυχὴς ἦν καὶ δύναμιν ναυτικὴν πλείστην εἶχεν, ἀλλ' ὑπὸ πολέμων τινῶν καὶ τυράννων ἐφθάρη· καὶ ὕστερον ὑπὸ Ῥωμαίων ἐλευθερωθεῖσα οὐκ ἐπῃνέθη, ἀλλ' ἐπὶ λοιδορίᾳ παροιμίαν ἔλαβεν·

ἐλευθέρα Κόρκυρα, χέζ' ὅπου θέλεις.

8. Ὅτι(ἐπὶ γέλωτι)ἐν παροιμίας μέρει γελᾶται Κέρκυρα ταπεινωθεῖσα τοῖς πολλοῖς πολέμοις.

9. Λοιπὴ δ' ἐστὶ τῆς Εὐρώπης ἥ τε Μακεδονία καὶ τῆς Θρᾴκης τὰ συνεχῆ [τα]ύτῃ μέχρι Βυζαντίου καὶ ἡ Ἑλλὰς καὶ αἱ προσεχεῖς νῆσοι. ἔστι μὲν οὖν Ἑλλὰς καὶ ἡ Μακεδονία· νυνὶ μέντοι τῇ φύσει τῶν τόπων ἀκο-

vetulas vocari *pelias*, et senes *pelios*. Quare nescio an famigeratæ istæ *peliades* (columbæ), non aves fuerint, sed mulieres vetulæ tres, quarum circa fanum ministeria erant. (*Exc. Vat.*)

2. Apud Thesprotas et Molossos vetulas dici ferunt *pelias*, et senes *pelios*, quemadmodum etiam apud Macedones. *Peligones* certe apud illos vocantur qui honoribus funguntur, veluti gerontes sive senes apud Lacones et Massilienses. Hinc etiam istas in quercu Dodonæa columbas (πελείας) fictas esse perhibent. (*Exc. Vat.*)

3. Proverbium, *Æs Dodonæum*, hinc habet originem. Vas æneum in templo erat, subjectum statuæ, quæ flagellum æneum tenebat, Corcyræorum donarium; ipsum flagellum erat triplex, e catenis constans e quibus tali pendebant, qui ventis agitati, quum continenter vas pulsarent, longum sonum ciebant, adeo ut qui tempus ab initio soni ad finem metiretur, ad quadringenta numerando progredi posset. Inde etiam proverbium, *Corcyræorum flagellum*. (*Exc. Pal.*)

4. Pæonia iis quos modo dixi populis ad orientem est, Thraciæ montibus ad occasum; boream versus imminet Macedonibus, per Gortynium urbem et Stobos aditum habens in *sitas ad* angustias*, quas Axius perfluens Macedoniam accessu difficilem reddit ex Pæonia, sicuti Peneus per Tempe labens eandem munit ab ea parte qua Græcia adjacet. Denique meridiem versus Pæonia Autariatis, Dardaniis Ardiæisque contermina est. Patet autem vel usque ad Strymonem. (*Exc. Vat.*)

5. Haliacmon in sinum Thermæum influit. (*Exc. Vat.*)

6. Orestis perampla est, magnumque habet montem, qui usque ad Coracem Ætoliæ pertinet et ad Parnassum. Accolunt tum ipsi Orestæ et Tymphæi, tum Græci qui extra Isthmum sunt ad Parnassum et Œtam Pindumque. Uno nomine communi mons vocatur Boium (Pœum *Strab.*); singulæ ejus partes peculiaribus nominibus multifariam distinguuntur. A summis ejus speculis et Ægæum mare et Ambracium Ioniumque conspici perhibent, nimium illi, opinor, dicentes. Pteleum quoque ad haud mediocrem altitudinem assurgit circa sinum Ambracicum, altera sui parte ad Corcyræum, altera ad Leucadicum usque mare pertingens. (*Exc. Vat.*)

7. Corcyra felix olim fuit, et copiis navalibus plurimum valuit, at bellis quibusdam et a tyrannis pessumdata est. Post a Romanis in libertatem restituta, minus tamen bene audiit, sed per contumeliam proverbium tulit:

Libera est Corcyra; caca, ubi velis. (*Exc. Pal.*)

8. Corcyra multis bellis depressa ridebatur ludicro, quod in proverbium abiit. (*Exc. Vat.*)

9. Superest ex Europæ regionibus Macedonia et huic contigua Thracia usque ad Byzantium, atque Græcia insulæque adjacentes. Sane quidem Macedonia quoque ad Græciam pertinet; nunc tamen naturam locorum et figuram

ουθοῦντες καὶ τῷ σχήματι χωρὶς ἔγνωμεν αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος τάξαι καὶ συνάψαι πρὸς τὴν ὅμορον αὐτῇ Θρᾴκην μέχρι τοῦ στόματος τοῦ Εὐξείνου καὶ τῆς Προποντίδος. εἶτα μετ' ὀλίγα μέμνηται Κυψέλων καὶ τοῦ Ἕβρου ποταμοῦ. καταγράφει δὲ καί τι σχῆμα παραλληλόγραμμον, ἐν ᾧ ἡ σύμπασα Μακεδονία ἐστίν.

10. Ὅτι ἡ Μακεδονία περιορίζεται ἐκ μὲν δυσμῶν τῇ παραλίᾳ τοῦ Ἀδρίου, ἐξ ἀνατολῶν δὲ τῇ παραλλήλῳ ταύτης μεσημβρινῇ γραμμῇ τῇ διὰ τῶν ἐκβολῶν Ἕβρου ποταμοῦ καὶ Κυψέλων πόλεως, ἐκ βορρᾶ δὲ τῇ νοουμένῃ εὐθείᾳ γραμμῇ τῇ διὰ Βερτίσκου ὄρους καὶ Σκάρδου καὶ Ὀρβήλου καὶ Ῥοδόπης καὶ Αἵμου· τὰ γὰρ ὄρη ταῦτα, ἀρχόμενα ἀπὸ τοῦ Ἀδρίου, διήκει κατὰ εὐθεῖαν γραμμὴν ἕως τοῦ Εὐξείνου, ποιοῦντα χερρόνησον μεγάλην πρὸς νότον, τήν τε Θρᾴκην ὁμοῦ καὶ Μακεδονίαν καὶ Ἤπειρον καὶ Ἀχαΐαν· ἐκ νότου δὲ τῇ Ἐγνατίᾳ ὁδῷ ἀπὸ Δυρραχίου πόλεως πρὸς ἀνατολὰς ἰούσῃ ἕως Θεσσαλονικείας· καὶ ἔστι τὸ σχῆμα τοῦτο τῆς Μακεδονίας παραλληλόγραμμον ἔγγιστα.

11. Ὅτι Ἠμαθία ἐκαλεῖτο πρότερον ἡ νῦν Μακεδονία. ἔλαβε δὲ τοὔνομα τοῦτο ἀπ' ἀρχαίου τινὸς τῶν ἡγεμόνων Μακεδόνος. ἦν δὲ καὶ πόλις Ἠμαθία πρὸς θαλάσσῃ. κατεῖχον δὲ τὴν χώραν ταύτην Ἠπειρωτῶν τινες καὶ Ἰλλυριῶν, τὸ δὲ πλεῖστον Βοττιαῖοι καὶ Θρᾷκες· οἱ μὲν ἐκ Κρήτης, ὥς φασι, τὸ γένος ὄντες, ἡγεμόνα ἔχοντες Βόττωνα, Θρᾳκῶν δὲ Πίερες μὲν ἐνέμοντο τὴν Πιερίαν καὶ τὰ περὶ τὸν Ὄλυμπον, Παίονες δὲ περὶ τὸν Ἀξιὸν ποταμὸν καὶ τὴν καλουμένην διὰ τοῦτο Ἀμφαξῖτιν, Ἠδωνοὶ δὲ καὶ Βισάλται τὴν λοιπὴν μέχρι Στρυμόνος· ὧν οἱ μὲν αὐτὸ τοῦτο προσηγορεύοντο Βισάλται, Ἠδωνῶν δ' οἱ μὲν Μυγδόνες, οἱ δὲ Ἤδωνες, οἱ δὲ Σιθῶνες. τούτων δὲ πάντων οἱ Ἀργεάδαι καλούμενοι κατέστησαν κύριοι καὶ Χαλκιδεῖς οἱ ἐν Εὐβοίᾳ. ἐπῆλθον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς οἱ ἐν Εὐβοίᾳ ἐπὶ τὴν τῶν Σιθώνων καὶ συνῴκισαν πόλεις ἐν αὐτῇ περὶ τριάκοντα, ἐξ ὧν ὕστερον ἐκβαλλόμενοι συνῆλθον εἰς μίαν οἱ πλείους αὐτῶν, εἰς τὴν Ὄλυνθον· ὠνομάζοντο δ' οἱ ἐπὶ Θρᾴκης Χαλκιδεῖς.

12. Ὅτι Πηνειὸς μὲν ὁρίζει τὴν κάτω καὶ πρὸς θαλάττῃ Μακεδονίαν ἀπὸ Θετταλίας καὶ Μαγνησίας, Ἁλιάκμων δὲ τὴν ἄνω, καὶ ἔτι τοὺς Ἠπειρώτας καὶ τοὺς Παίονας καὶ αὐτὸς καὶ ὁ Ἐρίγων καὶ ὁ Ἀξιὸς καὶ ἕτεροι.

13. Ὅτι ἐστὶ τῆς παραλίας τῆς Μακεδονικῆς ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Θερμαίου κόλπου καὶ Θεσσαλονικείας ἡ μὲν τεταμένη πρὸς νότον μέχρι Σουνίου, ἡ δὲ πρὸς ἕω μέχρι τῆς Θρᾳκίας χερρονήσου, γωνίαν τινὰ ποιοῦσα κατὰ τὸν μυχόν. εἰς ἑκάτερον δὲ καθηκούσης τῆς Μακεδονίας, ἀπὸ τῆς προτέρας λεχθείσης ἀρκτέον. τὰ μὲν δὴ πρῶτα μέρη τὰ περὶ Σούνιον ὑπερκειμένην ἔχει τὴν Ἀττικὴν σὺν τῇ Μεγαρικῇ μέχρι τοῦ Κρισαίου κόλπου· μετὰ δὲ ταύτην ἡ Βοιωτικὴ ἔστι παραλία ἡ πρὸς Εὔβοιαν· ὑπέρκειται δ' αὐτῆς ἡ λοιπὴ Βοιωτία ἐπὶ δύσιν

secuti separandam duximus a reliqua Græcia, jungendamque cum contermina ei Thracia, quam usque ad ostium Ponti Euxini et Propontidem persequemur. — Paullo post Strabo Cypselorum et Hebri fluvii meminit. Porro parallelis lineis figuram componit, qua universa Macedonia circumscribitur. (*Exc. Vat.*)

10. Macedonia ab occasu terminatur maris Adriatici ora; ab ortu linea meridiana illi oræ parallela, per Hebri fluvii ostia et Cypsela urbem ducta; a septentrione recta, quæ cogitetur, linea per Bertiscum montem, Scardum, Orbelum, Rhodopen et Hæmum (hi enim montes, initium sumentes a mari Adriatico, recta linea ad Euxinum Pontum porriguntur, ad meridiem magnam efficientes peninsulam, Thraciám scilicet simulque Macedoniam, Epirum et Achaiam); ab austro finitur Egnatia via, quæ a Dyrrhachio urbe versus ortum Thessaloniceam tendit. Quæ quidem Macedoniæ figura a parallelogrammo abest proxime. (*Exc. Pal.*)

11. Olim Emathia vocabatur quæ nunc Macedonia dicitur. Hocce nomen nacta est de uno ex priscis ducibus, Macedone. Fuit etiam urbs Emathia ad mare sita. Regionem tenuerunt Epirotæ et Illyrii, majorem vero partem Bottiæi atque Thraces: quorum illi, e Creta, ut fertur, oriundi sub Bottone duce advenerant. De Thracibus autem Pieres incolebant Pieriam et quæ ad Olympum sunt; Pæones prope Axium fluvium dictam ab illo Ampnaxitidem; Edoni et Bisaltæ reliqua usque ad Strymonem. Ac Bisaltæ quidem hoc ipso tantum nomine appellabantur, Edonorum vero alii Mygdones, alii Odones (?), alii Sithones. Horum autem omnium Argeadæ, qui vocantur, domini evaserunt et Chalcidenses Euboici. Nam venerunt etiam ex Eubœa Chalcidenses in Sithonum regionem, in eaque triginta circiter urbes condiderunt; quibus postea ejecti in unam plerique commigrarunt Olynthum. Distinguebantur vero nomine Chalcidensium *ad Thraciam*. (*Exc. Vat.*)

12. Peneus Macedoniam inferiorem et mari proximam a Thessalia et Magnesia disterminat; Haliacmon superiorem separat; Epirotas et Pæones ab ea sejungit idem Haliacmon et Erigon et Axius aliique. (*Exc. Vat.*)

13. In Macedonica ora linea ex intimo recessu sinus Thermæi et a Thessalonicea meridiem versus ducta ad Sunium tendit, altera orientem versus ducta usque ad Thracicam Chersonesum pertinet: unde in recessu illo angulus efficitur. Macedonià sic in utrumque porrectà, ab ea linea quam priorem dixi incipiendum est. Igitur prima ejus pars circa Sunium imminentem habet Atticam cum Megarica usque ad sinum Crissæum. Sequitur ora Bœotica juxta Eubœam porrecta. Superjacet ei reliqua Bœotia occidentem

παράλληλος τῇ Ἀττικῇ. λέγει δὲ καὶ τὴν Ἐγνατίαν ὁδὸν τελευτᾶν εἰς Θεσσαλονίκειαν ἀπὸ τοῦ Ἰονίου κόλπου.

14. Τῶν ταινιῶν, φησίν, ἀφοριοῦμεν πρώτους τοὺς περὶ Πηνειὸν οἰκοῦντας καὶ τὸν Ἁλιάκμονα πρὸς θαλάττῃ. ῥεῖ δ' ὁ Πηνειὸς ἐκ τοῦ Πίνδου ὄρους διὰ μέσης τῆς Θετταλίας πρὸς ἕω. διελθὼν δὲ τὰς τῶν Λαπιθῶν πόλεις καὶ Περραιβῶν τινας συνάπτει τοῖς Τέμπεσι· παραλαβὼν πλείους ποταμούς, ὧν καὶ ὁ Εὔρωπος, ὃν Τιταρήσιον εἶπεν ὁ ποιητής, τὰς πηγὰς ἔχοντα ἀπὸ τοῦ Τιταρίου ὄρους συμφυοῦς τῷ Ὀλύμπῳ, ὃ κἀντεῦθεν ἄρχεται διορίζειν τὴν Μακεδονίαν ἀπὸ τῆς Θετταλίας. ἔστι γὰρ τὰ Τέμπη στενὸς αὐλὼν μεταξὺ Ὀλύμπου καὶ Ὄσσης. φέρεται δ' ὁ Πηνειὸς ἀπὸ τῶν στενῶν τούτων ἐπὶ σταδίους τετταράκοντα, ἐν ἀριστερᾷ μὲν ἔχων τὸν Ὄλυμπον, Μακεδονικὸν ὄρος μετεωρότατον, * τῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ. ἐπὶ μὲν δὴ ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Πηνειοῦ ἐν δεξιᾷ Γυρτὼν ἵδρυται, Περραιβικὴ πόλις καὶ Μαγνῆτις, ἐν ᾗ Πειρίθους τε καὶ Ἰξίων ἐβασίλευσαν· ἀπέχει δ' ὅσον σταδίους ἑκατὸν τῆς Γυρτῶνος πόλις Κραννών, καί φασιν, ὅταν εἴπῃ ὁ ποιητὴς « τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρῄκης » καὶ [τὰ] ἑξῆς, Ἐφύρους μὲν λέγεσθαι τοὺς Κραννωνίους, Φλεγύας δὲ τοὺς Γυρτωνίους. ἐπὶ δὲ θάτερα ἡ Πιερία.

15. Ὅτι ὁ Πηνειὸς ποταμός, ῥέων διὰ τῶν Τεμπῶν, καὶ ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους, καὶ διὰ μέσης Θεσσαλίας καὶ τῶν Λαπιθῶν καὶ Περραιβῶν, δεχόμενός τε τὸν Εὔρωπον ποταμόν, ὃν Ὅμηρος Τιταρήσιον ὠνόμασε, διορίζει Μακεδονίαν μὲν πρὸς βορρᾶν, Θεσσαλίαν δὲ πρὸς νότον. αἱ δὲ τοῦ Εὐρώπου ποταμοῦ πηγαὶ ἐκ τοῦ Τιταρίου ὄρους ἄρχονται, ὅ ἐστι συνεχὲς τῷ Ὀλύμπῳ. καὶ ἔστιν ὁ μὲν Ὄλυμπος τῆς Μακεδονίας, ἡ δὲ Ὄσσα τῆς Θεσσαλίας καὶ τὸ Πήλιον.

16. Ὅτι ὑπὸ ταῖς ὑπωρείαις τοῦ Ὀλύμπου παρὰ τὸν Πηνειὸν ποταμὸν Γυρτών ἐστι, πόλις Περραιβικὴ καὶ Μαγνῆτις, ἐν ᾗ Πειρίθους τε καὶ Ἰξίων ἦρξαν. ἀπέχει δ' ἡ Γυρτὼν τῆς Τύρρηνος* πόλεως Κραννών, καί φασιν, ὅταν εἴπῃ ὁ ποιητὴς τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρῄκης, Ἐφύρους μὲν λέγεσθαι τοὺς Κραννωνίους, Φλεγύας δὲ τοὺς Γυρτωνίους.

17. Ὅτι τὸ Δῖον ἡ πόλις οὐχ ἐν τῷ αἰγιαλῷ τοῦ Θερμαίου κόλπου ἐστὶν ἐν ταῖς ὑπωρείαις τοῦ Ὀλύμπου, ἀλλ' ὅσον ἑπτὰ ἀπέχει σταδίους· ἔχει δ' ἡ πόλις τὸ Δῖον κώμην πλησίον Πίμπλειαν, ἔνθα Ὀρφεὺς διέτριβεν.

18. Ὅτι ὑπὸ τῷ Ὀλύμπῳ πόλις Δῖον. ἔχει δὲ κώμην πλησίον Πίμπλειαν· ἐνταῦθα τὸν Ὀρφέα διατρῖψαί φασι τὸν Κίκονα, ἄνδρα γόητα ἀπὸ μουσικῆς ἅμα καὶ μαντικῆς καὶ τῶν περὶ τὰς τελετὰς ὀργιασμῶν ἀγυρτεύοντα τὸ πρῶτον, εἶτ' ἤδη καὶ μειζόνων ἀξιοῦντα ἑαυτὸν καὶ ὄχλον καὶ δύναμιν κατασκευαζόμενον· τοὺς μὲν οὖν ἑκουσίως ἀποδέχεσθαι, τινὰς δ' ὑπιδομένους ἐπιβουλὴν καὶ βίαν ἐπισυστάντας διαφθεῖραι αὐτόν. ἐνταῦθα πλησίον καὶ τὰ Λείβηθρα.

19. Ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ μάντεις καὶ μουσικὴν εἰργάζοντο.

versus, parallela Atticæ. — Dicit Strabo etiam Egnatiam viam ab Ionico sinu incipientem in Thessaloniceam desinere. (*Exc. Vat.*)

14. E tæniis illis, Strabo ait, primos definiemus eos qui juxta Peneum et Haliacmonem mare accolunt. Defluit Peneus e Pindo monte per mediam Thessaliam versus orientem. Postquam Lapitharum oppida Perrhæborumque nonnulla permeavit, Tempe vallem attingit, compluribus recepti· fluviis. Inter eos Europus est, quem poeta (*Il.* 2, 751) Titaresium dixit: scilicet fontes suos habet in Titario monte, adhærente illo Olympo, qui ab hac parte Macedoniam Thessaliam disterminare incipit. Sunt enim Tempe angusta convallis inter Olympum et Ossam. Inde ab his faucibus Peneus ad stadia quadraginta fertur, Olympum, montem Macedoniæ celsissimum a læva habens, *Ossam a dextra ad* exitum. Prope ostia fluvii a dextra Gyrton sita est, Perrhæbica urbs et Magnetis, in qua Pirithous et Ixion regnarunt. Centum fere a Gyrtone stadiis Crannon urbs distat. Putantque, si poeta dicat (*Il.* 13, 301): *duo hi ex Thracia* et quæ sequuntur, *Ephyros* vocari Crannonios, *Phlegyes* vero Gyrtonios. — Ab altera vero parte est Pieria. (*Exc. Vat.*)

15. Peneus fluvius, initio sumpto a Pindo monte, per Tempe labens mediamque Thessaliam et Lapithas et Perrhæbos, adsumptoque Eurota fluvio, quem Homerus Titaresium vocat, Macedoniam ad septemtrionem terminat, Thessaliam ad meridiem. Europi fontes e Titario monte initium habent, qui Olympo contiguus est. Olympus Macedoniæ est, Ossa et Pelion Thessaliæ. (*Exc. Pal.*)

16. Ad Olympi radices, juxta Peneum fluvium, Gyrton est, Perrhæbica urbs et Magnetis, in qua regnarunt Pirithous et Ixion. Distat autem [*centum fere stadiis*] *a Gyrtone* urbe Crannon, aiuntque, si poeta dicat: *ambo ex Thracia*, *Ephyros* vocari Crannonios, *Phlegyes* vero Gyrtonios. (*Exc. Pal.*)

17. Dium urbs non est in ora sinus Thermæi in Olympi radicibus, sed septem circiter stadiis distat. Habet autem Dium urbs pagum vicinum, Pimpleam, ubi Orpheus degebat. (*Exc. Pal.*)

18. Sub Olympo Dium est, quæ urbs in propinquo habet pagum Pimpleam. Ibi Orpheum degisse aiunt, Ciconem virum, præstigiatorem, qui musicam et fatidicam artem et quæ circa initiationes sunt ceremonias orgiasticas exercens, primum quidem stipem collegerit, deinde vero majores jam sumens spiritus, asseclas sibi et potentiam comparaverit. Et reliquos quidem sponte obsecutos esse, nonnullos vero, quum insidias et vim suspectarent, consurgentes eum interemisse. Non longe inde etiam Libethra sunt. (*Exc. Vat.*)

19. Vates olim etiam musicam exercebant.

20. Μετὰ δὲ τὸ Δῖον αἱ τοῦ Ἁλιάκμονος ἐκβολαί· εἶτα Πύδνα, Μεθώνη, Ἄλωρος καὶ ὁ Ἐρίγων ποταμὸς καὶ Λουδίας, ὁ μὲν ἐκ Τρικλάρων ῥέων δι' Ὀρεστῶν καὶ τῆς † Πελλαίας, ἐν ἀριστερᾷ ἀφεὶς τὴν πόλιν καὶ συμβάλλων τῷ Ἀξιῷ· ὁ δὲ Λουδίας εἰς Πέλλαν ἀνάπλουν ἔχων σταδίων ἑκατὸν καὶ εἴκοσι· μέση δ' οὖσα ἡ Μεθώνη τῆς μὲν Πύδνης ὅσον τετταράκοντα σταδίων ἀπέχει, τῆς Ἀλώρου δὲ ἑβδομήκοντα. ἔστι δ' ἡ Ἄλωρος τὸ μυχαίτατον τοῦ Θερμαίου κόλπου. λέγεται δὲ Θεσσαλονίκεια [δι]ὰ τὴν ἐπιφάνειαν. τὴν μὲν οὖν Ἄλωρον Βοτταϊκὴν νομίζουσι, τὴν δὲ Πύδναν Πιερικήν. Πέλ[λα ἐσ]τὶ μὲν τῆς κάτω Μακεδονίας, ἣν Βοττιαῖοι κατεῖχον· ἐνταῦθ' ἦν πάλαι τὸ τῆς Μακεδονίας χρηματιστήριον· ηὔξησε τὴν πόλιν ἐκ μικρᾶς Φίλιππος, τραφεὶς ἐν [αὐτῇ]. ἔχει δ' ἄκραν ἐν λίμνῃ τῇ καλουμένῃ Λουδίᾳ· ἐκ ταύτης ὁ Λουδίας ἐκδίδωσι ποταμός, αὐτὴν δὲ πληροῖ τοῦ Ἀξιοῦ τι ἀπόσπασμα. ὁ δὲ Ἀξιὸς ἐκδίδωσι μεταξὺ Χαλάστρας καὶ Θέρμης· ἐπίκειται δὲ τῷ ποταμῷ τούτῳ χωρίον ἐρυμνόν, ὃ νῦν μὲν καλεῖται Ἀβυδών, Ὅμηρος δ' Ἀμυδῶνα καλεῖ, καί φησι τοὺς Παίονας ἐντεῦθεν εἰς Τροίαν ἐπικούρους ἐλθεῖν·

τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρυρέοντος.

κατεσκάφη δ' ὑπὸ τῶν Ἀργεαδῶν.

21. Ὅτι ὁ Ἀξιὸς θολερὸς ῥεῖ· ὁ δ' Ὅμηρος Ἀξιοῦ κάλλιστον ὕδωρ φησίν, ἴσως διὰ τὴν πηγὴν τὴν καλουμένην Αἶαν, ἣ καθαρώτατον ἐκδιδοῦσα ὕδωρ εἰς τοῦτον ἐλέγχει φαύλην ὑπάρχουσαν τὴν νῦν φερομένην γραφὴν παρὰ τῷ ποιητῇ. μετὰ δὲ Ἀξιὸν Ἐχέδωρος ἐν σταδίοις εἴκοσιν· εἶτα Θεσσαλονίκεια Κασάνδρου κτίσμα ἐν ἄλλοις τετταράκοντα καὶ ἡ Ἐγνατία ὁδός. ἐπωνόμασε δὲ τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς Θεσσαλονίκης, Φιλίππου δὲ τοῦ Ἀμύντου θυγατρός, καθελὼν τὰ ἐν τῇ Κρουσίδι πολίσματα καὶ τὰ ἐν τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ περὶ ἓξ καὶ εἴκοσι καὶ συνοικίσας εἰς ἕν· ἡ δὲ μητρόπολις τῆς νῦν Μακεδονίας ἐστί. τῶν δὲ συνοικισθεισῶν ἦν Ἀπολλωνία καὶ Χαλάστρα καὶ Θέρμα καὶ Γαρησκὸς καὶ Αἰνέα καὶ Κισσός, ὧν τὴν Κισσὸν ὑπονοήσειεν ἄν τις τῷ Κισσῇ προσήκειν, οὗ μέμνηται ὁ ποιητής· Κισσῆς τόν γ' ἔθρεψε, τὸν Ἰφιδάμαντα λέγων.

22. Ὅτι μετὰ τὸ Δῖον πόλιν ὁ Ἁλιάκμων ποταμός ἐστιν, ἐκβάλλων εἰς τὸν Θερμαῖον κόλπον· καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ἡ πρὸς βορρᾶν τοῦ κόλπου παραλία Πιερία καλεῖται ἕως τοῦ Ἀξιοῦ ποταμοῦ, ἐν ᾗ καὶ πόλις Πύδνα, ἣ νῦν Κίτρον καλεῖται· εἶτα Μεθώνη καὶ Ἄλωρος πόλεις· εἶτα Ἐρίγων καὶ Λουδίας ποταμοί· ἀπὸ δὲ Λουδίου εἰς Πέλλαν πόλιν ἀνάπλους στάδια ἑκατὸν εἴκοσιν. ἀπέχει δ' ἡ Μεθώνη τῆς μὲν Πύδνης στάδια τετταράκοντα, τῆς Ἀλώρου δὲ ἑβδομήκοντα στάδια. ἡ μὲν οὖν Πύδνα Πιερική ἐστι πόλις· ἡ δὲ Ἄλωρος Βοτταϊκή. ἐν μὲν οὖν τῷ πρὸ τῆς Πύδνης πεδίῳ Ῥωμαῖοι Περσέα καταπολεμήσαντες καθεῖλον τὴν τῶν Μακεδόνων βασιλείαν, ἐν δὲ τῷ πρὸ τῆς Μεθώνης πεδίῳ γενέσθαι συνέβη Φιλίππῳ τῷ Ἀμύντου τὴν ἐκκοπὴν τοῦ δεξιοῦ ὀφθαλ-

20. Post Dium sunt ostia Haliacmonis; deinde Pydna, Methone, Alorus, fluviique Erigon et Ludias, quorum ille e Triclaris fluens per Orestas et Pellæam (*Pelagoniam*), urbe ad sinistram relicta, in Axium se conjicit; Ludias vero ad Pellam usque adverso flumine navigationem habet stadiorum centum viginti. Methone in medio sita, a Pydna quadraginta fere stadiis, ab Aloro septuaginta distat. Alorus in intimo est sinu Thermæo. [Vocatur Thessalonice ob clare *victos Thessalos*] Alorum Bottaicam esse, Pydnam Piericam statuunt. Ibi olim fuit ærarium Macedoniæ. Urbem e parva Philippus auxit, in ea educatus. Habet arcem juxta paludem quæ Ludia vocatur. Ex hac Ludias fluvius emittitur, ipsam vero auget divulsa ab Axio aquarum pars. Axius inter Chalastram et Thermam egreditur. Adjacet huic fluvio locus munitus, nunc dictus Abydo; Homerus vero Amydonem nominat, Pæonesque hinc Trojam socios venisse ait (*Il.* 2, 849):

Hinc Amydone procul, qua latis Axius undis.

Dirutus locus est ab Argeadis. (*Exc. Vat.*)

21. Axius fluit turbidus; et tamen Homerus aquam Axii pulcherrimam dicit, forsan ob fontem Æam nomine, quæ aquam purissimam fluvio immittens, lectionem, qualis nunc apud poetam fertur, falsam esse convincit. Post Axium Echedorus stadiis viginti. Hinc Thessalonicea, Cassandri opus, post alia stadia quadraginta. Urbem de sua conjuge cognominavit, Thessalonica, Philippi Amyntæ filia, eversis quæ in Cruside et ad sinum Thermæum erant oppidulis circiter viginti sex, atque in unam civitatem contractis. Ipsa caput est hodiernæ Macedoniæ. Conctractorum erant Apollonia, Chalastra, Therma, Garescus, Ænea, Cissus; e quibus Cissum quis ad Cisseum pertinere putaverit, cujus poeta meminit (*Il.* 11, 222): *Cisseus hunc enutrivit*, Iphidamantem (*in cod.* Amphidamantem) dicens. (*Exc Vat.*)

22. Post Dium urbem Haliacmo est fluvius, in sinum Thermæum se eructans; hinc quæ Boream versus ripa sinus est, Pieria vocatur usque ad Axium fluvium; ubi Pydna urbs est, quæ nunc Citrum vocatur; tum Methone et Alorus urbes; inde Erigon et Ludias fluvii. A Ludia Pellam adverso amne navigatur per centum viginti stadia. Methone a Pydna distat stadiis quadraginta, ab Aloro septuaginta. Ceterum Pydna Pierica urbs est, Alorus autem Bottaica. In Pydnæ campo Romani Perseo debellato regnum Macedonum everterunt. At in Methonæ campo per urbis obsidio-

μοῦ καταπελτικῷ βέλει κατὰ τὴν πολιορκίαν τῆς πόλεως.

23. Ὅτι τὴν Πέλλαν, οὖσαν μικρὰν πρότερον, Φίλιππος εἰς μῆκος ηὔξησε, τραφεὶς ἐν αὐτῇ· ἔχει δὲ λίμνην πρὸ αὐτῆς, ἐξ ἧς ὁ Λουδίας ποταμὸς ῥεῖ· τὴν δὲ λίμνην πληροῖ τοῦ Ἀξιοῦ τι ποταμοῦ ἀπόσπασμα. εἶτα ὁ Ἀξιός, διαιρῶν τήν τε Βοττιαίαν καὶ τὴν Ἀμφαξῖτιν γῆν, καὶ παραλαβὼν τὸν Ἐρίγωνα ποταμὸν ἐξίησι μεταξὺ Χαλάστρας καὶ Θέρμης· ἐπίκειται δὲ τῷ Ἀξιῷ ποταμῷ χωρίον, ὅπερ Ὅμηρος Ἀμυδῶνα καλεῖ, καί φησι τοὺς Παίονας ἐντεῦθεν εἰς Τροίαν ἐπικούρους ἐλθεῖν·

τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρυρέοντος.

ἀλλ' ἐπεὶ ὁ μὲν Ἀξιὸς θολερός ἐστι, κρήνη δέ τις ἐξ Ἀμυδῶνος ἀνίσχουσα καὶ ἐπιμιγνυμένη αὐτῷ καλλίστου ὕδατος, διὰ τοῦτο τὸν ἑξῆς στίχον,

Ἀξιοῦ, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται Αἶαν,

μεταγράφουσιν οὕτως·

Ἀξιοῦ, ᾧ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται Αἴης·

οὐ γὰρ τὸ τοῦ Ἀξιοῦ ὕδωρ κάλλιστον † τῆς γῆς τῇ ὄψει κίδναται, ἀλλὰ τῆς γῆς τῷ Ἀξιῷ.

24. Ὅτι μετὰ τὸν Ἀξιὸν ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶ πόλις, ἣ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο· κτίσμα δ' ἐστὶ Κασσάνδρου, ὃς ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς ἑαυτοῦ γυναικός, παιδὸς δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου, ὠνόμασε· μετῴκισε δὲ τὰ πέριξ πολίχνια εἰς αὐτήν, οἷον Χαλάστραν, Αἰνέαν, Κισσὸν καί τινα καὶ ἄλλα. ἐκ δὲ τοῦ Κισσοῦ τούτου ὑπονοήσειεν ἄν τις γενέσθαι καὶ τὸν παρ' Ὁμήρῳ Ἰφιδάμαντα, οὗ ὁ πάππος Κισσεὺς ἔθρεψεν αὐτόν, φησίν, ἐν Θρήκῃ, ἣ νῦν Μακεδονία καλεῖται.

25. Ὅτι αὐτοῦ που καὶ τὸ Βέρμιον ὄρος, ὃ πρότερον κατεῖχον Βρίγες, Θρᾳκῶν ἔθνος, ὧν τινες διαβάντες εἰς τὴν Ἀσίαν Φρύγες μετωνομάσθησαν. Μετὰ δὲ Θεσσαλονίκειάν ἐστι τὰ λοιπὰ τοῦ Θερμαίου κόλπου μέχρι τοῦ Καναστραίου. τοῦτο δ' ἐστὶν ἄκρα χερρονησίζουσα, ἀνταίρουσα τῇ Μαγνήτιδι· ὄνομα δὲ τῇ χερρονήσῳ Παλλήνη· πενταστάδιον δ' ἔχει τὸν ἰσθμὸν διορωρυγμένον· κεῖται δ' ἐπ' αὐτῷ πόλις ἡ πρότερον μὲν Ποτίδαια, Κορινθίων κτίσμα, ὕστερον δὲ Κασάνδρεια ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Κασάνδρου, ἀναλαβόντος αὐτὴν ἀνατετραμμένην· ὁ περίπλους ταύτης τῆς χερρονήσου πενταχοσίων καὶ ἑβδομήκοντα. ἔτι δὲ πρότερον τοὺς Γίγαντας ἐνταῦθα γενέσθαι φασὶ καὶ τὴν χώραν ὀνομάζεσθαι Φλέγραν οἱ μὲν μυθολογοῦντες, οἱ δὲ πιθανώτερον ἔθνος τι βάρβαρον καὶ ἀσεβὲς ἀποφαίνοντες τὸ κατέχον τὸν τόπον, καταλυθὲν δ' ὑπὸ Ἡρακλέους, ἡνίκα τὴν Τροίαν ἑλὼν ἀνέπλει εἰς τὴν οἰκείαν. κἀνταῦθα δὲ τῆς λύμης αἱ Τρῳάδες αἴτιαι λέγονται, ἐμπρήσασαι τὰς ναῦς, ἵνα μὴ ταῖς γυναιξὶ τῶν ἑλόντων αὐτὰς δουλεύοιεν.

26. Ὅτι ἡ Βέροια πόλις ἐν ταῖς ὑπωρείαις κεῖται τοῦ Βερμίου ὄρους.

nem accidit ut Philippo Amyntæ filio dexter oculus catapultæ jaculo extirparetur. (*Exc. Pal.*)

23. Pellam, antea exiguam, Philippus latius auxit, in ea educatus. Prope habet paludem, ex qua Ludias fluvius manat; paludem auget divulsa ab Axio aquarum pars. Tum Axius, dirimens terram Bottiæam et Amphaxitidem; qui assumpto Erigone fluvio inter Chalastram et Thermam egreditur. Adjacet Axio fluvio locus, quem Amydonem vocat Homerus, unde Pæonum auxilia ad Trojam venisse ait (*Il.* 2, 849):

Hinc Amydone procul, qua latis Axius undis.

Ceterum quia Axius turbidus fluit, fons autem limpidissimæ aquæ ex Amydone illi miscetur, sequentem versum:

Axii, cujus pulcherrima aqua inundat Æam,

ita mutandum esse censent:

Axii, cui pulcherrima aqua infunditur Ææ,

Non enim Axii aqua pulcherrima in Æam fontem, sed fontis aqua in Axium infunditur (τῇ πηγῇ ἐπικίδναται, ἀλλὰ τὸ τῆς πηγῆς τῷ Ἀ.). (*Exc. Pal.*)

24. Post Axium fluvium Thessalonica urbs est, quæ prius Therma dicebatur. Condidit eam Cassander, qui de nomine uxoris, quæ filia erat Philippi, Amyntæ filii, eam nominavit, deduxitque in eam circumjacentia oppidula, veluti Chalastram, Æneam, Cissum et alia quædam. Ex hac Cisso existimet aliquis Iphidamantem (*cod.*: Amphidamantem) Homeri (*Il.* 11, 222) fuisse, « quem, inquit, avus Cisseus in Thracia educavit », quæ nunc Macedonia vocatur. (*Exc. Pal.*)

25. Ibi alicubi Bermius quoque mons est, quem Briges ante tenebant, gens Thracum, quorum quidam in Asiam transgressi, Phryges mutato nomine vocabantur. Post Thessalonicam reliqua sunt sinus Thermæi usque ad Canastræum. Idque promontorium est peninsulare, Magnesiæ oppositum. Peninsulæ nomen Pallene, habetque stadiorum quinque isthmum perfossum. In eo urbs jacet, prius Potidæa, Corinthiorum colonia, post Cassandria, ab eodem rege Cassandro, qui eversam restauravit. Hujus peninsulæ in circuitu navigatio quingentorum septuaginta est stadiorum. Olim Gigantes ibi exstitisse aiunt, agrumque Phlegram dictum, alii fabulosa narrantes, alii probabilius gentem barbaram impiamque aliquam significantes loci dominam, ab Hercule deletam, quum Troja capta domum renavigaret. Etiam illic Trojanæ mulieres piaculum commisisse feruntur incensis navibus, ne captivæ uxoribus victorum servire cogerentur. (*Exc. Vat.*)

26. Berœa urbs in Bermii montis radicibus sita est.

27. Ὅτι ἡ Παλλήνη χερρόνησος, ἧς ἐν τῷ ἰσθμῷ κεῖται ἡ πρὶν μὲν Ποτίδαια, νῦν δὲ Κασσάνδρεια, Φλέγρα τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο· ᾤκουν δ' αὐτὴν οἱ μυθευόμενοι Γίγαντες, ἔθνος ἀσεβὲς καὶ ἄνομον, οὓς Ἡρακλῆς διέφθειρεν· ἔχει δὲ πόλεις τέσσαρας, Ἄφυτιν, Μένδην, Σκιώνην, Σάνην.

28. Ὅτι διεῖχε Ποτιδαίας Ὄλυνθος ἑβδομήκοντα σταδίους.

29. Ὅτι τῆς Ὀλύνθου ἐπίνειόν ἐστι Μηκύβερνα ἐν τῷ Τορωναίῳ κόλπῳ.

30. Ὅτι πλησίον Ὀλύνθου χωρίον ἐστὶ κοῖλον, καλούμενον Κανθαρώλεθρον, ἐκ τοῦ συμβεβηκότος· τὸ γὰρ ζῷον ὁ κάνθαρος πέριξ τῆς χώρας γινόμενος, ἡνίκα ψαύσῃ τοῦ χωρίου ἐκείνου, διαφθείρεται.

31. Μετὰ δὲ Κασάνδρειαν ἐφεξῆς ἡ λοιπὴ τοῦ Τορωνικοῦ κόλπου παραλία μέχρι Δέρρεως· ἄκρα δ' ἐστὶν ἀνταίρουσα τῷ Καναστραίῳ καὶ ποιοῦσα τὸν κόλπον. ἀπαντικρὺ δὲ τῆς Δέρρεως πρὸς ἕω τὰ ἄκρα τοῦ Ἄθω, μεταξὺ δὲ ὁ Σιγγικὸς κόλπος ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ πόλεως ἀρχαίας κατεσκαμμένης Σίγγου τοὔνομα. Μεθ' ἣν Ἄκανθος ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τοῦ Ἄθω κειμένη πόλις, Ἀνδρίων κτίσμα, ἀφ' ἧς συχνοὶ καὶ τὸν κόλπον Ἀκάνθιον καλοῦσι.

32. Ὅτι ἀντικρὺ Κανάστρου, ἄκρου τῆς Παλλήνης, ἡ Δέρρις ἐστὶν ἄκρα, πλησίον Κωφοῦ λιμένος, καὶ ὁ Τορωναῖος κόλπος ὑπὸ τούτων ἀφορίζεται. καὶ πρὸς ἀνατολὰς αὖθις κεῖται τὸ ἄκρον τοῦ Ἄθωνος, ὃ ἀφορίζει τὸν Σιγγιτικὸν κόλπον, ὡς εἶναι ἐφεξῆς κόλπους τοῦ Αἰγαίου πελάγους πρὸς βορρᾶν, ἀλλήλων ἀπέχοντας οὕτως· Μαλιακόν, Παγασιτικόν, Θερμαῖον, Τορωναῖον, Σιγγιτικόν, Στρυμονικόν. τὰ δὲ ἄκρα Ποσείδιον μὲν τὸ μεταξὺ Μαλιακοῦ καὶ Παγασιτικοῦ, τὸ δὲ ἐφεξῆς πρὸς βορρᾶν Σηπιάς, εἶτα τὸ ἐν Παλλήνῃ Κάναστρον, εἶτα Δέρρις, εἶτα Νυμφαῖον ἐν τῷ Ἄθωνι πρὸς τῷ Σιγγιτικῷ, τὸ δὲ πρὸς τῷ Στρυμονικῷ Ἀκράθως ἄκρον, ὧν μεταξὺ ὁ Ἄθων, οὗ πρὸς ἀνατολὰς ἡ Λῆμνος· πρὸς δὲ βορρᾶν ἀφορίζει τὸν Στρυμονικὸν κόλπον ἡ Νεάπολις.

33. Ὅτι Ἄκανθος πόλις ἐν τῷ Σιγγιτικῷ κόλπῳ ἐστὶ παράλιος πλησίον τῆς τοῦ Ξέρξου διώρυχος· ἔχει δ' ὁ Ἄθων πέντε πόλεις, Δῖον, Κλεωνάς, Θύσσον, Ὀλόφυξιν, Ἀκροθώους· αὕτη δὲ πρὸς τῇ κορυφῇ τοῦ Ἄθωνος κεῖται. ἔστι δ' ὁ Ἄθων ὄρος μαστοειδές, ὀξύτατον, ὑψηλότατον· οὗ οἱ τὴν κορυφὴν οἰκοῦντες ὁρῶσι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα πρὸ ὡρῶν τριῶν τῆς ἐν τῇ παραλίᾳ ἀνατολῆς. καὶ ἔστιν ἀπὸ πόλεως τῆς Ἀκάνθου ὁ περίπλους τῆς χερρονήσου ἕως Σταγείρου, πόλεως τοῦ Ἀριστοτέλους, στάδια τετρακόσια, ἐν ᾗ λιμὴν ὄνομα Κάπρος καὶ νησίον ὁμώνυμον τῷ λιμένι· εἶτα αἱ τοῦ Στρυμόνος ἐκβολαί· εἶτα Φάγρης, Γαληψός, Ἀπολλωνία, πᾶσαι πόλεις· εἶτα τὸ Νέστου στόμα τοῦ διορίζοντος Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην, ὡς Φίλιππος καὶ Ἀλέξανδρος, ὁ τούτου παῖς, διώριζον ἐν τοῖς κατ' αὐτοὺς χρόνοις. εἰσὶ δὲ περὶ τὸν Στρυμονικὸν κόλπον

27. Pallene peninsula (in cujus isthmo jacet quæ prius Potidæa, nunc Cassandria dicitur) olim Phlegra vocabatur. Eam incolebant fabulosi Gigantes, gens impia et iniqua, quos Hercules sustulit. Habet urbes quattuor, Aphytin, Mendam, Scionen, Sanam.

28. A Potidæa Olynthus septuaginta stadiis distat. (*Exc. Vat.*)

29. Olynthi navale est Mecyberna in sinu Toronæo.

30. Juxta Olynthum locus est cavus, ab eventu Cantharolethron appellatus. Cantharus enim circa hanc regionem natus, si illum locum attigerit, exanimatur. (*Exc. Pal.*)

31. Post Cassandriam continuo reliqua sequitur ora Toronici sinus maritima usque ad Derrim: est promontorium Canastræo oppositum, sinumque efficiens. Contra Derrim versus orientem sunt Athonis promontoria; in medio autem sinus Singiticus, a vetere ibi urbe eversa, Singo nomine. Post quam Acanthus, in Athonis isthmo sita urbs, Andriorum colonia, de qua etiam sinum Acanthium multi appellant. (*Exc. Vat.*)

32. Contra Canastrum, Pallenæ promontorium, Derris est promontorium, juxta Cophum (i. e. *Surdum*) portum; atque his definitur sinus Toronæus. Rursus ad ortum jacet Athonis promontorium [*Nymphæum*], quod sinum Singiticum terminat, ut deinceps sint in mari Ægæo boream versus hi sinus a se invicem sic dissiti: Maliacus, Pagaseticus, Thermæus, Toronæus, Singiticus, Strymonius. Promontoria vero hæc: Posidium inter sinum Maliacum et Pagaseticum; deinceps ad septentrionem Sepias; hinc in Pallene Canastrum; inde Derris; tum Nymphæum in Athone juxta sinum Singiticum; ad sinum Strymonicum Acrathos promontorium, inter quæ est Athos, cui ad ortum jacet Lemnus; ad septentrionem terminat Strymonicum sinum Neapolis. (*Exc. Pal.*)

33. Acanthus urbs in Singitico sinu maritima est, prope Xerxis fossam. Athos autem habet urbes quinque: Dium, Cleonas, Thyssum, Olophyxin, Acrothoos (Acresthoos *cod.*); postrema hæc vertici montis adjacet. Ipse Athos mons est in mammæ formam exsurgens acutissimus altissimusque; cujus in vertice qui habitant, solem orientem tribus horis ante, quam in litore appareat, conspiciunt. Est autem peninsulæ in circuitu navigatio ab Acantho urbe usque ad Stagirum, Aristotelis patriam, stadiorum quadringentorum. In ea portus est nomine Caprus et eodem nomine insula exigua; deinde sunt Strymonis ostia; post Phagres, Galepsus, Apollonia, omnes eæ urbes: tum ostium Nesti, qui Macedoniam et Thraciam dirimit, quemadmodum Philippus et Alexander, ejus filius, suis temporibus utramque diremerunt. Sunt et aliæ circa sinum Strymo-

πόλεις καὶ ἕτεραι, οἷον Μύρκινος, Ἄργιλος, Δραβῆσκος, Δάτον, ὅπερ καὶ ἀρίστην ἔχει χώραν καὶ εὔκαρπον καὶ ναυπήγια καὶ χρυσοῦ μέταλλα· ἀφ' οὗ καὶ παροιμία Δάτον ἀγαθῶν, ὡς καὶ Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

34. Ὅτι πλεῖστα μέταλλά ἐστι χρυσοῦ ἐν ταῖς Κρηνίσιν, ὅπου νῦν οἱ Φίλιπποι πόλις ἵδρυται, πλησίον τοῦ Παγγαίου ὄρους· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ Παγγαῖον ὄρος χρύσεια καὶ ἀργύρεια ἔχει μέταλλα καὶ ἡ πέραν καὶ ἡ ἐντὸς τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ μέχρι Παιονίας· φασὶ δὲ καὶ τοὺς τὴν Παιονίαν γῆν ἀροῦντας εὑρίσκειν χρυσοῦ τινα μόρια.

35. Ἔστι δ' ὁ Ἄθως [ὄρος] ὑψηλὸν καὶ μαστοειδές, ὥστε τοὺς ἐν ταῖς κορυφαῖς ἤδη ἀνίσχοντος ἡλίου κάμνειν ἀροῦντας, ἡνίκα ἀλεκτοροφωνίας ἀρχὴ παρὰ τοῖς τὴν ἀκτὴν οἰκοῦσίν ἐστιν. ἐν δὲ τῇ ἀκτῇ ταύτῃ Θάμυρις ὁ Θρᾷξ ἐβασίλευσε, τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων γεγονώς, ὧν καὶ Ὀρφεύς. ἐνταῦθα δὲ καὶ διῶρυξ δείκνυται ἡ περὶ τὴν Ἄκανθον, καθ' ἣν Ξέρξης τὸν Ἄθω διορύξαι λέγεται καὶ διαγαγεῖν ἐκ τοῦ Στρυμονικοῦ κόλπου διὰ τοῦ ἰσθμοῦ, δεξάμενος τὴν θάλασσαν εἰς τὴν διώρυγα. Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος οὐκ οἴεται πλευσθῆναι τὴν διώρυγα ταύτην· μέχρι μὲν γὰρ δέκα σταδίων εὔγεων καὶ ὀρυκτὴν εἶναι, διορωρύχθαι δ' ἐπὶ πλάτος πλεθριαῖον, εἶθ' ὑψηλὸν εἶναι πλαταμῶνα σταδιαῖον σχεδόν τι τὸ μῆκος, ὅσον οὐχ ἐνὸν ἐκλατομηθῆναι δι' ὅ[λου] μέχρι θαλάσσης· εἰ δὲ καὶ μέχρι δεῦρο, οὔ γε καὶ κατὰ βυθοῦ, ὥστε πόρον γενέσθαι πλωτόν· ὅπου Ἀλέξαρ[χ]ον τὸν Ἀντιπάτρου πόλιν ὑποδείμασθαι τὴν Οὐρανόπολιν τριάκοντα σταδίων τὸν κύκλον ἔχουσαν. ᾤκησαν δὲ τὴν χερρόνησον ταύτην τῶν ἐκ Λήμνου Πελασγῶν τινες, εἰς πέντε διῃρημένοι πολίσματα, Κλεωνάς, Ὀλόφυξιν, Ἀκροθώους, [Δῖον, Θύσσον]. μετὰ δὲ Ἄθω ὁ Στρυμονικὸς κόλπος μέχρι Νέστου, τοῦ ποταμοῦ τοῦ ἀφορίζοντος τὴν κατὰ Φίλιππον καὶ Ἀλέξανδρον Μακεδονίαν· εἰς μέντοι τἀκριβὲς ἄκρα τίς ἐστι ἡ ποιοῦσα τὸν κόλπον πρὸς τὸν Ἄθω, πόλιν ἐσχηκυῖα τὴν Ἀπολλωνίαν. ἐν δὲ τῷ κόλπῳ πρώτη μετὰ τὸν Ἀκανθίων λιμένα Στάγειρα, ἔρημος, καὶ αὐτὴ τῶν Χαλκιδικῶν, Ἀριστοτέλους πατρίς, καὶ λιμὴν αὐτῆς Κάπρος καὶ νησίον ὁμώνυμον τούτῳ· εἶθ' ὁ Στρυμὼν καὶ ὁ ἀνάπλους εἰς Ἀμφίπολιν εἴκοσι σταδίων· ἔστι δ' Ἀθηναίων κτίσμα ἐν τῷ τόπῳ ἱδρυμένον τούτῳ, ὃς καλεῖται Ἐννέα ὁδοί· εἶτα Γαληψὸς καὶ Ἀπολλωνία, κατεσκαμμέναι ὑπὸ Φιλίππου.

36. Ἀπὸ Πηνειοῦ φησιν εἰς Πύδναν σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι. παρὰ δὲ τὴν παραλίαν τοῦ Στρυμόνος καὶ Δατηνῶν πόλις Νεάπολις καὶ αὐτὸ τὸ Δάτον, εὔκαρπα πεδία καὶ λίμνην καὶ ποταμοὺς καὶ ναυπήγια καὶ χρυσεῖα λυσιτελῆ ἔχον, ἀφ' οὗ καὶ παροιμιάζονται Δάτον ἀγαθῶν, ὡς καὶ Ἀγαθῶν ἀγαθίδας. ἔστι δ' ἡ χώρα ἡ πρὸς τὸ Στρυμόνος πέραν, ἡ μὲν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ καὶ τοῖς περὶ Δάτον τόποις Ὀδομάντεις καὶ Ἠδωνοὶ καὶ Βισάλται, οἵ τε αὐτόχθονες καὶ οἱ ἐκ Μακεδονίας διαβάντες, ἐν οἷς Ῥῆσος ἐβασίλευσεν. ὑπὲρ δὲ τῆς Ἀμ-

nicum urbes, velut Myrcinus, Argilus, Drabescus, Datum; quod quidem regionem habet optimam et feracissimam, navium item fabricas aurique fodinas; unde proverbium natum est: *Datum bonorum*, uti etiam *Bonorum glomi*. (*Exc. Pal.*)

34. Multa auri metalla sunt prope Crenidas, ubi nunc Philipporum urbs condita ad Pangæum montem. Atque ipse mons Pangæus aurea et argentea metalla habet, ut regio quæ est ultra citraque Strymonem fluvium usque ad Pæoniam. Aiunt etiam Pæoniæ incolas in arando auri frustula invenire. (*Exc. Pal.*)

35. Est Athos mons celsus, mammæ formam referens, ut verticis incolæ jam oriente sole in arando desudent, quando gallicinii initium est oram habitantibus. In ea ora Thamyris Thrax regnavit, eorundem vir studiorum, quorum Orpheus. Ibi etiam fossa ostenditur prope Acanthum, per quam Xerxes, Athonis isthmo perfosso, aquam sinus Strymonii receptam transmisisse fertur. Quanquam Demetrius Scepsius fossam non esse navigatam existimat. Namque ad decem quidem stadia isthmum esse humo profunda et fodiendo aptum, et perfossum plethri latitudine; tum vero sequi scopulum late patentem stadii fere longitudine, quantum non excidi penitus ad mare potuisset; sin vero etiam eo usque potuisset, non ea tamen profunditate, ut via navigabilis redderetur. Ibi Alexarchum Antipatri filium urbem condidisse Uranopolim, triginta stadiorum ambitu. Ceterum peninsulam hanc Pelasgorum Lemniorum quidam habitarunt, divisi in oppidula quinque: Cleonas, Olophyxin, Acrothoos, [*Dium, Thyssum*]. Post Athonem sinus Strymonius usque ad Nestum fluvium, quo Philippi et Alexandri Macedonia terminatur. Diligentius tamen si rem significaveris, est quoddam promontorium, quod cum Athone sinum efficit, urbemque habet Apolloniam. In sinu prima post Acanthiorum portum Stagira deserta, ipsa quoque una ex Chalcidicis urbibus, Aristotelis patria, et portus urbis Caprus insulaque ei cognominis. Tum Strymon, amne adverso ad Amphipolim usque stadiis viginti navigatus. Est Atheniensium colonia, eo loco condita, qui dicitur *Novem Viæ*. Deinde Galepsus et Apollonia, a Philippo eversæ. (*Exc. Vat.*)

36. A Peneo Pydnam, ait, stadia sunt centum (*trecenta?*) viginti. In maritima autem Strymonis ora tum Datenorum urbs est Neapolis, tum ipsum Datum, arva habens frugifera et portum (λιμένα) et fluvios et navium fabricas et auri fodinas quæstuosas: unde proverbio ferunt *Datum bonorum*, ut *glomos bonorum*. Regionem ipsam ultra Strymonem sitam, maritimam quidem et Datenam, Odomantes tenent et Edoni Bisaltæque, partim indigenæ, partim e Macedonia transgressi, quorum rex Rhesus fuit. Intus post

ἀμφιπόλεως Βισάλται καὶ μέχρι πόλεως Ἡρακλείας, ἔχοντες αὐλῶνα εὔκαρπον, ὃν διαιρεῖ ὁ Στρυμών, ὡρμημένος ἐκ τῶν περὶ Ῥοδόπην Ἀγριάνων, οἷς παράκειται τῆς Μακεδονίας ἡ Παρορβηλία, ἐν μεσογαίᾳ ἔχουσα κατὰ τὸν αὐλῶνα τὸν ἀπὸ Εἰδομένης Καλλίπολιν, Ὀρθόπολιν, Φιλιππούπολιν, Γαρησκόν. ἐν δὲ τοῖς Βισάλταις ἀνὰ ποταμὸν ἰόντι τὸν Στρυμόνα καὶ ἡ Βέργη ἵδρυται, κώμη ἀπέχουσα Ἀμφιπόλεως περὶ διακοσίους σταδίους. ἐπὶ δὲ ἄρκτους ἰόντι ἀπὸ Ἡρακλείας καὶ τὰ στενά, δι' ὧν ὁ Στρυμὼν φέρεται, δεξιὸν ἔχοντι τὸν ποταμόν, ἐκ μὲν τῶν εὐωνύμων ἐστὶν ἡ Παιονία καὶ τὰ περὶ τὸν Δόβηρον * καὶ τὴν Ῥοδόπην καὶ τὸν Αἷμον ὄρος, ἐν δεξιᾷ δὲ [τὰ] περὶ τὸν Αἷμον. ἐντὸς δὲ τοῦ Στρυμόνος πρὸς αὐτῷ μὲν τῷ ποταμῷ ἡ Σκοτοῦσσά ἐστι· πρὸς δὲ τῇ λίμνῃ τῇ Βόλβῃ Ἀρέθουσα. καὶ δὴ καὶ μάλιστα λέγονται Μυγδόνες οἱ περὶ τὴν λίμνην. οὐ μόνον δ' ὁ Ἀξιὸς ἐκ Παιόνων ἔχει τὴν ῥύσιν, ἀλλὰ καὶ ὁ Στρυμών· ἐξ Ἀγριάνων γὰρ διὰ Μαίδων καὶ Σιντῶν εἰς τὰ μεταξὺ Βισαλτῶν καὶ Ὀδομάντων ἐκπίπτει.

37. Ὅτι ὁ Στρυμὼν ποταμὸς ἄρχεται ἐκ τῶν περὶ τὴν Ῥοδόπην Ἀγριάνων.

38. Τοὺς δὲ Παίονας οἱ μὲν ἀποίκους Φρυγῶν, οἱ δ' ἀρχηγέτας ἀποφαίνουσι, καὶ τὴν Παιονίαν μέχρι Πελαγονίας καὶ Πιερίας ἐκτετάσθαι φασί· καλεῖσθαι δὲ πρότερον Ὀρεστίαν τὴν Πελαγονίαν, τὸν δὲ Ἀστεροπαῖον, ἕνα τῶν ἐκ Παιονίας στρατευσάντων ἐπ' Ἴλιον ἡγεμόνων, οὐκ ἀπεικότως υἱὸν λέγεσθαι Πηλεγόνος, καὶ αὐτοὺς τοὺς Παίονας καλεῖσθαι Πελαγόνας.

39. Ὅτι ὁ παρ' Ὁμήρῳ Ἀστεροπαῖος, υἱὸς Πηλεγόνος, ἐκ Παιονίας ὢν τῆς ἐν Μακεδονίᾳ ἱστορεῖται· διὸ καὶ Πηλεγόνος υἱός· οἱ γὰρ Παίονες Πελαγόνες καλοῦντο.

40. Ἐπεὶ δὲ ὁ παιανισμὸς τῶν Θρακῶν τιτανισμὸς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λέγεται κατὰ μίμησιν τῆς ἐν παιᾶσι φωνῆς, καὶ οἱ Τιτᾶνες ἐκλήθησαν Πελαγόνες.

41. Ὅτι καὶ πάλαι καὶ νῦν οἱ Παίονες φαίνονται πολλὴν τῆς νῦν Μακεδονίας κατεσχηκότες, ὡς καὶ Πέρινθον πολιορκῆσαι καὶ Κρηστωνίαν καὶ Μυγδονίδα πᾶσαν καὶ τὴν Ἀγριάνων μέχρι Παγγαίου ὑπ' αὐτοῖς γενέσθαι. τῆς δ' ἐν τῷ Στρυμονικῷ κόλπῳ παραλίας τῆς ἀπὸ [Γα]ληψοῦ μέχρι Νέστου ὑπέρκεινται οἱ [Φίλιπποι] καὶ τὰ περὶ Φιλίππους. οἱ δὲ Φίλιπποι Κρηνίδες ἐκαλοῦντο πρότερον, κατοικία μικρά· ηὐξήθη δὲ μετὰ τὴν περὶ Βροῦτον καὶ Κάσσιον ἧτταν.

42. Ὅτι οἱ νῦν Φίλιπποι πόλις Κρηνίδες ἐκαλοῦντο τὸ παλαιόν.

43. Πρόκεινται δὲ τῆς παραλίας ταύτης δύο νῆσοι, Λῆμνος καὶ Θάσος. μετὰ δὲ τὸν εἰς [Θάσον πορθμὸν] Ἄβδηρα καὶ τὰ περὶ Ἀβδήρου μυθευόμενα. ᾤκησαν δ' αὐτὴν Βίστονες Θρᾷκες, ὧν Διομήδης ἦρχεν· οὐ μένει δ' ὁ Νέστος ἐπὶ ταὐτοῦ ῥείθρου διὰ παντός, ἀλλὰ κατακλύζει τὴν χώραν πολλάκις. εἶτα Δίκαια, πόλις ἐν † Ἰωλκῷ κειμένῃ καὶ λιμήν· ὑπέρκειται δὲ τούτων

Amphipolim Bisaltæ sedent usque ad urbem Heracleam (Sinticam sc.), fertilem convallem colentes, quam Strymon permeat, ortus ex Agrianibus Rhodopæ, quibus adjacet Parorbelia Macedoniæ, in mediterraneis, scilicet in convalle quæ ab Idomene initium capit, Orthopolim, Philippopolim, Garescum habens. In Bisaltis, si adverso Strymone proficisceris, Berga pagus condita est, distans ab Amphipoli stadiis circiter ducentis. Boream versus contendenti inde ab Heraclea (*Sintica*) et versus angustias per quas Strymon fertur, ita ut fluvium a dextra habeas, ad sinistram est Pæonia quæque circa Doberum sunt, ad dextram vero ea quæ sunt circa Hæmum et Rhodopen montes [*sic corrige græca*]. Intra Strymonem ad ipsum flumen Scotussa est; juxta Bolben paludem Arethusa. Paludis accolæ Mygdones potissimum vocantur. Neque solus Axius e Pæonibus cursum habet, verum etiam Strymon. Ex Agrianis enim ortus per Mædos et Sintas decurrens inter Bisaltas et Odomantes egreditur. (*Exc. Vat.*)

37. Strymon fluvius ex Agrianibus circa Rhodopen habitantibus initium habet. (*Exc. Pal.*)

38. Pæonas alii Phrygum colonos, alii conditores esse censent, Pæoniamque usque ad Pelagoniam et Pieriam pertinuisse aiunt; Pelagoniam prius vocatam Orestiam; atque Asteropæum, unum e ducibus e Pæonia Trojam profectis, haud absurde dici Pelagonis filium, ipsosque Pæones vocari Pelagones. (*Exc. Vat.*)

39. Asteropæus, Pelegonis filius, apud Homerum (*Il.* 21, 140) e Pæonia Macedoniæ fuisse fertur, unde et Pelegonis filius dictus fuerit; Pæones enim Pelagones appellabantur. (*Exc. Vat.*)

40. Thracum Pæanismus sive pæanum cantatio quum a Græcis titanismus dicatur ad imitationem usitatæ in pæanibus acclamationis, etiam Titanes vocati sunt Pelagones (*Pæones?*). (*Exc. Vat.*)

41. Olim, ut nunc, magnam hodiernæ Macedoniæ partem Pæones obtinuisse patet, ita ut Perinthum oppugnarent, et Crestoniam omnemque Mygdoniam cum terra Agrianum usque ad Pangæum sui juris facerent. Strymonii sinus litori, a Galepso ad Nestum, Philippi imminent agerque Philipporum. Philippi prius Crenides vocabantur, locus exiguus. Augebantur post Bruti Cassiique cladem. (*Exc. Vat.*)

42. Urbs, quæ nunc Philippi, Crenides olim vocabatur. (*Exc. Pal.*)

43. Huic oræ duæ insulæ prætenduntur, Lemnus et Thasus. Post Thasi fretum Abdera et quæ de Abdera fabulantur. Incolæ fuere Bistones Thraces, quibus Diomedes imperabat. Nestus eundem alveum non semper tenet, sed agrum sæpius inundat. Tum Dicæa urbs in sinu (ἐν κόλπῳ)

ἡ Βιστονὶς λίμνη κύκλον ἔχουσα ὅσον διακοσίων σταδίων. φασὶ δὲ τοῦ πεδίου κοίλου παντάπασιν ὄντος καὶ ταπεινοτέρου τῆς θαλάττης, ἱπποκρατούμενον τὸν Ἡρακλέα, ἡνίκα ἦλθεν ἐπὶ τὰς τοῦ Διομήδους ἵππους, διορύξαι τὴν ἠιόνα καὶ τὴν θάλατταν ἐπαφέντα τῷ πεδίῳ κρατῆσαι τῶν ἐναντίων. δείκνυται δὲ καὶ τὸ βασίλειον Διομήδους ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος καλούμενον [Καρ]τερὰ κώμη διὰ τὴν ἐρυμνότητα. μετὰ δὲ τὴν ἀνὰ μέσον λίμνην Ξάνθεια, Μαρώνεια καὶ Ἴσμαρος, αἱ τῶν Κικόνων πόλεις· καλεῖται δὲ νῦν Ἰσμάρα πλησίον τῆς Μαρωνείας· πλησίον δὲ καὶ ἡ Ἰσμαρὶς ἐξίησι λίμνη· καλεῖται δὲ τὸ ῥεῖθρον ἡδύ....γειον· αὐτοῦ δὲ καὶ αἱ Θασίων λεγόμεναι κεφαλαί. Σαπαῖοι δ' εἰσὶν οἱ [ὑπερ]κείμενοι.

44. Ὅτι τὰ Τόπειρά [ἐστι π]ρὸς Ἀβδήροις καὶ Μαρωνείᾳ.

45. Ὅτι Σιντοί, ἔθνος Θρᾳκικόν, κατῴκει τὴν Λῆμνον νῆσον· ὅθεν Ὅμηρος Σίντιας αὐτοὺς καλεῖ, λέγων·

ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες.

46. Ὅτι μετὰ τὸν Νέστον ποταμὸν πρὸς ἀνατολὰς Ἄβδηρα πόλις, ἐπώνυμος Ἀβδήρου, ὃν οἱ τοῦ Διομήδους ἵπποι ἔφαγον· εἶτα Δίκαια πόλις πλησίον, ἧς ὑπέρκειται λίμνη μεγάλη, ἡ Βιστονίς· εἶτα πόλις Μαρώνεια.

47. Ἔστι δ' ἡ Θρᾴκη σύμπασα ἐκ δυεῖν καὶ εἴκοσι ἐθνῶν συνεστῶσα· δύναται δὲ στέλλειν, καίπερ οὔ[σα περισ]σῶς ἐκπεπονημένη, μυρίους καὶ πεντακισχιλίους ἱππέας, πεζῶν δὲ καὶ εἴκοσι μυριάδας. μετὰ δὲ τὴν Μαρώνειαν Ὀρθαγορία πόλις καὶ τὰ περὶ Σέρριον, παράπλους τραχύς, καὶ τὸ τῶν Σαμοθρᾴκων πολίχνιον Τέμπυρα καὶ ἄλλο Χαράκωμα, οὗ πρόκειται ἡ Σαμοθρᾴκη νῆσος καὶ Ἴμβρος οὐ πολὺ ἄποθεν ταύτης· πλέον δ' ἢ διπλάσιον ἡ Θάσος. ἀπὸ δὲ Χαρακώματος Δορίσκος, ὅπου ἐμέτρησε Ξέρξης τῆς στρατιᾶς τὸ πλῆθος. Εἶθ' Ἕβρος, ἀνάπλουν ἔχων εἰς Κύψελα ἑκατὸν εἴκοσι· τῆς Μακεδονίας φησὶ τοῦτο ὅριον, ἣν ἀφείλοντο Περσέα Ῥωμαῖοι καὶ μετὰ ταῦτα τὸν Ψευδοφίλιππον. Παῦλος μὲν οὖν ὁ τὸν Περσέα ἑλὼν συνάψας τῇ Μακεδονίᾳ καὶ τὰ Ἠπειρωτικὰ ἔθνη εἰς τέτταρα μέρη διέταξε τὴν χώραν, καὶ τὸ μὲν προσένειμεν Ἀμφιπόλει, τὸ δὲ Θεσσαλονικείᾳ, τὸ δὲ Πέλλῃ, τὸ δὲ Πελαγόσι. Παροικοῦσι δὲ τὸν Ἕβρον Κορπῖλοι καὶ Βρέναι ἔτι ἀνωτέρω, εἶτ' ἔσχατοι Βέσσοι· μέχρι γὰρ δεῦρο ὁ ἀνάπλους. ἅπαντα δὲ τὰ ἔθνη ληστρικὰ ταῦτα, μάλιστα δ' οἱ Βέσσοι, οὓς λέγει γειτονεύειν Ὀδρύσαις καὶ Σαπαίοις. Ἀστῶν δὲ βασίλειον ἦν Βιζύη. Ὀδρύσας δὲ καλοῦσιν ἔνιοι πάντας τοὺς ἀπὸ Ἕβρου καὶ Κυψέλων μέχρι Ὀδησσοῦ τῆς παραλίας ὑπεροικοῦντας, ὧν ἐβασίλευσεν Ἀμάδοκος καὶ Κερσοβλέπτης καὶ Βηρισάδης καὶ Σεύθης καὶ Κότυς.

48. Ὅτι ὁ νῦν ποταμὸς Ῥιγινία ἐν Θρᾴκῃ καλούμενος Ἐρίγων ἦν καλούμενος.

sita, et portus; iis Bistonis palus superjacet, ambitu stadiorum fere ducentorum. Ferunt autem, quum regio admodum cava sit marique humilior, Herculem, quo tempore ad abducendas equas Diomedis venerat, litore perfosso marique immisso, hostibus superiorem evasisse. Ostenditur quoque Diomedis regia, ab eventu dicta Pagus Asper ob firmitatem. Post paludem in mediterraneis sitam Xanthia, Maronea et Ismarus, Ciconum urbes. Ismarus urbs nunc Ismara dicitur prope Maroneam. Et prope Ismaris palus egreditur. Fluentum quo exit, vocatur *Dulce* *. Ibidem Thasiorum dicta capita. Superjacent Sapæi. (*Exc. Vat.*)

44. Topira Abderis et Maroneæ vicina sunt. (*Exc. Vat.*)

45. Sinti, gens Thracia, Lemnum insulam incoluit, unde Homerus Sinties eos vocat his verbis (*Il.* 1, 594):

ubi me Sinties viri... (*Exc. Pal.*)

46. Post Nestum fluvium ad ortum Abdera, urbs Abdero cognominis, quem Diomedis equi devorarunt; haud procul inde Dicæa urbs, cui lacus ingens imminet, Bistonis. Tum urbs Maronea. (*Exc. Pal.*)

47. Thracia omnis e duabus et viginti gentibus constat, potestque, licet admodum exhausta, equitum mittere millia quindecim, peditum adeo millia ducenta. Post Maroneam Orthagoria urbs Serriique ager; ora prætemavigantibus aspera; Samothracum oppidum Tempyra, et aliud Munimentum, cui insula Samothrace prætenditur, et Imbrus prope illam: Thasus duplo amplius distat. Post Munimentum illud est Doriscus, ubi Xerxes copiarum multitudinem metitus est. Hinc Hebrus, amne adverso ad Cypsela usque navigatus ad stadia centum viginti. Hunc finem esse Strabo ait ejus Macedoniæ, qua Romani Perseum privarunt et postea Pseudophilippum. Paulus quidem, Persei debellator, Macedoniæ adjectis Epirotarum gentibus, in quattuor partes regionem divisit, unam Amphipoli assignans, alteram Thessalonicæ, tertiam Pellæ, quartam Pelagonibus. Hebri accolæ Corpili sunt, paullo superius Brenæ, ultimi Bessi; namque ad hos usque adverso amne navigatur. Omnes hæ gentes sunt prædatrices, præ ceteris vero Bessi, quos Odrysis et Sapæis vicinos dicit. Astarum (*cod.* Γετῶν) caput Bizya fuit. Odryssas quidam eos omnes appellant, qui ab Hebro et Cypselis usque ad Odessam montes oræ maritimæ imminentes incolunt. Reges eorum fuerunt Amadocus, Cersobleptes, Berisades, Seuthes (*cod.* Theseus) et Cotys. (*Exc. Vat.*)

48. Thraciæ fluvius, nunc Rhiginia (Rhegina *Schol. Apoll.*) dictus, olim Erigon (Erginus *Sch. Ap.*) appellatus fuit. (*Exc. Pal.*)

49. Ὅτι τὴν Σαμοθράκην Ἰασίων καὶ Δάρδανος ἀδελφοὶ ᾤκουν· κεραυνωθέντος δὲ Ἰασίωνος διὰ τὴν εἰς Δήμητρα ἁμαρτίαν, ὁ Δάρδανος ἀπάρας ἐκ Σαμοθράκης, ἐλθὼν ᾤκησεν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τῆς Ἴδης, τὴν πόλιν Δαρδανίαν καλέσας, καὶ ἐδίδαξε τοὺς Τρῶας τὰ ἐν Σαμοθράκῃ μυστήρια· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Σαμοθράκη Σάμος πρίν.

50. Ὅτι τοὺς ἐν τῇ Σαμοθράκῃ τιμωμένους θεοὺς εἰρήκασι πολλοὶ τοὺς αὐτοὺς τοῖς Καβείροις, οὐδ' αὐτοὺς ἔχοντες λέγειν τοὺς Καβείρους, οἵτινές εἰσι, καθάπερ τοὺς Κύρβαντας καὶ Κορύβαντας, ὡς δ' αὕτως Κουρῆτας καὶ Ἰδαίους Δακτύλους.

51. Πρὸς δὲ τῇ ἐκβολῇ τοῦ Ἕβρου, διστόμου ὄντος, πόλις Αἶνος ἐν τῷ Μέλανι κόλπῳ κεῖται, κτίσμα Μιτυληναίων καὶ Κυμαίων, ἔτι δὲ πρότερον Ἀλωπεκοννησίων· εἶτ' ἄκρα Σαρπηδών· εἶθ' ἡ Χερρόνησος ἡ Θρᾳκία καλουμένη, ποιοῦσα τήν τε Προποντίδα καὶ τὸν Μέλανα κόλπον καὶ τὸν Ἑλλήσποντον· ἄκρα γὰρ ἔκκειται πρὸς εὐρόνοτον, συνάπτουσα τὴν Εὐρώπην πρὸς τὴν Ἀσίαν ἑπτασταδίῳ πορθμῷ τῷ κατὰ Ἄβυδον καὶ Σηστόν, ἐν ἀριστερᾷ μὲν τὴν Προποντίδα ἔχουσα, ἐν δεξιᾷ δὲ τὸν Μέλανα κόλπον, καλούμενον οὕτως ἀπὸ τοῦ Μέλανος ἐκδιδόντος εἰς αὐτόν, καθάπερ Ἡρόδοτος καὶ Εὔδοξος· εἴρηκε δέ, φησίν, ὁ Ἡρόδοτος μὴ ἀνταρκέσαι τὸ ῥεῖθρον τῇ Ξέρξου στρατιᾷ τοῦτο· ἰσθμῷ δὲ κλείεται τετταράκοντα σταδίων ἡ λεχθεῖσα ἄκρα. ἐν μέσῳ μὲν οὖν τοῦ ἰσθμοῦ Λυσιμάχεια πόλις ἵδρυται ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος βασιλέως· ἑκατέρωθεν δ' ἐπὶ μὲν τῷ Μέλανι κόλπῳ Καρδία κεῖται, μεγίστη τῶν ἐν τῇ Χερρονήσῳ πόλεων, Μιλησίων καὶ Κλαζομενίων κτίσμα, ὕστερον δὲ καὶ Ἀθηναίων, ἐν δὲ τῇ Προποντίδι Πακτύη. μετὰ δὲ Καρδίαν Δράβος καὶ Λίμναι· εἶτ' Ἀλωπεκόννησος, εἰς ἣν τελευτᾷ μάλιστα ὁ Μέλας κόλπος· εἶτ' ἄκρα μεγάλη Μαζουσία· εἶτ' ἐν κόλπῳ Ἐλεοῦς, ὅπου τὸ Πρωτεσιλάειον, καθ' ὃ τὸ Σίγειον ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων ἐστίν, ἄκρα τῆς Τρῳάδος· καὶ σχεδὸν τοῦτ' ἔστι τὸ νοτιώτατον ἄκρον τῆς Χερρονήσου, σταδίους μικρῷ πλείους τῶν τετρακοσίων ἀπὸ Καρδίας· καὶ οἱ λοιποὶ δ' ἐπὶ θάτερον μέρος τοῦ ἰσθμοῦ μικρῷ τοῦ διαστήματος τούτου πλείους περιπλέοντι.

52. Ὅτι ἡ ἐν Θρᾴκῃ Χερρόνησος τρεῖς ποιεῖ θαλάσσας· Προποντίδα ἐκ βορρᾶ, Ἑλλήσποντον ἐξ ἀνατολῶν καὶ τὸν Μέλανα κόλπον ἐκ νότου, ὅπου καὶ ὁ Μέλας ποταμὸς βάλλει, ὁμώνυμος τῷ κόλπῳ.

53. Ὅτι ἐν τῷ ἰσθμῷ τῆς Χερρονήσου τρεῖς πόλεις κεῖνται· πρὸς μὲν τῷ Μέλανι κόλπῳ Καρδία, πρὸς δὲ τῇ Προποντίδι Πακτύη, πρὸς δὲ τῇ μεσογαίᾳ Λυσιμαχία· μῆκος τοῦ ἰσθμοῦ στάδια τεσσαράκοντα.

54. Ὅτι ἡ πόλις ὁ Ἐλεοῦς ἀρσενικῶς λέγεται· τάχα δὲ καὶ ὁ Τραπεζοῦς.

55. Ἔστι δ' ἐν τῷ περίπλῳ τούτῳ τῷ μετὰ Ἐλεοῦντα ἡ εἰσβολὴ πρῶτον ἡ εἰς τὴν Προποντίδα διὰ τῶν στενῶν, ἥν φασιν ἀρχὴν εἶναι τοῦ Ἑλλησπόντου· ἐνταῦθα

49. Samothracen Iasion et Dardanus fratres incoluerunt. Quum vero Iasion fulmine ictus periisset, ob scelus in Cererem commissum, Dardanus e Samothrace profectus ad radices Idæ montis urbem condidit quam vocavit Dardaniam, et Trojanos Samothracum mysteria docuit. Samothrace prius Samus dicta est. (*Exc. Pal.*)

50. Deos in Samothrace cultos multi eosdem esse cum Cabiris statuunt (quanquam vel ipsos ignorant Cabiros, quinam revera sint), sicut Cyrbantes et Corybantes, eodemque modo Curetes Dactylosque Idæos. (*Exc. Vat.*)

51. In Hebri ostio, quod est duplex, urbs Ænus sinui Melani adjacet, Mitylenæorum et Cumanorum colonia, jam prius vero Alopeconnesiorum. Tum Sarpedon promontorium; hinc Chersonesus, Thracica dicta, Propontidem efficiens sinumque Melanem et Hellespontum. Etenim libonotum versus quasi promontorium procurrit, quod Asiæ Europam septem stadiorum freto inter Abydum et Sigeum annectit, a sinistra habens Propontidem, a dextra sinum Melanem, sic dictum ab Melane fluvio in eum egrediente, ut Herodotus et Eudoxus. Dixitque, ait, Herodotus, copiis Xerxis non suffecisse illud fluentum. Isthmo quadraginta stadiorum clauditur promontorium modo dictum. In medio isthmi Lysimachia urbs, regi conditori cognominata. Ab altera isthmi parte, ad sinum Melanem, Cardia situm habet, maxima Chersonesi urbium, Milesiorum et Clazomeniorum colonia, post etiam Atheniensium, in Propontide Pactya. Post Cardiam Drabus et Limnæ; tum Alopeconnesus, in quam potissimum sinus Melas desinit; hinc magnum Mazusia promontorium; post in sinu Eleûs, ubi Protesilaeum, a quo quadraginta stadiis Sigeum distat, Troadis promontorium. Et hoc fere Chersonesi promontorium est maxime meridionale, a Cardia diremptum stadiis paullo plus quadringentis; sin ad alteram partem isthmi circumnavigaveris, stadia hoc intervallo paullo plura sunt. (*Exc. Vat.*)

52. Chersonesus Thraciæ tria maria efficit: Propontidem a septentrione, Hellespontum ab ortu, Melanem sinum a meridie, in quem Melas fluvius sinui cognominis egreditur. (*Exc. Pal.*)

53. In isthmo Chersonesi tres urbes sitæ sunt: ad Melanem sinum Cardia, ad Propontidem Pactya, in mediterraneis Lysimachia. Isthmi longitudo stadiorum est quadraginta. (*Exc Pal.*)

54. Eleus urbs masculino genere effertur; fortassis etiam Trapezus. (*Exc. Pal.*)

55. In periplo modo dicto, qui est post Eleuntem, primo sequitur Propontidis per angustias introitus, quod initium Hellesponti esse dicunt. Ibi Cynos Sema (*i. e. Canis se-*

δ' ἐστὶ τὸ Κυνὸς σῆμα ἄκρα, οἱ δ' Ἑκάβης φασί· καὶ γὰρ δείκνυται κάμψαντι τὴν ἄκραν τάφος αὐτῆς. Εἶτα Μάδυτος καὶ Σηστιὰς ἄκρα, καθ' ἣν τὸ Ξέρξου ζεῦγμα, καὶ μετὰ ταῦτα Σηστός. ἀπὸ δὲ Ἐλεοῦντος ἐπὶ τὸ ζεῦγμα ἑκατὸν ἑβδομήκοντα· μετὰ δὲ Σηστὸν ἐπὶ Αἰγὸς ποταμοὺς διακόσιοι ὀγδοήκοντα, πολίχνην κατεσκαμμένην, ὅπου φασὶ τὸν λίθον πεσεῖν κατὰ τὰ Περσικά· εἶτα Καλλίπολις, ἀφ' ἧς εἰς Λάμψακον δίαρμα εἰς τὴν Ἀσίαν τετταράκοντα· εἶτα πολίχνιον κατεσκαμμένον Κριθωτή· εἶτα Πακτύη· εἶτα τὸ Μακρὸν τεῖχος καὶ Λευκὴ ἀκτὴ καὶ τὸ Ἱερὸν ὄρος καὶ Πέρινθος, Σαμίων κτίσμα· εἶτα Σηλυβρία. ὑπέρκειται δ' αὐτῶν Σίλτα, καὶ τὸ Ἱερὸν ὄρος τιμᾶται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καὶ ἔστιν οἷον ἀκρόπολις τῆς χώρας. ἄσφαλτον δ' ἐξίησιν εἰς τὴν θάλασσαν, καθ' ὃν τόπον ἡ Προκόννησος ἐγγυτάτω τῆς γῆς ἐστι ἀπὸ ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων, τὸ [μέτ]αλλον ἔχουσα τῆς λευκῆς μαρ[μάρου] πολύ τε καὶ σπουδαῖον. μετὰ δὲ Σηλυβρίαν Ἀθύρας ἐστὶ ποταμὸς καὶ .... ουνίας· εἶτα Βυζάντιον καὶ τὰ ἐφεξῆς μέχρι Κυανέων πετρῶν.

56. Ὅτι ἐκ Περίνθου εἰς Βυζάντιόν εἰσιν ἑξακόσιοι τριάκοντα· ἀπὸ δὲ Ἕβρου καὶ Κυψέλων εἰς Βυζάντιον μέχρι Κυανέων τρισχίλιοι ἑκατόν, ὥς φησιν Ἀρτεμίδωρος· τὸ δὲ σύμπαν μῆκος ἀπὸ Ἰονίου κόλπου τοῦ κατὰ Ἀπολλωνίαν μέχρι Βυζαντίου ἑπτακισχίλιοι τριακόσιοι εἴκοσι· προστίθησι δ' ὁ Πολύβιος καὶ ἄλλους ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, τὸ τρίτον τοῦ σταδίου προσλαμβάνων ἐπὶ τοῖς ὀκτὼ τοῦ μιλίου σταδίοις. Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ Τρωικοῦ διακόσμου τὸ μὲν ἐκ Περίνθου μέχρι Βυζαντίου φησὶν ἑξακοσίους σταδίους, τὸ δ' ἴσον μέχρι Παρίου. τὴν δὲ Προποντίδα μήκει μὲν χιλίων καὶ τετρακοσίων ἀποφαίνει σταδίων, εἰς εὖρος δὲ πεντακοσίων. τοῦ δὲ Ἑλλησπόντου τὸ στενώτατον ἑπταστάδιόν φησι, μῆκος δὲ τετρακοσίων.

57. Ὅτι Ἑλλήσποντος οὐχ ὁμολογεῖται παρὰ πᾶσιν ὁ αὐτός, ἀλλὰ δόξαι περὶ αὐτοῦ λέγονται πλείους. οἱ μὲν γὰρ ὅλην τὴν Προποντίδα καλοῦσιν Ἑλλήσποντον, οἱ δὲ μέρος τῆς Προποντίδος τὸ ἐντὸς Περίνθου. οἱ δὲ προσλαμβάνουσι καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης τῆς πρὸς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος καὶ τὸν Μέλανα κόλπον ἀνεῳγμένης, καὶ οὗτοι ἄλλος ἄλλα ἀποτεμνόμενος· οἱ μὲν τὸ ἀπὸ Σιγείου ἐπὶ Λάμψακον καὶ Κύζικον ἢ Πάριον ἢ Πρίαπον, ὁ δὲ προσλαμβάνων καὶ τὸ ἀπὸ Σιγρίου τῆς Λεσβίας. οὐχ ὀκνοῦσι δέ τινες καὶ τὸ μέχρι τοῦ Μυρτῴου πελάγους ἅπαν καλεῖν Ἑλλήσποντον, εἴπερ, ὥς φησιν ἐν τοῖς ὕμνοις Πίνδαρος, οἱ μεθ' Ἡρακλέους ἐκ Τροίας πλέοντες διὰ παρθένιον Ἕλλας πορθμόν, ἐπεὶ τῷ Μυρτῴῳ συνῆψαν, εἰς Κῶν ἐπαλινδρόμησαν Ζεφύρου ἀντιπνεύσαντος. Οὕτω δὲ καὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος μέχρι τοῦ Θερμαίου κόλπου καὶ τῆς κατὰ Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν θαλάσσης ἅπαν ἀξιοῦσι Ἑλλήσποντον προσαγορεύειν δεῖν, μάρτυρα καὶ Ὅμηρον καλοῦντες. φησὶ γάρ·

*pulcrum*) promontorium: quidam Hecubæ dicunt; namque promontorium prætervecto sepulcrum ejus ostenditur. Hinc Madytus Sestique promontorium, ubi Xerxis pons; deinde Sestus. Ab Eleunte ad pontem sunt stadia centum septuaginta; post Sestum stadia ducenta octoginta ad Ægospotamos, oppidulum eversum, ubi tempore belli Persici lapidem decidisse ferunt. Tum Callipolis, unde ad Lampsacum Asiamque transitus stadiorum quadraginta; dein oppidulum eversum, Crithote; jam Pactye; post Macron Tichus (*i. e. Murus longus*), Leuce Acte (*i. e. Litus album*), Hieron Oros (*i. e. Mons sacer*), et Perinthus, Samiorum colonia; hinc Selybria. His superjacent Silta et Hieron Oros, qui mons ab indigenis colitur, et regionis quasi arx est. Asphaltum in mare emittit, ubi Proconnesus proxime a continente centum viginti stadiis distat, candidi marmoris metallum habens amplum et diligenter curatum. Post Selybriam Athyras fluvius et *Bathynias*. Hinc Byzantium et quæ sequuntur ad petras usque Cyaneas. (*Exc. Vat.*)

56. A Perintho ad Byzantium stadia sunt sexcenta triginta; ab Hebro Cypseliςque ad Byzantium usque ad Cyaneas ter mille et centum, ut ait Artemidorus. Omnis autem viæ longitudo inter sinum Ionium, ubi Apollonia, et Byzantium stadiorum est septies mille trecentorum viginti; Polybius alia centum octoginta addit, tertiam stadii partem milliarii octo stadiis adjiciens. Demetrius Scepsius in libris De dispositione copiarum Trojanarum conscriptis a Perintho ad Byzantium stadia sexcenta statuit, totidemque ad Parium. Propontidi stadia longitudinis mille quadringenta, latitudinis quingenta assignat. Hellesponti vero, ubi aretissima ejus pars, latitudinem septem stadiorum esse ait, longitudinem stadiorum quingentorum. (*Exc. Vat.*)

57. Circa Hellespontum non est omnium consensus, sed plures de eo sententiæ feruntur. Alii enim totam Propontidem Hellespontum vocant, alii partem Propontidis eam quæ est intra Perinthum. Alii quædam etiam exterioris maris annectunt, ad Ægæum pelagus sinumque Melanem patentis, et hi quidem alius alia secernens; sunt enim qui oram adjiciant, quæ a Sigeo ad Lampsacum Cyzicumque vel Parium Priapumve porrigitur. Alius ea quoque addit quæ sunt inde a Sigrio Lesbi promontorio. Quid? quod nec desunt, qui omne istud mare, quod ad Myrtoum usque porrigitur, Hellespontum dicere non detrectent; siquidem, ut in hymnis Pindarus habet, Hercules cum suis e Troja per virgineum Hellæ fretum navigans, quum Myrtoum attingeret, ad Coum rejectus est, Zephyro contra spirante. Similiter omne Ægæum pelagus usque ad sinum Thermæum et mare Thessalicum Macedonicumque patens, Hellespontum dici volunt, Homeri testimonio usi. Dicit enim (*Il.* 1, 360):

ὄψεαι, ἢν ἐθέλησθα καὶ αἴ κέν τοι τὰ μέμηλε,
ἦρι μάλ' Ἑλλήσποντον ἐπ' ἰχθυόεντα πλεούσας
νῆας ἐμάς.

ἐλέγχεται δὲ τὸ τοιοῦτον ἐκ τῶν ἐπῶν ἐκείνων·

Πείροος Ἰμβρασίδης, ὃς ἄρ' Αἰνόθεν εἰληλούθει

οὗτος δὲ τῶν Θρᾳκῶν ἡγεῖτο,

ὅσσους Ἑλλήσποντος ἀγάρροος ἐντὸς ἐέργει·

τοὺς γὰρ ἐφεξῆς τούτων ἐκτὸς ἂν καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου καθιδρυμένους ἀποφαίνοι. ἡ μὲν γὰρ Αἶνος κεῖται κατὰ τὴν πρότερον Ἀψυνθίδα, νῦν δὲ Κορπιλικὴν λεγομένην, ἡ δὲ τῶν Κικόνων ἐφεξῆς πρὸς δύσιν.

Nam videbis, siquidem volueris, tibique talia cordi sint,
ipso vere Hellespontum piscosum petere
naves meas.

Convincitur vero illud ex hisce versibus (*Il.* 4, 520):

Piroos (Πείρως), Imbrasi filius, qui ab Æno venerat.

Hic vero Thracum dux fuit

quoscunque Hellespontus rapide fluens intus tenet.

Qui enim hos excipiunt, eos et extra Hellespontum sitos statuerit. Est enim Ænus in Apsyntide prius dicta, nunc Corpilice; contiguus vero est Ciconum ager ad occidentem. (*Exc. Vat.*)

## ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ
# ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΟΓΔΟΟΝ.

### ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ ὀγδόῳ λέγει τὰ τῆς Εὐρώπης, Μακεδονίας τὰ λειπόμενα καὶ Ἑλλάδα πᾶσαν· ἐν ᾗ καὶ ἐγχρονίζει διὰ τὸ πολύγνωστον τῆς χώρας, διακριβῶν καὶ εὐκρινῆ ποιῶν τὰ ἀδιακρίτως καὶ ἀδιορίστως ὑπὸ τῶν ποιητῶν τε καὶ ἱστορικῶν περὶ τῶν ταύτῃ πόλεων εἰρημένα, καὶ μάλιστα ἐν Καταλόγῳ τε καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ τῆς ποιήσεως.

### ΚΕΦ. Α'.

Ἐπεὶ δὲ ἐπιόντες ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τῆς Εὐρώπης μερῶν, ὅσα τῇ θαλάττῃ περιέχεται τῇ ἐντὸς καὶ τῇ ἐκτός, τά τε βάρβαρα ἔθνη περιωδεύσαμεν πάντα ἐν αὐτῇ μέχρι τοῦ Τανάιδος καὶ τῆς Ἑλλάδος οὐ πολὺ μέρος τῆς Μακεδονίας, ἀποδώσομεν νυνὶ τὰ λοιπὰ τῆς Ἑλλαδικῆς γεωγραφίας. ἅπερ Ὅμηρος μὲν πρῶτος, ἔπειτα καὶ ἄλλοι πλείους ἐπραγματεύσαντο, οἱ μὲν ἰδίᾳ Λιμένας ἢ Περίπλους ἢ Περιόδους γῆς ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο ἐπιγράψαντες, ἐν οἷς καὶ τὰ Ἑλλαδικὰ περιέχεται, οἱ δ' ἐν τῇ κοινῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ χωρὶς ἀποδείξαντες τὴν τῶν ἠπείρων τοπογραφίαν, καθάπερ Ἔφορός τε ἐποίησε καὶ Πολύβιος, ἄλλοι δ' εἰς τὸν φυσικὸν τόπον καὶ τὸν μαθηματικὸν προσέλαβόν τινα καὶ τῶν τοιούτων, καθάπερ Ποσειδώνιός τε καὶ Ἵππαρχος· τὰ μὲν οὖν τῶν ἄλλων εὐδιαίτητά ἐστι, τὰ δ' Ὁμήρου σκέψεως δεῖται κριτικῆς, ποιητικῶς τε λέγοντος καὶ οὐ τὰ νῦν, ἀλλὰ τὰ ἀρχαῖα, ὧν ὁ χρόνος ἠμαύρωκε τὰ πολλά. ὡς δ' οὖν δυνατὸν ἐγχειρητέον ἀρξαμένοις, ἀφ' ὧνπερ ἀπελίπομεν· ἐτελεύτα δ' ἡμῖν ὁ λόγος ἀπὸ μὲν τῆς ἑσπέρας καὶ τῶν ἄρκτων εἰς τὰ Ἠπειρωτικὰ ἔθνη καὶ τὰ τῶν Ἰλλυριῶν, ἀπὸ δὲ τῆς ἕω εἰς τὰ τῶν Μακεδόνων μέχρι Βυζαντίου. μετὰ μὲν οὖν τοὺς Ἠπειρώτας καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς τῶν Ἑλλήνων Ἀκαρνᾶνές εἰσι καὶ Αἰτωλοὶ καὶ Λοκροὶ οἱ Ὀζόλαι·

## STRABONIS
# GEOGRAPHICORUM
## LIBER OCTAVUS.

### ARGUMENTUM.

In octavo item Europam describit nempe (reliqua Macedoniæ ac) totam Græciam, cui quidem diutius immoratur ob regionis illius celebritatem, disquisitis diligenter et distinctis quæ minus accurate et discrete de ejus urbibus dicta sunt a poetis et historicis, maximeque in Navium catalogo aliisque locis quamplurimis carminum Homericorum.

### CAP. I.

Jam quum sumpto initio ab occiduis Europæ partibus, quæ extero et interno mari includuntur, barbaras Europæ gentes usque ad Tanaim peragraverimus omnes atque Græciæ partem exiguam, Macedoniam (τὴν Μακεδονίαν) scilicet: nunc reliquam Græciæ descriptionem expediemus. Hanc primus omnium Homerus tractavit; post eum complures alii: et nonnulli quidem in peculiaribus libris, quos Portus vel Circumnavigationes vel Circuitus terræ vel simili modo inscripserunt, etiam Græcas res comprehenderunt; alii in communi historiæ enarratione seorsum continentis terræ partium inseruerunt demonstrationem, ut Ephorus et Polybius. Fuerunt etiam, qui tractandis rerum naturalium causis rebusque mathematicis quædam id genus adsciverunt, ut Posidonius et Hipparchus. At ceterorum quidem de scriptis facile est pronunciare: Homerica autem censoriam desiderant judicationem, quum poetice auctor loquutus sit, et non nostræ memoriæ, sed vetusta denotaverit, quorum pleraque tempus obscuravit. Tamen pro viribus nostris eorum suscipienda est nobis explicatio, orsis ab his ipsis, in quibus substitimus. Desiit autem enarratio nostra occasum versus et septentriones in gentes Epiroticas et Illyricas; orientem versus in Macedones usque ad Byzantium. Ergo post Epirotas et Illyrios in Græcia sunt Acarnanes et Ætoli et Locri Ozolæ, Phocenses præterea et

πρὸς δὲ τούτοις Φωκεῖς τε καὶ Βοιωτοί· τούτοις δ' ἀντίπορθμός ἐστιν ἡ Πελοπόννησος, ἀπολαμβάνουσα μεταξὺ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον καὶ σχηματίζουσά τε τοῦτον καὶ σχηματιζομένη ὑπ' αὐτοῦ· μετὰ δὲ Μακεδονίαν Θετταλοὶ μέχρι Μαλιέων καὶ [τὰ] τῶν ἄλλων τῶν ἐκτὸς Ἰσθμοῦ καὶ αὐτῶν τῶν ἐντός.

2. [Τῆς] Ἑλλάδος μὲν οὖν πολλὰ ἔθνη γεγένηται, τὰ δ' ἀνωτάτω τοσαῦτα, ὅσας καὶ διαλέκτους παρειλήφαμεν τὰς Ἑλληνίδας· τούτων δ' αὐτῶν τεσσάρων οὐσῶν, τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτὴν φαμέν (καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοί, καὶ ἐκεῖθέν εἰσιν οἱ τὴν Ἀσίαν ἐποικήσαντες Ἴωνες καὶ χρησάμενοι τῇ νῦν λεγομένῃ γλώττῃ Ἰάδι), τὴν δὲ Δωρίδα τῇ Αἰολίδι· πάντες γὰρ οἱ ἐκτὸς Ἰσθμοῦ πλὴν Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων καὶ τῶν περὶ τὸν Παρνασσὸν Δωριέων καὶ νῦν ἔτι Αἰολεῖς καλοῦνται, καὶ τοὺς Δωριέας δὲ ὀλίγους ὄντας καὶ τραχυτάτην οἰκοῦντας χώραν εἰκός ἐστι τῷ ἀνεπιμίκτῳ παρατρέψαι τὴν γλῶτταν καὶ τὰ ἄλλα ἔθη πρὸς τὸ μὴ ὁμογενές, ὁμογενεῖς πρότερον ὄντας. τοῦτο δ' αὐτὸ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις συνέβη, λεπτόγεών τε καὶ τραχεῖαν οἰκοῦντας χώραν ἀπορθήτους μὲν εἶναι διὰ τοῦτο, καὶ αὐτόχθονας νομισθῆναί φησιν ὁ Θουκυδίδης, κατέχοντας τὴν αὐτὴν ἀεί, μηδενὸς ἐξελαύνοντος αὐτοὺς μηδ' ἐπιθυμοῦντος ἔχειν τὴν ἐκείνων· τοῦτο τοίνυν αὐτὸ καὶ τοῦ ἑτερογλώττου καὶ τοῦ ἑτεροεθνοῦς αἴτιον, ὡς εἰκός, ὑπῆρξε, καίπερ ὀλίγοις οὖσιν. οὕτω δὲ τοῦ Αἰολικοῦ πλήθους ἐπικρατοῦντος ἐν τοῖς ἐκτὸς Ἰσθμοῦ, καὶ οἱ ἐντὸς Αἰολεῖς πρότερον ἦσαν, εἶτ' ἐμίχθησαν, Ἰώνων μὲν ἐκ τῆς Ἀττικῆς τὸν Αἰγιαλὸν κατασχόντων, τῶν δ' Ἡρακλειδῶν τοὺς Δωριέας καταγαγόντων, ὑφ' ὧν τά τε Μέγαρα ᾠκίσθη καὶ πολλαὶ τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεων. οἱ μὲν οὖν Ἴωνες ἐξέπεσον πάλιν ταχέως ὑπὸ Ἀχαιῶν, Αἰολικοῦ ἔθνους· ἐλείφθη δ' ἐν τῇ Πελοποννήσῳ τὰ δύο ἔθνη, τό τε Αἰολικὸν καὶ τὸ Δωρικόν. ὅσοι μὲν οὖν ἧττον τοῖς Δωριεῦσιν ἐπεπλέκοντο (καθάπερ συνέβη τοῖς τε Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις, τοῖς μὲν ὀρεινοῖς τελέως οὖσι καὶ οὐκ ἐμπεπτωκόσιν εἰς τὸν κλῆρον, τοῖς δ' ἱεροῖς νομισθεῖσι τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς καὶ καθ' αὑτοὺς εἰρήνην ἄγουσι πολὺν χρόνον, ἄλλως τε καὶ τοῦ Αἰολικοῦ γένους οὖσι καὶ δεδεγμένοις τὴν Ὀξύλῳ συγκατελθοῦσαν στρατιὰν περὶ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον), οὗτοι Αἰολιστὶ διελέχθησαν, οἱ δ' ἄλλοι μικτῇ τινι ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον αἰολίζοντες· σχεδὸν δέ τι καὶ νῦν κατὰ πόλεις ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται, δοκοῦσι δὲ δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν. τοιαῦτα μὲν οὖν τὰ τῶν Ἑλλήνων ἔθνη καὶ οὕτως, ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ἀφωρισμένα. λέγωμεν δὴ ἰδίᾳ λαβόντες, ὃν χρὴ τρόπον, τῇ τάξει περὶ αὐτῶν.

3. Ἔφορος μὲν οὖν ἀρχὴν εἶναι τῆς Ἑλλάδος τὴν Ἀκαρνανίαν φησὶν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μερῶν· ταύτην γὰρ συνάπτειν πρώτην τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ἔθνεσιν. ἀλλ' ὥσπερ οὗτος τῇ παραλίᾳ μέτρῳ χρώμενος ἐντεῦθεν ποιεῖται τὴν ἀρχήν, ἡγεμονικόν τι τὴν θάλατταν κρίνων

Bœoti. Quibus ab altera maris ora opponitur Peloponnesus sinum in medio complectens Corinthicum, eumque formans ipsa vicissimque ab eo figuram accipiens. Post Macedoniam vero Thessali sunt usque ad Malienses ceterique populi, qui extra atque etiam intra Isthmum sunt.

2. Multæ autem quum sint gentes Græciæ, præcipuæ tot sunt, quot et sermonis Græci varietates seu dialecti. Quarum quum quattuor sint, Ionicam cum antiqua Attica eandem esse dicimus (nam et Ionum nomen gesserunt prisci Attici, et inde sunt orti qui colonias in Asia incolunt Iones, ac ea utuntur lingua quam Ionicam nunc appellamus); Doricam vero dialectum initio eandem fuisse statuimus cum Æolica : omnes enim Græci qui extra Isthmum degunt, Atheniensibus, Megarensibus et Doriensibus qui circa Parnassum sunt, exceptis, etiam nunc Æolenses dicuntur, ac probabile est Dorienses quum pauci essent ac solum asperrimum colerent, eo quod aliis non permiscerentur, lingua aliisque moribus ab ejusdem gentis institutis descivisse, cujus antea pars fuerant. Quod idem Atheniensibus quoque usu venit. Qui quum agrum incolerent tenuem atque asperum, propterea a nemine oppugnatos esse, sed pro indigenis habitos Thucydides ait, eandem semper regionem tenentes, nemine eos pellente, neque ipsorum agrum affectante : hoc ipsum igitur, ut apparet, in causa fuit, cur quanquam exigua, gens tamen essent peculiaris, et suo sermone uterentur. Quum autem Æolica gens extra isthmum invaluisset, etiam qui intra isthmum erant, olim Æoles fuerunt, deinde mixti sunt, quum Iones ex Attica profecti Ægialum obtinerent, et ab Heraclidis Dorienses reducerentur, qui et Megara et multas in Peloponneso urbes condiderunt. Iones quidem mox ab Achæis expulsi sunt, Æolica gente : et reliquæ fuere in Peloponneso nationes duæ, Æolica atque Dorica. Quibus itaque minus fuit cum Doriensibus commercii (ut Arcadibus et Eleis, quorum illi prorsus montani erant, neque sub sortem venerant, hi sacri Jovi Olympio crediti, seorsum in pace diu vixerunt, præterea que etiam generis Æolici erant et exercitum receperant qui sub reditum Heraclidarum cum Oxylo venerat), hi Æolico utebantur sermone : reliqui mixtum ex utraque dialecto sermonem usurpabant, alii magis, alii minus ad Æolicam accedentes. Ac fere etiamnum urbium aliæ aliter loquuntur : videntur autem Dorice loqui omnes, quod Dorienses potentia prævaluerunt. Tot (τοσαῦτα) igitur sunt Græcorum gentes, hocque modo eorum a nobis adumbrata distinctio. Proinde singulas ordine convenienti prosequamur.

2. Ephorus igitur initium Græciæ ab occiduis partibus Acarnaniam esse dicit; hanc enim primum Epiroticas attingere nationes. Sed quemadmodum ille oram maritimam pro mensura usurpavit, indeque initium duxit, quod existimaret ad locorum descriptionem principem esse maris

πρὸς τὰς τοπογραφίας, ἐπεὶ ἄλλως γ' ἐνεχώρει κατὰ τὴν Μακεδόνων καὶ Θετταλῶν γῆν ἀρχὴν ἀποφαίνεσθαι τῆς Ἑλλάδος· οὕτω καὶ ἡμῖν προσήκει ἀκολουθοῦσι τῇ φύσει τῶν τόπων σύμβουλον ποιεῖσθαι τὴν θάλασσαν. αὕτη δ' ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους προσπεσοῦσα τῇ μὲν ἀναχεῖται πρὸς τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, τῇ δ' ἀποτελεῖ χερρόνησον μεγάλην τὴν Πελοπόννησον, ἰσθμῷ στενῷ κλειομένην. ἔστι δὲ ταῦτα δύο μέγιστα συστήματα τῆς Ἑλλάδος, τό τε ἐντὸς Ἰσθμοῦ καὶ τὸ ἐκτὸς † Πυλῶν μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Πηνειοῦ· καὶ τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ Θετταλικόν· ἔστι δὲ καὶ μεῖζον· † καὶ ἐπιφανέστερον τὸ ἐντὸς Ἰσθμοῦ· σχεδὸν δέ τι καὶ ἀκρόπολίς ἐστιν ἡ Πελοπόννησος τῆς συμπάσης Ἑλλάδος. † χωρὶς γὰρ τῆς λαμπρότητος καὶ δυνάμεως τῶν ἐνοικησάντων ἐθνῶν αὐτὴ ἡ τῶν τόπων θέσις ὑπογράφει τὴν ἡγεμονίαν ταύτην, κόλποις τε καὶ ἄκραις πολλαῖς καὶ τοῖς σημειωδεστάτοις, χερρονήσοις μεγάλαις, διαπεποικιλμένη, ὧν ἐκ διαδοχῆς ἑτέρα τὴν ἑτέραν ἔχει. ἔστι δὲ πρώτη μὲν τῶν χερρονήσων ἡ Πελοπόννησος, ἰσθμῷ κλειομένη τετταράκοντα σταδίων. δευτέρα δὲ ἡ καὶ ταύτην περιέχουσα, ἧς ἰσθμός ἐστιν ὁ ἐκ Παγῶν τῶν Μεγαρικῶν εἰς Νισαίαν, τὸ Μεγαρέων ἐπίνειον, ὑπερβολῇ σταδίων ἑκατὸν εἴκοσιν ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν. τρίτη δ' ἡ καὶ ταύτην περιέχουσα, ἧς ἰσθμὸς ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Κρισαίου κόλπου μέχρι Θερμοπυλῶν· ἡ ἐπινοουμένη εὐθεῖα γραμμὴ ὅσον πεντακοσίων ὀκτὼ σταδίων τὴν μὲν Βοιωτίαν ἅπασαν ἐντὸς ἀπολαμβάνουσα, τὴν δὲ Φωκίδα τέμνουσα λοξὴν καὶ τοὺς Ἐπικνημιδίους. τετάρτη δὲ ἡ ἀπὸ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου διὰ τῆς Οἴτης καὶ τῆς Τραχινίας εἰς τὸν Μαλιακὸν κόλπον καθήκοντα ἔχουσα τὸν ἰσθμὸν καὶ τὰς Θερμοπύλας, ὅσον ὀκτακοσίων ὄντα σταδίων· πλειόνων δ' ἢ χιλίων ἄλλος ἐστὶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κόλπου τοῦ Ἀμβρακικοῦ διὰ Θετταλῶν καὶ Μακεδόνων εἰς τὸν Θερμαῖον διήκων μυχόν. ὑπαγορεύει δή τινα τάξιν οὐ φαύλην ἡ τῶν χερρονήσων διαδοχή· δεῖ δ' ἀπὸ τῆς ἐλαχίστης ἄρξασθαι, ἐπιφανεστάτης δέ.

## ΚΕΦ. Β'.

Ἔστι τοίνυν ἡ Πελοπόννησος ἐοικυῖα φύλλῳ πλατάνου τὸ σχῆμα, ἴση σχεδόν τι κατὰ μῆκος καὶ κατὰ πλάτος, ὅσον χιλίων καὶ τετρακοσίων σταδίων· τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Χελωνάτα δι' Ὀλυμπίας καὶ τῆς Μεγαλοπολίτιδος ἐπὶ Ἰσθμόν· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ νότου πρὸς τὴν ἄρκτον, ὅ ἐστι τὸ ἀπὸ Μαλεῶν δι' Ἀρκαδίας εἰς Αἴγιον· ἡ δὲ περίμετρος μὴ κατακολπίζοντι τετρακισχιλίων σταδίων, ὡς Πολύβιος· Ἀρτεμίδωρος δὲ καὶ τετρακοσίους προστίθησι· κατακολπίζοντι δὲ πλείους τῶν ἑξακοσίων ἐπὶ τοῖς πεντακισχιλίοις. ὁ δ' Ἰσθμὸς κατὰ τὸν διολκόν, δι' οὗ τὰ πορθμεῖα ὑπερνεωλκοῦσιν ἀπὸ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν θάλατταν, εἴρηται ὅτι τετταράκοντα σταδίων ἐστίν.

operam (alioqui enim licebat a partibus Macedoniam ac Thessaliam attingentibus Græciæ initium arcessere) : sic nos quoque naturam locorum sequentes consiliarium mare facere par est. Illud igitur a pelago Siculo allabens hinc in sinum Corinthicum infunditur, hinc magnam efficit peninsulam, Peloponnesum scilicet, angusto collo continenti annexum. Sunt itaque duo Græciæ maximi complexus, id quod est intra isthmum, et quod est extra [*ad Pylas usque et deinceps*] a Pylis usque ad Penei ostia. Et hæc quidem Græciæ pars est Helladica (τὸ Ἑλλαδικόν), eaque etiam major est. [*Clarior vero*] et illustrior ea pars est quæ intra isthmum continetur, adeoque arx quodammodo totius Græciæ est Peloponnesus. [*Rursus vero Græcia quasi principatum totius tenet Europæ.*] Nam ut omittam inhabitantium gentium splendorem atque potentiam, ipse locorum positus hunc principatum ei designat. Sinubus enim et promontoriis, et, quod plurimum significationis habet, peninsulis magnis ita est variata ac distincta, ut una alteram identidem excipiat. Prima peninsula est Peloponnesus, isthmo clausa stadiorum quadraginta. Altera autem simul etiam priorem continens, cujus isthmus a Pagis Megaricis ad Nisæam, Megarensium navale, a mari ad mare transitum habet centum viginti stadiorum. Tertia hanc quoque continet, cujus isthmus ab intimo Crissæi sinus recessu ad Thermopylas est : quæ mente intelligitur recta linea est circiter quingentorum et octo stadiorum, omnem intus absumens Bœotiam, Phocidem vero et Epicnemidios per obliquum secans. Quartæ isthmus ab Ambracio sinu per Œtam et Trachiniam in Maliacum sinum per Thermopylas porrigitur octingentorum fere stadiorum longitudine. Alius est mille stadiorum longitudinem superans, ab eodem Ambracio sinu per Thessaliam et Macedoniam in Thermæi sinus recessum tendens. Hic peninsularum successus ordinem nobis præscribit minime ineptum : incipiendum autem a minima quidem, sed illustrissima.

## CAP. II.

Forma Peloponnesi folio platani similis est, longitudine ac latitudine propemodum æqualibus, stadiorum circiter mille quadringentorum : scilicet ab occidente versus orientem a Chelonata per Olympiam et Megalopolitidem ad Isthmum; a meridie autem versus septentriones a Maleis per Arcadiam ad Ægium. Ambitus est, si quidem sinus non intres, quater mille stadiorum, Polybio auctore : Artemidorus quadringenta adjicit : sin vero sinus intres, quinquies mille sexcentorum et amplius. Isthmum, qua naves per sulcum quendam terra ab uno mari ad alterum traducuntur, stadiorum esse quadraginta jam dictum est (2, 1, 17).

2. Ἔχουσι δὲ τῆς χερρονήσου ταύτης τὸ μὲν ἑσπέριον μέρος Ἠλεῖοι καὶ Μεσσήνιοι, κλυζόμενοι τῷ Σικελικῷ πελάγει· προσλαμβάνουσι δὲ καὶ τῆς ἑκατέρωθεν παραλίας, ἡ μὲν Ἠλεία πρὸς ἄρκτον ἐπιστρέφουσα καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου μέχρι ἄκρας Ἀράξου, καθ' ἣν ἀντίπορθμός ἐστιν ἥ τε Ἀκαρνανία καὶ αἱ προκείμεναι νῆσοι, Ζάκυνθος καὶ Κεφαλληνία καὶ Ἰθάκη καὶ Ἐχινάδες, ὧν ἐστι καὶ τὸ Δουλίχιον· τῆς δὲ Μεσσηνίας τὸ πλέον ἀνεῳγμένον πρὸς νότον καὶ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος μέχρι τῶν καλουμένων Θυρίδων πλησίον Ταινάρου. ἑξῆς δὲ μετὰ μὲν τὴν Ἠλείαν ἐστὶ τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος πρὸς ἄρκτους βλέπον καὶ τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ παρατεῖνον, τελευτᾷ δ' εἰς τὴν Σικυωνίαν· ἐντεῦθεν δὲ Σικυὼν καὶ Κόρινθος ἐκδέχεται μέχρι τοῦ Ἰσθμοῦ· μετὰ δὲ τὴν Μεσσηνίαν ἡ Λακωνικὴ καὶ ἡ Ἀργεία, μέχρι τοῦ Ἰσθμοῦ καὶ αὕτη. κόλποι δ' εἰσὶν ἐνταῦθα ὅ τε Μεσσηνιακὸς καὶ ὁ Λακωνικὸς καὶ τρίτος ὁ Ἀργολικός, τέταρτος δ' ὁ Ἑρμιονικὸς καὶ Σαρωνικός. οἱ δὲ Σαλαμινιακὸν καλοῦσιν· ὧν τοὺς μὲν ἡ Λιβυκή, τοὺς δ' ἡ Κρητικὴ θάλασσα πληροῖ καὶ τὸ Μυρτῷον πέλαγος· τινὲς δὲ καὶ τὸν Σαρωνικὸν πόρον πέλαγος ὀνομάζουσι. Μέση δ' ἐστὶν ἡ Ἀρκαδία, πᾶσιν ἐπικειμένη καὶ γειτνιῶσα τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν.

3. Ὁ δὲ Κορινθιακὸς κόλπος ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Εὐήνου (τινὲς δέ φασιν τοῦ Ἀχελῴου τοῦ ὁρίζοντος Ἀκαρνᾶνας καὶ τοὺς Αἰτωλούς) καὶ τοῦ Ἀράξου. ἐνταῦθα γὰρ πρῶτον ἀξιόλογον συναγωγὴν λαμβάνουσι πρὸς ἀλλήλας αἱ ἑκατέρωθεν ἀκταί· προϊοῦσαι δὲ πλέον τελέως συμπίπτουσι κατὰ τὸ Ῥίον καὶ τὸ Ἀντίρριον, ὅσον δὴ πέντε σταδίων ἀπολείπουσαι πορθμόν. ἔστι δὲ τὸ μὲν Ῥίον τῶν Ἀχαιῶν ἁλιτενὴς ἄκρα, δρεπανοειδῆ τινα ἐπιστροφὴν εἰς τὸ ἐντὸς ἔχουσα (καὶ δὴ καὶ καλεῖται Δρέπανον), κεῖται δὲ μεταξὺ Πατρῶν καὶ Αἰγίου, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἔχουσα· τὸ δ' Ἀντίρριον ἐν μεθορίοις τῆς Αἰτωλίας καὶ τῆς Λοκρίδος ἵδρυται, καλοῦσι δὲ Μολύκριον Ῥίον. εἶτ' ἐντεῦθεν διίσταται πάλιν ἡ παραλία μετρίως ἑκατέρωθεν, προελθοῦσα δ' εἰς τὸν Κρισαῖον κόλπον ἐνταῦθα τελευτᾷ, κλειομένη τοῖς προσεσπερίοις τῆς Βοιωτίας καὶ τῆς Μεγαρικῆς τέρμοσιν. ἔχει δὲ τὴν περίμετρον ὁ Κορινθιακὸς κόλπος ἀπὸ μὲν τοῦ Εὐήνου μέχρι Ἀράξου σταδίων δισχιλίων διακοσίων τριάκοντα· εἰ δ' ἀπὸ τοῦ Ἀχελῴου, πλεονάζοι ἂν ἑκατόν που σταδίοις. ἀπὸ μέντοι Ἀχελῴου ἐπὶ τὸν Εὔηνον Ἀκαρνᾶνές εἰσιν, εἶθ' ἑξῆς ἐπὶ τὸ Ἀντίρριον Αἰτωλοί, τὸ δὲ λοιπὸν μέχρι Ἰσθμοῦ Φωκέων ἐστὶ καὶ Βοιωτῶν καὶ τῆς Μεγαρίδος, στάδιοι χίλιοι ἑκατὸν εἴκοσι δυεῖν δέοντες· ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀντιρρίου μέχρι Ἰσθμοῦ θάλαττα Ἀλκυονὶς καλεῖται, μέρος οὖσα τοῦ Κρισαίου κόλπου· ἀ[πὸ δὲ τοῦ] Ἰσθμοῦ ἐπὶ τὸν Ἄραξον τριάκοντα ἐπὶ τοῖς [χιλίοις]. ὡς μὲν δὴ τύπῳ εἰπεῖν τοιαύτη τις καὶ τοσαύτη ἡ τῆς Πελοποννήσου θέσις καὶ τῆς ἀντιπόρθμου γῆς μέχρι τοῦ μυχοῦ, τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ μεταξὺ ἀμφοῖν κόλπος. εἶτα [τὰ] καθ' ἕκαστα ἐροῦμεν, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Ἠλείας ποιησάμενοι.

2. Hujus peninsulæ partem occiduam tenent Elei ac Messenii, qui Siculo mari alluuntur. Sed et utrimque in alteram oram porriguntur hi. Nam Elis versus septentrionem flectitur et initium Corinthiaci sinus usque ad Araxum promontorium, cui in maris altera parte opponuntur Acarnania et ante eam sitæ insulæ Zacynthus, Cephallenia, Ithaca atque Echinades, quarum una est etiam Dulichium; Messeniæ autem major pars versus austrum patet ac mare Africum, usque ad Thyrides Tænaro vicinas. Deinceps post Elidem Achæorum incolit gens, septentrioni obversa, et propter Corinthiacum sinum usque ad Sicyoniam porrecta. Sequitur Sicyon et Corinthus usque ad Isthmum. Post Messeniam est Laconica, inde Argolica, usque ad Isthmum et hæc. Sinus vero ibi sunt Messeniacus, Laconicus, Argolicus tertius, quartus Hermionicus, tum Saronicus, quem alii Salaminiacum dicunt: horum alios Africum, alios Creticum et Myrtoum maria implent. Sunt qui Saronico etiam trajectus [*vel*] maris nomen tribuant (*Cf.* c. 6, 4). In medio est Arcadia, omnibus imminens et propinqua reliquis gentibus.

3. Corinthiacus sinus incipit ab Eueni ostiis (vel, ut alii volunt, ab Acheloi, qui Acarnanas ab Ætolis dividit) et Araxo. Ibi enim primum litora ad se notabiliter invicem inflectuntur, ac magis inde magisque coeunt, donec tandem apud Rhium et Antirrhium adeo concurrunt, ut quinque duntaxat stadiorum fretum relinquant. Rhium Achaiæ est promontorium in mare prominens, introrsum falcis in morem reflexum, unde et Drepanum (*Falx*) dicitur. Situm est Patras inter et Ægium, templo Neptuni insigne. Antirrhium in confinio Ætoliæ et Locridis jacet, diciturque Rhium Molycrium. Inde rursum litora a se invicem mediocriter diducuntur: donec in Crissæum sinum mare desinit, inclusum occiduis Bœotiæ et Megaridis finibus. Sinus Corinthiaci ambitus est ab Eueno usque ad Araxum stadiorum bis mille ducentorum triginta; sin ab Acheloo ordiare, accedent stadia circiter centum. Ab Acheloo usque ad Euenum (sunt Acarnanes), deinde ad Antirrhium Ætoli sunt; reliqua ad Isthmum usque Phocenses habent et Locri et Bœoti et Megarenses, stadia mille nonaginta octo. Mare ab Antirrhio usque ad Isthmum [*est sinus Crissæus, qui inde a Creusa urbe*] vocatur mare Alcyonium, quæ pars est Crissæi sinus. Ab Isthmo usque ad Araxum sunt stadia triginta supra *mille*. Ergo delineatus jam a nobis est qualis quantusque sit situs Peloponnesi et regionis quæ est trans sinum usque ad intimum ejus recessum, itemque qualis ipse sit sinus qui est in medio. Exinde singula enarrabimus, facto ab Elea initio.

## ΚΕΦ. Γ'.

Νῦν μὲν δὴ πᾶσαν Ἠλείαν ὀνομάζουσι τὴν μεταξὺ Ἀχαιῶν τε καὶ Μεσσηνίων παραλίαν, ἀνέχουσαν εἰς τὴν μεσόγαιαν τὴν πρὸς Ἀρκαδίᾳ τῇ κατὰ Φολόην καὶ Ἀζᾶνας καὶ Παρρασίους. τοῦτο δὲ τὸ παλαιὸν εἰς πλείους δυναστείας διῄρητο, εἶτ' εἰς δύο, τήν τε τῶν Ἐπειῶν καὶ τὴν ὑπὸ Νέστορι τῷ Νηλέως· καθάπερ καὶ Ὅμηρος εἴρηκε, τὴν μὲν τῶν Ἐπειῶν ὀνομάζων πόλιν·

ἠδὲ παρ' Ἤλιδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί·

τὴν δ' ὑπὸ τῷ Νέστορι Πύλον, δι' ἧς τὸν Ἀλφειὸν ῥεῖν φησιν,

Ἀλφειοῦ, ὅς τ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης.

Πύλον μὲν οὖν καὶ πόλιν οἶδεν ὁ ποιητής·

οἱ δὲ Πύλον, Νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
ἷξον·

οὐ διὰ τῆς πόλεως δὲ οὐδὲ παρ' αὐτὴν ῥεῖ ὁ Ἀλφειός, ἀλλὰ παρ' αὐτὴν μὲν ἕτερος, ὃν οἱ μὲν Παμισόν, οἱ δὲ Ἄμαθον καλοῦσιν, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Πύλος Ἠμαθόεις εἰρῆσθαι οὗτος δοκεῖ, διὰ δὲ τῆς χώρας τῆς Πυλίας ὁ Ἀλφειός.

2. Ἦλις δὲ ἡ νῦν πόλις οὔπω ἔκτιστο καθ' Ὅμηρον, ἀλλ' ἡ χώρα κωμηδὸν ᾠκεῖτο· ἐκαλεῖτο δὲ Κοίλη Ἦλις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος· τοιαύτη γὰρ ἦν ἡ πλείστη καὶ ἀρίστη. ὀψὲ δέ ποτε συνῆλθον εἰς τὴν νῦν πόλιν Ἦλιν, μετὰ τὰ Περσικά, ἐκ πολλῶν δήμων. σχεδὸν δὲ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους τοὺς κατὰ Πελοπόννησον πλὴν ὀλίγων, οὓς κατέλεξεν ὁ ποιητής, οὐ πόλεις, ἀλλὰ χώρας ὀνομάζει, συστήματα δήμων ἐχούσας ἑκάστην πλείω, ἐξ ὧν ὕστερον αἱ γνωριζόμεναι πόλεις συνῳκίσθησαν, οἷον τῆς Ἀρκαδίας Μαντίνεια μὲν ἐκ πέντε δήμων ὑπ' Ἀργείων συνῳκίσθη, Τεγέα δ' ἐξ ἐννέα, ἐκ τοσούτων δὲ καὶ Ἡραία ὑπὸ Κλεομβρότου ἢ ὑπὸ Κλεωνύμου· ὡς δ' αὔτως Αἴγιον ἐξ ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ δήμων συνεπολίσθη, Πάτραι δὲ ἐξ ἑπτά, Δύμη δὲ ἐξ ὀκτώ· οὕτω δὲ καὶ ἡ Ἦλις ἐκ τῶν περιοικίδων συνεπολίσθη· μία τούτων προσκτισ[θεισῶν] Ἀγριάδες. (ῥεῖ δὲ διὰ τῆς πόλεως ὁ Πηνειὸς ποταμὸς παρὰ τὸ γυμνάσιον αὐτῆς.) ἔπραξάν δὲ τοῦτο Ἠλεῖοι χρόνοις ὕστερον πολλοῖς τῆς εἰς αὐτοὺς μεταστάσεως τῶν χωρίων τῶν ὑπὸ τῷ Νέστορι.

3. Ἦν δὲ ταῦτα ἥ τε Πισᾶτις, ἧς ἡ Ὀλυμπία μέρος, καὶ ἡ Τριφυλία καὶ ἡ τῶν Καυκώνων. Τριφύλιοι δ' ἐκλήθησαν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ἀπὸ τοῦ τρία φῦλα συνεληλυθέναι, τό τε τῶν ἀπ' ἀρχῆς Ἐπειῶν καὶ τὸ τῶν ἐποικησάντων ὕστερον Μινυῶν καὶ τὸ τῶν ὕστατα ἐπικρατησάντων Ἠλείων· οἱ δ' ἀντὶ τῶν Μινυῶν Ἀρκάδας φασίν, ἀμφισβητήσαντας τῆς χώρας πολλάκις, ἀφ' οὗ καὶ Ἀρκαδικὸς Πύλος ἐκλήθη ὁ αὐτὸς καὶ Τριφυλιακός. Ὅμηρος δὲ ταύτην ἅπασαν τὴν χώραν μέχρι Μεσσήνης καλεῖ Πύλον ὁμωνύμως τῇ πόλει. ὅτι δὲ διώριστο ἡ Κοίλη Ἦλις ἀπὸ τῶν ὑπὸ



## CAP. III.

Eleæ regionis nomine hodie tota intelligitur ora maritima quæ Achaiam inter et Messeniam est, et in mediterraneis Arcadiam ad Pholoen et Azanes et Parrhasios attingit. Antiquitus in plures fuit divisa ditiones; postmodo in duas, Epeorum scilicet et Nestoris Neleo nati: id quod Homerus quoque expressit, qui illam Epeorum Elim (Ἦλιν) nominat (*Od.* 15, 298):

Et ad Elidem divinam, ubi dominantur Epei:

Pylum autem vocat eam, quæ subest Nestori, per quam ait fluere Alpheum (*Il.* 5, 545):

Alphei, qui late fluit Pyliorum per terram.

Pylum sane etiam tanquam urbem novit poeta (*Od.* 3, 4):

Illi vero Pylum, ad Nelei bene ædificatam urbem,
pervenerunt.

Verum urbem hanc neque perfluit neque alluit Alpheus: sed præterlabitur eam alius fluvius, Pamisus a quibusdam, ab aliis Amathus dictus, unde et Pylo nomen Emathois inditum videtur: per ipsam autem regionem Pyliam Alpheus manat.

2. Atque Elis, quæ nunc urbs est, Homeri ætate nondum fuit condita, sed per pagos regio incolebatur, vocabaturque Cœle (*Cava*) Elis ab eventu, quod maxima ejus et optima pars situ esset cavo. Sero tandem e multis pagis in eam convenerunt urbem, quæ nunc Elis dicitur, post bellum Persicum. Et quidem paucis exceptis omnia fere loca Homerus, quæ recenset in Peloponneso sita, non urbes nominat, sed regiones, quod quævis pagorum complexus habebat quorum ex conjunctione postea clariores illæ urbes exstiterunt, sic ut Tegea ex novem, in Arcadia Mantinea ex quinque pagis ab Argivis constituta est, et ex totidem Heræa quoque condita est a Cleombroto aut Cleonymo; sic etiam Ægium urbs ex septem vel octo pagis conflata est, Patræ ex septem, Dyme ex octo. Eodem igitur modo (octo *excid. videtur*) circumjacentium pagorum cultores in unam urbem Elidem confluxerunt; *postea his adjunctus* pagus Agriadum. Ceterum per urbem Peneus amnis defluit juxta gymnasium. Sed fecerunt hoc Elei multo post tempore, quam in ipsorum venerunt potestatem ea quæ Nestori paruerunt.

3. Ea autem fuerunt Pisatis, cujus pars est Olympia, et Triphylia et Cauconia. Triphylii ab eventu nomen habent, quod in unum corpus tria φῦλα, id est tres gentes, coiverint: nimirum qui ab initio fuerant Epei, et Minyæ qui eodem commigraverunt, et qui postremo prævaluerunt Elei. Sunt qui Minyarum loco Arcades ponant, qui diu de regione ista certaverint, unde et Arcadico Pylo nomen, qui idem est cum Triphyliaco. Homerus totam regionem ad Messenen usque Pylum vocat, urbi cognominem. Ceterum Cavam Elidem divisam fuisse ab iis quæ Nestori pare-

τῷ Νέστορι τόπων, ὁ τῶν Νεῶν κατάλογος δηλοῖ τοῖς τῶν ἡγεμόνων καὶ τῶν κατοικιῶν ὀνόμασι. λέγω δὲ ταῦτα, συμβάλλων τά τε νῦν καὶ τὰ ὑφ' Ὁμήρου λεγόμενα· ἀνάγκη γὰρ ἀντεξετάζεσθαι ταῦτα ἐκείνοις διὰ τὴν τοῦ ποιητοῦ δόξαν καὶ συντροφίαν πρὸς ἡμᾶς, τότε νομίζοντος ἑκάστου κατορθοῦσθαι τὴν παροῦσαν πρόθεσιν, ὅταν ᾖ μηδὲν ἀντιπῖπτον τοῖς οὕτω σφόδρα πιστευθεῖσι περὶ τῶν αὐτῶν λόγοις· δεῖ δὴ τά τε ὄντα λέγειν καὶ τὰ τοῦ ποιητοῦ παρατιθέντας, ἐφ' ὅσον προσήκει, προσσκοπεῖν.

4. Ἔστι δέ τις ἄκρα τῆς Ἠλείας πρόσβορρος ἀπὸ ἑξήκοντα Δύμης, Ἀχαϊκῆς πόλεως, Ἄραξος. ταύτην μὲν οὖν ἀρχὴν τίθεμεν τῆς τῶν Ἠλείων παραλίας· μετὰ δὲ ταύτην ἐστὶν ἐπὶ τὴν ἑσπέραν προϊοῦσι τὸ τῶν Ἠλείων ἐπίνειον ἡ Κυλλήνη, ἀνάβασιν ἔχουσα ἐπὶ τὴν νῦν πόλιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων. μέμνηται δὲ τῆς Κυλλήνης ταύτης καὶ Ὅμηρος, λέγων Ὦτον Κυλλήνιον ἀρχὸν Ἐπειῶν· οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἀρκαδικοῦ ὄρους ὄντα ἔμελλεν ἡγεμόνα τῶν Ἐπειῶν ἀποφῆναι· ἔστι δὲ κώμη μετρία, τὸν Ἀσκληπιὸν ἔχουσα τὸν Κολώτου, θαυμαστὸν ἰδεῖν ξόανον ἐλεφάντινον. μετὰ δὲ Κυλλήνην ἀκρωτήριόν ἐστιν ὁ Χελωνάτας, δυσμικώτατον τῆς Πελοποννήσου σημεῖον. πρόκειται δ' αὐτοῦ νησίον καὶ βραχέα ἐν μεθορίοις τῆς τε Κοίλης Ἤλιδος [καὶ τῆς] Πισατῶν, ὅθεν εἰς Κεφαλληνίαν πλέοντι ἐ.......ους στάδιοι ὀγδοήκοντα. αὐτοῦ δέ που καὶ ὁ Ἐλίσων ἢ Ἔλισα ῥεῖ ποταμὸς ἐν τῇ λεχθείσῃ μεθορίᾳ.

5. Μεταξὺ δὲ τοῦ Χελωνάτα καὶ τῆς Κυλλήνης ὅ τε Πηνειὸς ἐκδίδωσι ποταμὸς καὶ ὁ Σελλήεις ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγόμενος, ῥέων ἐκ Φολόης· ἐφ' ᾧ Ἔφυρα πόλις, ἑτέρα τῆς Θεσπρωτικῆς καὶ Θετταλικῆς καὶ τῆς Κορίνθου, τετάρτη τις ἐπὶ τῇ ὁδῷ κειμένη τῇ ἐπὶ τὸν Λασίωνα, ἤτοι ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ Βοιωνώᾳ (τὴν γὰρ Οἰνόην οὕτω καλεῖν εἰώθασιν) ἢ πλησίον ἐκείνης, διέχουσα τῆς Ἠλείων πόλεως σταδίους ἑκατὸν εἴκοσιν· ἐξ ἧς ἥ τε Τληπολέμου τοῦ Ἡρακλέους δοκεῖ λέγεσθαι μήτηρ· ἐκεῖ γὰρ μᾶλλον αἱ τοῦ Ἡρακλέους στρατεῖαι·

τὴν ἄγετ' ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος·

πρὸς ἐκείναις δὲ οὐδεὶς ποταμὸς Σελλήεις· καὶ ὁ τοῦ Μέγητος [θώραξ],

τόν ποτε Φυλεὺς
ἤγαγεν ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος·

ἐξ ἧς καὶ τὰ φάρμακα τὰ ἀνδροφόνα. εἰς Ἔφυραν γὰρ ἀφῖχθαί φησι τὸν Ὀδυσσέα [ἡ Ἀθηνᾶ]

φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενον, ὄφρα οἱ εἴη
ἰοὺς χρίεσθαι·

καὶ τὸν Τηλέμαχον οἱ μνηστῆρες·

ἠὲ καὶ εἰς Ἐφύρης ἐθέλει πίειραν ἄρουραν
ἐλθεῖν, ὄφρ' ἔνθεν θυμοφθόρα φάρμακ' ἐνείκῃ.

καὶ γὰρ τὴν Αὐγέου θυγατέρα τοῦ τῶν Ἐπειῶν βασιλέως ὁ Νέστωρ ἐν τῇ διηγήσει τοῦ πρὸς αὐτοὺς πολέμου φαρμακίδα εἰσάγει,

bant, Navium recensio docet ducum atque domiciliorum recensendis nominibus. Atque hæc ego dico, comparans præsentem statum cum iis quæ Homerus scripsit. Hæc enim inter se conferri necesse est, propter existimationem poetæ, et familiaritatem, quæ ei nobiscum ea est, ut tum denique in proposito argumento se dextre versatum quisque putet, quum nihil tradiderit repugnans ante de eadem re summa cum omnium assensione pronunciatis : ergo et quomodo nunc quæque habeant, et quid Homerus de iis perhibuerit, quantum attinet, simul considerandum est.

4. Est quoddam Elidis promontorium Boream versus spectans, Araxus nomine, a Dyma civitate Achaica stadiis sexaginta distans. Hoc igitur initium ponimus Eleorum regionis maritimæ. Inde versus occasum Cyllene est, Eleorum navale; a quo ad urbem, quæ nunc est, adscensus est stadiorum centum viginti. Hujus Cyllenæ meminit etiam Homerus ( *Il.* 15, 518 ), ubi Otum Cyllenium ductorem Epeorum dicit : non enim Epeorum ducem dicturus fuit natum in monte Arcadiæ Cyllene. Est autem Cyllene pagus mediocris quæ Colotæ Æsculapium habet, eburneum simulacrum admirabile. Post Cyllenen sequitur promontorium Chelonates, punctum versus occidentem Peloponnesi extremum. Ante id parva insula sita atque brevia in confinio Cavæ Elidis ac Pisatidis. Unde in Cephalleniam naviganti stadia sunt *haud plura* [εἰσὶν οὐ πλείους] octoginta. Ibi in dicto confinio etiam Elison seu Elisa amnis fluit.

5. Inter Chelonatam et Cyllenen Penei amnis ostia sunt, et ejus qui a poeta Selleis dicitur atque a Pholoe labitur. Ad eum sita est urbs Ephyra, diversa ab Ephyris Thesprotica, Thessalica et Corinthio, quartaque eo nomine præditarum, sita in itinere qua Lasionem itur; sive ea eadem est cum *Bœonoa* (sic enim Œnoen vocare solent), sive ei vicina, distans ab Elide urbe stadiis centum viginti. Ex hac, ut videtur, Ephyra oriunda fuisse dicitur (*Astyochea*) mater Tlepolemi, cui Hercules pater erat (nam in his maxime locis Herculis fuerunt expeditiones) :

Duxerat ex Ephyra quam a flumine Selleente (*Il.* 2, 659)

quum apud reliquas Ephyras nullus eo nomine sit fluvius. At inde etiam thorax erat Megetis (*Il.* 15, 531),

Quodam quem tempore Phyleus
ex Ephyra attulerat de flumine Seleente.

Atque inde etiam letalia venena petebant. *Minerva* enim Ulyssem Ephyram ivisse ( *Od.* 1, 261 ) dicit

quærentem letale venenum, ut ipsi esset
ad sagittas unguendas.

Et de Telemacho proci ( *Od.* 2, 328 ) :

Aut Ephyres præpingue solum fortassis adibit,
inde petiturus lethalia pharmaca nobis.

Nam et ipsam Augeæ Epeorum regis filiam Nestor veneficam facit in narratione belli contra eos gesti ( *Il.* 11, 738 ) :

πρῶτος ἐγὼν ἕλον ἄνδρα, φήσας, * ἄνδρα *
Μούλιον αἰχμητήν, γαμβρὸς δ' ἦν Αὐγείαο,
πρεσβυτάτην δὲ θύγατρ' εἶχεν,
ἣ τόσα φάρμακα ᾔδη, ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.

ἔστι δὲ καὶ περὶ Σικυῶνα Σελλήεις ποταμὸς καὶ Ἔφυρα πλησίον κώμη, καὶ ἐν τῇ Ἀγραίᾳ τῆς Αἰτωλίας Ἔφυρα κώμη, οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς Ἔφυροι· καὶ ἄλλοι οἱ Περραιβῶν πρὸς Μακεδονίᾳ, (καὶ) οἱ Κραννώνιοι, καὶ οἱ Θεσπρωτικοὶ οἱ ἐκ Κιχύρου τῆς πρότερον Ἐφύρας.

6. Ἀπολλόδωρος δὲ διδάσκων, ὃν τρόπον ὁ ποιητὴς εἴωθε διαστέλλεσθαι τὰς ὁμωνυμίας, οἷον ἐπὶ τοῦ Ὀρχομενοῦ τὸν μὲν Ἀρκαδικὸν πολύμηλον καλῶν, τὸν δὲ Βοιωτιακὸν Μινύειον, καὶ Σάμον Θρηικίην συντιθεὶς

μεσσηγύς τε Σάμοιο καὶ Ἴμβρου,

ἵνα χωρίσῃ ἀπὸ τῆς Ἰωνικῆς, οὕτω φησὶ καὶ τὴν Θεσπρωτικὴν Ἔφυραν διαστέλλεσθαι τῷ τε τηλόθεν καὶ τῷ

ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος.

ταῦτα δ' οὐχ ὁμολογεῖ τοῖς ὑπὸ τοῦ Σκηψίου Δημητρίου λεγομένοις, παρ' οὗ μεταφέρει τὰ πλεῖστα. ἐκεῖνος γὰρ οὔ φησιν εἶναι Σελλήεντα ἐν Θεσπρωτοῖς ποταμόν, ἀλλ' ἐν τῇ Ἠλείᾳ παρὰ τὴν ἐκεῖ Ἔφυραν, ὡς προείπομεν. τοῦτό τε οὖν εἴρηκε σκέψεως δεόμενον καὶ περὶ τῆς Οἰχαλίας, ὅτι φησίν, οὐ μιᾶς οὔσης, μίαν εἶναι πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος· δῆλον οὖν ὅτι τὴν Θετταλικήν, ἐφ' ἧς φησιν·

οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην, πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

τίς οὖν ἐστιν, ἐξ ἧς ὁρμηθέντα αἱ Μοῦσαι κατὰ Δώριον

ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήικα παῦσαν ἀοιδῆς;

φησὶ γάρ·

Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

εἰ μὲν γὰρ ἦν Θετταλική, οὐκ εὖ πάλιν ὁ Σκήψιος, Ἀρκαδικήν τινα λέγων, ἣν νῦν Ἀνδανίαν καλοῦσιν· εἰ δ' οὗτος εὖ, καὶ ἡ Ἀρκαδικὴ πόλις Εὐρύτου εἴρηται, ὥστ' οὐ μία μόνον· ἐκεῖνος δὲ μίαν φησί.

7. Μεταξὺ δὲ τῆς τοῦ Πηνειοῦ καὶ τοῦ Σελλήεντος ἐκβολῆς Πύλος ᾠκεῖτο κατὰ τὸ Σκόλλιον, οὐχ ἡ τοῦ Νέστορος πόλις, ἀλλ' ἑτέρα τις, ᾗ πρὸς τὸν Ἀλφειὸν οὐδέν ἐστι κοινώνημα, οὐδὲ πρὸς τὸν Παμισόν, εἴτε Ἄμαθον χρὴ καλεῖν. βιάζονται δ' ἔνιοι μνηστευόμενοι τὴν Νέστορος δόξαν καὶ τὴν εὐγένειαν· τριῶν γὰρ Πύλων ἱστορουμένων ἐν Πελοποννήσῳ (καθότι καὶ τὸ ἔπος εἴρηται τουτί,

ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο· Πύλος γε μὲν ἔστι καὶ ἄλλος),

τούτου τε καὶ τοῦ Λεπρεατικοῦ τοῦ ἐν τῇ Τριφυλίᾳ καὶ τῇ Πισάτιδι, τρίτου δὲ τοῦ Μεσσηνιακοῦ τοῦ κατὰ Κορυφάσιον, ἕκαστοι τὸν παρά σφισιν ἠμαθόεντα πειρῶνται δεικνύναι, καὶ τὴν τοῦ Νέστορος πατρίδα τοῦτον ἀποφαίνουσιν. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν νεωτέρων καὶ συγγραφέων καὶ ποιητῶν Μεσσήνιόν φασι τὸν Νέστορα, τῷ σωζομένῳ μέχρι εἰς αὐτοὺς προστιθέμενοι· οἱ δ' Ὁμηρικώτεροι, τοῖς ἔπεσιν ἀκολουθοῦντες, τοῦτον εἶναί φασι

Primus ibi cecidit nostra tum Mulius hasta,
Mulius Augiæ sumptis gener inclutus armis.
Maxima natarum fuit huic conjux (Agamede),
quæ norat, quotquot producit terra, venena.

Est vero etiam apud Sicyonem Selleis fluvius, eique vicinus pagus Ephyra. Et alius eodem nomine in Agræa Ætoliæ vicus, cujus incolæ Ephyri. Sunt et alii Ephyri in Perrhæbis Macedoniæ, (et) Crannonii, et Thesprotici Cichyro urbe oriundi, quæ olim dicta fuit Ephyra.

6. Ceterum Apollodorus, docens qua ratione Homerus soleat ejusdem nominis urbes distinguere, ut quum Orchomenum Arcadiæ pecoris divitem, Bœotiæ vero urbem Minyeam appellat, et Samum Thracicam exprimit Samum cum Imbro componens (*Il.* 24, 78):

Samum inter et Imbrum,

ut ab Ionica insula distinguat: sic ait etiam Thesproticam Ephyram distingui ab aliis voce *procul* et verbis

a flumine Selleente.

Atqui hæc non conveniunt cum iis, quæ Demetrius Scepsius dicit, quanquam pleraque sua ab eo Apollodorus mutuari solet. Hic enim non in Thesprotis, sed in Elea apud Ephyram tradit flumen esse Selleentem, ut ipsi quoque docuimus. Hoc igitur Apollodori dictum accuratiore disquisitione eget, sed illud etiam quod est de Œchalia. Nam quum non una sit Œchalia, ipse nonnisi unam esse dicit urbem Euryti Œchaliensis. Haud dubie igitur Thessalicam intelligit, de qua Homerus ait (*Il.* 2, 730):

Et queis jura dabat rex Eurytus Œchaliensis.

Quæ ergo est Œchalia, unde profecto ad Dorium (*Il.* 2, 591)

vim Thamyræ Thraci Musæ eripuere canendi?

addit enim:

Ibat ab Œchalia quando Euryto ab Œchaliensi.

Nam si ea Thessalica fuit, male Scepsius Arcadicam quandam protulit Œchaliam, quæ nunc Andania dicatur: sin recte Demetrius, Arcadica etiam urbs Euryti dicta fuit, ut non una duntaxat fuerit, sicut visum Apollodoro.

7. Inter Penei et Selleentis ostia Pylus habitabatur juxta Scollium (*Scollim montem? cf.* § 10): non ea Nestoris urbs, sed alia quædam, cui nihil commune est neque cum illa ad Alpheum, neque cum illa ad Pamisum sive Amathum, si ita eum vocare præstat. Nonnulli tamen, ut Nestoris gloriam atque nobilitatem adjungant sibi, violenter id extorquent. Quum enim in Peloponneso tres Pyli commemorentur (unde et versus iste factus,

Est Pylus ante Pylum, tamenetsi alius Pylus exstat),

nimirum hic Pylus, de quo loquimur, Lepreaticus alius in Triphylia, tertius Messeniacus ad Coryphasium montem: singuli eum qui apud ipsos est Pylum esse ἠμαθόεντα sive arenosam demonstrare conantur, et patriam Nestori adsignant. Ac plerique sane recentiorum, tum historicorum tum poetarum, eum qui ad ipsorum usque ætatem perduravit Pylum amplectentes, Messenium faciunt Nestorem; qui vero Homero sunt addictiores, ii versus ejus secuti eum

τὸν τοῦ Νέστορος Πύλον, οὗ τὴν χώραν διέξεισιν ὁ Ἀλφειός· διέξεισι δὲ τὴν Πισᾶτιν καὶ τὴν Τριφυλίαν. οἱ δ' οὖν ἐκ τῆς Κοίλης Ἤλιδος καὶ τοιαύτην φιλοτιμίαν προσετίθεσαν τῷ παρ' αὐτοῖς Πύλῳ, καὶ γνωρίσματα δεικνύντες Γέρηνον τόπον καὶ Γέροντα ποταμὸν καὶ ἄλλον Γεράνιον, εἶτ' ἀπὸ τούτων ἐπιθέτως Γερήνιον εἰρῆσθαι πιστούμενοι τὸν Νέστορα. τοῦτο δὲ ταὐτὸ καὶ οἱ Μεσσήνιοι πεποιήκασι, καὶ πιθανώτεροί γε φαίνονται· μᾶλλον γὰρ γνώριμά φασιν εἶναι τὰ παρ' ἐκείνοις Γέρηνα, συνοικουμένην ποτὲ εὖ. τοιαῦτα μὲν τὰ περὶ τὴν Κοίλην Ἦλιν ὑπάρχοντα νυνί.

8. Ὁ δὲ ποιητὴς εἰς τέτταρα μέρη διελὼν τήνδε τὴν χώραν, τέτταρας δὲ καὶ τοὺς ἡγεμόνας εἰπών, οὐ σαφῶς εἴρηκεν·

οἱ δ' ἄρα Βουπράσιόν τε καὶ Ἤλιδα δῖαν ἔναιον,
ὅσσον ἐφ' Ὑρμίνη καὶ Μύρσινος ἐσχατιόωσα
πέτρη τ' Ὠλενίη καὶ Ἀλείσιον ἐντὸς ἐέργει.
τῶν αὖ τέσσαρες ἀρχοὶ ἔσαν, δέκα δ' ἀνδρὶ ἑκάστῳ
νῆες ἕποντο θοαί· πολέες δ' ἔμβαινον Ἐπειοί.

τῷ μὲν γὰρ Ἐπειοὺς ἀμφοτέρους προσαγορεύειν τούς τε Βουπρασιεῖς καὶ τοὺς Ἠλείους, Ἠλείους δὲ μηκέτι καλεῖν τοὺς Βουπρασιεῖς, οὐ τὴν Ἠλείαν δόξειεν ἂν εἰς τέσσαρα μέρη διαιρεῖν, ἀλλὰ τὴν τῶν Ἐπειῶν, ἣν εἰς δύο μέρη διεῖλε πρότερον· οὐδ' ἂν μέρος εἴη τῆς Ἤλιδος τὸ Βουπράσιον, ἀλλὰ τῶν Ἐπειῶν μᾶλλον. ὅτι γὰρ Ἐπειοὺς καλεῖ τοὺς Βουπρασίους, δῆλον·

ὡς ὁπότε κρείοντ' Ἀμαρυγκέα θάπτον Ἐπειοὶ
Βουπρασίῳ.

* τὸ δὲ Βουπράσιον εἶναί τινα χώραν τῆς Ἠλείας, κατοικίαν οὐκ ἔχουσαν ὁμώνυμον νυνὶ φαίνεται τῆς Ἤλιδος ὂν μέρος καὶ τοῦτο. * πάλιν δὲ τῷ συγκαταριθμεῖσθαι Βουπράσιόν τε καὶ Ἤλιδα δῖαν λέγοντα, εἶτ' εἰς τέσσαρας διαιρεῖν μερίδας, ὡς ἂν κοινῷ δοκεῖ τῷ τε Βουπρασίῳ καὶ τῇ Ἤλιδι αὐτὰς ὑποτάττειν. ἦν δ', ὡς ἔοικε, κατοικία τῆς Ἠλείας τὸ Βουπράσιον ἀξιόλογος, ἣ νῦν οὐκέτ' ἐστίν· ἡ δὲ χώρα καλεῖται μόνον οὕτως ἡ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Δύμην ἐξ Ἤλιδος τῆς νῦν πόλεως. ὑπολάβοι δ' ἄν τις καὶ ὑπεροχήν τινα ἔχειν τότε τὸ Βουπράσιον παρὰ τὴν Ἦλιν, ὥσπερ καὶ οἱ Ἐπειοὶ παρὰ τούτους· ὕστερον δ' ἀντ' Ἐπειῶν Ἠλεῖοι ἐκλήθησαν. καὶ τὸ Βουπράσιον μὲν δὴ μέρος ἦν τῆς Ἤλιδος, ποιητικῷ δέ τινι σχήματι συγκαταλέγειν τὸ μέρος τῷ ὅλῳ φασὶ τὸν Ὅμηρον, ὡς τὸ

ἀν' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος,

καὶ

ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε,

καὶ

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοί,

καὶ

οἱ δ' ἐκ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων·

καὶ γὰρ τὸ Δουλίχιον τῶν Ἐχινάδων. χρῶνται δὲ καὶ οἱ νεώτεροι· Ἱππῶναξ μέν·

Κυπρίων βέκος φαγοῦσι καὶ Ἀμαθουσίων πυρόν·

Nestoris pronunciant esse Pylum, cujus regionem Alpheus percurrat. Perlabitur autem Pisatidem et Triphyliam. Qui vero e Cava Elide oriundi sunt, ipsi quoque (καὶ αὐτοὶ ?) gloriam illam suo vindicare Pylo student, indicia etiam quædam demonstrantes, ut Geranum locum et Gerontem fluvium aliumque Geranium: ut fidem faciant, Nestorem ab his Gerenium fuisse cognominatum. Fecerunt idem etiam Messenii, qui quidem probabiliora videntur dicere: magis enim constare aiunt de ipsorum Gerenis, qui locus quondam bene fuerit habitatus. Talia quidem sunt quæ in Cava Elide exsistunt hodie.

8. Ceterum poeta istam regionem in quattuor dirimens partes et principes quoque enumerans quattuor, obscure locutus est (*Il.* 2, 615):

Tum qui Buprasium coluere atque Elida claram,
Hyrmine quantum, vel Myrsinus ultima sede,
Olenium et saxum cingunt et Alision agri.
Ductores quatuor, quemvis bis quinque secutæ
Sunt naves, multi quis vectabantur Epei.

11. Τῇ μὲν οὖν Τίρυνθι ὁρμητηρίῳ χρήσασθαι δοκεῖ Προῖτος καὶ τειχίσαι διὰ Κυκλώπων, οὓς ἑπτὰ μὲν εἶναι, καλεῖσθαι δὲ γαστερόχειρας, τρεφομένους ἐκ τῆς τέχνης, ἥκειν δὲ μεταπέμπτους ἐκ Λυκίας· καὶ ἴσως τὰ σπήλαια τὰ περὶ τὴν Ναυπλίαν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἔργα τούτων ἐπώνυμά ἐστιν. ἡ δὲ ἀκρόπολις Λίκυμνα ἐπώνυμος Λικυμνίου, διέχει δὲ τῆς Ναυπλίας περὶ δώδεκα σταδίους· ἔρημος δ' ἐστὶ κἀκείνη καὶ ἡ πλησίον Μιδέα, ἑτέρα οὖσα τῆς Βοιωτικῆς· ἐκείνη γάρ ἐστι Μίδεα, ὡς πρόνοια, αὕτη δὲ Μιδέα, ὡς Τεγέα· ταύτῃ δ' ὅμορος Πρόσυμνα, [καὶ] αὕτη ἱερὸν ἔχουσα Ἥρας· ἠρήμωσαν δὲ τὰς πλείστας οἱ Ἀργεῖοι ἀπειθούσας. οἱ δ' οἰκήτορες οἱ μὲν ἐκ [τῆς] Τίρυνθος ἀπῆλθον εἰς Ἐπίδαυρον, οἱ δὲ ἐ[κ τῆς Μιδέας] εἰς τοὺς Ἁλιεῖς καλουμένους, οἱ δ' ἐκ τῆς Ἀ[σίνης (ἔστιν] αὕτη κώμη τῆς Ἀργείας πλησίον Ναυπλ[ίας) ὑπὸ Λα]κεδαιμονίων εἰς τὴν Μεσσηνίαν μετῳκίσθ[ησαν]... καὶ ἡ ὁμώνυμος τῇ Ἀργολικῇ Ἀσίνη πολίχ[νη]. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι, φησὶν ὁ Θεόπομπος, πολλὴν κατα-

ita initio ditionem in duo diviserint regna, ut duæ urbes, quæ regnorum sedes forent, invicem minus quinquaginta stadiis distarent, Argos videlicet ac Mycenæ, Heræumque (id est Junonium) ad Mycenas situm commune ambobus regibus esset templum : in quo templo erant simulacra Polycleti arte omnium præstantissima, sed sumptu ac magnitudine operibus Phidiæ inferiora. Principio Argos prævalebat, postmodo Mycenæ ampliora nactæ incrementa per commigrantes in illas Pelopidas. Quum enim omnia ad Atrei filios essent devoluta, Agamemnon natu major potestatem adeptus, fortuna virtuteque usus magnam regionis partem suo adjecit patrimonio, et Mycenæo regno etiam Argolicam adjunxit. Sed Laconicam quidem Menelaus tenuit; Mycenas autem, et quidquid usque ad Corinthum et Sicyonem est regionis, et quæ tunc Ionum atque Ægialiensium, posterioribus temporibus Achæorum dicta est, Agamemnon possedit. Post bellum vero Trojanum regno Agamemnonis exstincto, Mycenæ decreverunt, maxime post Heraclidarum reditum. Hi enim occupata Peloponneso ejecerunt pristinos dominos : atque ita, qui Argis potiti erant, Mycenas quoque tenebant in unum conjunctas. Aliquanto post tempore Mycenæ ab Argivis sunt dirutæ, ut jam ejus urbis ne vestigium quidem supersit. Neque mirari debes, Mycenis hoc evenisse, aut si qui alii eorum, qui sub Argis ab Homero recensentur, nostra ætate nulli sunt. In Catalogo quidem sic scribitur (*Il.* 2, 569) :

Argos qui tenuere, et qui Tirynthia claustra,
Hermionenque, Asinenque, sinus qua stringitur altus
Eionas, Trœzenem, vitiferamque Epidaurum,
Æginam et Maseta, bonorum examen Achivûm.

Dictum est de Argis : etiam de reliquis jam verba facienda.

11. Receptaculi atque arcis loco Tirynthem habuisse videtur Prœtus, operâque Cyclopum munivisse : quos aiunt numero fuisse septem, Chirogasteres (*Manuventres*) appellatos, quod sua arte victum sibi quærerent : venisse autem accitos e Lycia : ac fieri potuit ut, quæ apud Naupliam sunt speluncæ et opera in iis, nomina ab his Cyclopibus habeant. Arx est Licymna, Licymnii de nomine : distat a Nauplia duodecim circiter stadiis. Verum et illa deserta est, et quæ in propinquo est Midea distinguenda a Bœotica. Illa enim est Μίδεα (*vel potius* Μίδεια), accentum in antepenultima habens, ut πρόνοια; Argiva autem pronuntiatur Μιδέα, sicut Τεγέα. Prope regio est Prosymna, quæ ipsa quoque templum habet Junonis. Plerasque earum Argivi ob rebellionem habitatoribus nudarunt. Incolarum alii Tirynthe Epidaurum abierunt, alii *ex Midea* ad eos, qui Halieis (*id est, Piscatores*) vocantur : alii ab *Asine* (*qui et ipse vicus est Argiæ, propinquus Naupliæ*) a Lacedæmoniis in Messeniam sunt deportati, ubi altera est Asine, ejusdem cum Argolico nominis oppidum. Etenim Lacedæmonii, ut ait Theopompus, ampla di-

κτησάμενοι τῆς ἀλλοτρίας εἰς ταύτην κατῴκιζον, οὓς ἂν ὑποδέξαιντο τῶν φυγόντων ἐπ' αὐτο[ύς· καὶ οἱ] ἐκ τῆς Ναυπλίας ἐκεῖσε ἀνεχώρησαν.

12. Ἑρμιόνη δ' ἐστὶ τῶν οὐκ ἀσήμων πόλεων· ἧς τὴν παραλίαν ἔχουσιν Ἁλιεῖς λεγόμενοι θαλαττουργοί τινες ἄνδρες. παρ' Ἑρμιονεῦσι δὲ τεθρύληται τὴν εἰς Ἅδου κατάβασιν σύντομον εἶναι· διόπερ οὐκ ἐντιθέασιν ἐνταῦθα τοῖς νεκροῖς ναῦλον.

13. Δρυόπων δ' οἰκητήριόν φασι καὶ τὴν Ἀσίνην, εἴτ' ἐκ τῶν περὶ Σπερχειὸν τόπων ὄντας αὐτοὺς Δρύοπος τοῦ Ἀρκάδος κατοικίσαντος ἐνταῦθα, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, εἴθ' Ἡρακλέους ἐκ τῆς περὶ τὸν Παρνασσὸν Δωρίδος ἐξελάσαντος αὐτούς. Τὸ δὲ Σκύλλαιον τὸ ἐν Ἑρμιόνῃ ὠνομάσθαι φασὶν ἀπὸ Σκύλλης τῆς Νίσου θυγατρός, ἣν ἐξ ἔρωτος προδοῦσαν Μίνῳ τὴν Νισαίαν καταποντωθῆναί φασιν ὑπ' αὐτοῦ, δεῦρο δ' ἐκκυμανθεῖσαν ταφῆς τυχεῖν. Ἠιόνες δὲ κώμη τις ἦν, ἣν ἐρημώσαντες Μυκηναῖοι ναύσταθμον ἐποίησαν, ἀφαν[ισθεῖσα δ' ὕστερον] οὐδὲ ναύσταθμόν ἐστιν.

14. Τροιζὴν δὲ ἱερά ἐστι Ποσειδῶνος, ἀφ' οὗ καὶ Ποσειδωνία ποτὲ ἐλέγετο, ὑπέρκειται δὲ τῆς θαλάττης εἰς πεντεκαίδεκα σταδίους, οὐδ' αὐτὴ ἄσημος πόλις. πρόκειται δὲ τοῦ λιμένος αὐτῆς, Πώγωνος τοὔνομα, Καλαυρία νησίδιον ὅσον τριάκοντα σταδίων ἔχον τὸν κύκλον· ἐνταῦθα ἦν ἄσυλον Ποσειδῶνος ἱερόν, καί φασι τὸν θεὸν τοῦτον ἀλλάξασθαι πρὸς μὲν Λητὼ τὴν Καλαυρίαν ἀντιδόντα Δῆλον, πρὸς Ἀπόλλωνα δὲ Ταίναρον ἀντιδόντα Πυθώ. Ἔφορος δὲ καὶ τὸν χρησμὸν λέγει·

ἶσόν τοι Δῆλόν τε Καλαύρειάν τε νέμεσθαι,
Πυθώ τ' ἠγαθέην καὶ Ταίναρον ἠνεμόεντα.

ἦν δὲ καὶ Ἀμφικτυονία τις περὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο ἑπτὰ πόλεων, αἳ μετεῖχον τῆς θυσίας· ἦσαν δὲ Ἑρμιών, Ἐπίδαυρος, Αἴγινα, Ἀθῆναι, Πρασιεῖς, Ναυπλιεῖς, Ὀρχομενὸς ὁ Μινύειος· ὑπὲρ μὲν οὖν Ναυπλίων Ἀργεῖοι συνετέλουν, ὑπὲρ Πρασιέων δὲ Λακεδαιμόνιοι. οὕτω δ' ἐπεκράτησεν ἡ τιμὴ τοῦ θεοῦ τούτου παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὥστε καὶ Μακεδόνες δυναστεύοντες ἤδη μέχρι δεῦρο ἐφύλαττόν πως τὴν ἀσυλίαν, καὶ τοὺς ἱκέτας ἀποσπᾶν ᾐδοῦντο τοὺς εἰς Καλαυρίαν καταφυγόντας· ὅπου γε οὐδὲ Δημοσθένη ἐθάρρησεν Ἀρχίας βιάσασθαι στρατιώτας ἔχων, ᾧ προσετέτακτο ὑπὸ Ἀντιπάτρου ζῶντα ἀγαγεῖν κἀκεῖνον καὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων ὃν ἂν εὕρῃ τῶν ἐν ταῖς αἰτίαις ὄντων ταῖς παραπλησίοις, ἀλλὰ πείθειν ἐπειρᾶτο· οὐ μὴν ἔπεισέ γε, ἀλλ' ἔφθη φαρμάκῳ παραλύσας ἑαυτὸν τοῦ ζῆν· Τροιζὴν δὲ καὶ Πιτθεύς, οἱ Πέλοπος, ὁρμηθέντες ἐκ τῆς Πισάτιδος, ὁ μὲν τὴν πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ κατέλιπεν, ὁ δὲ Πιτθεὺς ἐβασίλευσεν, ἐκεῖνον διαδεξάμενος. Ἄνθης δ' ὁ προκατέχων πλεύσας Ἁλικαρνασὸν ἔκτισεν· ἐροῦμεν δ' ἐν τοῖς Καρικοῖς [τὰ κατὰ τοῦτ]ον καὶ τοῖς Τρωικοῖς.

15. Ἡ Ἐπίδαυρος δ' ἐκαλεῖτο Ἐπίταυρος· φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης κατασχεῖν αὐτὴν Κᾶρας, ὥσπερ καὶ Ἑρ-

tione potiti, quam aliis eripuissent, in ea collocaverunt, quos ad se confugientes reciperent: eoque etiam Nauplienses recesserunt.

12. Hermione una est de non obscuris urbibus, cujus oram maritimam incolunt, qui, quod e mari quæstum faciunt, Halieis sive piscatores dicuntur. Brevis ad inferos descensus esse dicitur apud Hermionenses: itaque ibi mortuorum oribus portorium non imponitur.

13. Porro Asinen quoque [et Hermionen *add. Strabo ap. Eustath.*] Dryopum fuisse domicilium perhibent: sive eos (quod Aristoteles ait) Dryops Arcas eo transtulit, quum ante circa Spercheum habitarent: sive ab Hercule fuerunt e Doride, quæ juxta Parnassum est, ejecti. Jam Scyllæum, quod est Hermionæ vicinum, nomen habere aiunt a Scylla Nisi filia: quam a Minoe, cui amore capta Nisæam prodidisset, in mare demersam, fluctibusque eo ejectam sepulturæ compotem factam ferunt. Eiones (*vox* litus *significat*) pagus fuit, quem hominibus viduatum Mycenæi navale sibi fecerunt: [*postea deletus*] ne navale quidem jam est.

14. Trœzen Neptuno sacra est, unde et Posidonia (*id est* Neptunia) olim dicta fuit: urbs non ignobilis, a mari ad quindecim stadia distans. Ante portum ejus, cui Pogoni (*id est* barbæ) nomen, jacet Calauria, insula parva, circulo triginta circiter stadiorum contenta: ibi fuit asylum Neptuni; feruntque deum hunc permutatione contracta Calauriam pro Delo recepisse a Latona, ab Apolline pro Pytho Tænarum. Et oraculum quoque refert Ephorus:

Par ratio est Delive Calauriæve tenendæ;
Pythia idem tibi sit, quod in auras Tænarus altus.

Fuit et Amphictyonum conventus quidam ad hoc templum, civitatum septem: quarum nomina Hermione, Epidaurus, Ægina, Athenæ, Prasiæ, Nauplia, Orchomenus Minyeius: ac pro Nauplia contribuebant Argivi, pro Prasiis Lacedæmonii. Adeo autem veneratio istius dei apud Græcos invaluit, ut et Macedones, Græcia in suam redacta potestatem, adhuc jus asyli illæsum servaverint, ac qui supplices in Calauriam confugissent, inde avellere sint veriti: quando Archias etiam armata stipatus manu Demostheni vim ibi inferre non fuit ausus, quum ei ab Antipatro injunctum esset, ut et hunc et alios qui simili in crimine essent, oratores vivos sibi adduceret: sed verbis eum ex asylo abstrahere frustra est conatus, quum hausto veneno se vita exsolvere Demosthenes occupasset. Ceterum Trœzen et Pittheus Pelopis filii e Pisatide profecti sunt: quorum ille urbem sibi cognominem reliquit, hic ei succedens ibi regnavit. Anthes vero, qui antea ista loca obtinuerat, navibus avectus Halicarnassum condidit: [*de quo*] in Cariæ et Trojæ rebus exponemus.

15. Epidaurus ante Epitaurus (*potius* Epicarus?) dicta fuit: Aristoteles enim et hanc et Hermionen ait Cares te-

μιόνα· τῶν δὲ Ἡρακλειδῶν κατελθόντων, Ἴωνας αὐτοῖς συνοικῆσαι τοὺς ἐκ τῆς Ἀττικῆς τετραπόλεως συνεπομένους εἰς Ἄργος. καὶ αὕτη δ' οὐκ ἄσημος ἡ πόλις, καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Ἀσκληπιοῦ θεραπεύειν νόσους παντοδαπὰς πεπιστευμένου, καὶ τὸ ἱερὸν πλῆρες ἔχοντος ἀεὶ τῶν τε καμνόντων καὶ τῶν ἀνακειμένων πινάκων, ἐν οἷς ἀναγεγραμμέναι τυγχάνουσιν αἱ θεραπεῖαι, καθάπερ ἐν Κῷ τε καὶ Τρίκκῃ. κεῖται δ' ἡ πόλις ἐν μυχῷ τοῦ Σαρωνικοῦ κόλπου, τὸν περίπλουν ἔχουσα σταδίων πεντεκαίδεκα, βλέπουσα πρὸς ἀνατολὰς θερινάς· περικλείεται δ' ὄρεσιν ὑψηλοῖς μέχρι πρὸς τὴν θάλατταν, ὥστ' ἐρυμνὴ κατεσκεύασται φυσικῶς πανταχόθεν. μεταξὺ δὲ Τροιζῆνος καὶ Ἐπιδαύρου χωρίον ἦν ἐρυμνὸν Μέθανα καὶ χερρόνησος ὁμώνυμος τούτῳ· παρὰ Θουκυδίδῃ δὲ ἔν τισιν ἀντιγράφοις Μεθώνη φέρεται ὁμωνύμως τῇ Μακεδονικῇ, ἐν ᾗ Φίλιππος ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμὸν πολιορκῶν· διόπερ οἴεταί τινας ἐξαπατηθέντας ὁ Σκήψιος Δημήτριος τὴν ἐν τῇ Τροιζῆνι Μεθώνην ὑπονοεῖν, καθ' ἧς ἀράσασθαι λέγεται τοὺς ὑπ' Ἀγαμέμνονος πεμφθέντας ναυτολόγους, μηδέποτε παύσασθαι [τοῦ] τειχοδομεῖν, οὐ τούτων, ἀλλὰ τῶν Μακεδόνων ἀνανευσάντων, ὥς φησι Θεόπομπος· τούτους δ' οὐκ εἰκός, ἐγγὺς ὄντας, ἀπειθῆσαι.

16. Αἴγινα δ' ἔστι μὲν καὶ τόπος τις τῆς Ἐπιδαυρίας, ἔστι δὲ καὶ νῆσος πρὸ τῆς ἠπείρου ταύτης, ἣν ἐν τοῖς ἀρτίως παρατεθεῖσιν ἔπεσι βούλεται φράζειν ὁ ποιητής· διὸ καὶ γράφουσί τινες

νῆσόν τ' Αἴγιναν,

ἀντὶ τοῦ

οἵ τ' ἔχον Αἴγιναν,

διαστελλόμενοι τὴν ὁμωνυμίαν. ὅτι μὲν οὖν τῶν σφόδρα γνωρίμων ἐστὶν ἡ νῆσος, τί δεῖ λέγειν; ἐντεῦθεν γὰρ Αἰακός τε λέγεται καὶ οἱ ὑπ' αὐτόν. αὕτη δ' ἐστὶν ἡ καὶ θαλαττοκρατήσασά ποτε καὶ περὶ πρωτείων ἀμφισβητήσασα πρὸς Ἀθηναίους ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ κατὰ τὰ Περσικά. λέγεται δὲ σταδίων ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ὁ κύκλος τῆς νήσου, πόλιν δ' ὁμώνυμον ἔχει τετραμμένην πρὸς Λίβα· περιέχουσι δ' αὐτὴν ἥ τε Ἀττικὴ καὶ ἡ Μεγαρὶς καὶ τῆς Πελοποννήσου τὰ μέχρι Ἐπιδαύρου, σχεδόν τι ἑκατὸν σταδίους ἑκάστη διέχουσα· τὸ δὲ ἑωθινὸν μέρος καὶ τὸ νότιον πελάγει κλύζεται τῷ τε Μυρτῴῳ καὶ τῷ Κρητικῷ· νησίδια δὲ περίκειται πολλὰ μὲν πρὸς τῇ ἠπείρῳ, Βέλβινα δὲ πρὸς τὸ πέλαγος ἀνατείνουσα. ἡ δὲ χώρα αὐτῆς κατὰ βάθους μὲν γεώδης ἐστί, πετρώδης δ' ἐπιπολῆς, καὶ μάλιστα ἡ πεδιάς· διόπερ ψιλὴ πᾶσά ἐστι, κριθοφόρος δὲ ἱκανῶς. Μυρμιδόνας δὲ κληθῆναί φασιν, οὐχ ὡς ὁ μῦθος, τοὺς Αἰγινήτας, ὅτι λοιμοῦ μεγάλου συμπεσόντος οἱ μύρμηκες ἄνθρωποι γένοιντο κατ' εὐχὴν Αἰακοῦ, ἀλλ' ὅτι μυρμήκων τρόπον ὀρύττοντες τὴν γῆν ἐπιφέροιεν ἐπὶ τὰς πέτρας, ὥστ' ἔχειν γεωργεῖν, ἐν δὲ τοῖς ὀρύγμασιν οἰκεῖν φειδόμενοι πλίνθων. ὠνομάζετο

nuisse : reversis autem Heraclidis, Iones se iis socios ejus habitandæ adjecisse, qui ex Attica tetrapoli Heraclidas in Argos comitati fuerant. Hæc quoque urbs obscura non est : maxime propter Æsculapium, qui ibi claret, crediturque omnis generis morbos depellere, semperque templum refertum habet ægrotantibus, ac tabellis dedicaticiis, in quibus quo modo quisque sanatus sit, consignatum exstat, sicut et in Co et Triccæ. Sita est Epidaurus in intimo secessu sinus Saronici, quindecim stadiorum prætervectione navali, æstivo ortui opposita : ad mare usque montibus altis includitur, ut natura locus undiquaque sit probe munitus. Trœzenem inter ac Epidaurum locus fuit munitus Methana, ejusdemque nominis peninsula : apud Thucydidem quidam codices Methonem habent, cognominem Macedonicæ, in cujus obsidione oculus fuit Philippo excisus. Itaque Demetrius Scepsius opinatur quosdam deceptos intelligere Methonem Trœzeni vicinam eam, cui imprecatos ferunt nautarum legendorum gratia ab Agamemnone missos, ne unquam finem facerent muros ædificandi : quum non hi, sed Macedones militiam detrectarint, ut ait Theopompus; alteros enim ita in vicinia sitos probabile non erat recusaturos.

16. Ægina et locus est Epidauriæ, et insula ante continentem istam, quam in paullo ante (§ 10) adductis versibus intelligi voluit Homerus. Itaque nonnulli ambiguitatis discernendæ gratia scribunt,

Insulamque Æginam,

pro :

quique tenebant Æginam.

Ceterum ex nobilissimis hanc esse insulam, quid opus est dicere? Hæc enim Æaci patria fuit et ejus subditorum : hæc est quæ et maris aliquando imperium obtinuit, et bello Persico in navali certamine ad Salaminem peracto de palma cum Atheniensibus contendit. Circulus quo ambitur insula, stadiorum dicitur centum octoginta. Urbem habet cognominem, sitam versus Africum. Circumjacent eam Attica et Megaris et Peloponnesi partes, quæ usque ad Epidaurum porriguntur, singula centum fere stadiorum intervallo remota. Orientale et austrinum latera Myrtoo ac Cretico mari alluuntur. Exiguæ insulæ circumjacent versus continentem multæ, Belbina autem versus altum. Ager in profundo glebosus est, in superficie saxosus, maxime in plano : itaque totum illud solum nudum est, satis tamen hordei ferax. Myrmidones vero appellantur Æginetæ, sicuti traditur, non quod (velut fabulæ jactant) magna oborta peste formicæ, Æaco votis id impetrante, in hominum naturam sint mutatæ : sed quod formicarum in morem terram fodientes in saxa effossam conjicerent, ut agriculturam exercere possent; et quod in fossis habitarent parcentes lateribus coctis. Insula hæc antiquitus Œnone

δ' Οἰνώνη πάλαι ὁμωνύμως δυσὶ δήμοις τῆς Ἀττικῆς, τῷ τε πρὸς Ἐλευθεραῖς

(Οἰνώνη
σύγχορτα ναίειν πεδία ταῖς δ' Ἐλευθεραῖς),

καὶ μιᾷ τῶν ἐκ τετραπόλεως τῆς περὶ Μαραθῶνα, καθ' ἧς ἡ παροιμία· Οἰνώνη τὴν χαράδραν. ἐπῴκησαν δ' αὐτὴν Ἀργεῖοι καὶ Κρῆτες καὶ Ἐπιδαύριοι καὶ Δωριεῖς, ὕστερον δὲ κατεκληρούχησαν τὴν νῆσον Ἀθηναῖοι· ἀφελόμενοι δὲ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Ἀθηναίους τὴν νῆσον ἀπέδοσαν τοῖς ἀρχαίοις οἰκήτορσιν. ἀποίκους δ' ἔστειλαν Αἰγινῆται εἴς τε Κυδωνίαν τὴν ἐν Κρήτῃ καὶ εἰς Ὀμβρικούς. Ἔφορος δ' ἐν Αἰγίνῃ ἄργυρον πρῶτον κοπῆναί φησιν ὑπὸ Φείδωνος· ἐμπόριον γὰρ γενέσθαι, διὰ τὴν λυπρότητα τῆς χώρας τῶν ἀνθρώπων θαλαττουργούντων ἐμπορικῶς, ἀφ' οὗ τὸν ῥῶπον Αἰγιναίαν ἐμπολὴν λέγεσθαι.

17. Ὁ δὲ ποιητὴς ἔνια μὲν χωρία λέγει συνεχῶς, ὥσπερ καὶ κεῖται·

οἵ θ' Ὑρίην ἐνέμοντο καὶ Αὐλίδα,
οἵ δ' Ἄργος τ' εἶχον Τίρυνθά τε
Ἑρμιόνην τ' Ἀσίνην τε,
Τροιζῆν' Ἠιόνας τε·

ἄλλοτε δ', οὐχ ὡς ἔστι τῇ τάξει,

Σχοῖνόν τε Σκῶλόν τε,
Θέσπειαν Γραῖάν τε·

τά τ' ἐν ἠπείρῳ ταῖς νήσοις συμφράζει,

οἳ ῥ' Ἰθάκην εἶχον,
καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο·

τὰ γὰρ Κροκύλεια ἐν τοῖς Ἀκαρνᾶσιν. οὕτω δὲ καὶ νῦν τῇ Αἰγίνῃ τὸν Μάσητα συνῆψεν, ὄντα τῆς Ἀργολικῆς ἠπείρου. Θυρέας δὲ Ὅμηρος μὲν οὐκ ὠνόμασεν, οἱ δ' ἄλλοι θρυλοῦσι· περὶ ὧν Ἀργείοις καὶ Λακεδαιμονίοις συνέστη ἀγών, τριακοσίοις πρὸς τριακοσίους· ἐνίκων δὲ Λακεδαιμόνιοι, στρατηγοῦντος Ὀθρυάδα· εἶναι δέ φησι τὸ χωρίον τοῦτο Θουκυδίδης ἐν τῇ Κυνουρίᾳ κατὰ τὴν μεθορίαν τῆς Ἀργείας καὶ τῆς Λακωνικῆς. εἰσὶ δὲ καὶ Ὑσίαι, τόπος γνώριμος τῆς Ἀργολικῆς, καὶ Κεγχρεαί, αἳ κεῖνται ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ ἐκ Τεγέας εἰς Ἄργος διὰ τοῦ Παρθενίου ὄρους καὶ τοῦ Κρεοπώλου. Ὅμηρος δ' αὐτὰς οὐκ οἶδεν, οὐδὲ τὸ † Λυκούργιον, οὐδ' Ὀρνεάς· κῶμαι δ' εἰσὶ τῆς Ἀργείας, ἡ μὲν ὁμώνυμος τῷ ὄρει τῷ......, αἱ δὲ ταῖς Ὀρνεαῖς ταῖς μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος ἱδρυμέναις.

17. Τῶν [δὴ] κατὰ Πελοπόννησον πόλεων ἐνδοξόταται γεγόνασι καὶ μέχρι νῦν εἰσιν Ἄργος τε Σπάρτη τε, διὰ δὲ τὸ πολυθρύλητον ἥκιστα δεῖ μακρολογεῖν περὶ αὐτῶν· τὰ γὰρ ὑπὸ πάντων εἰρημένα λέγειν δόξομεν. τὸ παλαιὸν μὲν οὖν ηὐδοκίμει τὸ Ἄργος μᾶλλον, ὕστερον δὲ καὶ μέχρι παντὸς ὑπερεβάλοντο Λακεδαιμόνιοι καὶ διετέλεσαν τὴν αὐτονομίαν φυλάττοντες, πλὴν εἴ τί που μικρὸν προσπταίειν αὐτοὺς συνέβαινεν. Ἀργεῖοι δὲ Πύρρον μὲν οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ τείχους ἔπεσε, γραϊδίου τινός, ὡς ἔοικε, κεραμίδα ἀφέν-

fuit nominata, nomine communi (?) cum duobus Atticæ pagis : quorum alter ad Eleutheras fuit ( unde illud

Œnonæ [ *at* Œnoæ *loco nomen est* ]
Eleutherisque (τ') agros tenere proximos ),

alter unus ex tetrapoli Marathonia, in quem est proverbium : « Œnone ( *deb.* Œnoe ) torrentis alveum. » Incoluerunt hanc insulam Argivi, Cretenses, Epidaurii, Dorienses : postea temporis Athenienses sorte colonis suis eam diviserunt; Lacedæmonii autem eam Atheniensibus ademptam pristinis reddiderunt incolis. Colonos miserunt Æginetæ et in Cydoniam Cretæ et in Umbricos. Ephorus in Ægina primo argentum a Phidone cusum fuisse scribit : nam fuisse insulam emporium, insulanis ob terræ sterilitatem in mari negotiantibus : unde merces parvi momenti dici mercaturam Ægineticam.

17. Homerus autem nonnulla quidem loca recenset continenter eodem ordine, quo sita sunt, ut in his (*Il.* 2, 496. 559):

Quique Hyriam coluere, atque Aulida,
Argos qui tenuere, et qui Tirynthem
Hermionenque, Asinenque,
Trœzenem Eionasque;

alibi vero ordinem situs negligit, ut ( *Il.* 2, 497 ) :

Schœnumque Scolumque.
Thespiam Græamque;

et una cum insulis ea enumerat, quæ sunt in continente ( *Il.* 2, 632 ) :

Qui tenuere Ithacam,
et queis sedes Crocylea :

nam Crocylea sunt in Acarnania. Eodem modo hic cum Ægina Masetem conjunxit, qui in Argolica situs est continente. Thyreas autem Homerus non nominavit, de quibus apud alios trito sermone traditur trecentos Argivos cum totidem Lacedæmoniis pugna decrevisse, ac victoriam Spartanis strategemate Othryadæ fuisse partam. Sitam esse ait Thucydides ( 2, 27. 4, 56 ) in Cynuria, ad confinia Argiæ et Laconicæ. Sunt etiam Hysiæ, locus Argolicæ nobilis, et Cenchreæ sitæ in via, quæ Tegea Argos ducit per montem Parthenium et Creopolum ( *var. lect. Creepolum, Crespolum* ). Homerus ista loca non novit, [ sicut neque Lycurgium ( *Lyrceum,* Λύρκειον ? ), neque Orneas, pagos Argiæ : quorum ille idem cum [ *Lyrceo* ] monte gerit nomen, hic cum Orneis inter Corinthum et Sicyonem sitis. *Hæc interpolatoris esse videntur.* ]

18. Sed omnium, quæ in Peloponneso sunt, urbium illustrissimæ fuerunt suntque etiamnum Argos ac Sparta : ut propter earum celebritatem vulgatam non sit nobis prolixior de iis sermo instituendus, ne ab omnibus dicta repetere videamur. Antiquitus quidem fama Argos superabat : sed postea Spartani per omne tempus superiores fuerunt, libertatem suam perpetuo servantes, nisi quod exiguis quibusdam in rebus offenderunt. Argivi Pyrrhum sane non admiserunt, sed is ante muros cecidit, conjecta in

τος ἄνωθεν ἐπὶ τὴν κεφαλήν, ὑπ' ἄλλοις δ' ἐγένοντο βασιλεῦσι· μετασχόντες δὲ τοῦ τῶν Ἀχαιῶν συστήματος σὺν ἐκείνοις εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ἦλθον, καὶ νῦν συνέστηκεν ἡ πόλις, δευτερεύουσα τῇ τάξει μετὰ τὴν Σπάρτην.

19. Ἑξῆς δὲ λέγωμεν περὶ τῶν ὑπὸ Μυκήναις καὶ τῷ Ἀγαμέμνονι τεταγμένων τόπων ἐν τῷ Καταλόγῳ τῶν νεῶν· ἔχει δ' οὕτω τὰ ἔπη·

οἳ δὲ Μυκήνας εἶχον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
ἀφνειόν τε Κόρινθον ἐϋκτιμένας τε Κλεωνάς,
Ὀρνειάς τ' ἐνέμοντο Ἀραιθυρέην [τ' ἐρατεινὴν]
καὶ Σικυῶν', ὅθ' [ἄρ'] Ἄδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευεν,
οἵ θ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Γονόεσσαν
Πελλήνην τ' εἶχον, ἠδ' Αἴγιον ἀμφενέμοντο
Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα καὶ ἀμφ' Ἑλίκην εὐρεῖαν.

αἱ μὲν οὖν Μυκῆναι νῦν οὐκέτ' εἰσίν, ἔκτισε δ' αὐτὰς Περσεύς, διεδέξατο δὲ Σθένελος, εἶτ' Εὐρυσθεύς· οἱ δ' αὐτοὶ καὶ τοῦ Ἄργους ἦρξαν. Εὐρυσθεὺς μὲν οὖν στρατεύσας εἰς Μαραθῶνα ἐπὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας καὶ Ἰόλαον, βοηθησάντων Ἀθηναίων, ἱστορεῖται πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα Γαργηττοῖ ταφῆναι, τὴν δὲ κεφαλὴν χωρὶς ἐν Τρικορύθῳ, ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰολάου περὶ τὴν κρήνην τὴν Μακαρίαν ὑπὸ ἁμαξιτόν· καὶ ὁ τόπος καλεῖται Εὐρυσθέως κεφαλή. αἱ δὲ Μυκῆναι μετέπεσον εἰς τοὺς Πελοπίδας, ὁρμηθέντας ἐκ τῆς Πισάτιδος, εἶτ' εἰς τοὺς Ἡρακλείδας, καὶ τὸ Ἄργος ἔχοντας. μετὰ δὲ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Ἀργεῖοι μετὰ Κλεωναίων καὶ Τεγεατῶν ἐπελθόντες ἄρδην τὰς Μυκήνας ἀνεῖλον καὶ τὴν χώραν διενείμαντο. διὰ δὲ τὴν ἐγγύτητα τὰς δύο πόλεις ὡς μίαν οἱ τραγικοὶ συνωνύμως προσαγορεύουσιν, Εὐριπίδης δέ, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ δράματι, τοτὲ μὲν Μυκήνας καλῶν, τοτὲ δ' Ἄργος τὴν αὐτὴν πόλιν, καθάπερ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ Ὀρέστῃ. Κλεωναὶ δ' εἰσὶ πόλισμα ἐπὶ τῇ ὁδῷ κείμενον τῇ ἐξ Ἄργους εἰς Κόρινθον ἐπὶ λόφου περιοικουμένου πανταχόθεν καὶ τετειχισμένου καλῶς, ὥστ' οἰκείως εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ τὸ ἐϋκτιμένας Κλεωνάς. ἐνταῦθα δὲ καὶ ἡ Νεμέα μεταξὺ Κλεωνῶν καὶ Φλιοῦντος καὶ τὸ ἄλσος, ἐν ᾧ καὶ τὰ Νέμεα συντελεῖν ἔθος τοῖς Ἀργείοις, καὶ τὰ περὶ τὸν Νεμεαῖον λέοντα μυθευόμενα, καὶ ἡ Βέμβινα κώμη· διέχουσι δ' αἱ Κλεωναὶ τοῦ μὲν Ἄργους σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι, Κορίνθου δὲ ὀγδοήκοντα. καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Ἀκροκορίνθου κατωπτεύσαμεν τὸ κτίσμα.

20. Ὁ δὲ Κόρινθος ἀφνειὸς μὲν λέγεται διὰ τὸ ἐμπόριον, ἐπὶ δὲ τῷ Ἰσθμῷ κείμενος καὶ δυεῖν λιμένων κύριος, ὧν ὁ μὲν τῆς Ἀσίας, ὁ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐγγύς ἐστι, καὶ ῥᾳδίας ποιεῖ τὰς ἑκατέρωθεν ἀμοιβὰς τῶν φορτίων πρὸς ἀλλήλους τοῖς τοσοῦτον ἀφεστῶσιν. ἦν δ' ὥσπερ ὁ πορθμὸς οὐκ εὔπλους ὁ κατὰ τὴν Σικελίαν τὸ παλαιόν, οὕτω καὶ τὰ πελάγη, καὶ μάλιστα τὸ ὑπὲρ Μαλεῶν διὰ τὰς ἀντιπνοίας· ἀφ' οὗ καὶ παροιμιάζονται·

Μαλέας δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.

ἀγαπητὸν οὖν ἑκατέροις ἦν τοῖς τε ἐκ τῆς Ἰταλίας καὶ

caput ejus a vetula quadam, ut videtur, tegula : sub aliis tamen regibus fuerunt : deinde quum Achaici fœderis socii essent, una cum eo in Romanorum venerunt potestatem : atque etiamnum constat urbs, secunda a Lacedæmone dignitate.

19. Deinceps jam dicamus de iis locis, quæ Mycenis et Agamemnoni subdita in Recensione navium his versibus memorantur (*Il.* 2, 569) :

Tum qui turrigeris sedes tenuere Mycenis,
quique amplam coluere Corinthum, altasque Cleonas,
Orneasque, et Aræthyreæ qui mœnia amœnæ,
et Sicyonem, erat Adrasti quæ regia primum,
quique Hyperesiam, qui sublimem Gonoessam,
et qui Pellenen, quique Ægion incoluerunt,
litus et Ægiali totum, spatiosam Helicenque.

Mycenæ quidem hodie non supersunt. Condidit autem eam urbem Perseus : ei Sthenelus, huic Eurystheus successit : iidem Argis quoque imperabant. Eurystheus ad Marathonem facta adversus Herculis filios et Iolaum expeditione, quibus auxilio Athenienses venerunt, in pugna fertur cecidisse, corpusque ejus in Gargetto esse sepultum, caput ab Iolao præcisum seorsum humatum *Tricorythi* (*codd.* Corinthi) juxta fontem *Macariam* (*codd.* Acariam), sub via qua currus incedunt : locoque nomen est Eurysthei caput. Ceterum Mycenæ transierunt in potestatem Pelopidarum ex Pisatide profectorum; deinde Heraclidarum, qui etiam Argos obtinebant. Post navalem autem pugnam Salaminiam Argivi cumque his Cleonæi et Tegeatæ illato bello Mycenas funditus deleverunt, agrumque inter se partiti sunt. Ceterum Argos et Mycenas ob vicinitatem poetæ tragici veluti unam promiscue appellant, et Euripides in una eademque fabula eandem modo Argos, modo Mycenas appellat, ut in Iphigenia (*Iph. Taur.* 508 *sqq.*) et Oreste (98. 101. 1246). Cleonæ urbs est sita in via quæ Argis Corinthum ducit, in tumulo domiciliis undiquaque cincto, et pulchre muris cincto : ut videatur Homerus apposite eas bene conditas appellasse. Ibi et Nemea inter Cleonas ac Phliuntem sita est, et lucus in quo Nemea Argivi pro more celebrant, fabulanturque fuisse Nemeæum illum leonem, et Bembina (*codd.* Belbina) vicus. Cleonæ ab Argis absunt stadia centum viginti, a Corintho octoginta. Nos quoque de Acrocorintho urbem prospeximus.

20. Corinthus autem locuples dicitur ob emporium; in Isthmo situs est, et portus duos habet, unum Italiæ, alterum Asiæ obversum : quo fit ut tanto a se intervallo dissiti facile inter se invicem commutare ibi merces possint. Porro sicut antiquitus navigatu difficile fuit fretum Siculum, ita et hæc maria, præsertim quod super Maleas est, propter adversos ventorum flatus : unde et proverbio dicitur,

Flectens Maleas obliviscere res domesticas.

Itaque et Asianis et Italis mercatoribus per fuit gratum

ἐκ τῆς Ἀσίας ἐμπόροις ἀφεῖσι τὸν ἐπὶ Μαλέας πλοῦν, εἰς Κόρινθον κατάγεσθαι τὸν φόρτον· αὐτόθι καὶ πεζῇ τε τῶν ἐκκομιζομένων ἐκ τῆς Πελοποννήσου καὶ τῶν εἰσαγομένων ἔπιπτε τὰ τέλη τοῖς τὰ κλεῖθρα ἔχουσι. διέμεινε δὲ τοῦτο καὶ εἰς ὕστερον μέχρι παντός, τοῖς δ' ὕστερον καὶ πλείω προσεγίνετο πλεονεκτήματα· καὶ γὰρ ὁ Ἰσθμικὸς ἀγὼν ἐκεῖ συντελούμενος ὄχλους ἐπήγετο. καὶ οἱ Βακχιάδαι τυραννήσαντες, πλούσιοι καὶ πολλοὶ καὶ γένος λαμπροί, διακόσια ἔτη σχεδόν τι κατέσχον τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ ἐμπόριον ἀδεῶς ἐκαρπώσαντο· τούτους δὲ Κύψελος καταλύσας αὐτὸς ἐτυράννησε, καὶ μέχρι τριγονίας ὁ οἶκος αὐτοῦ συνέμεινε· τοῦ δὲ περὶ τὸν οἶκον τοῦτον πλούτου μαρτύριον τὸ Ὀλυμπίασιν ἀνάθημα Κυψέλου, σφυρήλατος χρυσοῦς ἀνδριὰς εὐμεγέθης. Δημάρατός τε, εἷς τῶν ἐν Κορίνθῳ δυναστευσάντων, φεύγων τὰς ἐκεῖ στάσεις, τοσοῦτον ἠνέγκατο πλοῦτον οἴκοθεν εἰς τὴν Τυρρηνίαν, ὥστε αὐτὸς μὲν ἦρξε τῆς δεξαμένης αὐτὸν πόλεως· ὁ δ' υἱὸς αὐτοῦ καὶ Ῥωμαίων κατέστη βασιλεύς. τό τε τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν οὕτω πλούσιον ὑπῆρξεν, ὥστε πλείους ἢ χιλίας ἱεροδούλους ἐκέκτητο ἑταίρας, ἃς ἀνετίθεσαν τῇ θεῷ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες. καὶ διὰ ταύτας οὖν πολυωχλεῖτο ἡ πόλις καὶ ἐπλουτίζετο· οἱ γὰρ ναύκληροι ῥᾳδίως ἐξανηλίσκοντο, καὶ διὰ τοῦτο ἡ παροιμία φησίν·

οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς.

καὶ δὴ καὶ μνημονεύεταί τις ἑταίρα πρὸς τὴν ὀνειδίζουσαν, ὅτι οὐ φιλεργὸς εἴη οὐδ' ἐρίων ἅπτοιτο, εἰπεῖν· ἐγὼ μέντοι ἡ τοιαύτη τρεῖς ἤδη καθεῖλον ἱστοὺς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τούτῳ.

21. Τὴν δὲ τοποθεσίαν τῆς πόλεως, ἐξ ὧν Ἱερώνυμός τε εἴρηκε καὶ Εὔδοξος καὶ ἄλλοι, καὶ αὐτοὶ δὲ εἴδομεν, νεωστὶ ἀναληφθείσης ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, τοιάνδε εἶναι συμβαίνει. ὄρος ὑψηλὸν ὅσον τριῶν ἥμισυ σταδίων ἔχον τὴν κάθετον, τὴν δ' ἀνάβασιν καὶ τριάκοντα σταδίων, εἰς ὀξεῖαν τελευτᾷ κορυφήν· καλεῖται δὲ Ἀκροκόρινθος, οὗ τὸ μὲν πρὸς ἄρκτον μέρος ἐστὶ τὸ μάλιστα ὄρθιον, ὑφ' ᾧ κεῖται ἡ πόλις ἐπὶ τραπεζώδους ἐπιπέδου χωρίου πρὸς αὐτῇ τῇ ῥίζῃ τοῦ Ἀκροκορίνθου. αὐτῆς μὲν οὖν τῆς πόλεως ὁ κύκλος καὶ τεσσαράκοντα σταδίων ὑπῆρχεν· ἐτετείχιστο δ' ὅσον τῆς πόλεως γυμνὸν ἦν τοῦ ὄρους· συμπεριείληπτο δὲ τῷ περιβόλῳ τούτῳ καὶ τὸ ὄρος αὐτὸ ὁ Ἀκροκόρινθος, ᾗ δυνατὸν ἦν τειχισμὸν δέξασθαι, καὶ ἡμῖν ἀναβαίνουσιν ἦν δῆλα τὰ ἐρείπια τῆς σχοινίας· ὥσθ' ἡ πᾶσα περίμετρος ἐγίνετο περὶ πέντε καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων. ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων μερῶν ἧττον ὄρθιόν ἐστι τὸ ὄρος, ἀνατέταται μέντοι [καὶ] ἐνθένδε ἱκανῶς, καὶ περίοπτόν ἐστιν. ἡ μὲν οὖν κορυφὴ ναΐδιον ἔχει Ἀφροδίτης, ὑπὸ δὲ τῇ κορυφῇ τήν τε Πειρήνην εἶναι συμβαίνει κρήνην, ἔκρυσιν μὲν οὐκ ἔχουσαν, μεστὴν δ' ἀεὶ διαυγοῦς καὶ ποτίμου ὕδατος. φασὶ δὲ καὶ ἐνθένδε καὶ ἐξ ἄλλων ὑπονόμων τινῶν φλεβίων συνθλίβεσθαι τὴν πρὸς τῇ ῥίζῃ τοῦ ὄρους κρήνην, ἐκρέουσαν εἰς τὴν πόλιν, ὥσθ' ἱκανῶς ἀπ' αὐτῆς ὑδρεύ-

omissa circum (περὶ) Maleas navigatione merces Corinthum deportare. Ibidem etiam eorum quæ terra (καὶ πεζῇ δὲ) in Peloponnesum importabantur aut inde exportabantur, vectigalia percipere iis contigit qui claustra obtinebant. Permansitque hoc integrum etiam ad posteritatem : imo inferioribus temporibus plura accesserunt commoda, quod Isthmicum certamen ibi solitum frequentari magnam hominum turbam adducebat. Itaque Bacchiadæ Corinthum tyrannide possidentes multi ac locupletes ac genere splendidi, ducentos fere annos tyrannidem obtinuerunt, fructusque emporii tuto perceperunt. Hos Cypselus dejecit, tyrannidemque occupatam ad tertium heredem propagavit. Cujus familiæ quantæ fuerint divitiæ, intelligi potest ex eo, quod Cypselus Olympiæ donarium dedicavit auream malleo ductam prægrandemque (*Jovis*) statuam. Et Demaratus, unus ex iis qui Corinthi sunt dominati, fugiens seditiones ibi ortas, tantum secum in Etruriam intulit divitiarum, ut et ipse dominus urbis, quæ eum receperat, factus sit, et filius ejus etiam Romanorum rex creatus. Et fanum Veneris Corinthi ita fuit locuples, ut plures quam mille haberet sacrorum famulas meretrices, quas deæ viri mulieresque dedicarant. Itaque ob has quoque magna hominum multitudo ea in urbe et divitiæ fuerunt. Naucleri enim facile sua prodigebant; unde adagio locus :

Non est Corinthum adire cuivis integrum.

Et quidem memoratur cujusdam meretricis dictum, quæ mulieri exprobranti ei, quod opus non faceret, neque lanam tractaret, responderit : « Attamen talis qualis sum tres jam ἱστοὺς (*quæ vox et* telas *et* malos navis, *i. e. hoc loco* naucleros, *significat*) tam brevi tempore confeci. »

21. Situs urbis, ut ex Hieronymi, Eudoxi aliorumque scriptis collegimus, atque ipsi, urbe nuper a Romanis instaurata, vidimus, talis est. Mons celsus, cujus perpendiculum trium fere stadiorum et dimidii, adscensus autem vel triginta est stadiorum, in verticem desinit acutum; vocatur Acrocorinthus : maxime præceps est ea pars quæ septentrionem spectat : sub ea ad ipsam radicem Acrocorinthi urbs jacet in planitie quæ mensæ figuram refert. Ipsius urbis circulus vel quadraginta stadia æquabat, muroque erat munita urbs, quantum ejus monte non defendebatur; in eaque circumvallatione ipse etiam Acrocorinthus mons comprehensus erat, quatenus muro muniri poterat; nobis quoque adscendentibus rudera antiqui murorum tractus apparuerunt : ita ut universus ambitus fuerit ad octoginta quinque stadia. Reliquis in partibus minus præceps est mons, assurgit tamen in justam altitudinem, et longe conspicuus est. In summo vertice fanum habet Veneris. Sub ipso vertice autem fons est Pirene, effluxu carens, semperque plenus aquæ pellucidæ ac potabilis : inde autem et ex aliis quibusdam per cuniculos sparsis venulis ferunt elici fontem, qui ad radicem montis in urbem effluit, aquatio-

εσθαι. ἔστι δὲ καὶ φρεάτων εὐπορία κατὰ τὴν πόλιν, λέγουσι δὲ καὶ κατὰ τὸν Ἀκροκόρινθον· οὐ μὴν ἡμεῖς γε εἴδομεν. τοῦ δ' οὖν Εὐριπίδου φήσαντος οὕτως·

ἥκω περίκλυστον προλιποῦσ'
Ἀκροκόρινθον,
ἱερὸν ὄχθον, πόλιν Ἀφροδίτας,

τὸ περίκλυστον ἤτοι κατὰ βάθους δεκτέον, ἐπεὶ καὶ φρέατα καὶ ὑπόνομοι λιβάδες διήκουσι δι' αὐτοῦ, ἢ τὸ παλαιὸν ὑποληπτέον τὴν Πειρήνην ἐπιπολάζειν, καὶ κατάρρυτον ποιεῖν τὸ ὄρος. ἐνταῦθα δέ φασι πίνοντα τὸν Πήγασον ἁλῶναι ὑπὸ Βελλεροφόντου, πτηνὸν ἵππον ἐκ τοῦ τραχήλου τοῦ Μεδούσης ἀναπαλέντα κατὰ τὴν Γοργοτομίαν· τὸν δ' αὐτόν φασι καὶ τὴν Ἵππου κρήνην ἀναβαλεῖν ἐν τῷ Ἑλικῶνι, πλήξαντα τῷ ὄνυχι τὴν ὑποπεσοῦσαν πέτραν. ὑπὸ δὲ τῇ Πειρήνῃ τὸ Σισύφειόν ἐστιν, ἱεροῦ τινος ἢ βασιλείου λευκῷ λίθῳ πεποιημένου διασῶζον ἐρείπια οὐκ ὀλίγα. ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς πρὸς ἄρκτον μὲν ἀφορᾶται ὅ τε Παρνασσὸς καὶ ὁ Ἑλικών, ὄρη ὑψηλὰ καὶ νιφόβολα, καὶ ὁ Κρισαῖος κόλπος ὑποπεπτωκὼς ἀμφοτέροις, περιεχόμενος ὑπὸ τῆς Φωκίδος καὶ τῆς Βοιωτίδος καὶ τῆς Μεγαρίδος καὶ τῆς ἀντιπόρθμου τῇ Φωκίδι Κορινθίας καὶ Σικυωνίας· πρὸς ἑσπέραν δὲ..... ὑπέρκειται δὲ τούτων ἁπάντων τὰ καλούμενα Ὄνεια ὄρη, διατείνοντα μέχρι Βοιωτίας καὶ Κιθαιρῶνος ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν, ἀπὸ τῆς παρὰ ταύτας ὁδοῦ πρὸς τὴν Ἀττικήν.

22. Ἀρχὴ δὲ τῆς παραλίας ἑκατέρας, τῆς μὲν τὸ Λέχαιον, τῆς δὲ Κεγχρεαὶ κώμη καὶ λιμήν, ἀπέχων τῆς πόλεως ὅσον ἑβδομήκοντα σταδίους· τούτῳ μὲν οὖν χρῶνται πρὸς τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας, πρὸς δὲ τοὺς ἐκ τῆς Ἰταλίας τῷ Λεχαίῳ. τὸ δὲ Λέχαιον ὑποπέπτωκε τῇ πόλει κατοικίαν ἔχον οὐ πολλήν· σκέλη δὲ καθείλκυσται σταδίων περὶ δώδεκα ἑκατέρωθεν τῆς ὁδοῦ τῆς περὶ τὸ Λέχαιον. ἐντεῦθεν δὲ παρεκτείνουσα ἡ ἠιὼν μέχρι Παγῶν τῆς Μεγαρίδος κλύζεται μὲν ὑπὸ τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου· κοίλη δ' ἐστί, καὶ ποιεῖ τὸν δίολκον πρὸς τὴν ἑτέραν ἠιόνα τὴν κατὰ Σχοινοῦντα πλησίον ὄντα τῶν Κεγχρεῶν. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τοῦ Λεχαίου καὶ Παγῶν τὸ τῆς Ἀκραίας μαντεῖον Ἥρας ὑπῆρχε τὸ παλαιόν, καὶ αἱ Ὀλμιαί, τὸ ποιοῦν ἀκρωτήριον τὸν κόλπον, ἐν ᾧ ἥ τε Οἰνόη καὶ Παγαί, τὸ μὲν τῶν Μεγαρέων φρούριον, ἡ δὲ Οἰνόη τῶν Κορινθίων. ἀπὸ [δὲ] τῶν Κεγχρεῶν ὁ Σχοινοῦς, καθ' ὃν τὸ στενὸν τοῦ διόλκου· ἔπειθ' ἡ Κρομμυωνία. πρόκειται δὲ τῆς ἠιόνος ταύτης ὅ τε Σαρωνικὸς κόλπος καὶ ὁ Ἐλευσινιακός, τρόπον τινὰ ὁ αὐτὸς ὤν, συνεχὴς τῷ Ἑρμιονικῷ. ἐπὶ δὲ τῷ Ἰσθμῷ καὶ τὸ τοῦ Ἰσθμίου Ποσειδῶνος ἱερὸν ἄλσει πιτυώδει συνηρεφές, ὅπου τὸν ἀγῶνα τῶν Ἰσθμίων Κορίνθιοι συνετέλουν. ἡ δὲ Κρομμυὼν ἐστι κώμη τῆς Κορινθίας, πρότερον δὲ τῆς Μεγαρίδος, ἐν ᾗ μυθεύουσι τὰ περὶ τὴν Κρομμυωνίαν ὗν, ἣν μητέρα τοῦ Καλυδωνίου κάπρου φασί, καὶ τῶν Θησέως ἄθλων ἕνα τοῦτον παραδιδόασι τὴν τῆς ὑὸς ταύτης ἐξαίρεσιν. καὶ ἡ Τενέα δ' ἐστὶ κώμη τῆς Κορινθίας,

nique oppidanorum sufficit. Est vero etiam puteorum copia in urbe: aiunt etiam in Acrocorintho esse, quod nos quidem non vidimus. Quod si Euripides dixit,

Venio irriguum linquens
Acrocorinthum,
sacrum collem, urbem Veneris:

vox *irriguum* intelligenda est de profundo, quum et puteos habeat, et per cuniculos ejus penetret liquor: aut putandum antiquitus exundasse Pirenam et montem irrigasse. Ibi Pegasum, quum biberet, captum aiunt esse a Bellerophonte, volucrem equum, qui ex collo Medusæ, quum Gorgo amputaretur, exstiterit: idem etiam Hippocrenen (*i. e.* Equi fontem) in Helicone elicuisse fertur, icto ungula, quod suberat pedibus, saxo. Sub Pirena Sisypheum est, templi alicujus aut regiæ ex albo lapide exstructæ retinens haud pauca rudera. E vertice Acrocorinthi versus septentrionem cernuntur Parnassus et Helicon, montes alti ac nivales, tum sinus Crisæus ambobus subjectus, inclusus Phocide, Bœotia ac Megaride nec non opposita Phocidi trans sinum Corinthia ac Sicyonia; versus occasum autem ***. Super hæc omnia siti sunt montes Onei (*quasi* Asininos *diceres*), qui a saxis Scironiis et a (καὶ ἀπὸ) via quæ juxta hæc ad Atticam est, protenduntur usque ad Bœotiam et Cithæronem.

22. Oræ autem maritimæ a Corintho utriusque initia sunt, alterius Lechæum, alterius Cenchreæ vicus et portus, ab urbe distans ad septuaginta stadia: quo portu utuntur ad negotiationes Asianas, Lechæo ad Italicas. Lechæum sub urbe jacet, non admodum frequens domiciliis: ab utraque parte viæ, quæ a Corintho Lechæum (ἐπὶ τὸ Λ.) pertingit, deducti sunt crurum instar muri ad stadia circiter duodecim. Hinc porrectum litus usque ad Pagas Megaridis, alluitur sinu Corinthiaco: sed introrsum flectitur, ita ut ad oppositum litus, quod est ad Schœnuntem Cenchreis vicinum, per terram traduci naves possint. Inter Lechæum et Pagas antiquitus oraculum fuit Junonis Acræx; ibidem sunt Olmiæ promontorium, quod sinum conficit, in quo Œnoa est Corinthiorum, et Pagæ Megarensium oppidum. A Cenchreis vero Schœnûs sequitur, ubi Isthmus navibus terra traducendis est arctissimus; inde Crommyonia. Ante hoc litus siti sunt sinus Saronicus et Eleusinius, qui idem est quodammodo, contiguus Hermionico. In Isthmo etiam templum Neptuni est, luco pinuum opacum, ubi Corinthii certamen Isthmium solebant celebrare. Crommyon pagus est agri Corinthii, olim Megarici: ubi fabulantur suem fuisse Crommyoniam, matrem apri Calydonii, cujus suis cædes inter certamina Thesei numeratur. Est et Tenea Corinthii agri pagus, ibique

ἐν ᾗ τοῦ Τενεάτου Ἀπόλλωνος ἱερόν· λέγεται δὲ καὶ Ἀρχίᾳ, τῷ στείλαντι τὴν εἰς Συρακούσας ἀποικίαν, τοὺς πλείστους τῶν ἐποίκων ἐντεῦθεν συνεπακολουθῆσαι, καὶ μετὰ ταῦτα εὐθηνεῖν μάλιστα τῶν ἄλλων τὴν κατοικίαν ταύτην, τὰ δ' ὕστατα καὶ καθ' αὑτοὺς πολιτεύεσθαι, προσθέσθαι τε τοῖς Ῥωμαίοις, ἀποστάντας Κορινθίων καὶ κατασκαφείσης τῆς πόλεως συμμεῖναι. φέρεται δὲ καὶ χρησμὸς ὁ δοθείς τινι τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας ἐρωτῶντι, εἰ λώιον εἴη μετοικεῖν εἰς Κόρινθον·

εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης·

ὅπερ κατ' ἄγνοιάν τινες παρατρέπουσιν, ἐγὼ δ' εἴην Τεγεάτης. λέγεται δ' ἐνταῦθα ἐκθρέψαι Πόλυβος τὸν Οἰδίπουν. δοκεῖ δὲ καὶ συγγένειά τις εἶναι Τενεδίοις πρὸς τούτους ἀπὸ Τέννου τοῦ Κύκνου, καθάπερ εἴρηκεν Ἀριστοτέλης· καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος δὲ τιμὴ παρ' ἀμφοτέροις ὁμοία οὖσα δίδωσιν οὐ μικρὰ σημεῖα.

23. Κορίνθιοι δ' ὑπὸ Φιλίππῳ ὄντες ἐκείνῳ τε συνεφιλονείκησαν, καὶ ἰδίᾳ πρὸς Ῥωμαίους ὑπεροπτικῶς εἶχον, ὥστε τινὰς καὶ τῶν πρέσβεων παριόντων τὴν οἰκίαν αὐτῶν ἐθάρρησαν καταντλῆσαι βόρβορον. ἀντὶ τούτων μὲν οὖν καὶ ἄλλων, ὧν ἐξήμαρτον, ἔτισαν δίκας αὐτίκα· πεμφθείσης γὰρ ἀξιολόγου στρατιᾶς, αὐτή τε κατέσκαπτο ὑπὸ Λευκίου Μομμίου, καὶ τἆλλα μέχρι Μακεδονίας ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένοντο, ἐν ἄλλοις ἄλλων πεμπομένων στρατηγῶν· τὴν δὲ χώραν ἔσχον Σικυώνιοι τὴν πλείστην τῆς Κορινθίας. Πολύβιος δὲ τὰ συμβάντα περὶ τὴν ἅλωσιν ἐν οἴκτου μέρει λέγων προστίθησι καὶ τὴν στρατιωτικὴν ὀλιγωρίαν τὴν περὶ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα καὶ τὰ ἀναθήματα. φησὶ γὰρ ἰδεῖν παρὼν ἐρριμμένους πίνακας ἐπ' ἐδάφους, πεττεύοντας δὲ τοὺς στρατιώτας ἐπὶ τούτων. ὀνομάζει δ' αὐτῶν Ἀριστείδου γραφὴν τοῦ Διονύσου, ἐφ' οὗ τινες εἰρῆσθαί φασι τὸ οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον, καὶ τὸν Ἡρακλέα τὸν καταπονούμενον τῷ τῆς Δηιανείρας χιτῶνι. τοῦτον μὲν οὖν οὐχ ἑωράκαμεν ἡμεῖς, τὸν δὲ Διόνυσον ἀνακείμενον ἐν τῷ Δημητρείῳ τῷ ἐν Ῥώμῃ κάλλιστον ἔργον ἑωρῶμεν· ἐμπρησθέντος δὲ τοῦ νεώ, συνηφανίσθη καὶ ἡ γραφὴ νεωστί. σχεδὸν δέ τι καὶ τῶν ἄλλων ἀναθημάτων τῶν ἐν Ῥώμῃ τὰ πλεῖστα καὶ ἄριστα ἐντεῦθεν ἀφῖχθαι· τινὰ δὲ καὶ αἱ κύκλῳ τῆς Ῥώμης πόλεις ἔσχον. μεγαλόφρων γὰρ ὢν μᾶλλον ἢ φιλότεχνος ὁ Μόμμιος, ὥς φασι, μετεδίδου ῥᾳδίως τοῖς δεηθεῖσι. Λεύκολλος δὲ κατασκευάσας τὸ τῆς Εὐτυχίας ἱερὸν καὶ στοάν τινα χρῆσιν ᾐτήσατο ὧν εἶχεν ἀνδριάντων ὁ Μόμμιος, ὡς κοσμήσων τὸ ἱερὸν μέχρι ἀναδείξεως, εἶτ' ἀποδώσων· οὐκ ἀπέδωκε δέ, ἀλλ' ἀνέθηκε, κελεύσας αἴρειν, εἰ βούλεται· πρᾴως δ' ἤνεγκεν ἐκεῖνος, οὐ φροντίσας οὐδέν, ὥστ' ηὐδοκίμει τοῦ ἀναθέντος μᾶλλον. πολὺν δὲ χρόνον ἐρήμη μείνασα ἡ Κόρινθος, ἀνελήφθη πάλιν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν εὐφυΐαν, ἐποίκους πέμψαντος τοῦ ἀπελευθερικοῦ γένους πλείστους· οἳ τὰ ἐρείπια κινοῦντες καὶ τοὺς τάφους συνανασκάπτοντες εὕρισκον ὀστρακί-

Apollinis Teneatæ templum. Feruntque Archiam, qui Syracusas coloniam deduxit, pleroque inde secutos comites: istumque pagum postea temporis præ aliis floruisse, et ad extremum peculiarem constituisse sibi rempublicam, ac a Corinthiis ad Romanos defecisse, Corinthoque excisæ superfuisse. Et fertur cuidam Asiatico, quum sciscitaretur oraculum an migrare Corinthum expediret, responsum fuisse:

Fortunata Corinthus: ego autem sim Teneates.

Ultimam vocem quidam per inscitiam in Tegeates mutarunt. Ibi narrant fuisse a Polybo educatum Œdipum. Videtur etiam cognatio quædam cum Teneatis esse Tenediorum a Tenne Cycni filio, ut Aristoteles tradidit: magnumque ejus rei argumentum Apollinis cultus apud utrosque similis præbet.

23. Corinthii porro quum Philippo parerent, non illius modo contendendi studio acti conatus adjuverunt, sed et pro se privatim ita Romanos despexerunt, ut quidam in legatos eorum domum suam prætereuntes ausi sint cœnum defundere: pro quo peccato aliisque flagitiis mox pœnas dederunt: misso enim a Romanis justo exercitu, Corinthus a L. Mummio est eversa, et reliqua usque ad Macedoniam omnia in potestatem Romanorum venerunt, aliis in alias partes missis ducibus: agri autem Corinthii maximam partem obtinuerunt Sicyonii. Polybius, quæ in excidio Corinthi evenerunt, narrando deplorans, militarem contemptum artis operum ac donariorum inter alia commemorat. Ait enim, se præsentem vidisse tabulas in solum projectas, ac milites super iis talis ludentes: nominatque earum Bacchum ab Aristide pictum; de quo nonnulli dictum illud putant, Nihil ad Bacchum: et Herculem Dejaniræ tunica excruciatum. Hanc quidem picturam ego non vidi; Bacchum autem illum Romæ in Cereris templo dedicatum videbamus, opus pulcherrimum: quæ pictura nuper una cum templo conflagravit incendio. Sed reliquorum etiam donariorum, quæ Romæ sunt, plurima et præstantissima Corintho allata sunt; quædam etiam circùm vicinæ urbes adeptæ sunt: nam Mummius, homo (ut traditur) generosus potius quam artium amans, facile petentibus ea largiebatur. Et Lucullus quum Bonæ Fortunæ templum porticumque adornaret quandam, Mummium rogavit, ut tabulas, quas haberet, sibi utendas daret ad ornatum templi, donec illud dedicaret, pollicitus se a dedicatione redditurum: at non reddidit, sed deæ consecravit, jubens Mummium auferre eas, si liberet. Quod quum Mummius æquo animo ferret, neque jacturam tabularum factam quicquam curaret, majorem dedicatore laudem tulit. Sed Corinthus quum diu deserta jacuisset, instaurata est a Divo Cæsare propter loci opportunitatem, missis eo in coloniam libertinis plurimis. Hi quum rudera cepissent moliri, simulque sepulcra effodissent, testacea opera (τορ-

νων τορευμάτων πλήθη, πολλὰ δὲ καὶ χαλκώματα· θαυμάζοντες δὲ τὴν κατασκευήν, οὐδένα τάφον ἀσκευώρητον εἴασαν, ὥστε εὐπορήσαντες τῶν τοιούτων καὶ διατιθέμενοι πολλοῦ Νεκροκορινθίων ἐπλήρωσαν τὴν Ῥώμην· οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰ ἐκ τῶν τάφων ληφθέντα, καὶ μάλιστα τὰ ὀστράκινα. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἐτιμήθη σφόδρα ὁμοίως τοῖς χαλκώμασι τοῖς Κορινθιουργέσιν, εἶτ' ἐπαύσαντο τῆς σπουδῆς, ἐκλιπόντων τῶν ὀστράκων, καὶ οὐδὲ κατορθουμένων τῶν πλείστων. ἡ μὲν δὴ πόλις ἡ τῶν Κορινθίων μεγάλη τε καὶ πλουσία διὰ παντὸς ὑπῆρξεν, ἀνδρῶν τε ηὐπόρησεν ἀγαθῶν εἴς τε τὰ πολιτικὰ καὶ εἰς τὰς τέχνας τὰς δημιουργικάς· μάλιστα γὰρ καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν Σικυῶνι ηὐξήθη γραφική τε καὶ πλαστικὴ καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη δημιουργία. χώραν δ' ἔσχεν οὐκ εὔγεων σφόδρα, ἀλλὰ σκολιάν τε καὶ τραχεῖαν, ἀφ' οὗ πάντες ὀφρυόεντα Κόρινθον εἰρήκασι, καὶ παροιμιάζονται·

Κόρινθος ὀφρυᾷ τε καὶ κοιλαίνεται.

24. Ὀρνεαὶ δ' εἰσὶν ἐπώνυμοι τῷ παραρρέοντι ποταμῷ, νῦν μὲν ἔρημοι, πρότερον δ' οἰκούμεναι καλῶς, ἱερὸν ἔχουσαι Πριάπου τιμώμενον, ἀφ' ὧν καὶ ὁ τὰ Πριάπεια ποιήσας Εὐφρόνιος Ὀρνεάτην καλεῖ τὸν θεόν· κεῖνται δ' ὑπὲρ τοῦ πεδίου τοῦ Σικυωνίων, τὴν δὲ χώραν ἔσχον Ἀργεῖοι. Ἀραιθυρέα δ' ἐστὶν ἡ νῦν Φλιασία καλουμένη, πόλιν δ' εἶχεν ὁμώνυμον τῇ χώρᾳ πρὸς ὄρει Κηλώσσῃ· οἱ δ' ὕστερον ἀναστάντες ἐκεῖθεν πρὸ τριάκοντα σταδίων ἔκτισαν πόλιν, ἣν ἐκάλεσαν Φλιοῦντα· τῆς δὲ Κηλώσσης μέρος ὁ Καρνεάτης, ὅθεν λαμβάνει τὴν ἀρχὴν Ἀσωπὸς ὁ παραρρέων τὴν Σικυωνίαν καὶ ποιῶν τὴν Ἀσωπίαν χώραν, μέρος οὖσαν τῆς Σικυωνίας. ἔστι δ' Ἀσωπὸς καὶ ὁ παρὰ Θήβας ῥέων καὶ Πλαταιὰς καὶ Τανάγραν, ἄλλος δ' ἐστὶν ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Τραχινίᾳ παρὰ κώμην ῥέων, ἣν Παρασωπίους ὀνομάζουσι, τέταρτος δ' ὁ ἐν Πάρῳ. Κεῖται δ' ὁ Φλιοῦς ἐν μέσῳ Σικυωνίας, Ἀργείας, Κλεωνῶν καὶ Στυμφάλου, κύκλῳ περιεχόμενος· τιμᾶται δ' ἐν Φλιοῦντι καὶ Σικυῶνι τὸ τῆς Δίας ἱερόν· καλοῦσι δ' οὕτω τὴν Ἥβην.

25. Τὴν δὲ Σικυῶνα πρότερον Μηκώνην ἐκάλουν, ἔτι δὲ πρότερον Αἰγιαλούς· ἀνῴκισθαι δ' αὐτὴν ἀπὸ θαλάττης ὅσον εἴκοσι σταδίοις, οἱ δὲ δώδεκά φασιν, ἐπὶ λόφον ἐρυμνὸν Δήμητρος· τὸ δὲ παλαιὸν κτίσμα ἐπίνειόν ἐστιν ἔχον λιμένα. ὁρίζει δὲ τὴν Σικυωνίαν καὶ τὴν Κορινθίαν ποταμὸς Νεμέα. ἐτυραννήθη δὲ πλεῖστον χρόνον, ἀλλ' ἀεὶ τοὺς τυράννους ἐπιεικεῖς ἄνδρας ἔσχεν, Ἄρατον δ' ἐπιφανέστατον, ὃς καὶ τὴν πόλιν ἠλευθέρωσε, καὶ Ἀχαιῶν ἦρξε, παρ' ἑκόντων λαβὼν τὴν ἐξουσίαν, καὶ τὸ σύστημα ηὔξησε, προσθεὶς αὐτῷ τήν τε πατρίδα καὶ τὰς ἄλλας πόλεις τὰς ἐγγύς. Ὑπερησίην δὲ καὶ τὰς ἑξῆς πόλεις, ἃς ὁ ποιητὴς λέγει, καὶ τὸν Αἰγιαλὸν τῶν Ἀχαιῶν ἤδη συμβέβηκεν εἶναι μέχρι Δύμης καὶ τῶν ὅρων τῆς Ἠλείας.

νευμάτων?) plurima, atque etiam ærea multa invenerunt: quorum admirati artificium, nullum sepulcrum non effoderunt, magnaque id genus rerum copia potiti, iisque magno divenditis, Romam impleverunt Necrocorinthiis: sic enim appellabant quæ e sepulcris erant ablata opera, maxime testacea: quæ quum initio in magno pretio, neque æreis Corinthiis operibus haberentur viliora, tandem studium iis impendi desitum est, quum deficerent testæ, et pleræque earum quæ adhuc reperirentur minus bene elaborata essent. Fuit itaque Corinthus urbs magna, semperque dives, copiamque tulit virorum et ad res civiles tractandas idoneorum, et ad artificia exercenda. Nam maxime Corinthi ac Sicyone pingendi ac fingendi ceteræque omnes id genus artes auctæ sunt. Solum habuit non admodum gleba terræ felix, sed obliquum et asperum: unde vulgo superciliosa Corinthus dicta fuit; ac proverbio jactatur,

Corinthus supercilia atque cavitates habet.

24. Orneæ nomen habent idem cum fluvio prætereunte, hodie desertæ, bene olim frequentatæ: ibi erat honoratum templum Priapi: quare Euphronius (*Euphorio?*) Priapeiorum scriptor deum istum appellat Orneatam. Sitæ fuerunt supra campum Sicyoniorum, sed agrum Argivi possederunt. Aræthyrea est quæ nunc dicitur Phliasia: urbs fuit regioni cognominis ad montem Celossam; postea migratum inde est, et triginta ultra stadiis urbs condita, quam appellaverunt Phliuntem. Pars porro Celossæ est Carneates, unde nascitur Asopus, qui præter Sicyoniam labens (*præter Sicyonem labens*, aut *Sicyoniam permeans*), Asopiam regionem, Sicyoniæ portionem, distinguit. Alius est Asopus, qui Thebas, Platæas, ac Tanagram præterfluit: alius item Heracleæ Trachiniæ præter pagum fluens, cujus incolæ Parasopii dicuntur: quartus in Paro est Asopus. Phlius jacet in medio Sicyoniæ, Argiæ, Cleonarum ac Stymphali, circulo inclusa. Colitur Phliunte ac Sicyone templum Diæ: sic enim Heben seu Juventatem nominant.

25. Sicyon prius Mecone fuit dicta, et prius adhuc Ægiali: denuo ædificavit (ἀνῴκισε) eam viginti fere vel, secundum alios, duodecim a mari stadiis in colle munito natura Demetrius (Δημήτριος) *Poliorcetes*. Vetus structura nunc navale est cum portu. Sicyoniam et Corinthiam Nemea fluvius discernit. Plurimum temporis sub tyrannis fuit Sicyon; sed semper tyrannis usâ est viris moderatis: quorum illustrissimus Aratus urbem libertate donavit, idemque Achæi corporis imperator fuit, ultro imperium deferentis, idque auxit adjecta sua patria et aliis vicinis urbibus. Hyperesiam ceterasque deinceps urbes, quas recenset Homerus, et Ægialum (*id est litus*), Achæorum jam contingit esse usque ad Dymen et Eleæ fines.

## ΚΕΦ. Ζ'.

Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν παλαιὸν Ἴωνες ἐκράτουν, ἐξ Ἀθηναίων τὸ γένος ὄντες, ἐκαλεῖτο δὲ τὸ μὲν παλαιὸν Αἰγιάλεια, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες Αἰγιαλεῖς, ὕστερον δ' ἀπ' ἐκείνων Ἰωνία, καθάπερ καὶ ἡ Ἀττική, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου. φασὶ δὲ Δευκαλίωνος μὲν Ἕλληνα εἶναι, τοῦτον δὲ περὶ τὴν Φθίαν τῶν μεταξὺ Πηνειοῦ καὶ Ἀσωποῦ δυναστεύοντα τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν παίδων παραδοῦναι τὴν ἀρχήν, τοὺς δ' ἄλλους ἔξω διαπέμψαι, ζητήσοντας ἵδρυσιν ἕκαστον αὑτῷ· ὧν Δῶρος μὲν τοὺς περὶ Παρνασσὸν Δωριέας συνοικίσας κατέλιπεν ἐπωνύμους αὑτοῦ, Ξοῦθος δὲ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας ᾤκισε τὴν Τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς, Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον καὶ Τρικόρυθον. Τῶν δὲ τούτου παίδων Ἀχαιὸς μὲν φόνον ἀκούσιον πράξας ἔφυγεν εἰς Λακεδαίμονα, καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς ἐκεῖ κληθῆναι παρεσκεύασεν, Ἴων δὲ τοὺς μετ' Εὐμόλπου νικήσας Θρᾷκας οὕτως ηὐδοκίμησεν, ὥστ' ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πολιτείαν Ἀθηναῖοι. ὁ δὲ πρῶτον μὲν εἰς τέτταρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος, εἶτα εἰς τέτταρας βίους· τοὺς μὲν γὰρ γεωργοὺς ἀπέδειξε, τοὺς δὲ δημουργούς, τοὺς δὲ ἱεροποιούς, τετάρτους δὲ τοὺς φύλακας· τοιαῦτα δὲ πλείω διατάξας τὴν χώραν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ κατέλιπεν. Οὕτω δὲ πολυανδρῆσαι τὴν χώραν τότε συνέπεσε, ὥστε καὶ ἀποικίαν τῶν Ἰώνων ἔστειλαν εἰς Πελοπόννησον Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν χώραν, ἣν κατέσχον, ἐπώνυμον ἑαυτῶν ἐποίησαν Ἰωνίαν ἀντ' Αἰγιάλου κληθεῖσαν, οἵ τε ἄνδρες ἀντὶ Αἰγιαλέων Ἴωνες προσηγορεύθησαν, εἰς δώδεκα πόλεις μερισθέντες. μετὰ δὲ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ὑπ' Ἀχαιῶν ἐξελαθέντες ἐπανῆλθον πάλιν εἰς Ἀθήνας· ἐκεῖθεν δὲ μετὰ τῶν Κοδριδῶν ἔστειλαν τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν εἰς τὴν Ἀσίαν, ἔκτισαν δὲ δώδεκα πόλεις ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Καρίας καὶ τῆς Λυδίας, εἰς τοσαῦτα μέρη διελόντες σφᾶς, ὅσα καὶ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ κατεῖχον. Οἱ δ' Ἀχαιοὶ Φθιῶται μὲν ἦσαν τὸ γένος, ᾤκησαν δ' ἐν Λακεδαίμονι, τῶν δ' Ἡρακλειδῶν ἐπικρατησάντων, ἀναληφθέντες ὑπὸ Τισαμενοῦ, τοῦ Ὀρέστου παιδός, ὡς προειρήκαμεν, τοῖς Ἴωσιν ἐπέθεντο, καὶ γενόμενοι κρείττους τοὺς μὲν ἐξέβαλον, αὐτοὶ δὲ κατέσχον τὴν γῆν, καὶ διεφύλαξαν τὸν αὐτὸν τῆς χώρας μερισμόν, ὅνπερ καὶ παρέλαβον. οὕτω δ' ἴσχυσαν, ὥστε τὴν ἄλλην Πελοπόννησον ἐχόντων τῶν Ἡρακλειδῶν, ὧν ἀπέστησαν, ἀντεῖχον ὅμως πρὸς ἅπαντας, Ἀχαΐαν ὀνομάσαντες τὴν χώραν. Ἀπὸ μὲν οὖν Τισαμενοῦ μέχρι Ὠγύγου βασιλευόμενοι διετέλουν· εἶτα δημοκρατηθέντες τοσοῦτον ηὐδοκίμησαν περὶ τὰς πολιτείας, ὥστε τοὺς Ἰταλιώτας μετὰ τὴν στάσιν τὴν πρὸς τοὺς Πυθαγορείους τὰ πλεῖστα τῶν νομίμων μετενέγκασθαι παρὰ τούτων συνέβη· μετὰ δὲ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην ἐπέτρεψαν Θηβαῖοι τούτοις τὴν δίαιταν περὶ τῶν ἀντιλεγομένων ταῖς πόλεσι πρὸς ἀλλήλας· ὕστερον δ' ὑπὸ Μακεδόνων λυθείσης τῆς κοινωνίας, ἀνέλαβον σφᾶς πάλιν κατὰ μικρόν· ἦρξαν δὲ

## CAP. VII

Regionem istam antiquitus Iones possederunt, genere Athenienses : et nominabatur priscis temporibus Ægialea, incolæ Ægialenses; postea ab illis Ionia dicta est, sicut et Attica, ab Ione Xuthi filio. Traditum est Hellenem fuisse Deucalionis filium : eum regioni circa Phthiam imperasse inter Peneum et Asopum, ac imperium filiorum natu maximo reliquisse, reliquos emisisse extra patriam, ut sibi quisque sedes quærerent. Ex his Dorus iis, qui circa Parnassum habitabant, in civitatem compositis, a se nomen Doriensium reliquit; Xuthus, ducta uxore Erechthei filia, condidit tetrapolim Atticæ, Œnoam, Marathonem, Probalinthum et Tricorythum. De hujus filiis Achæus, homicidio per imprudentiam perpetrato, in Laconicam perfugit, et effecit ut, qui ibi habitabant, Achæi dicerentur : Ion autem, devictis qui cum Eumolpo erant Thracibus, tantam est consecutus gloriam, ut eum suæ reipublicæ præficerent Athenienses. Hic primum in quattuor tribus multitudinem, deinde in totidem vivendi genera divisit, nimirum Agricolas, Opifices, Sacerdotes, Custodes : atque his et pluribus aliis constitutis, regioni a se nomen factum reliquit. Verum eo tempore tantam ea in regione multitudinem hominum exstare contigit, ut Athenienses Ionum coloniam in Peloponnesum emiserint, nomenque regioni ab ea occupatæ a se fecerint, quæ jam pro Ægialea diceretur Ionia, et incolæ in duodecim divisi partes porro non Ægialenses vocarentur, sed Iones. Sed post Heraclidarum reditum pulsi ab Achæis, redierunt Athenas, atque inde cum Codridis Ionicam coloniam in Asiam deduxerunt : condiderunt autem duodecim urbes in maritima Cariæ et Lydiæ ora, divisi in totidem partes quot in Peloponneso ante obtinuerant. Achæi origine erant Phthiotæ, ac in Lacedæmone habitabant : sed quum Heraclidæ dominatione potiti essent, a Tisameno Orestis filio assumpti, Ionas, uti jam dictum est, adorti, victoriaque sunt potiti; hisque ejectis regionem ipsi occuparunt, retenta ea, quam ibi invenerant, divisione. Et eo usque creverunt, ut, quum Heraclidæ, a quibus ipsi desciverant, reliquam obtinerent Peloponnesum, tamen ipsi contra universos sese tutarentur, et regioni nomen Achaiæ inderent. Inde a Tisameno ad Ogygum usque reges habuerunt suos; deinde populari in republica usi potestate, tantum ex ejus administratione laudis sunt assecuti, ut Itali post coortam inter eos et Pythagoreos seditionem, pleraque jura ab Achæis hisce transsumpserint. Et post Leuctricam pugnam Achæis Thebani arbitrium commiserunt de mutuis urbium controversiis. Postea quum societatem eorum Macedones dissolvissent, paulatim sese recollegerunt. Ac primum quidem,

Πύρρου στρατεύσαντος εἰς Ἰταλίαν τέτταρες συνοῦσαι πόλεις, ὧν ἦσαν Πάτραι καὶ Δύμη· εἶτα προσελάμβανόν τινας τῶν δώδεκα πλὴν Ὠλένου καὶ Ἑλίκης, τῆς μὲν οὐ συνελθούσης, τῆς δ' ἀφανισθείσης ὑπὸ κύματος.

2. Ἐξαρθὲν γὰρ ὑπὸ σεισμοῦ τὸ πέλαγος κατέκλυσε καὶ αὐτὴν καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἑλικωνίου Ποσειδῶνος, ὃ καὶ νῦν ἔτι τιμῶσιν Ἴωνες, καὶ θύουσιν ἐκεῖ τὰ Πανιώνια. μέμνηται δ', ὥς ὑπονοοῦσί τινες, ταύτης τῆς θυσίας Ὅμηρος, ὅταν φῇ·

> αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄισθε καὶ ἤρυγεν, ὡς ὅτε ταῦρος
> ἤρυγεν ἑλκόμενος Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα.

τεκμαίρονταί τε νεώτερον εἶναι τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας τὸν ποιητήν, μεμνημένον γε τῆς Πανιωνικῆς θυσίας, ἣν ἐν τῇ Πριηνέων χώρᾳ συντελοῦσιν Ἴωνες τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ οἱ Πριηνεῖς ἐξ Ἑλίκης εἶναι λέγονται, καὶ δὴ πρὸς τὴν θυσίαν ταύτην καθιστᾶσιν ἄνδρα νέον Πριηνέα τὸν τῶν ἱερῶν ἐπιμελησόμενον. τεκμηριοῦνται δ' ἔτι μᾶλλον τὸ προκείμενον ἐκ τῶν περὶ τοῦ ταύρου πεφρασμένων· τότε γὰρ νομίζουσι καλλιερεῖν περὶ τὴν θυσίαν ταύτην Ἴωνες, ὅταν θυόμενος ὁ ταῦρος μυκήσηται. οἱ δ' ἀντιλέγοντες μεταφέρουσιν εἰς τὴν Ἑλίκην τὰ λεχθέντα τεκμήρια περὶ τοῦ ταύρου καὶ τῆς θυσίας, ὡς ἐκεῖ νενομισμένων τούτων καὶ τοῦ ποιητοῦ παραβάλλοντος τὰ ἐκεῖ συντελούμενα. κατεκλύσθη δ' ἡ Ἑλίκη δυσὶν ἔτεσι πρὸ τῶν Λευκτρικῶν. Ἐρατοσθένης δὲ καὶ αὐτὸς ἰδεῖν φησι τὸν τόπον, καὶ τοὺς πορθμέας λέγειν, ὡς ἐν τῷ πόρῳ ὀρθὸς ἑστήκει Ποσειδῶν χάλκεος, ἔχων ἱππόκαμπον ἐν τῇ χειρί, κίνδυνον φέροντα τοῖς δικτυεῦσιν. Ἡρακλείδης δέ φησι κατ' αὐτὸν γενέσθαι τὸ πάθος νύκτωρ, δώδεκα σταδίους διεχούσης τῆς πόλεως ἀπὸ θαλάσσης, καὶ τούτου τοῦ χωρίου παντὸς σὺν τῇ πόλει καλυφθέντος, δισχιλίους δὲ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν πεμφθέντας ἀνελέσθαι μὲν τοὺς νεκροὺς μὴ δύνασθαι, τοῖς δ' ὁμόροις νεῖμαι τὴν χώραν· συμβῆναι δὲ τὸ πάθος κατὰ μῆνιν Ποσειδῶνος· τοὺς γὰρ ἐκ τῆς Ἑλίκης ἐκπεσόντας Ἴωνας αἰτεῖν πέμψαντας παρὰ τῶν Ἑλικέων μάλιστα μὲν τὸ βρέτας τοῦ Ποσειδῶνος, εἰ δὲ μή, τοῦ γε ἱεροῦ τὴν ἀφίδρυσιν· οὐ δόντων δέ, πέμψαι πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν· τῶν δὲ ψηφισαμένων, οὐδ' ὣς ὑπακοῦσαι· τῷ δ' ἑξῆς χειμῶνι συμβῆναι τὸ πάθος, τοὺς δ' Ἀχαιοὺς ὕστερον δοῦναι τὴν ἀφίδρυσιν τοῖς Ἴωσιν. Ἡσίοδος δὲ καὶ ἄλλης Ἑλίκης μέμνηται Θετταλικῆς.

3. Εἴκοσι μὲν δὴ ἔτη διετέλεσαν γραμματέα κοινὸν ἔχοντες καὶ στρατηγοὺς δύο κατ' ἐνιαυτὸν οἱ Ἀχαιοί, καὶ κοινοβούλιον εἰς ἕνα τόπον συνήγετο αὐτοῖς, ἐκαλεῖτο δὲ † Ἀρνάριον, ἐν ᾧ τὰ κοινὰ ἐχρημάτιζον καὶ οὗτοι καὶ Ἴωνες πρότερον· εἶτα ἔδοξεν ἕνα χειροτονεῖσθαι στρατηγόν. Ἄρατος δὲ στρατηγήσας ἀφείλετο Ἀντίγονον τὸν Ἀκροκόρινθον, καὶ τὴν πόλιν τοῖς Ἀχαιοῖς προσέθηκε, καθάπερ καὶ τὴν πατρίδα· προσελάβετο δὲ

quo tempore Pyrrhus in Italiam expeditionem fecit, quattuor in societatem coierunt (συνιοῦσαι) urbes, e quibus erant Dyme et Patræ : tum complures (*reliquas*) de duodecim istis urbibus ad se receperunt, Oleno atque Helice exceptis : quarum illa se noluit adjungere, hæc undis est deleta.

2. Nam terræ motu elatum mare et urbem obruit, et templum Neptuni Heliconii, quod etiamnum venerantur Iones, ibique Panionia sacrificant. Sunt qui hujus sacrificii facere mentionem putent Homerum his versibus (*Il.* 20, 403):

> Ille autem animam exhalabat et mugiebat, ut quum
> taurus mugit qui trahitur ad Heliconium regem.

Conjecturaque colligunt, posteriorem deductione Ionicæ coloniæ fuisse poetam, utpote qui Panionici sacrificii faciat mentionem, quod in agro Prienensi Iones Neptuno Heliconio conficiunt; nam ipsi etiam Prienenses Helice oriundi esse perhibentur, atque sacrificio isti rex sacrorum creatur juvenis Prienensis. Augetque iis conjecturæ fidem id quod de tauro dicitur : tum enim se perlitare eo sacrificio Iones putant, quum taurus inter operandum mugit. Qui impugnant, illud de tauro ac de sacrificio argumentum ad Helicen transferunt : ibi ista ita fuisse statuta, indeque petitam a poeta comparationem dicentes. Undis Helice absorpta est biennio ante pugnam Leuctricam. Eratosthenes se locum ipse vidisse affirmat, ac nautas dixisse, eo in trajectu stare Neptunum æreum rectum, manu hippocampum tenentem, periculosum piscatoribus. Heraclides sua ætate ait eam accidisse calamitatem noctu, urbe duodecim stadiis a mari dissita, et loco eo toto cum ipsa urbe aquis obruto : bis millia hominum ab Achæis missa, cadavera quidem recuperare non potuisse, finitimis vero agrum divisisse. Accidisse hanc iis cladem ob iram Neptuni. Nam Iones, qui Helice exciderant, missis legatis petiisse ab Helicensibus præcipue quidem simulacrum Neptuni, sin vero id non impetrarent, saltem imaginem templi : quumque nihil obtinerent, idem a tota republica Achæorum petivisse. Quæ quum petitionem eorum decreto suo probavisset, Helicenses ne sic quidem obsecutos esse; insequenti autem hieme calamitatem illam iis accidisse : Achæos vero postmodo Ionibus templi formam tradidisse. Hesiodus etiam alius meminit Helices Thessalicæ.

3. Enimvero Achæi per viginti [*quinque*] continenter annos communem habuere scribam, et duos quotannis prætores, senatusque eorum communis unum in locum coibat, qui locus Homarium (Ὁμάριον *vel* Ἀμάριον) dicebatur, ubi publicis de negotiis deliberabant, sicut et Iones ante : postea placuit unico uti prætore. Quem magistratum quum gereret Aratus, Antigono Acrocorinthum ademit, Corinthumque, sicut et patriam suam, Achæis

καὶ Μεγαρέας· καὶ τὰς παρ' ἑκάστοις τυραννίδας καταλύων Ἀχαιοὺς ἐποίει τοὺς ἐλευθερωθέντας·........ τὴν δὲ Πελοπόννησον ἠλευθέρωσε τῶν τυραννίδων, ὥστε καὶ Ἄργος καὶ Ἑρμιὼν καὶ Φλιοῦς καὶ Μεγάλη πόλις, ἡ μεγίστη τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ, προσετέθη τοῖς Ἀχαιοῖς, ὅτε δὴ καὶ πλεῖστον ηὔξηντο. Ἦν δ' ὁ καιρός, ἡνίκα Ῥωμαῖοι Καρχηδονίους ἐκ τῆς Σικελίας ἐκβαλόντες ἐστράτευσαν ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Πάδον Γαλάτας. μέχρι δὲ τῆς Φιλοποίμενος στρατηγίας συμμείναντες ἱκανῶς οἱ Ἀχαιοὶ διελύθησαν κατ' ὀλίγον, ἤδη Ῥωμαίων ἐχόντων τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν καὶ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ἑκάστοις χρωμένων, ἀλλὰ τοὺς μὲν συνέχειν, τοὺς δὲ καταλύειν βουλομένων. εἶτα λέγει αἰτίαν τοῦ ἐμπλατύνεσθαι τοῖς περὶ Ἀχαιῶν λόγοις τὸ ἐπὶ τοσοῦτον αὐξηθέντας, ὡς καὶ Λακεδαιμονίους ὑπερβαλέσθαι, μὴ ἀξίως γνωρίζεσθαι.

4. Ἡ δὲ τάξις τῶν τόπων, οὓς κατῴκουν εἰς δώδεκα μέρη διῃρημένοι, τοιαύτη τίς ἐστι· μετὰ Σικυῶνα Πελλήνη κεῖται· εἶτα Αἴγειρα δευτέρα· τρίτη Αἰγαί, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἔχουσα· τετάρτη Βοῦρα· μετ' αὐτὴν Ἑλίκη, εἰς ἣν καταπεφεύγεισαν Ἴωνες, μάχῃ κρατηθέντες ὑπ' Ἀχαιῶν, καὶ τὸ τελευταῖον ἐξέπεσον ἐνθένδε· μετὰ δὲ Ἑλίκην Αἴγιον καὶ Ῥύπες καὶ Πατρεῖς καὶ Φαρεῖς· εἶτ' Ὤλενος, παρ' ὃν [Πεῖρος] ποταμὸς μέγας (Μέλας). εἶτα Δύμη καὶ Τριταιεῖς. Οἱ μὲν οὖν Ἴωνες κωμηδὸν ᾤκουν, οἱ δ' Ἀχαιοὶ πόλεις ἔκτισαν, ὧν εἰς τινας ὕστερον συνῴκισαν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων μερίδων ἐνίας, καθάπερ τὰς Αἰγὰς εἰς Αἴγειραν (Αἰγαῖοι δ' ἐλέγοντο οἱ ἐνοικοῦντες), Ὤλενον δὲ εἰς Δύμην. δείκνυται δ' ἴχνη μεταξὺ Πατρῶν καὶ Δύμης τοῦ παλαιοῦ τῶν Ὠλενίων κτίσματος· αὐτοῦ δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἱερὸν ἐπίσημον, [ὃ] Δύμης μὲν ἀπέχει τεσσαράκοντα σταδίους, Πατρῶν δὲ ὀγδοήκοντα. ὁμώνυμοι δ' εἰσὶ ταῖς μὲν Αἰγαῖς ταύταις αἱ ἐν Εὐβοίᾳ, τῷ δὲ Ὠλένῳ τὸ ἐν Αἰτωλίᾳ κτίσμα, καὶ αὐτὸ ἴχνη σῶζον μόνον. ὁ δὲ ποιητὴς τοῦ μὲν ἐν Ἀχαΐᾳ Ὠλένου οὐ μέμνηται, ὥσπερ οὐδ' ἄλλων πλειόνων τῶν περὶ τὸν Αἰγιαλὸν οἰκούντων, ἀλλὰ κοινότερον λέγει·

Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα καὶ ἀμφ' Ἑλίκην εὐρεῖαν.

τοῦ δ' Αἰτωλικοῦ μέμνηται, ὅταν φῇ·

[οἳ] Πλευρῶν' ἐνέμοντο καὶ Ὤλενον.

τὰς δ' Αἰγὰς ἀμφοτέρας λέγει, τὴν μὲν Ἀχαϊκήν,

οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι·

ὅταν δὲ φῇ·

Αἰγάς, ἔνθα τέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης·
ἔνθ' ἵππους ἔστησε Ποσειδάων·

βέλτιον δέχεσθαι τὰς ἐν Εὐβοίᾳ, ἀφ' ὧν εἰκὸς καὶ τὸ πέλαγος Αἰγαῖον λεχθῆναι· ἐκεῖ δὲ καὶ τῷ Ποσειδῶνι ἡ πραγματεία πεποίηται ἡ περὶ τὸν Τρωικὸν πόλεμον. Πρὸς δὲ ταῖς Ἀχαϊκαῖς Αἰγαῖς ὁ Κρᾶθις ῥεῖ ποταμός, ἐκ δυεῖν ποταμῶν αὐξόμενος, ἀπὸ τοῦ κέρνα-

adjecit; adjunxit etiam Megarenses, et per urbes destructis tyrannidibus, liberatos Achaico inseruit corpori; ** Peloponnesum enim tyrannis liberavit, ita ut Achæis se conjungerent Argos, Hermion, Phlius et maxima Arcadiæ urbium Megalopolis : eoque tempore maxima fecit incrementa fœdus Achaicum. Fuit hoc ea tempestate, qua Romani ejectis e Sicilia Carthaginiensibus expeditionem fecerunt in Gallos circa Padum degentes. Sed Achæorum corpus usque ad Philopœmenis præturam quum bene cohæsisset, paulatim inde dissipatum est, Romanis jam tota Græcia potitis, neque eodem omnes modo tractantibus, quum alias respublicas conservare, alias disjicere studerent. [Addit deinde Strabo causam, cur latius de Achæis sibi disserendum putaverit : nimirum quod, qui eo potentiæ gloriæque pervenerint ut etiam Lacedæmoniis antecellerent, non satis digne innotuerint.]

4. Ordo locorum quos Achæi habitabant in duodecim partes divisi, hic est. Post Sicyonem Pellene est sita, deinde secunda Ægira, tertia Ægæ, quæ templum habent Neptuni; quarta Bura; post hanc est Helice, quo Iones confugerunt pugna ab Achæis victi, indeque tandem sunt ejecti : post Helicen Ægium, Rhypes, Patrenses, Pharenses : tum Olenus, et ad eam [*Pirus*] fluvius magnus : post Dyme et Tritæenses. Ac Iones quidem per vicos habitaverunt; Achæi urbes condiderunt, in quarum quasdam postmodo traduxerunt aliarum partium incolas : sicut Ægæ Ægiram sunt translatæ (cives Ægæi appellabantur) et Olenus Dymam. Inter Patras ac Dymen vestigia monstrantur antiquæ Oleniorum habitationis : ibidemque nobile Æsculapii templum, Dyma quadraginta, Patris octoginta stadiis distans. Harum Ægarum cognomines sunt in Eubœa Ægæ : et idem cum Oleno nomen gessit in Ætolia conditum oppidum, cujus item rudera tantum supersunt. Homerus Achaici Oleni non meminit, sicut et aliorum ad Ægialum sive litus hoc habitantium; sed communi hoc omnes dicto complectitur (*Il.* 2, 576):

Litus et Ægiali totum, spatiosam Helicenque.

Ætolici autem Oleni mentionem facit hisce (*Il.* 2, 639) :

Qui Pleuronem habuere, atque Olenum.

Ægas ambas refert : Achaicam urbem hisce (*Il.* 8, 203) :

Qui tibi dona Helicenque et ad Ægas munera portant.

Quum vero dicit (*Il.* 13, 21. 34) :

Ægas, qua stagni domus illi condita in imo est;
Hic Neptunus equos statuit :

præstat Euboicas intelligere, a quibus probabile est etiam Ægæum mare fuisse appellatum : atque ibi fingitur rem gessisse bello Trojano Neptunus. Ad Achaicas porro Ægas fluvius est Crathis, qui ex duobus fluminibus auctus, a

σθαι τὴν ὀνομασίαν ἔχων· ἀφ' οὗ καὶ ὁ ἐν Ἰταλίᾳ Κρᾶθις.

5. Ἑκάστη δὲ τῶν δώδεκα μερίδων ἐκ δήμων συνειστήκει ἑπτὰ καὶ ὀκτώ· τοσοῦτον εὐανδρεῖν τὴν χώραν συνέβαινεν. ἔστι δ' ἡ Πελλήνη στάδια ἑξήκοντα τῆς θαλάττης ὑπερκειμένη, φρούριον ἐρυμνόν. ἔστι δὲ καὶ κώμη Πελλήνη, ὅθεν καὶ αἱ Πελληνικαὶ χλαῖναι, ἃς καὶ ἆθλα ἐτίθεσαν ἐν τοῖς ἀγῶσι· κεῖται δὲ μεταξὺ Αἰγίου καὶ Πελλήνης· τὰ δὲ Πέλλανα ἕτερα τούτων ἐστί, Λακωνικὸν χωρίον, ὡς πρὸς τὴν Μεγαλοπολῖτιν νεῦον. Αἴγειρα δὲ ἐπὶ βουνοῦ κεῖται. Βοῦρα δ' ὑπέρκειται τῆς θαλάττης ἐν τετταράκοντά πως σταδίοις, ἣν ὑπὸ σεισμοῦ καταποθῆναι συνέβη. ἀπὸ δὲ τῆς ἐνταῦθα κρήνης Συβάριδος τὸν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποταμὸν ὀνομασθῆναί φασιν. ἡ δ' Αἰγὰ (καὶ γὰρ οὕτω λέγουσι τὰς Αἰγὰς) νῦν μὲν οὐκ οἰκεῖται, τὴν δὲ πόλιν ἔχουσιν Αἰγιεῖς. Αἴγιον δὲ ἱκανῶς οἰκεῖται· ἱστοροῦσι δ' ἐνταῦθα τὸν Δία ὑπ' αἰγὸς ἀνατραφῆναι, καθάπερ φησὶ καὶ Ἄρατος·

αἶξ ἱερή, τὴν μέν τε λόγος Διὶ μαζὸν ἐπισχεῖν·

ἐπιλέγει δὲ καὶ ὅτι

Ὠλενίην δέ μιν αἶγα Διὸς καλέουσ' ὑποφῆται·

δηλῶν τὸν τόπον, διότι πλησίον Ὠλένη. αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ Κερύνεια, ἐπὶ πέτρας ὑψηλῆς ἱδρυμένη. Αἰγιέων δ' ἐστὶ καὶ ταῦτα καὶ Ἑλίκη καὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄλσος τὸ † Αἰνάριον, ὅπου συνήεσαν οἱ Ἀχαιοὶ βουλευσόμενοι περὶ τῶν κοινῶν. ῥεῖ δὲ διὰ τῆς Αἰγιέων ὁ Σελινοῦς ποταμός, ὁμώνυμος τῷ τε ἐν Ἐφέσῳ παρὰ τὸ Ἀρτεμίσιον ῥέοντι, καὶ τῷ ἐν τῇ νῦν Ἠλείᾳ τῷ παρραρέοντι τὸ χωρίον, ὅ φησιν ὠνήσασθαι τῇ Ἀρτέμιδι Ξενοφῶν κατὰ χρησμόν· ἄλλος δὲ Σελινοῦς ὁ παρὰ τοῖς Ὑβλαίοις Μεγαρεῦσιν, οὓς ἀνέστησαν Καρχηδόνιοι. τῶν δὲ λοιπῶν πόλεων τῶν Ἀχαϊκῶν εἴτε μερίδων Ῥύπες μὲν οὐκ οἰκοῦνται, τὴν δὲ χώραν Ῥυπίδα καλουμένην ἔσχον Αἰγιεῖς καὶ Φαρεῖς· καὶ Αἰσχύλος δὲ λέγει που·

Βοῦράν θ' ἱερὰν καὶ κεραυνίας Ῥύπας.

ἐκ δὲ τῶν Ῥυπῶν ἦν ὁ Μύσκελλος, ὁ Κρότωνος οἰκιστής· τῆς δὲ Ῥυπίδος καὶ τὸ Λεῦκτρον ἦν, δῆμος τῶν Ῥυπῶν. μετὰ δὲ τούτους Πάτραι, πόλις ἀξιόλογος· μεταξὺ δὲ τὸ Ῥίον † καὶ τὸ Ἀντίρριον, ἀπέχον Πατρῶν στάδια τεσσαράκοντα. Ῥωμαῖοι δὲ νεωστὶ μετὰ τὴν Ἀκτιακὴν νίκην ἵδρυσαν αὐτόθι τῆς στρατιᾶς μέρος ἀξιόλογον, καὶ διαφερόντως εὐανδρεῖ νῦν, ἀποικία Ῥωμαίων οὖσα· ἔχει δὲ ὕφορμον μέτριον. ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ Δύμη, πόλις ἀλίμενος, πασῶν δυσμικωτάτη, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· πρότερον δ' ἐκαλεῖτο Στρατός· διαιρεῖ δ' αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἠλείας κατὰ Βουπράσιον ὁ Λάρισος ποταμός, ῥέων ἐξ ὄρους· τοῦτο δ' οἱ μὲν Σκόλλιν καλοῦσιν, Ὅμηρος δὲ πέτρην Ὠλενίην. τοῦ δ' Ἀντιμάχου Καυκωνίδα τὴν Δύμην εἰπόντος, οἱ μὲν ἐδέξαντο ἀπὸ τῶν Καυκώνων ἐπιθέτως εἰρῆσθαι αὐτὸ μέχρι δεῦρο καθηκόντων, καθάπερ ἐπάνω προείπομεν·

mixtione (κραθῆναι) nomen habet. Ab hoc fluvio etiam Italiæ Crathis appellatus est.

5. Quævis autem Achaicarum duodecim portionum pagis constitit septem vel etiam octo : adeo contigit abundare viris eam regionem. Pellene stadiis a mari sexaginta distat, castellum munitum. Est et pagus Pellene inter Ægium et Pellenen, unde nomen Pellenicis chlænis, quas etiam in certaminibus præmii loco proponebant. Pellana autem, Laconicæ locus ab his diversus, ad Megalopolitidem vergunt. Ægira in colle est sita. Bura supra mare ad quadraginta circiter stadia; quam terræ motu absorberi contigit : a Sybaride fonte, qui ibi est, Sybarin Italiæ fluvium denominatum aiunt. Porro Æga (nam sic quoque Ægas appellant) nunc quidem non habitatur; agrum (χώραν) autem habent Ægienses. Ægium incolis satis frequentatur. Ibi narrant Jovem fuisse a capra nutritum, ut et Aratus dicit (*Phæn.* 163) :

Sacra capella, suo quæ dicitur ubere summum
Nutrivisse Jovem;

addens vero etiam :

Oleniam Jovis hanc vates dixere capellam :

quibus significat id prope Olenum (Ὠλένου) evenisse. Est ibi etiam Cerynia (*codd.* Ceraunia) sublimi in petra condita. Et hæc Ægiensium sunt, et Helice et Homarium (Ὁμάριον), Jovis lucus, Achæorum destinatus comitiis. Ægium urbem perfluit amnis Selinus, ejusdem nominis cum Selinunte, qui Ephesi præter Dianæ templum labitur; et cum alio, qui in ea, quæ nunc est, Elide præterit locum, quem Xenophon (*Anab.* 5, 3, 8) dicit se oraculo monitum Dianæ emisse : est et alius Selinus apud Hyblæos Megarenses, quos Carthaginienses expulerunt. Quod ad reliquas sive urbes sive portiones Achaiæ attinet, Rhypes non habitantur : regionem, cui Rhypidi nomen, Ægienses ac Pharenses (Φαρεῖς) tenebant. Et Æschylus alicubi hæc habet :

Sacramque Buran et Ceraunias Rhypes.

Fuit hæc Myscelli patria, qui Crotonem condidit. Sed et Leuctrum pagus fuit Rhypidis, ad urbem Rhypas pertinens. Postea sequuntur Patræ, urbs memorabilis. Intercedunt Rhium (et Antirrhium), Patris distans stadia quadraginta. Romani nuper post Actiacam victoriam eo in coloniam deduxerunt magnam partem exercitus, et nunc Romanorum colonia facta valde copiâ virorum floret; habet mediocrem navium stationem. Deinceps Dyme est, sic dicta, quod ultima est versus occidentem, urbs portu carens. Hanc antea Stratum nominatam, ab Elea dividit apud Buprasium Larisus amnis e monte profluens, quem alii Scollin, Homerus Oleniam petram appellat. Jam quum Dymen Antimachus dixerit Cauconidem, quidam cognomen hoc ei impositum censuerunt propter Caucones, qui (uti supra ostendimus) eo usque pertinuerint; alii a fluvio quodam

οἱ δ' ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ τινος, ὡς αἱ Θῆβαι Διρκαῖαι καὶ Ἀσωπίδες, Ἄργος δ' Ἰνάχειον, Τροία δὲ Σιμουντίς. δέδεκται δ' οἰκήτορας καὶ ἡ Δύμη μικρὸν πρὸ ἡμῶν, ἀνθρώπους μιγάδας, οὓς ἀπὸ τοῦ πειρατικοῦ πλήθους περιλιπεῖς ἔσχε Πομπήιος, καταλύσας τὰ λῃστήρια καὶ ἱδρύσας τοὺς μὲν ἐν Σόλοις τοῖς Κιλικίοις, τοὺς δ' ἄλλοθι καὶ δὴ καὶ ἐνταῦθα. ἡ δὲ Φάρα συνορεῖ μὲν τῇ Δυμαίᾳ, καλοῦνται δὲ οἱ μὲν ἐκ ταύτης τῆς Φάρας Φαρεῖς, οἱ δ' ἐκ τῆς Μεσσηνιακῆς Φαρᾶται· ἔστι δ' ἐν τῇ Φαραϊκῇ Δίρκη κρήνη, ὁμώνυμος τῇ ἐν Θήβαις. ἡ δ' Ὤλενός ἐστι μὲν ἔρημος, κεῖται δὲ μεταξὺ Πατρῶν καὶ Δύμης· ἔχουσι δὲ Δυμαῖοι τὴν χώραν. εἶτ' Ἄραξος, τὸ ἀκρωτήριον τῆς Ἠλείας, ἀπὸ Ἰσθμοῦ στάδιοι χίλιοι.

Caucone tractum nomen putant, quomodo Thebæ dicuntur Dircææ et Asopides, Argos Inachium, Troja Simuntis. Paullo ante nostram ætatem convenæ homines Dymen habitatum sunt missi, reliquiæ piratarum, quos Pompeius exciderat, quorumque alios Solis Ciliciæ, alios alibi, quosdam etiam Dymæ collocavit. Phara Dymæ est contermina; ejus incolæ Pharenses (Φαρεῖς) dicuntur, dum Messenicæ Pharæ cives vocantur Pharatæ. Est apud Pharenses fons Dirce, Thebano cognominis. Olenus deserta nunc est; sita fuit inter Patras ac Dymen; agrum Dymæi possident. Sequitur Araxus Eleæ promontorium, mille [*triginta*] ab Isthmo stadiis dissitum.

## ΚΕΦ. Η'.

Ἀρκαδία δ' ἐστὶν ἐν μέσῳ μὲν τῆς Πελοποννήσου, πλείστην δὲ χώραν ὀρεινὴν ἀποτέμνεται. μέγιστον δ' ὄρος ἐν αὐτῇ Κυλλήνη· τὴν γοῦν κάθετον οἱ μὲν εἴκοσι σταδίων φασίν, οἱ δ' ὅσον πεντεκαίδεκα. δοκεῖ δὲ παλαιότατα ἔθνη τῶν Ἑλλήνων εἶναι τὰ Ἀρκαδικά, Ἀζᾶνές τε καὶ Παρράσιοι καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι. διὰ δὲ τὴν τῆς χώρας παντελῆ κάκωσιν οὐκ ἂν προσήκοι μακρολογεῖν περὶ αὐτῶν· αἵ τε γὰρ πόλεις ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων ἠφανίσθησαν, ἔνδοξοι γενόμεναι πρότερον, τήν τε χώραν οἱ γεωργήσαντες ἐκλελοίπασιν ἐξ ἐκείνων ἔτι τῶν χρόνων, ἐξ ὧν εἰς τὴν προσαγορευθεῖσαν Μεγάλην πόλιν αἱ πλεῖσται συνῳκίσθησαν. νυνὶ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ Μεγάλη πόλις τὸ τοῦ κωμικοῦ πέπονθε, καὶ

ἐρημία μεγάλη 'στὶν ἡ Μεγάλη πόλις·

βοσκήμασι δ' εἰσὶ νομαὶ δαψιλεῖς, καὶ μάλιστα ἵπποις καὶ ὄνοις τοῖς ἱπποβάτοις· ἔστι δὲ καὶ τὸ γένος τῶν ἵππων ἄριστον τὸ Ἀρκαδικόν, καθάπερ καὶ τὸ Ἀργολικὸν καὶ τὸ Ἐπιδαύριον. καὶ ἡ τῶν Αἰτωλῶν δὲ καὶ Ἀκαρνάνων ἐρημία πρὸς ἱπποτροφίαν εὐφυὴς γέγονεν, οὐχ ἧττον τῆς Θετταλίας.

2. Μαντίνειαν μὲν οὖν ἐποίησεν ἔνδοξον Ἐπαμεινώνδας, τῇ δευτέρᾳ νικήσας μάχῃ Λακεδαιμονίους, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς ἐτελεύτα· καὶ αὐτὴ δὲ καὶ Ὀρχομενὸς καὶ Ἡραία καὶ Κλείτωρ καὶ Φενεὸς καὶ Στύμφαλος καὶ Μαίναλος καὶ Μεθύδριον καὶ Καφυεῖς καὶ Κύναιθα ἢ οὐκέτ' εἰσίν, ἢ μόλις αὐτῶν ἴχνη φαίνεται καὶ σημεῖα. Τεγέα δ' ἔτι μετρίως συμμένει, καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀλέας Ἀθηνᾶς· τιμᾶται δ' ἐπὶ μικρὸν καὶ τὸ τοῦ Λυκαίου Διὸς ἱερὸν κατὰ τὸ Λύκαιον.......... ὄρος. τῶν δ' ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένων

Ῥίπην τε Στρατίην τε καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην

εὑρεῖν τε χαλεπόν, καὶ εὑροῦσιν οὐδὲν ὄφελος διὰ τὴν ἐρημίαν.

3. Ὄρη δ' ἐπιφανῆ πρὸς τῇ Κυλλήνῃ Φολόη τε καὶ Λύκαιον καὶ Μαίναλος καὶ τὸ Παρθένιον καλούμενον, καθῆκον ἐπὶ τὴν Ἀργείαν ἀπὸ τῆς Τεγεάτιδος.

## CAP. VIII.

Arcadia in medio est Peloponnesi, plurimamque montosam regionem absumit. Maximus ejus mons est Cyllene, cujus perpendiculum alii viginti, alii quindecim fere stadiorum esse dicunt. Videntur autem Arcadicæ gentes esse vetustissimæ Græcarum, Azanes inquam, Parrhasii et aliæ similes. Ceterum quum prorsus vastata sit hæc regio, prolixius de ea disserere nihil attinet. Nam et urbes continentibus bellis deletæ sunt, quarum aliquando viguerat fama, et agros coloni deseruerunt jam inde ab eo tempore, quo in Megalopolin quam vocant (*i. e. Magnam urbem*), pleræque urbes fuerunt contractæ. Nunc quidem ipsa etiam Megalopolis illud Comici implevit: nam

Est solitudo magna nunc Megalopolis;

at pascua sunt ibi pecori larga, maxime equis et asinis admissariis. Quare equorum Arcadicorum genus optimum est, sicut et Argolicorum et Epidauricorum. Similiter etiam Ætoliæ et Acarnaniæ vastitas ad educandos equos commoda est non minus quam Thessalia.

2. Mantineam quidem Epaminondas nobilitavit, victis ibi Lacedæmoniis altero prœlio, quo ipse etiam occubuit. Verum hæc quoque sicuti Orchomenus, Heræa, Clitor, Pheneus, Stymphalus, Mænalus, Methydrium, Caphyenses ac Cynætha, aut interciderunt, aut vix vestigia earum et indicia apparent. Tegea adhuc mediocriter constat, ac templum Minervæ Aleæ (*codd.* Alææ): honoratur aliquatenus etiam Jovis Lycæi fanum ad montem * Lycæum. Quas vero Homerus refert (*Il.* 2, 606):

Rhipen ac Stratiam et ventosæ mœnia Enispæ,

eas neque facile, neque ulla cum utilitate inveneris, quum sint desertæ.

3. Montes præter Cyllenen insignes sunt Pholoe, Lycæum, Mænalus et Parthenium quod vocant a Tegeatide regione versus Argiam porrectum.

4. Περὶ δὲ τοῦ Ἀλφειοῦ καὶ τοῦ Εὐρώτα τὸ συμβεβηκὸς παράδοξον εἴρηται καὶ τὸ περὶ Ἐρασῖνον τὸν ἐνδιδόντα ἐκ τῆς Στυμφαλίδος λίμνης εἰς τὴν Ἀργείαν νυνί, πρότερον δ' οὐκ ἔχοντα ἔκρυσιν, τῶν βερέθρων, ἃ καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες ζέρεθρα, τυφλῶν ὄντων καὶ μὴ δεχομένων ἀπέρασιν, ὥστε τὴν τῶν Στυμφαλίων πόλιν νῦν μὲν καὶ πεντήκοντα διέχειν σταδίους ἀπὸ τῆς λίμνης, τότε δ' ἐπ' αὐτῆς κεῖσθαι. τἀναντία δ' ὁ Λάδων ἔπαθε, τοῦ ῥεύματος ἐπισχεθέντος ποτὲ διὰ τὴν ἔμφραξιν τῶν πηγῶν· συμπεσόντα γὰρ τὰ περὶ Φενεὸν βέρεθρα ὑπὸ σεισμοῦ, δι' ὧν ἦν ἡ φορά, μονὴν ἐποίησε τοῦ ῥεύματος μέχρι τῶν κατὰ βάθους φλεβῶν τῆς πηγῆς. καὶ οἱ μὲν οὕτω λέγουσιν· Ἐρατοσθένης δέ φησι περὶ Φενεὸν μὲν τὸν Ἀνίαν καλούμενον ποταμὸν λιμνάζειν τὰ πρὸ τῆς πόλεως, καταδύεσθαι δ' εἴς τινας ἠθμούς, οὓς καλεῖσθαι ζέρεθρα· τούτων δ' ἐμφραχθέντων, ἔσθ' ὅτε ὑπερχεῖσθαι τὸ ὕδωρ εἰς τὰ πεδία, πάλιν δ' ἀναστομουμένων ἄθρουν ἐκ τῶν πεδίων ἐκπεσὸν εἰς τὸν Λάδωνα καὶ τὸν Ἀλφειὸν ἐμβάλλειν, ὥστε καὶ τῆς Ὀλυμπίας κλυσθῆναί ποτε τὴν περὶ τὸ ἱερὸν γῆν, τὴν δὲ λίμνην συσταλῆναι· τὸν Ἐρασῖνον δὲ παρὰ Στύμφαλον ῥέοντα, ὑποδύντα ὑπὸ τὸ ὄρος, ἐν τῇ Ἀργείᾳ πάλιν ἀναφανῆναι· διὸ δὴ καὶ Ἰφικράτη, πολιορκοῦντα τὸν Στύμφαλον καὶ μηδὲν περαίνοντα, ἐπιχειρῆσαι τὴν κατάδυσιν ἀποφράξαι, σπόγγους πορισάμενον πολλούς, παύσασθαι δὲ διοσημίας γενομένης. περὶ Φενεὸν δ' ἐστὶ καὶ τὸ καλούμενον Στυγὸς ὕδωρ, λιβάδιον ὀλεθρίου ὕδατος νομιζόμενον ἱερόν. τοσαῦτα καὶ περὶ Ἀρκαδίας εἰρήσθω.

5. Πολυβίου δ' εἰρηκότος τὸ ἀπὸ Μαλεῶν ἐπὶ τὰς ἄρκτους μέχρι τοῦ Ἴστρου διάστημα περὶ μυρίους σταδίους, εὐθύνει τοῦτο ὁ Ἀρτεμίδωρος οὐκ ἀτόπως, ἐπὶ μὲν Αἴγιον χιλίους καὶ [τετρακοσ]ίους εἶναι λέγων ἐκ Μαλεῶν ὁδόν, ἐνθένδε εἰς [Κίρραν πλοῦν] διακοσίων, ἐνθένδε διὰ Ἡρακλείας [εἰς Θαυμακοὺς] πεντακοσίων ὁδόν, εἶτα εἰς Λάρισαν [καὶ τὸν Πηνειὸν] τριακοσίων τετταράκοντα, εἶτα διὰ [τῶν Τεμπῶν ἐπὶ τὰς Πη]νειοῦ ἐκβολὰς διακοσίων τετταράκον[τα, εἶτα εἰς τὴν Θεσσα]λονίκειαν ἑξακοσίων ἑξήκοντα, ἐντεῦ[θεν ἐπ' Ἴστρον δι' Εἰδομ]ένης καὶ Στόβων καὶ Δαρδανίων τρισχι[λίους καὶ διακοσίο]υς· κατ' ἐκεῖνον δὴ συμβαίνει τὸ ἐκ [τοῦ Ἴστρου ἐπὶ τὰς Μαλ]έας ἑξακισχιλίων πεντακοσίων. αἴτιον δὲ τούτου, τὸ μὴ τὴν σύντομον καταμετρεῖν, ἀλλὰ τὴν τυχοῦσαν, ἣν ἐπορεύθη τῶν στρατηγῶν τις. οὐκ ἄτοπον δ' ἴσως καὶ τοὺς οἰκιστὰς προσθεῖναι τῶν τὴν Πελοπόννησον οἰκούντων, οὓς εἶπεν Ἔφορος, τοὺς μετὰ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον· Κορίνθου μὲν Ἀλήτην, Σικυῶνος δὲ Φάλκην, Ἀχαΐας δὲ Τισαμενόν, Ἤλιδος δ' Ὄξυλον, Μεσσήνης δὲ Κρεσφόντην, Λακεδαίμονος δ' Εὐρυσθένη καὶ Προκλῆ, Ἄργους δὲ Τήμενον κ[αὶ Κισσόν, τῶν δὲ] περὶ τὴν Ἀκτὴν Ἀγραῖον καὶ Δηιφόντην.

4. De Alpheo et Eurota, quæ mirabilia narrantur, supra retulimus, sicuti illud de Erasino, qui e Stymphalide ortus in Argiam nunc exit, quum olim effluxio interclusa esset, obturatis ejus profundis voraginibus sive berethris, quæ Zerethra Arcades nuncupant : unde factum est ut Stymphalus urbs nunc etiam vel quinquaginta a palude distet stadiis, quum ante ad ipsum sita esset paludis marginem. Diversum plane est quod Ladoni amni accidit : fluxus interceptus fuit aliquando ob scaturiginis obstructos meatus. Quum enim berethra apud Pheneum terræ motu in sese concidissent, per quæ amnis ferebatur, interceperunt fluxum usque ad venas, quæ in imo scaturiginis erant. Ac nonnulli quidem narrant uti modo dixi; Eratosthenes autem tradit, apud Pheneum Aniam ( *Aroanium*? ) flumen stagnis effusis vicina urbi loca obtegere; terram vero subire per cola ( codd. ἰσθμοὺς ) quædam quæ dicantur Zerethra; his autem obturatis, interdum aquas in campos eluviem facere; rursum apertis, aquam e campis confertim dilapsam in Ladonem et Alpheum influere, ita ut et Olympiæ terra, quæ circa templum est, aliquando fuerit aquis inundata, palus autem facta arctior. Porro Erasinum præter Stymphalum labentem subire montem et in Argia rursum erumpere : ideoque Iphicratem, quum in obsidione Stymphali nihil proficeret, multis paratis spongiis conatum fuisse prohibere eam infra terram fluminis demersionem : sed cœpto destitisse, signo divinitus oblato. Propter Pheneum est etiam ea quæ Stygis dicitur aqua, stillicidium aquæ perniciosæ, quam sacram habent. Tantum de Arcadia dictum esto.

5. Polybium a Maleis versus septentrionem ad Istrum usque intervallum circiter decies mille stadiorum numerantem, non inepte corrigit Artemidorus; etenim a Maleis usque ad Ægium mille et quadringentorum stadiorum iter esse ait; hinc ad [ *Cirrham navigationem stadiorum* ] ducentorum; hinc per Heracleam [ *usque ad Thaumacos* ] stadiorum quingentorum iter; deinde ad Larissam [ *et Peneum fluvium stadiorum* ] trecentorum quadraginta; tum per [ *Tempe ad Pe*]nei exitum, ducentorum quadraginta; [ *tum ad Thessa*]loniceam, sexcentorum sexaginta; hinc [ *ad Istrum per Idom*]enam et Stobos et Dardanios, ter mille [ *et ducentorum* ]. Secundum Artemidorum igitur intervallum [*ab Istro ad Mal*]eas foret stadiorum sex millium quingentorum. Causam errori præbuit, quod non brevissimum interstitium Polybius fuit dimensus, sed annotavit qualiscumque itineris a copiarum ductore aliquo facti quantitatem. Fortassis haud absurde ex Ephoro eos commemoravero hic, qui conditores civitatum fuerunt in Peloponneso post reditum Heraclidarum. Ii fuerunt, Corinthi Aletes, Sicyonis Phalces, Achaiæ Tisamenus, Elidis Oxylus, Messenæ Cresphontes, Lacedæmonis Eurysthenes ac Procles, Argorum Temenus [ *et Cissus* ], Actæ regionis Agræus ( *codd. Ægæus* ) et Deiphontes.

## ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

# ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

### ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ ἐννάτῳ [τὰ] περὶ τῆς Ἑλλάδος, Ἀθηνῶν μάλιστα πανηγυρικὴν ἔκφρασιν, καὶ Βοιωτίαν καὶ Θετταλίαν μετὰ τῆς παραλίας ταύτης.

### ΚΕΦ. Α΄.

Περιωδευκόσι δὲ τὴν Πελοπόννησον, ἣν πρώτην ἔφαμεν καὶ ἐλαχίστην τῶν συντιθεισῶν τὴν Ἑλλάδα χερρονήσων, ἐφεξῆς ἂν εἴη τὰς συνεχεῖς ἐπελθεῖν. ἦν δὲ δευτέρα μὲν ἡ προστιθεῖσα τῇ Πελοποννήσῳ τὴν Μεγαρίδα· τρίτη δὲ ἡ πρὸς ταύτῃ προσλαμβάνουσα τὴν Ἀττικὴν καὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τῆς Φωκίδος τι μέρος καὶ τῶν Ἐπικνημιδίων Λοκρῶν, † ὥστε τὸν Κρομμυῶν[α Μεγαρέων] εἶναι, καὶ μὴ Κορινθίων· περὶ τούτων οὖν [λεκτέον νῦν]. Φησὶ δ' Εὔδοξος, εἴ τις νοήσειεν ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν ἐπὶ Σούνιον, τὸ τῆς Ἀττικῆς ἄκρον, καὶ τὰ πρὸς ἕω μέρη τεταμένην εὐθεῖαν, ἐν δεξιᾷ μὲν ἀπολείψειν τὴν Πελοπόννησον ὅλην πρὸς νότον, ἐν ἀριστερᾷ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἄρκτον τὴν ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν συνεχῆ παραλίαν μέχρι τοῦ Κρισαίου κόλπου καὶ τῆς Μεγαρίδος καὶ συμπάσης τῆς Ἀττικῆς· νομίζει δ' οὐδ' ἂν κ[οιλαίνεσθαι σφόδρα] τὴν ἠιόνα τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι [τοῦ Ἰσθμοῦ, ὥστε μεγάλην] ἔχειν ἐπιστροφήν, εἰ μὴ προσῆν τῇ [ἠιόνι ταύτῃ καὶ] τὰ συνεχῆ τῷ Ἰσθμῷ χωρία τὰ [τεινόμενα ἐπὶ τὸν κόλπον] Ἑρμιονικὸν καὶ τὴν Ἀκτήν· ὡς δ' αὔ[τως τὴν ἠιόνα ἀπὸ τῶν Κεραυν]ίων ἐπὶ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον ἔχειν τινὰ τοσαύ[την ἐπιστρο]φήν, ὥστε κοιλαίνεσθαι κολποειδῶς καθ' αὑ[τήν, ὅπου τὸ] Ῥίον καὶ τὸ Ἀντίρριον συναγόμενα εἰς στενὸν [ποιεῖται τὴν] ἔμφασιν ταύτην· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ [Κρίσσαν καὶ] τὸν μυχόν, εἰς ἃ καταλήγειν συμβαίνει τὴν [Κρισσαίαν] θάλατταν.

2. Οὕτω δ' εἰρηκότος Εὐδόξου, μαθηματικοῦ ἀνδρὸς καὶ σχημάτων ἐμπείρου καὶ κλιμάτων καὶ τοὺς τόπους τούτους εἰδότος, δεῖ νοεῖν τήνδε τὴν πλευρὰν τῆς Ἀττικῆς σὺν τῇ Μεγαρίδι τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι Ἰσθμοῦ κοίλην μέν, ἀλλ' ἐπὶ μικρόν. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ κατὰ μέσην που τὴν λεχθεῖσαν γραμμὴν ὁ Πειραιεύς, τὸ τῶν Ἀθηνῶν ἐπίνειον. Διέχει γὰρ τοῦ μὲν Σχοινοῦντος τοῦ κατὰ τὸν Ἰσθμὸν περὶ τριακοσίους πεντήκοντα σταδίους, τοῦ δὲ Σουνίου τριάκοντα καὶ τριακοσίους· [τόσ]ον πώς ἐστι διάστημα καὶ τὸ ἐπὶ Πηγὰς ἀπὸ τοῦ Πει[ραιῶς], ὅσονπερ καὶ ἐπὶ Σχοινοῦντα· δέκα δ' ὅμως στα[δίοις] πλεονάζειν φασί. κάμψαντι δὲ τὸ Σούνιον πρὸς ἄρκτον μὲν ὁ πλοῦς, ἐκκλίνων [δὲ] πρὸς δύσιν.

## STRABONIS

# GEOGRAPHICORUM

## LIBER NONUS.

### ARGUMENTUM.

Nono libro *complectitur* descriptionem Helladis, Athenarum maxime, quas laudibus evehit; tum Bœotiæ et Thessaliæ cum ejus ora maritima.

### CAP. I.

Perfunctis nobis descriptione Peloponnesi, quam primam eamque minimam earum peninsularum, quæ Græciam conficiunt, esse diximus, deinceps etiam reliquæ persequendæ sunt. Secundam ergo eam facimus, quæ Peloponneso Megaridem adjungit: tertiam, quæ huic Atticam apponit Bœotiamque et Phocidis quandam partem ac Locrorum Epicnemidiorum, [ita ut Megarensium sit Crommyon, non Corinthiorum. *Hæc ponenda erant post verba* Megaridem adjungit]. De his itaque nunc dicendum. Eudoxus tradit, si quis a montibus Cerauniis lineam imaginetur ad Sunium, Atticæ promontorium, in directum ductam versus orientem, eam a dextro latere versus meridiem totam Peloponnesum separaturam, a sinistro versus septentriones oram maritimam a Ceraunils montibus continuam usque ad Crissæum sinum et Megaridem et Atticam universam. Existimatque litus, quod a Sunio est usque ad Isthmum non [*magnopere curvum fore*], nec magnum habiturum fuisse flexum, nisi [*ad litus hoc*] pertinerent [*etiam*] continua Isthmo loca, quæ [*tendunt versus sinum*] Hermionicum et Actam. Eodem modo [*litus, quod est a Ceraunils*] versus Corinthiacum sinum, habere quendam ejusmodi flexum, ita ut in sinum curvetur, [*ubi*] Rhium et Antirrhium in arctum conducta talem figuram [*efficiant*]; eodem modo etiam litus circa [*Crissam*] et intimum recessum, in quem desinit mare [*Crissæum*].

2. Hæc quum Eudoxus tradiderit, mathematicus homo, et figurarum inclinationisque locorum peritus, ac qui loca ea perlustraverit, imaginari oportet latus Atticæ cum Megaride a Sunio usque ad Isthmum cavum quidem esse, sed leviter (codd. ἐπίμικτον). Est ibi in medio ferme dictæ lineæ Piræeus Atheniensium navale, distans a Schœnunte, qui est ad Isthmum, ad trecenta quinquaginta stadia, a Sunio trecenta triginta; ac tantum circiter intervallum est etiam ad Pagas (Πηγὰς) a Piræeo, quantum ad Schœnuntem: decem tamen stadiis excedere aiunt. Ubi Sunium flexeris, versus septentrionem navigatio est, paullulum ad occidentem deflectens.

3. Ἀκτὴ δ' ἐστὶν ἀμφιθάλαττος, στενὴ τὸ πρῶτον, εἶτ' εἰς τὴν μεσόγαιαν πλατύνεται, μηνοειδῆ δ' οὐδὲν ἧττον ἐπιστροφὴν λαμβάνει πρὸς Ὠρωπὸν τῆς Βοιωτίας, τὸ κυρτὸν ἔχουσαν πρὸς θαλάττῃ· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ δεύτερον πλευρὸν ἑῷον τῆς Ἀττικῆς. τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη τὸ προσάρκτιόν ἐστι πλευρόν, ἀπὸ τῆς Ὠρωπίας ἐπὶ δύσιν παρατεῖνον μέχρι τῆς Μεγαρίδος, ἡ Ἀττικὴ ὀρεινή, πολυώνυμός τις, διείργουσα τὴν Βοιωτίαν ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς· ὥσθ', ὅπερ εἶπον ἐν τοῖς πρόσθεν, ἰσθμὸν γίνεσθαι τὴν Βοιωτίαν, ἀμφιθάλαττον οὖσαν, τῆς τρίτης χερρονήσου τῆς λεχθείσης, ἀπολαμβάνοντα ἐντὸς τὰ πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ, τήν τε Μεγαρίδα καὶ τὴν Ἀττικήν. διὰ δὲ τοῦτο καὶ Ἀκτήν φασι λεχθῆναι τὸ παλαιὸν καὶ Ἀκτικὴν τὴν νῦν Ἀττικὴν παρονομασθεῖσαν, ὅτι τοῖς ὄρεσιν ὑποπέπτωκε τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς ἀλιτενὲς καὶ στενόν, μήκει δ' ἀξιολόγῳ κεχρημένον, προπεπτωκὸς μέχρι Σουνίου. Ταύτας οὖν διέξιμεν ἀναλα[βόντες τὰς πλευρὰς ἐκ π]αραλίας, ἀφ' ἧσπερ ἀπελίπομεν.

4. Μετὰ δὴ Κρομμυῶνα ὑπέρκεινται τῆς Ἀττικῆς αἱ Σκειρωνίδες πέτραι, πάροδον οὐκ ἀπολείπουσαι πρὸς θαλάττῃ· ὑπὲρ αὐτῶν δ' ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ Μεγάρων καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ· οὕτω δὲ σφόδρα πλησιάζει ταῖς πέτραις ἡ ὁδός, ὥστε πολλαχοῦ καὶ παράκρημνός ἐστι, διὰ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος δύσβατόν τε καὶ ὑψηλόν· ἐνταῦθα δὲ μυθεύεται τὰ περὶ τοῦ Σκείρωνος καὶ τοῦ Πιτυοκάμπτου, τῶν ληιζομένων τὴν λεχθεῖσαν ὀρεινήν, οὓς καθεῖλε Θησεύς. ἀπὸ δὲ τῶν ἄκρων τούτων καταιγίζοντα σκαιὸν τὸν Ἀργέστην Σκείρωνα προσηγορεύκασιν Ἀθηναῖοι. Μετὰ δὲ τὰς Σκειρωνίδας πέτρας ἄκρα πρόκειται Μινώα, ποιοῦσα τὸν ἐν τῇ Νισαίᾳ λιμένα. ἡ δὲ Νισαία ἐπίνειόν ἐστιν τῶν Μεγάρων, δεκαοκτὼ σταδίους τῆς πόλεως διέχον, σκέλεσιν ἑκατέρωθεν συναπτόμενον πρὸς αὐτήν· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τοῦτο Μινώα.

5. Τὸ παλαιὸν μὲν οὖν Ἴωνες εἶχον τὴν χώραν ταύτην, οἵπερ καὶ τὴν Ἀττικήν, οὔπω τῶν Μεγάρων ἐκτισμένων· διόπερ οὐδ' ὁ ποιητὴς μέμνηται τῶν τόπων τούτων ἰδίως, ἀλλ' Ἀθηναίους καλῶν τοὺς ἐν τῇ Ἀττικῇ πάντας, συμπεριείληφε καὶ τούτους τῷ κοινῷ ὀνόματι, Ἀθηναίους νομίζων· ὡς ὅταν φῇ ἐν τῷ Καταλόγῳ·

οἳ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,

δέχεσθαι δεῖ καὶ τοὺς νῦν Μεγαρέας, ὡς καὶ τούτους μετασχόντας τῆς στρατείας. σημεῖον δέ· ἡ γὰρ Ἀττικὴ τὸ παλαιὸν Ἰωνία καὶ Ἰὰς ἐκαλεῖτο, καὶ ὁ ποιητὴς ὅταν φῇ·

ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες,

τοὺς Ἀθηναίους λέγει· ταύτης δ' ἦν μερὶς καὶ ἡ Μεγαρίς.

6. Καὶ δὴ καὶ τῶν ὁρίων ἀμφισβητοῦντες πολλάκις οἵ τε Πελοποννήσιοι καὶ Ἴωνες, ἐν οἷς ἦν καὶ ἡ Κρομμυωνία, συνέβησαν καὶ στήλην ἔστησαν ἐπὶ τοῦ συνο-

3. Ceterum [*Attica*] acte est bimaris, primum angusta, deinde versus mediterranea dilatatur; nihilo minus vero lunæ formam imitatur flexu versus Oropum Bœotiæ, convexa parte mari obversa. Hoc est alterum orientale Atticæ latus. Reliquum est septentrionem spectans latus Atticæ ab Oropio agro pertinens occasum versus usque ad Megaridem, Attica montana, et multis affecta nominibus, quæ Bœotiam ab Attica dirimit. Itaque, sicuti supra dixi, Bœotia isthmus fit tertiæ earum, quæ commemoratæ sunt, peninsulæ, utrimque mari alluta, intusque coercet partes ad Peloponnesum sitas, Megaridem atque Atticam. Eamque ob causam aiunt antiquitus Actam et Acticam fuisse appellatam, quæ nunc Attica dicitur, quod maxima ejus pars subjacet montibus, ad mare vergens et angusta et in haud mediocrem longitudinem porrecta usque ad Sunium. Hæc ergo *latera* explicabimus, *ab ea* rursus ora *incipientes*, a qua eramus digressi.

4. Post Crommyonem ergo supra Atticam sitæ sunt Scironides petræ, præter quas juxta mare non patet transitus: supra ipsas autem via est, ab Isthmo Megara et *in* Atticam ducens: adeo autem prope ad petras accedit via, ut multis etiam locis præcipitia propter eam sint ob montem supra situm, qui invius est et altus. Ibi ferunt Scironem, et qui a pinuum curvatione Pityocamptes dictus fuit, consedisse, montanamque regionem latrociniis infestam habuisse: quos Theseus interfecit. Ab summis his saxis a sinistra flantem procellasque cientem Argesten Athenienses Scironem dicunt. Post Scironides petras excurrit promontorium Minoa, quod Nisææ portum conficit. Est autem Nisæa Megarensium navale, distans ab urbe stadiis duodeviginti, et longo utrimque muro ei connexum: idque ipsum etiam Minoa appellabatur.

5. Antiquitus hanc regionem Iones habitabant, ut et Atticam, nondum conditis Megaris. Ideoque Homerus horum locorum mentionem seorsum non facit, sed quum Athenienses vocat omnes Atticæ incolas, communi hoc nomine hos quoque complectitur atque Athenienses esse censet: adeo ut quum in Catalogo ait (*Il.* 2, 546):

Quique urbem pulchræ tenuerunt molis Athenas:

intelligendi sint etiam qui nunc Megarenses dicuntur, una ipsi quoque tum ad bellum profecti. Cujus rei signum est, quod Attica priscis temporibus dicta fuit Ionia et Ias, et Homerus quum ait (*Il.* 13, 685),

Illic Bœotique et Iaones,

Athenienses significat. Hujus autem Ioniæ pars erat etiam Megaris.

6. Et quidem Peloponnesii et Iones, quum multum de finibus disceptassent, in quibus et Crommyonia fuit, convenerunt aliquando, et in loco de communi sententia

μολογηθέντος τόπου περὶ αὐτὸν τὸν Ἰσθμόν, ἐπιγραφὴν ἔχουσαν ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τὴν Πελοπόννησον μέρους,

τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία·

ἐπὶ δὲ τοῦ πρὸς Μέγαρα,

τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία.

οἵ τε δὴ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες, πολλὰ διαφωνοῦντες, τοῦτό γε ὁμολογοῦσιν, οἵ γε λόγου ἄξιοι, διότι τῶν Πανδιονιδῶν τεσσάρων ὄντων, Αἰγέως τε καὶ Λύκου καὶ Πάλλαντος καὶ τετάρτου Νίσου, καὶ τῆς Ἀττικῆς εἰς τέτταρα μέρη διαιρεθείσης, ὁ Νῖσος τὴν Μεγαρίδα λάχοι καὶ κτίσαι τὴν Νίσαιαν. Φιλόχορος μὲν οὖν ἀπὸ Ἰσθμοῦ μέχρι τοῦ Πυθίου διήκειν αὐτοῦ φησι τὴν ἀρχήν, Ἄνδρων δὲ μέχρι Ἐλευσῖνος καὶ τοῦ Θριασίου πεδίου. τὴν δ' εἰς τέτταρα μέρη διανομὴν ἄλλων ἄλλως εἰρηκότων, ἀρκεῖ ταῦτα παρὰ Σοφοκλέους λαβεῖν· φησὶ δ' ὁ Αἰγεύς, ὅτι ὁ πατὴρ ὥρισεν ἐμοὶ μὲν ἀ[πελθεῖ]ν εἰς ἀκτάς, τῆσδε γῆς πρεσβεῖα νείμας·...... α Λύκῳ

τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμων,
Νίσῳ δὲ τὴν ὅμαυλον ἐξαιρεῖ χθόνα
Σκείρωνος ἀκτῆς, τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον
ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων
εἴληχε Πάλλας.

ὅτι μὲν οὖν ἡ Μεγαρὶς τῆς Ἀττικῆς μέρος ἦν, τουτοις χρῶνται τεκμηρίοις.

7. Μετὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον καὶ τὸν τῆς χώρας μερισμὸν ὑπ' αὐτῶν καὶ τῶν συγκατελθόντων αὐτοῖς Δωριέων ἐκπεσεῖν τῆς οἰκείας συνέβη πολλοὺς εἰς τὴν Ἀττικήν, ὧν ἦν καὶ ὁ τῆς Μεσσήνης βασιλεὺς Μέλανθος· οὗτος δὲ καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑκόντων, νικήσας ἐκ μονομαχίας τὸν τῶν Βοιωτῶν βασιλέα Ξάνθον. εὐανδρούσης δὲ τῆς Ἀττικῆς διὰ τοὺς φυγάδας, φοβηθέντες οἱ Ἡρακλεῖδαι, παροξυνάντων αὐτοὺς μάλιστα τῶν ἐν Κορίνθῳ καὶ τῶν ἐν Μεσσήνῃ, τῶν μὲν διὰ τὴν γειτνίασιν, τῶν δέ, ὅτι Κόδρος τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευε τότε ὁ τοῦ Μελάνθου παῖς, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Ἀττικήν· ἡττηθέντες δὲ μάχῃ τῆς μὲν ἄλλης ἐξέστησαν γῆς, τὴν Μεγαρικὴν δὲ κατέσχον καὶ τήν τε πόλιν ἔκτισαν τὰ Μέγαρα καὶ τοὺς ἀνθρώπους Δωριέας ἀντὶ Ἰώνων ἐποίησαν· ἠφάνισαν δὲ καὶ τὴν στήλην τὴν ὁρίζουσαν τούς τε Ἴωνας καὶ τοὺς Πελοποννησίους.

8. Πολλαῖς δὲ κέχρηται μεταβολαῖς ἡ τῶν Μεγαρέων πόλις, συμμένει δ' ὅμως μέχρι νῦν. ἔσχε δέ ποτε καὶ φιλοσόφων διατριβὰς τῶν προσαγορευθέντων Μεγαρικῶν, Εὐκλείδην διαδεξαμένων, ἄνδρα Σωκρατικόν, Μεγαρέα τὸ γένος· καθάπερ καὶ Φαίδωνα μὲν τὸν Ἠλεῖον οἱ Ἠλειακοὶ διεδέξαντο, καὶ τοῦτον Σωκρατικόν, ὧν ἦν καὶ Πύρρων, Μενέδημον δὲ τὸν Ἐρετριέα οἱ Ἐρετρικοί. ἔστι δ' ἡ χώρα τῶν Μεγαρέων παράλυπρος, καθάπερ καὶ ἡ Ἀττική, καὶ τὸ πλέον αὐτῆς ἐπέχει τὰ καλούμενα Ὄνεια ὄρη, ῥάχις τις μηκυνομένη

constituto columnam posuerunt apud ipsum Isthmum: quæ in parte Peloponnesum spectante habebat hanc inscriptionem :

Hæc jam Peloponnesus sunt, non Ionia;

in parte autem Megaris obversa,

Hæc non Peloponnesus jam sunt, sed Ionia.

Et qui Atthida seu res Atticas scripserunt, quanquam in multis dissentiunt, in eo tamen omnes, qui quidem alicujus sunt nominis, consentiunt, quod, quum Pandionidæ fuissent quattuor, Ægeus, Lycus, Pallas et Nisus, Atticaque divisa fuisset in quattuor portiones, Nisus Megaridem sorte obtinuerit Nisæamque condiderit. Philochorus ab Isthmo ad Pythium usque regnum ejus pertigisse scribit; Andro vero usque ad Eleusinem et campum Thriasium. Jam quum divisionem illam in quattuor partes factam alii aliter exponant, sufficiant nobis versus ea de re Sophoclis, apud quem sic loquitur Ægeus : Me pater jussit discedere ad Litus, primariam hujus terræ mihi partem assignans, deinde (δεύτερα?) Lyco

oppositum Eubœæ lateri hortum tribuens;
Niso autem vicinam eximit terram
Scironis oræ; quod regionis ad meridiem est,
asper hic et gigantas educans
Pallas sortitus est.

His ergo argumentis docent Megaridem Atticæ fuisse partem.

7. Post Heraclidarum reditum et regionis partitionem usu venit, ut multi ab iis et Doriensibus una cum iis reversis, suis sedibus pulsi in Atticam migrarent : e quibus fuit etiam Melanthus, Messenæ rex : qui quum singulari pugna Xanthum vicisset Bœotorum regem, ultro ab Atheniensibus rex est creatus. Quum autem exsulum frequentia faceret ut copia virorum floreret Attica, metuentes sibi Heraclidæ, instigantibus eos maxime Corinthiis et Messeniis, illis ob vicinitatem, his, quod tum Codrus Melanthi filius regnum Atticæ tenebat, bellum Atticæ intulerunt: sed prœlio victi ex Attica quidem profligati sunt, Megaricam tamen occupaverunt, et Megaris urbe condita, incolas ex Ionibus fecerunt Dorienses : aboleverunt etiam columnam, quæ Ionum et Peloponnesiorum ditionem disterminabat.

8. Urbs Megarensium, quanquam multas est passa mutationes, tamen etiamnum durat. Habuit aliquando etiam scholam philosophorum, qui Megarici dicebantur, successores Euclidis Socratici, patria Megarensis, quomodo Phædoni Eleo Eleaci successerunt, ipsi quoque Socratico; de quibus etiam Pyrrho fuit: et Menedemo Eretriensi Eretriaci. Est autem regio Megarensium subaspera, sicut et Attica : et majorem ejus partem occupant Onei montes (quasi Asininos diceres), dorsum e Scironiis saxis porrectum ver-

μὲν ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὸν Κιθαιρῶνα, διείργουσα δὲ τὴν κατὰ Νίσαιαν θάλατταν ἀπὸ τῆς κατ[ὰ τὰς Παγὰς], Ἀλκυονίδος προσαγορευομένης.

9. Πρόκειται δ' ἀπὸ Νισαίας πλέοντι εἰς τὴν Ἀττικὴν πέντε νησία. εἶτα Σαλαμὶς ἑβδομήκοντά που σταδίων οὖσα τὸ μῆκος, οἱ δ' ὀγδοήκοντά φασιν· ἔχει δ' ὁμώνυμον πόλιν, τὴν μὲν ἀρχαίαν ἔρημον πρὸς Αἴγιναν τετραμμένην καὶ πρὸς νότον, καθάπερ καὶ Αἰσχύλος εἴρηκεν,

Αἴγινα δ' αὕτη πρὸς νότου κεῖται πνοάς·

τὴν δὲ νῦν ἐν κόλπῳ κειμένην ἐπὶ χερρονησοειδοῦς τόπου συνάπτοντος πρὸς τὴν Ἀττικήν. Ἐκαλεῖτο δ' ἑτέροις ὀνόμασι τὸ παλαιόν· καὶ γὰρ Σκιρὰς καὶ Κυχρεία ἀπό τινων ἡρώων, ἀφ' οὗ μὲν Ἀθηνᾶ τε λέγεται Σκιρὰς καὶ τόπος Σκίρα ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ ἐπὶ Σκίρῳ ἱεροποιία τις καὶ ὁ μὴν ὁ Σκιροφοριών· ἀφ' οὗ δὲ καὶ Κυχρείδης ὄφις, ὅν φησιν Ἡσίοδος τραφέντα ὑπὸ Κυχρέως ἐξελαθῆναι ὑπὸ Εὐρυλόχου, λυμαινόμενον τὴν νῆσον, ὑποδέξασθαι δὲ αὐτὸν τὴν Δήμητραν εἰς Ἐλευσῖνα καὶ γενέσθαι ταύτης ἀμφίπολον. ὠνομάσθη δὲ καὶ Πιτυοῦσσα ἀπὸ τοῦ φυτοῦ· ἐπιφανὴς δὲ ἡ νῆσος ὑπῆρξε διά τε τοὺς Αἰακίδας ὑπάρξαντας αὐτῆς, καὶ μάλιστα δι' Αἴαντα τὸν Τελαμώνιον, καὶ διὰ τὸ περὶ τὴν νῆσον ταύτην καταναυμαχηθῆναι Ξέρξην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων καὶ φυγεῖν εἰς τὴν οἰκείαν. συναπέλαυσαν δὲ καὶ Αἰγινῆται τῆς περὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον δόξης, γείτονές τε ὄντες καὶ ναυτικὸν ἀξιόλογον παρασχόμενοι. Βώκαρος δ' ἐστὶν ἐν Σαλαμῖνι ποταμός, ὁ νῦν Βωκαλία καλούμενος.

10. Καὶ νῦν μὲν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον, τὸ δὲ παλαιὸν πρὸς Μεγαρέας ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἔρις περὶ αὐτῆς· καί φασιν οἱ μὲν Πεισίστρατον, οἱ δὲ Σόλωνα παρεγγράψαντα ἐν τῷ Νεῶν καταλόγῳ μετὰ τὸ ἔπος τοῦτο,

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,

ἑξῆς τοῦτο,

στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες,

μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ τοῦ τὴν νῆσον ἐξ ἀρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. οὐ παραδέχονται δὲ τοῦθ' οἱ κριτικοὶ διὰ τὸ πολλὰ τῶν ἐπῶν ἀντιμαρτυρεῖν αὐτοῖς. Διὰ τί γὰρ ναυλοχῶν ἔσχατος φαίνεται ὁ Αἴας, οὐ μετ' Ἀθηναίων, ἀλλὰ μετὰ τῶν ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ Θετταλῶν;

ἔνθ' ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου·

καὶ ἐν τῇ Ἐπιπωλήσει ὁ Ἀγαμέμνων

εὗρ' υἱὸν Πετεῶο Μενεσθῆα πλή[ξιππον
ἑστα]ότ', ἀμφὶ δ' Ἀθηναῖοι, μήστωρες ἀϋτῆς.
αὐτὰρ ὁ πλησίον ἑστήκει πολύμητις Ὀδυσσεύς,
πὰρ δὲ Κεφαλλήνων ἀμφὶ στίχες.

ἐπὶ δὲ τὸν Αἴαντα καὶ τοὺς Σαλαμινίους πάλιν,

ἦλθε δ' ἐπ' Αἰάντεσσι·

sus Bœotiam et Cithæronem, et mare quod ad Nisæam est, distinguens ab eo quod [*ad Pagas est*] et Alcyonium dicitur.

9. Naviganti a Nisæa versus Atticam quinque exiguæ insulæ occurrunt. Inde est Salamis, longitudine septuaginta fere, aut, ut alii volunt, octoginta stadiorum; urbem habet cognominem : et prisca quidem deserta est, Æginæ et austro obversa, sicut etiam Æchylus dixit :

Ægina versus Austri flatus est sita;

nova autem in sinu sita est in loco peninsulam referente et Atticam fere attingente. Antiquitus alia habuit nomina : dicebatur enim Sciras et Cychrea a quibusdam heroibus : unde et Minerva Sciras dicitur et Scira locus Atticæ et ad Scirum sacrificium quoddam et mensis Scirophorion : hinc etiam Cychrides serpens, quem alitum a Cychreo Hesiodus ait ab Eurylocho (*codd.* Eurycle) expulsum esse, quum insulam infestaret, receptumque Eleusine a Cerere in locum administri. Pityussa etiam a pinu, quæ Græcis est *pitys*, dicta fuit. Claruit autem insula hæc quum propter reges ejus (ὑπάρξαντας) Æacidas, præsertim Ajacem Telamonis filium, tum quod ad eam insulam victus navali prœlio a Græcis Xerxes fuga domum contendit. Ceterum Æginetæ quoque in partem gloriæ eo prœlio partæ venerunt, quum vicini essent et memorabilem præbuissent classem. Amnis est insulæ Bocarus, [qui nunc Bocalia appellatur.]

10. Nunc Athenienses possident insulam; quondam cum Megarensibus de ea contenderunt : feruntque Pisistratum aut (ut alii volunt) Solonem, quum in Navium catalogo post versum hunc (*Il.* 2, 557):

A Salamine aderat cum bis sex navibus Ajax,

subdole inseruisset hunc :

Quas statuit ubi Athenarum stabat cita classis :

Homeri testimonio docuisse, insulam antiquitus Atheniensium fuisse. Verum critici id non admittunt, quod multi alii versus contra testimonium præbeant. Cur enim Ajacis navium statio ultimo fuit loco, non juxta Athenienses, sed Thessalos, qui cum Protesilao venerant?

Hic naves Ajacis erant, et Protesilai (*Il.* 13, 681).

Et Agamemno exercitum obiens (*Il.* 4, 327)

Repperit hic Petei fortemque Menesthea natum,
Circum et Erechthidas pugnaci robore stantes.
Pone Cephallenis cinctusque cohortibus acer
Adstabat Laertiades.

Ad Ajacem autem et Salaminios se convertens Agamemno (*Il.* 4, 273)

venit ad Ajaces

καὶ παρ' αὐτοὺς

Ἰδομενεὺς δ' ἑτέρωθεν,

οὐ Μενεσθεύς. οἱ μὲν δὴ Ἀθηναῖοι τοιαύτην τινὰ σκήψασθαι μαρτυρίαν παρ' Ὁμήρου δοκοῦσιν, οἱ δὲ Μεγαρεῖς ἀντιπαρῳδῆσαι οὕτως·

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν νέας, ἔκ τε Πολίχνης
ἔκ τ' Αἰγειρούσσης Νισαίης τε Τριπόδων τε·

ἅ ἐστι χωρία Μεγαρικά, ὧν οἱ Τρίποδες Τριποδίσκιον λέγονται, καθ' ὃ ἡ νῦν ἀγορὰ τῶν Μεγάρων κεῖται.

11. Τινὲς δ' ἀπὸ τοῦ τὴν ἱέρειαν τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς χλωροῦ τυροῦ, τοῦ μὲν ἐπιχωρίου μὴ ἅπτεσθαι, ξενικὸν δὲ μόνον προσφέρεσθαι, χρῆσθαι δὲ καὶ τῷ Σαλαμινίῳ, ξένην φασὶ τῆς Ἀττικῆς τὴν Σαλαμῖνα· οὐκ εὖ· καὶ γὰρ τὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων νήσων τῶν ὁμολογουμένως τῇ Ἀττικῇ προσχώρων προσφέρεται, ξενικὸν πάντα τὸν διαπόντιον νοησάντων τῶν ἀρξάντων τοῦ ἔθους τούτου. ἔοικε δὲ τὸ παλαιὸν ἡ νῦν Σαλαμὶς καθ' αὑτὴν τάττεσθαι, τὰ δὲ Μέγαρα τῆς Ἀττικῆς ὑπάρξαι μέρος. ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Σαλαμῖνα κεῖσθαι συμβαίνει τὰ ὅρια τῆς τε Μεγαρικῆς καὶ τῆς Ἀτθίδος, ὄρη δύο, ἃ καλοῦσι Κέρατα.

12. Εἶτ' Ἐλευσὶν πόλις, ἐν ᾗ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς Ἐλευσινίας, καὶ ὁ μυστικὸς σηκός, ὃν κατεσκεύασεν Ἰκτῖνος, ὄχλον θεάτρου δέξασθαι δυνάμενον, ὃς καὶ τὸν Παρθενῶνα ἐποίησε τὸν ἐν ἀκροπόλει τῇ Ἀθηνᾷ, Περικλέους ἐπιστατοῦντος τῶν ἔργων· ἐν δὲ τοῖς δήμοις καταριθμεῖται ἡ πόλις.

13. Εἶτα τὸ Θριάσιον πεδίον καὶ ὁμώνυμος αἰγιαλὸς καὶ δῆμος· εἶθ' ἡ ἄκρα ἡ Ἀμφιάλη καὶ τὸ ὑπερκείμενον λατόμιον, καὶ ὁ εἰς Σαλαμῖνα πορθμὸς ὅσον διστάδιος, ὃν διαχοῦν ἐπειρᾶτο Ξέρξης, ἔφθη δὲ ἡ ναυμαχία γενομένη καὶ φυγὴ τῶν Περσῶν. ἐνταῦθα δὲ καὶ αἱ Φαρμακοῦσσαι, δύο νησία, ὧν ἐν τῷ μείζονι Κίρκης τάφος δείκνυται.

14. Ὑπὲρ δὲ τῆς ἀκτῆς ταύτης ὄρος ἐστίν, ὃ καλεῖται Κορυδαλλός, καὶ ὁ δῆμος οἱ Κορυδαλλεῖς· εἶθ' ὁ Φώρων λιμὴν καὶ ἡ Ψυτταλία, νησίον ἔρημον πετρῶδες, ὅ τινες εἶπον λήμην τοῦ Πειραιῶς· πλησίον δὲ καὶ ἡ Ἀταλάντη, ὁμώνυμος τῇ περὶ Εὔβοιαν καὶ Λοκρούς, καὶ ἄλλο νησίον, ὅμοιον τῇ Ψυτταλίᾳ καὶ τοῦτο· εἶθ' ὁ Πειραιεύς, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δήμοις ταττόμενος, καὶ ἡ Μουνυχία.

15. Λόφος δ' ἐστὶν ἡ Μουνυχία χερρονησιάζων καὶ κοῖλος καὶ ὑπόνομος πολὺ μέρος φύσει τε καὶ ἐπίτηδες, ὥστ' οἰκήσεις δέχεσθαι, στομίῳ δὲ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχων· ὑποπίπτουσι δ' αὐτῷ λιμένες τρεῖς. τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐτετείχιστο καὶ συνῴκιστο ἡ Μουνυχία παραπλησίως, ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τόν τε Πειραιᾶ καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων, ἐν οἷς καὶ ἡ ὁπλοθήκη, Φίλωνος ἔργον· ἄξιόν τε ἦν ναύσταθμον ταῖς τετρακοσίαις ναυσίν, ὧν οὐκ ἐλάττους ἔστελλον Ἀθηναῖοι. τῷ δὲ τείχει τούτῳ συνῆπτε τὰ καθειλκυσμένα ἐκ τοῦ ἄστεος σκέλη· ταῦτα

et juxta illos (*Il.* 3, 230),

illinc Idomeneus,

non Menestheus. Athenienses ergo putantur hujusmodi ab Homero petitum testimonium prætexisse, Megarenses autem illis sic occinisse (*Il.* 2, 557):

A Salamine Ajax cum navibus, eque Polichna,
Eque Ægirussa Nisæaque Tripodisque;

quæ sunt Megarica loca, ex quibus Tripodes Tripodiscium dicuntur, juxta quod situm est forum Megarensium.

11. Alienam autem ab Attica esse Salaminem, quidam eo argumento volunt docere, quod antistita Minervæ Poliadis, quum recentem caseum Atticum non tangat, solo peregrino vescatur, sed et Salaminio utatur. Male id quidem; nam et ab aliis insulis, quas ad Atticam pertinere in confesso est, allato caseo utitur: quia nimirum hujus consuetudinis auctores pro peregrino duxerunt, quidquid trans mare afferretur. Videtur itaque, quæ nunc est Salamis, antiquitus peculiaris fuisse respublica, Megara autem pars fuisse Atticæ. In ora porro maritima juxta Salaminem insulam fines sunt Megaricam ab Attica dirimentes, montes duo, qui Cerata, id est Cornua, nominantur.

12. Sequitur urbs Eleusin (2 *codd.* Eleusis), in qua templum est Eleusiulæ Cereris, et mysticum delubrum, turbæ, quanta in theatro solet esse, capax, opus Ictini, qui etiam Parthenonem Minervæ in arce fecit, Pericle operum procurationem sustinente; urbs in pagis Atticis numeratur.

13. Deinceps campus est Thriasius ejusdemque nominis litus et pagus. Tum Amphiale promontorium et superincumbens lapicidina, ac trajectus in Salaminem ad duo stadia latus: quem quum aggere ingesto complanare Xerxes conaretur, navali prœlio Persarumque fuga præventus est. Ibi et duæ parvæ sunt insulæ Pharmacussæ, in quarum majore ostenditur sepulcrum Circes.

14. Supra hoc litus mons est Corydallus et Corydallensium. Inde Phorôn, i. e. Furum, portus et Psyttalia, parva insula saxosa ac deserta, quam quidam Piræei gramiam (*codd.* λιμένα) appellaverunt. Vicina est etiam Atalanta, illi quæ est inter Eubœam et Locros cognominis: et alia parva insula Psyttaliæ similis; tum Piræeus, qui et ipse in pagis censetur, et Munychia.

15. Est autem Munychia tumulus peninsulæ forma, cavus et magna ex parte cuniculis subrutus, partim natura, partim industria, ita ut habitationibus sit aptus; intratur in eam angustas per fauces, et infra sunt tres portus. Antiquitus muro cincta atque habitata fuit Munychia, fere quomodo Rhodiorum urbs, complexa mœnibus Piræeum et portus plenos navalium, in quibus etiam armamentarium erat, Philonis opus; dignum hoc navale erat quadringentis illis navibus; neque enim paucioribus constabat Atheniensium classis. Hunc vero murum attingebant ducta inde ab

δ' ἦν μακρὰ τείχη, τετταράκοντα σταδίων τὸ μῆκος, συνάπτοντα τὸ ἄστυ τῷ Πειραιεῖ. οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας ἔρυμα, τόν τε Πειραιᾶ συνέστειλαν εἰς ὀλίγην κατοικίαν, τὴν περὶ τοὺς λιμένας καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος· τοῦ δὲ ἱεροῦ τὰ μὲν στοίδια ἔχει πίνακας θαυμαστούς, ἔργα τῶν ἐπιφανῶν τεχνιτῶν, τὸ δ' ὕπαιθρον ἀνδριάντας. κατέσπασται δὲ καὶ τὰ μακρὰ τείχη, Λακεδαιμονίων μὲν καθελόντων πρότερον, Ῥωμαίων δ' ὕστερον, ἡνίκα Σύλλας ἐκ πολιορκίας εἷλε καὶ τὸν Πειραιᾶ καὶ τὸ ἄστυ.

16. Τὸ δ' ἄστυ αὐτὸ πέτρα ἐστὶν ἐν πεδίῳ περιοικουμένη κύκλῳ· ἐπὶ δὲ τῇ πέτρᾳ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερόν, ὅ τε ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος, ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος, καὶ ὁ Παρθενών, ὃν ἐποίησεν Ἰκτῖνος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Φειδίου ἔργον ἐλεφάντινον, ἡ Ἀθηνᾶ. ἀλλὰ γὰρ εἰς πλῆθος ἐμπίπτων τῶν περὶ τῆς πόλεως ταύτης ὑμνουμένων τε καὶ διαβοωμένων ὀκνῶ πλεονάζειν, μὴ συμβῇ τῆς προθέσεως ἐκπεσεῖν τὴν γραφήν. ἔπεισι γάρ ὅ φησιν Ἡγησίας· ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν καὶ περιττῆς τριαίνης μ' ἔχει τι σημεῖον· ὁρῶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τῶν ἱερῶν γέγονα μύστης· ἐκεῖνο Λεωκόριον, τοῦτο Θησεῖον· οὐ δύναμαι δηλῶσαι καθ' ἓν ἕκαστον· ἡ γὰρ Ἀττικὴ θεῶν αὐτοῖς........ καταλαβόντων καὶ τῶν προγόνων ἡρώων .......... οὗτος μὲν οὖν ἑνὸς ἐμνήσθη τῶν ἐν ἀκροπόλει σημείων· Πολέμων δ' ὁ περιηγητὴς τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν ἀκροπόλει. τὸ δ' ἀνάλογον συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῆς πόλεως μερῶν καὶ τῆς χώρας· Ἐλευσῖνά τε εἰπὼν ἕνα τῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα δήμων, πρὸς δὲ καὶ τεττάρων, ὥς φασιν, οὐδένα τῶν ἄλλων ὠνόμακεν.

17. Ἔχουσι δέ, κἂν εἰ μὴ πάντες, οἵ γε πολλοὶ μυθοποιίας συχνὰς καὶ ἱστορίας· καθάπερ Ἄφιδνα μὲν τὴν τῆς Ἑλένης ἁρπαγὴν ὑπὸ Θησέως καὶ τὴν ὑπὸ τῶν Διοσκούρων ἐκπόρθησιν αὐτῆς καὶ ἀνακομιδὴν τῆς ἀδελφῆς, Μαραθὼν δὲ τὸν Περσικὸν ἀγῶνα· Ῥαμνοῦς δὲ τὸ τῆς Νεμέσεως ξόανον, ὅ τινες μὲν Διοδότου φασὶν ἔργον, τινὲς δὲ Ἀγορακρίτου τοῦ Παρίου, καὶ μεγέθει καὶ κάλλει σφόδρα κατωρθωμένον καὶ ἐνάμιλλον τοῖς Φειδίου ἔργοις. οὕτω δὲ καὶ Δεκέλεια μέν, τὸ ὁρμητήριον τῶν Πελοποννησίων κατὰ τὸν Δεκελεικὸν πόλεμον, Φυλὴ δέ, ὅθεν ἐπήγαγε τὸν δῆμον Θρασύβουλος εἰς Πειραιᾶ, κἀκεῖθεν εἰς ἄστυ. οὕτω δὲ καὶ ἐπ' ἄλλων πλειόνων ἐστὶν ἱστορεῖν πολλά, καὶ ἔτι τὸ Λεωκόριον καὶ τὸ Θη[σεῖον μύθο]υς ἔχει καὶ τὸ Λύκειον, καὶ τὸ Ὀλυμπικόν ([ἔστι δὲ ταὐτ]ὸ τὸ Ὀλύμπιον), ὅπερ ἡμιτελὲς κατέλιπε τελευτῶν ὁ ἀναθεὶς βασιλεύς· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Ἀκαδημία, καὶ οἱ κῆποι τῶν φιλοσόφων, καὶ τὸ Ὠδεῖον, καὶ ἡ Ποικίλη στοά, καὶ τὰ ἱερὰ τὰ ἐν τῇ πό[λει θαυμαστὰ] ἔχοντα τεχνιτῶν ἔργα.

18. Πολὺ δ' ἂν πλείων εἴη λόγος, εἰ τοὺς ἀρχηγέτας τοῦ κτίσματος ἐξετάζοι τις, ἀρξάμενος ἀπὸ Κέκροπος· οὐδὲ γὰρ ὁμοίως λέγουσιν ἅπαντες. τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων δῆλον· Ἀκτικὴν μὲν γὰρ ἀπὸ Ἀκταίωνός

urbe crura sive muri longi, qui crurum instar ab urbe per quadraginta stadia producti, urbem cum Piræeo connectebant. Sed multa ista bella murum dejecerunt, ac Munychiæ propugnaculum Piræeumque redegerunt in exiguum vicum, qui habitatur apud portus et ædem Jovis Servatoris. Cujus ædis porticus parvæ tabulas continent mirabiles, illustrium opera artificum, ea vero pars quæ sub dio aperta est, statuas. Longi quoque muri dejecti sunt primum a Spartanis, deinde a Romanis, quo tempore Sylla et Piræeum et urbem expugnavit.

16. Ipsa urbs saxum est in planitie, circumquaque domiciliis circumdatum: in eo saxo est templum Minervæ, tum vetusta Poliadis ædes, in qua semper ardens lucerna, tum Parthenon, Ictini opus, in quo Minerva eburnea, Phidiæ opus. Enimvero in multitudinem incidens eorum, quæ de hac urbe cantantur inque hominum ore versantur, vereor ne, si copiosior sim, ab instituto meo scriptio aberret. Venit enim mihi in mentem ejus, quod Hegesias dixit: « Video arcem: signum ibi me tenet ingentis tridentis: video Eleusinem, et mysteriis sacrorum initior: ibi est Leocorium, hic Theseum; non possunt singula exponi: Attica enim deorum qui sibi hanc regionem (αὐτοῖς τὴν χώραν) selegerunt, et priscorum heroum est possessio (ἐστὶ κτῆμα *suppl. codex*). » Hic igitur unius tantum in arce simulacri mentionem fecit; Polemo autem periegetes quattuor libros conscripsit de donariis in arce dedicatis. Eandem vero rationem etiam de reliquis urbis partibus deque agro ejus Hegesias sequitur: quumque Eleusinem dixerit unum ex pagis centum septuaginta et præter hos etiam quattuor, ut dicunt, reliquorum nullum nominavit.

17. Habent autem, si non singuli, at certe plurimi fabulas multas et historias: velut Aphidna Helenam a Theseo raptam, et expugnata Aphidna, a fratribus suis Castoribus receptam; Marathon certamen Persicum; Rhamnûs Nemesis simulacrum, quod alii Diodoti, alii Agoracriti Parii opus affirmant, et mole et elegantia præstantissimum neque Phidiæ operibus cedens. Ita et Decelia arx belli fuit Peloponnesiis bello Decelico: et a Phyla populum in Piræeum, indeque in urbem reduxit Thrasybulus; ac similiter de aliis compluribus multa narrari possunt, sicut etiam de Leocorio et Theseo. Suas etiam fabulas habet Lyceum et Olympieum (Ὀλυμπιεῖον) (*idem etiam* Olympium *dicitur*); quod qui dedicavit rex, morte interceptus semiperfectum reliquit; similiter etiam Academia et horti philosophorum et Odeum et Pœcile porticus et templa quæ in ea urbe sunt et continent opera [*præclarorum*] artificum.

18. Multoque etiam prolixior fieret sermo, si quis de Athenarum conditoribus examen institueret, facto a Cecrope initio. Non enim ab omnibus eadem traduntur; quod vel ipsa demonstrant nomina. Regionem quippe Actaeam dicunt ab Actæone; Atthidem et Atticam ab At-

φασιν, Ἀτθίδα δὲ καὶ Ἀττικὴν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναοὶ οἱ ἔνοικοι, Μοψοπίαν δὲ ἀπὸ Μοψόπου, Ἰωνίαν δὲ ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου, Ποσειδωνίαν δὲ καὶ Ἀθήνας ἀπὸ τῶν ἐπωνύμων θεῶν. εἴρηται δ' ὅτι κἀνταῦθα φαίνεται τὸ τῶν Πελασγῶν ἔθνος ἐπιδημῆσαν, καὶ διότι ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν Πελαργοὶ προσηγορεύθησαν διὰ τὴν πλάνην.

19. Ὅσῳ δὲ πλέον ἐστὶ τὸ φιλότιμον περὶ τὰ ἔνδοξα καὶ πλείους οἱ λαλήσαντές τι περὶ αὐτῶν, τοσῷδε μείζων ὁ ἔλεγχος, ἐὰν μὴ κρατῇ τις τῆς ἱστορίας· οἷον ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν ποταμῶν ὁ Καλλίμαχος γελᾶν φησιν, εἴ τις θαρρεῖ γράφειν τὰς τῶν Ἀθηναίων παρθένους

ἀφύσσεσθαι καθαρὸν γάνος Ἠριδανοῖο,

οὗ καὶ τὰ βοσκήματα ἀπόσχοιτ' ἄν. εἰσὶ μὲν νῦν αἱ πηγαὶ καθαροῦ καὶ ποτίμου ὕδατος, ὥς φασιν, ἐκτὸς τῶν Διοχάρους καλουμένων πυλῶν, πλησίον τοῦ Λυκείου· πρότερον δὲ καὶ κρήνη κατεσκεύαστό τις πλησίον πολλοῦ καὶ καλοῦ ὕδατος· εἰ δὲ μὴ νῦν, τί ἂν εἴη θαυμαστόν, εἰ πάλαι πολὺ καὶ καθαρὸν ἦν, ὥστε καὶ πότιμον εἶναι, μετέβαλε δὲ ὕστερον; ἐν μὲν οὖν τοῖς καθ' ἕκαστα, τοσούτοις οὖσιν, οὐκ ἐνδέχεται διατρίβειν, οὐ μὴν οὐδὲ σιγῇ παρελθεῖν, ὥστε μηδ' ἐν κεφαλαίῳ μνησθῆναί τινων.

20. Τοσαῦτ' οὖν ἀπόχρη προσθήσειν, ὅτι φησὶ Φιλόχορος πορθουμένης τῆς χώρας ἐκ θαλάττης μὲν ὑπὸ Καρῶν, ἐκ γῆς δὲ ὑπὸ Βοιωτῶν, οὓς ἐκάλουν Ἄονας, Κέκροπα πρῶτον εἰς δώδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος, ὧν ὀνόματα Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσίς, Ἄφιδνα (λέγουσι δὲ καὶ πληθυντικῶς Ἀφίδνας), Θόρικος, Βραυρών, Κύθηρος, Σφηττός, Κηφισιά,......... πάλιν δ' ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς. ἐβασιλεύοντο μὲν οὖν Ἀθηναῖοι πρότερον, εἶτ' εἰς δημοκρατίαν μετέστησαν· τυράννων δ' ἐπιθεμένων αὐτοῖς, Πεισιστράτου καὶ τῶν παίδων, ὕστερόν τε ὀλιγαρχίας γενομένης, τῆς τε τῶν τετρακοσίων καὶ τῆς τῶν τριάκοντα τυράννων, οὓς ἐπέστησαν Λακεδαιμόνιοι, τούτους μὲν διεκρούσαντο ῥᾳδίως, ἐφύλαξαν δὲ τὴν δημοκρατίαν μέχρι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας. καὶ γὰρ εἴ τι μικρὸν ὑπὸ τῶν Μακεδονικῶν βασιλέων παρελυπήθησαν, ὥσθ' ὑπακούειν αὐτῶν ἀναγκασθῆναι, τόν γε ὁλοσχερῆ τύπον τῆς πολιτείας τὸν αὐτὸν διετήρουν. ἔνιοι δέ φασι, καὶ βέλτιστα τότε αὐτοὺς πολιτεύσασθαι δεκαετῆ χρόνον, ὃν ἦρχε Μακεδόνων Κάσανδρος. οὗτος γὰρ ὁ ἀνὴρ πρὸς μὲν τὰ ἄλλα δοκεῖ τυραννικώτερος γενέσθαι, πρὸς Ἀθηναίους δὲ εὐγνωμόνησε, λαβὼν ὑπήκοον τὴν πόλιν· ἐπέστησε γὰρ τῶν πολιτῶν Δημήτριον τὸν Φαληρέα, τῶν Θεοφράστου τοῦ φιλοσόφου γνωρίμων, ὃς οὐ μόνον οὐ κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπηνώρθωσε. δηλοῖ δὲ τὰ ὑπομνήματα, ἃ συνέγραψε περὶ τῆς πολιτείας ταύτης ἐκεῖνος. ἀλλ' οὕτως ὁ φθόνος ἴσχυσε καὶ ἡ πρὸς ὀλίγους ἀπέχθεια, ὥστε μετὰ τὴν Κασάνδρου τελευτὴν ἠναγκάσθη φυγεῖν

thide Cranai filia, a quo et incolæ Cranai; Mopsopiam a Mopsopo; Ioniam ab Ione Xuthi filio; Posidoniam, *id est* Neptuniam, et Athenas, *quasi* Minerviam, a diis cognominibus. Jam ante autem diximus, videri huc quoque suis migrationibus pervenisse Pelasgorum gentem, ac fuisse ab Atticis a vagando Pelargos (*i. e. Ciconias*) denominatam.

19. Ceterum quanto majore studio quis de rebus illustribus scribit, quantoque plures sunt, qui de iis disseruerunt, tanto majori etiam est obnoxius reprehensioni, si quis historiam non teneat. Quale illud est, quod in Congerie fluviorum Callimachus ridere se ait, si quis ausus sit scribere virgines Atheniensium

Eridani puros haurire liquores,

a quo etiam pecudes abstineant. At etiam nunc scaturigines aiunt esse puræ et potabilis aquæ prope Lyceum extra portam, quæ Diocharis dicitur : olim vero etiam fons constructus fuit in vicinia, bona aqua copiosus. Quodsi aqua hodie non est pura, quid mirum foret, olim ita fuisse puram, ut etiam potui esset, post autem mutatam esse? Singulis itaque, quum sint tam multa, immorari non licet : neque tamen ita silentio omnia sunt involvenda, ut non quorundam brevis fiat mentio.

20. His itaque id sufficit adjecisse, quod narrat Philochorus : scilicet quum Atticam Cares a mari, a terra Bœoti, quos vocabant Aones, popularentur, principem Cecropem in duodecim urbes multitudinem composuisse, quarum nomina sunt : Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphidna (plurali etiam numero Aphidnas dicunt), Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephisia, [Phalerus *add. codd.* 4; Athenæ *suppl. Pleth.* ]. Has deinde duodecim urbes in unam contraxisse eam, quæ nunc est, dicitur Theseus. Principio regnum fuit Athenis, quod deinde in popularem reip. administrationem est mutatum : quam quum tyranni essent adorti Pisistratus cum filiis, ac postea pauci summam rerum tenuissent, quales fuerunt tum quadringenti illi, tum triginta a Lacedæmoniis impositi tyranni, facile illorum jugum Athenienses excusserunt, popularemque reip. statum usque ad Romanorum dominationem retinuerunt. Etsi enim nonnihil a Macedonicis vexati regibus, parere iis sunt coacti : integram tamen reip. formam eandem conservarunt. Neque desunt qui affirment, nunquam melius fuisse Atheniensium gubernatam rempublicam, quam per decennium illud quo Macedonibus Cassander imperavit. Is enim, quanquam aliis in rebus videretur ad tyrannidem propensior, tamen Athenis in deditionem acceptis usus est humaniter, urbique civem præfecit Demetrium Phalereum, Theophrasti philosophi discipulum, qui non modo non destruxit, sed instauravit potius popularem reip. statum : quod ejus de hac sua reipublicæ administratione scripti commentarii declarant. Verum invidia et contra paucorum dominatum susceptum odium tantum valuerunt, ut Cassandro mortuo, fugere in Ægyptum fuerit

εἰς Αἴγυπτον· τὰς δ' εἰκόνας αὐτοῦ πλείους ἢ τριακοσίας κατέσπασαν οἱ ἐπαναστάντες καὶ κατεχώνευσαν, ἔνιοι δὲ καὶ προστιθέασιν, ὅτι καὶ εἰς ἀμίδας. Ῥωμαῖοι δ' οὖν παραλαβόντες αὐτοὺς δημοκρατουμένους, ἐφύλαξαν τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν. ἐπιπεσὼν δ' ὁ Μιθριδατικὸς πόλεμος τυράννους αὐτοῖς κατέστησεν, οὓς ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο· τὸν δ' ἰσχύσαντα μάλιστα, τὸν Ἀριστίωνα, καὶ ταύτην βιασάμενον τὴν πόλιν ἐκ πολιορκίας ἑλὼν Σύλλας, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμών, ἐκόλασε, τῇ δὲ πόλει συγγνώμην ἔνειμε· καὶ μέχρι νῦν ἐν ἐλευθερίᾳ τέ ἐστι καὶ τιμῇ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις.

21. Μετὰ δὲ τὸν Πειραιᾶ Φαληρεῖς δῆμος ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ· εἶθ' Ἁλιμούσιοι, Αἰξωνεῖς, Ἁλαιεῖς οἱ Αἰξωνικοί, Ἀναγυράσιοι· εἶτα Θορεῖς, Λαμπτρεῖς, Αἰγιλιεῖς, Ἀναφλύστιοι, Ἀζηνιεῖς· οὗτοι μὲν οἱ μέχρι τῆς ἄκρας τοῦ Σουνίου. μεταξὺ δὲ τῶν λεχθέντων δήμων μακρὰ ἄκρα, πρώτη μετὰ τοὺς Αἰξωνέας, Ζωστήρ· εἶτ' ἄλλη μετὰ Θορέας, Ἀστυπάλαια, ὧν τῆς μὲν πρόκειται νῆσος Φάβρα, τῆς δ' Ἐλεοῦσσα· καὶ κατὰ τοὺς Αἰξωνέας δ' ἐστὶν Ὑδροῦσσα· περὶ δὲ Ἀνάφλυστόν ἐστι καὶ τὸ Πανεῖον, καὶ τὸ τῆς Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερόν, εἰς ὃν τόπον ἐκκυμανθῆναι τὰ τελευταῖα τὰ ἐκ τῆς περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίας τῆς Περσικῆς ναυάγιά φασι, περὶ ὧν καὶ τὸν Ἀπόλλω προειπεῖν·

Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρίξουσι.

πρόκειται δὲ καὶ τούτων τῶν τόπων Βέλβινα νῆσος οὐ πολὺ ἄπωθεν καὶ ὁ Πατρόκλου χάραξ· ἔρημοι δ' αἱ πλεῖσται τούτων.

22. Κάμψαντι δὲ τὴν κατὰ τὸ Σούνιον ἄκραν ἀξιόλογος δῆμος Σούνιον, εἶτα Θόρικος, εἶτα Ποταμὸς δῆμος οὕτω καλούμενος, ἐξ οὗ οἱ ἄνδρες Ποτάμιοι, εἶτα Πρασιά, Στειριά, Βραυρών, ὅπου τὸ τῆς Βραυρωνίας Ἀρτέμιδος ἱερόν, [Ἁλαὶ Ἀραφη]νίδες, ὅπου τὸ τῆς Ταυροπόλου, Μυρρινοῦς, Προβάλινθος, Μαραθών, ὅπου Μιλτιάδης τὰς μετὰ Δάτιος τοῦ Πέρσου δυνάμεις ἄρδην διέφθειρεν, οὐ περιμείνας ὑστερίζοντας Λακεδαιμονίους διὰ τὴν πανσέληνον· ἐνταῦθα μεμυθεύκασι καὶ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, ὃν ἀνεῖλε Θησεύς. μετὰ δὲ Μαραθῶνα Τρικόρυνθος, εἶτα Ῥαμνοῦς, [ὅπου] τὸ τῆς Νεμέσεως ἱερόν, εἶτα Ψαφὶς ἡ τῶν Ὠρωπίων· ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἀμφιαράειόν ἐστι τετιμημένον ποτὲ μαντεῖον, ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὥς φησι Σοφοκλῆς,

ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις,
αὐτοῖσιν ὅπλοις καὶ τετραορίστῳ δίφρῳ.

Ὠρωπὸς δ' ἐν ἀμφισβητησίμῳ γεγένηται πολλάκις· ἵδρυται γὰρ ἐν μεθορίῳ τῆς τε Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας. πρόκειται δὲ τῆς παραλίας ταύτης, πρὸ μὲν τοῦ Θορίκου καὶ τοῦ Σουνίου, νῆσος Ἑλένη, τραχεῖα καὶ ἔρημος, παραμήκης ὅσον ἑξήκοντα σταδίων τὸ

coactus: statuasque ejus amplius trecentis motu facto adversarii dejecerunt, conflaveruntque: addunt quidam, conflationem etiam in matulas factam. Sed Romani quum postea eos recepissent populari reip. forma utentes, libertatem ipsis suam legesque incolumes conservarunt: at bello deinde Mithridatico ingruente, iis sub tyrannis coacti sunt esse, quos vellet rex. Quorum potentissimum et violenter imperantem, Aristionem, Sylla Romanorum dux, urbe post obsessionem expugnata, supplicio affecit, urbi autem veniam dedit, quæ hodieque libertate fruitur, et apud Romanos est in honore.

21. Post Piræeum Phalerenses sunt pagus in proxime sequente ora; inde Halimusii, Æxonenses, Alæenses (*codd.* Ἀλιεῖς), Æxonici, Anagyrasii; tum Thorenses (*codd.* Ὀρεεῖς s. Ὠρεεῖς), Lamptrenses, Ægilienses (*codd.* Αἰγινεῖς), Anaphlystii, Azenienses (*codd.* Ἀξηνεῖς); atque hi quidem usque ad Sunium promontorium. Inter dictos pagos longum est promontorium primum post Æxonenses, Zoster: deinde aliud post Thoreas, Astypalæa. Insulæ ante illud Phabra, ante hoc Eleūssa, et ante Æxonenses Hydrussa: ad Anaphlystum autem est Paneum (*Panis sacellum*) et ædes Coliadis Veneris: in quem locum ejectas fluctibus aiunt ultimas naufragii tabulas, quod Persæ navali ad Salaminem pugna fecerunt; et Apollinem de ea re sic fuisse vaticinatum:

Colias horrebit (φρύξουσι *Herod.*) visis muliercula remis.

Ante hæc loca non procul a continente remota jacet Belbina insula et Patrocli vallum; at pleræque harum insularum desertæ sunt.

22. Ubi promontorium circumflexeris, quod ad Sunium est, offertur Sunium memorabilis pagus, tum Thoricus: inde Potamus pagus, cujus incolæ Potamii. Sequuntur Prasia, Stiria, Brauron, ubi Dianæ Brauroniæ templum est, [*Halæ Araphæ*]nides, ubi templum Tauropolæ; tum Myrrhinūs, Probalinthus, Marathon, ubi Miltiades Datis Persæ copias internecione delevit, non exspectatis Lacedæmoniis, ob plenilunii observationem adventum differentibus. Ibidem fabulantur fuisse taurum Marathonium, quem Theseus interfecit. Marathonem subsequitur Tricorynthus: inde Rhamnūs, ubi Nemesis templum: post Psaphis Oropiorum, circa quem locum oraculum fuit Amphiarai olim cultum: ubi fugientem Amphiaraum, ut ait Sophocles,

Thebanus hausit pulvis hiatu præpete,
arma et quadrigas absorbens simul et virum.

Oropus sæpe in controversiam venit: sita est enim urbs in confinio Atticæ et Bœotiæ. Ante oram hanc et Thoricum ac Sunium jacet insula Helena, aspera et deserta, in longum porrecta spatio circiter sexaginta stadiorum. Ejus

μῆκος· ἧς φασι μεμνῆσθαι τὸν ποιητήν, ἐν οἷς Ἀλέξανδρος λέγει πρὸς τὴν Ἑλένην·

οὐδ' ὅτε σε πρῶτον Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς
[ἔπλεον] ἁρπάξας ἐν ποντοπόροισι νέεσσι,
νήσῳ δ' ἐν Κρανάῃ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ.

ταύτην γὰρ λέγει Κρανάην τὴν νῦν Ἑλένην ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ γενέσθαι τὴν μῖξιν. μετὰ δὲ τὴν Ἑλένην ἡ Εὔβοια πρόκειται τῆς ἑξῆς παραλίας, ὁμοίως στενὴ καὶ μακρὰ καὶ κατὰ μῆκος τῇ ἠπείρῳ παραβεβλημένη, καθάπερ ἡ Ἑλένη. ἔστι δ' ἀπὸ τοῦ Σουνίου πρὸς τὸ νότιον τῆς Εὐβοίας ἄκρον, ὃ καλοῦσι Λευκὴν ἀκτήν, σταδίων τριακοσίων πλοῦς· ἀλλὰ περὶ Εὐβοίας μὲ[ν] [εἰρήσεται ὕστερον], τοὺς δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ δήμους τῆς Ἀττικῆς μακρὸν εἰπεῖν διὰ τὸ πλῆθος.

23. Τῶν δ' ὀρῶν τὰ μὲν ἐν ὀνόματι μάλιστά ἐστιν ὅ τε Ὑμηττὸς καὶ Βριλησσὸς καὶ Λυκαβηττός, ἔτι δὲ Πάρνης καὶ Κορυδαλλός. μαρμάρου δ' ἐστὶ τῆς τε Ὑμηττίας καὶ τῆς Πεντελικῆς κάλλιστα μέταλλα πλησίον τῆς πόλεως· ὁ δ' Ὑμηττὸς καὶ μέλι ἄριστον ποιεῖ. Τὰ δ' ἀργυρεῖα τὰ ἐν τῇ Ἀττικῇ κατ' ἀρχὰς μὲν ἦν ἀξιόλογα, νυνὶ δ' ἐκλείπει· καὶ δὴ καὶ οἱ ἐργαζόμενοι, τῆς μεταλλείας ἀσθενῶς ὑπακουούσης, τὴν παλαιὰν ἐκβολάδα καὶ σκωρίαν ἀναχωνεύοντες, εὕρισκον ἔτι ἐξ αὐτῆς ἀποκαθαιρόμενον ἀργύριον, τῶν ἀρχαίων ἀπείρως καμινευόντων. τοῦ δὲ μέλιτος ἀρίστου τῶν πάντων ὄντος τοῦ Ἀττικοῦ, πολὺ βέλτιστόν φασι τὸ ἐν τοῖς ἀργυρείοις, ὃ καὶ ἀκάπνιστον καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ τρόπου τῆς σκευασίας.

24. Ποταμοὶ δ' εἰσὶν ὁ μὲν Κηφισσὸς ἐκ Τρινεμέων τὰς ἀρχὰς ἔχων, ῥέων δὲ διὰ τοῦ πεδίου, ἐφ' οὗ καὶ ἡ Γέφυρα καὶ οἱ Γεφυρισμοί, διὰ δὲ τῶν σκελῶν τῶν ἀπὸ τοῦ ἄστεος εἰς τὸν Πειραιᾶ καθηκόντων, ἐκδίδωσιν εἰς τὸ Φαληρικόν, χειμαρρώδης τὸ πλέον, θέρους δὲ μειοῦται τελέως. ἔστι δὲ τοιοῦτος μᾶλλον ὁ Ἰλισσός, ἐκ θατέρου μέρους τοῦ ἄστεος ῥέων εἰς τὴν αὐτὴν παραλίαν, ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Ἄγρας καὶ τοῦ Λυκείου μερῶν, καὶ τῆς πηγῆς, ἣν ὕμνηκεν ἐν Φαίδρῳ Πλάτων. περὶ μὲν τῆς Ἀττικῆς ταῦτα.

## ΚΕΦ. Β'.

Ἑξῆς δ' ἐστὶν ἡ Βοιωτία· περὶ ἧς λέγοντα καὶ περὶ τῶν συνεχῶν ἐθνῶν ἀνάμνησιν ποιήσασθαι χρὴ τοῦ σαφοῦς χάριν, ὧν εἴπομεν πρότερον. [Ἐλέγομ]εν δὲ τὴν ἀπὸ Σουνίου παραλίαν μέχρι Θετταλο[νικείας] ἐπὶ τὰς ἄρκτους τετάσθαι, μικρὸν ἐκκλίνουσαν [πρὸς δύσιν καὶ] ἔχουσαν τὴν θάλασσαν πρὸς ἕω· τὰ δ' ὑπερ[κείμενα].... η πρὸς δύσιν, ὡς ἂν ταινίας τινάς, διὰ τῆς [χώρας ἁπάσης] τεταμένας παραλλήλους· ὧν πρώτη ἐστὶν [ἡ Ἀττικὴ σὺν τῇ] Μεγαρίδι, ὡς ἂν ταινία τις, τὸ μὲν ἑωθι[νὸν πλευρὸν ἔχου]σα τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι Ὠρωποῦ καὶ......ίας, τὸ δ' ἑσπέριον τόν τε Ἰσθμὸν καὶ τὴν [Ἀλκυονίδα θάλ]ατταν, τὴν κατὰ Παγὰς μέχρι τῶν

aiunt meminisse Homerum in his Alexandri ad Helenam verbis (*Il.* 3, 443):

Nec quum te primum abreptam Lacedæmone amœna,
navibus impositam vexi per cærula ponti,
insula et in Cranaa mihi gaudia prima dedisti.

Cranaam enim, id est Asperam, appellari (λέγειν), quæ a concubitu eorum deinde sit Helena dicta. Post Helenam reliquo litori Atticæ objecta est Eubœa, itidem arcta et in longum juxta continentem porrecta, ut et Helena. A Sunio ad austrinum Eubœæ promontorium, quod Leucen acten, i. e. Album litus, appellant, navigatio est stadiorum trecentorum. Sed de Eubœa [*postea dicetur*]. Mediterraneos autem pagos Atticæ ob eorum multitudinem longum fuerit recensere.

23. Montes, quorum nomina maxime sunt nobilia, sunt Hymettus, Brilessus, Lycabettus, ac præter hos Parnes et Corydallus. Marmor Hymettium et Pentelicum pulcherrimum haud longe ab urbe effoditur; mel quoque optimum fit in Hymetto. Sectiones argentariæ in Attica initio fuerunt uberes, nunc defecerunt. Itaque operarii, quum metalla parum labori responderent, excrementa vetera et scoriam recoquentes, adhuc inde eliquatum argentum invenerunt, quum veteres imperite fornacibus metalla excoxissent. Quum autem inter omnia mellis genera optimum sit Atticum, in ipsa Attica multo præstare aiunt id, quod ad argentifodinas reperitur, et acapniston dicitur, quia citra fumum conficitur.

24. Quod ad flumina Atticæ pertinet, Cephissus apud Trinemenses (*codd.* Τρινεμίων) ortus, per planitiem defluit, ubi est Gephyra et Gephyrismi, lapsusque per longos muros, qui ab urbe ad Piræeum ducti sunt, in Phalerico litore mari miscetur, torrentis plerumque in morem fluens, æstate autem omnino deficiens. Talis vero magis adhuc est Ilissus ab altera urbis parte ad idem delabens litus, ortus ex locis supra Agram et Lyceum sitis et ex fonte quem in Phædro Plato celebravit. Atque hæc quidem de Attica.

## CAP. II.

Sequitur ordine Bœotia: de qua et de contiguis gentibus dicturum necesse est perspicuitatis gratia in memoriam revocare ea, quæ supra (7, 7, 4) monuimus. [*Dixi*]mus autem oram maritimam a Sunio Thessalo[*niceam*] usque extendi versus septentrionem, ita ut paullulum declinet [*versus occidentem, ac*] mare ad orientem habeat: regiones autem occidentem versus [*oræ huic* (αὐτῆς)] superjacentes, quasi fascias quasdam, per [*totam hanc terram*] extendi in modum parallelogrammi. Harum quasi fasciarum prima [*Attica cum*] Megaride; cujus [*latus orientale*] est *ora* a Sunio usque ad Oropum et [*Bœotiam* (Βοιωτίας παραλίαν)]; latus vero occiduum Isthmus et mare [*Alcyonium*], quod

[ὅρων τῆς Βοιωτί]ας τῶν περὶ Κρέουσαν· τὰ δὲ λοιπὰ [τὴν ἀπὸ Σουνίου] μέχρι Ἰσθμοῦ παραλίαν καὶ τὴν ὡς ἂν [παράλληλον αὐτῆ]ς ὀρεινὴν τὴν διείργουσαν ἀπὸ τῆς [Βοιωτίας τὴν Ἀ]ττικήν· δευτέρα δ' ἐστὶν ἡ Βοιωτία, ἀπὸ τῆς ἕω ἐπὶ δύσιν τεταμένη ταινία τις ἀπὸ τῆς κατ' Εὔβοιαν θαλάττης ἐπὶ θάλατταν τὴν κατὰ τὸν Κρισαῖον κόλπον, ἰσομήκης πως τῇ Ἀττικῇ ἢ καὶ ἐλάττων κατὰ μῆκος· ἀρετῇ μέντοι τῆς χώρας πάμπολυ διαφέρει.

2. Ἔφορος δὲ καὶ ταύτῃ κρείττω τὴν Βοιωτίαν ἀποφαίνει τῶν ὁμόρων ἐθνῶν, καὶ ὅτι μόνη τριθάλαττός ἐστι, καὶ λιμένων εὐπορεῖ πλειόνων, ἐπὶ μὲν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ καὶ τῷ Κορινθιακῷ τὰ ἐκ τῆς Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ Λιβύης δεχομένη, ἐπὶ δὲ τῶν πρὸς Εὔβοιαν μερῶν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Εὐρίπου σχιζομένης τῆς παραλίας, τῇ μὲν ἐπὶ τὴν Αὐλίδα καὶ τὴν Ταναγρικήν, τῇ δ' ἐπὶ τὸν Σαλγανέα καὶ τὴν Ἀνθηδόνα, τῇ μὲν εἶναι συνεχῆ τὴν κατ' Αἴγυπτον καὶ Κύπρον καὶ τὰς νήσους θάλατταν, τῇ δὲ τὴν κατὰ Μακεδόνας καὶ τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. προστίθησι δέ, ὅτι καὶ τὴν Εὔβοιαν τρόπον τινὰ μέρος αὐτῆς πεποίηκεν ὁ Εὔριπος, οὕτω στενὸς ὢν καὶ γεφύρᾳ συνεζευγμένος πρὸς αὐτὴν διπλέθρῳ. τὴν μὲν οὖν χώραν ἐπαινεῖ διὰ ταῦτα, καί φησι πρὸς ἡγεμονίαν εὐφυῶς ἔχειν, ἀγωγῇ δὲ καὶ παιδείᾳ μὴ χρησαμένους ἐπιμελεῖ τοὺς ἀεὶ προϊσταμένους αὐτῆς, εἰ καί ποτε κατώρθωσαν, ἐπὶ μικρὸν τὸν χρόνον συμμεῖναι· καθάπερ Ἐπαμεινώνδας ἔδειξε. τελευτήσαντος γὰρ ἐκείνου τὴν ἡγεμονίαν ἀποβαλεῖν εὐθὺς τοὺς Θηβαίους, γευσαμένους αὐτῆς μόνον· αἴτιον δὲ εἶναι τὸ λόγων καὶ ὁμιλίας τῆς πρὸς ἀνθρώπους ὀλιγωρῆσαι, μόνης δ' ἐπιμεληθῆναι τῆς κατὰ πόλεμον ἀρετῆς. ἔδει δὲ προσθεῖναι, διότι τοῦτο πρὸς Ἕλληνας μάλιστα χρήσιμόν ἐστιν, ἐπεὶ πρός γε τοὺς βαρβάρους βία λόγου κρείττων ἐστί. καὶ Ῥωμαῖοι δὲ τὸ παλαιὸν μέν, ἀγριωτέροις ἔθνεσι πολεμοῦντες, οὐδὲν ἐδέοντο τῶν τοιούτων παιδευμάτων, ἀφ' οὗ δὲ ἤρξαντο πρὸς ἡμερώτερα ἔθνη καὶ φῦλα τὴν πραγματείαν ἔχειν, ἐπέθεντο καὶ ταύτῃ τῇ ἀγωγῇ καὶ κατέστησαν πάντων κύριοι.

3. Ἡ δ' οὖν Βοιωτία πρότερον μὲν ὑπὸ βαρβάρων ᾠκεῖτο Ἀόνων καὶ Τεμμίκων, ἐκ τοῦ Σουνίου πεπλανημένων, καὶ Λελέγων καὶ Ὑάντων· εἶτα Φοίνικες ἔσχον οἱ μετὰ Κάδμου, ὃς τήν τε Καδμείαν ἐτείχισε, καὶ ἀρχὴν τοῖς ἐκγόνοις ἀπέλιπεν. ἐκεῖνοι δὲ τὰς Θήβας τῇ Καδμείᾳ προσέκτισαν καὶ συνεφύλαξαν τὴν ἀρχήν, ἡγούμενοι τῶν πλείστων Βοιωτῶν ἕως τῆς τῶν Ἐπιγόνων στρατείας. Κατὰ δὲ τούτους ὀλίγον χρόνον ἐκλιπόντες τὰς Θήβας ἐπανῆλθον πάλιν· ὡς δ' αὔτως ὑπὸ Θρᾳκῶν καὶ Πελασγῶν ἐκπεσόντες ἐν Θετταλίᾳ συνεστήσαντο τὴν ἀρχὴν μετὰ Ἀρναίων ἐπὶ πολὺν χρόνον, ὥστε καὶ Βοιωτοὺς κληθῆναι πάντας. εἶτ' ἀνέστρεψαν εἰς τὴν οἰκείαν, ἤδη τοῦ Αἰολικοῦ στόλου παρεσκευασμένου περὶ Αὐλίδα τῆς Βοιωτίας, ὃν ἔστελλον εἰς τὴν Ἀσίαν οἱ Ὀρέστου παῖδες. προσθέντες δὲ τῇ Βοιωτίᾳ τὴν Ὀρχομενίαν (οὐ γὰρ ἦσαν κοινῇ πρό-

ad Pagas (Παγὰς) est usque ad [*fines Bœotiæ*] prope Creusam; reliqua duo latera sunt ora [*a Sunio*] usque ad Isthmum et [*huic*] quasi [*parallelus*] tractus montanus qui a [*Bœotia*] dirimit Atticam. Secunda est Bœotia, fascia quædam ab ortu adversus occasum porrecta a mari Euboico ad sinum Crisæum, æqualis fere Atticæ, aut etiam minor longitudine: soli tamen præstantia permultum eam præcellens.

2. Ephorus quum hac re Bœotiam finitimis præstare gentibus ait, tum quod sola trimaris sit, copiaque portuum majore prædita. Nam in sinu Crisæo et Corinthiaco eam allata ex Italia et Sicilia Africaque accipere; ubi vero Eubœæ opponatur, quum in utramque Euripi partem se ora ejus diducat, hinc versus Aulidem et Tanagricum agrum, illinc versus Salganeum et Anthedonem: ab hac parte continuum ei esse mare ad Ægyptum, Cyprum insulasque ducens, ab altera parte mare Macedonicum, Propontidem et Hellespontum. Adjicit quodammodo etiam Eubœam Bœotiæ partem effici adeo angusto Euripo, qui ponte duorum jungatur jugerum. His ille nominibus eam regionem laudat aitque, eam ad imperium obtinendum optime fuisse paratam: sed quod institutione ac disciplina non uterentur accuratiore ii qui singulis temporibus huic regioni præfecti essent, factum esse ut, licet prospere quandoque res gererent, per exiguum tantum tempus is rerum status conservaretur. Quod exemplo Epaminondæ satis apparuerit. Eo enim mortuo statim amisisse Thebanos imperium, cujus gustum duntaxat percepissent. Causam autem hujus rei hanc adducit, quod literas et cum hominibus consuescere neglexerint, solius bellicæ virtutis studiosi. Addendum erat, literas et consuetudinem hominum apud Græcos maxime potuisse prodesse; nam apud barbaros quidem vi quam facundia plus efficitur. Sane Romani antiquitus contra gentes agrestiores belligerantes, nihil id genus disciplinis opus habuerunt: postquam vero cum mansuetioribus gentibus ac populis cœpit esse res ipsis, istis quoque institutionibus animum adjecerunt; itaque in suam omnia potestatem redegerunt.

3. Enimvero Bœotiam initio barbari tenuerunt, Aones et Temmices a Sunio evagati, et Leleges ac Hyantes; deinde cum Cadmo e Phœnicia profecti Phœnices occuparunt: et Cadmus, munita muris Cadmea, regnum posteris reliquit. Hi Thebas adjecerunt Cadmeæ a se conditas, ac plerisque Bœotis imperantes regnum usque ad Epigonorum bellum propagarunt. Ea autem tempestate paulisper relictis Thebis, postea eo rediverunt. Eodemque modo a Thracibus expulsi et Pelasgis, in Thessalia cum Arnæis rempublicam constituerunt, quæ diu duravit, ita ut universi dicerentur Bœoti. Deinde domum suam postliminio repetiverunt, jam Æolica classe apud Aulidem Bœotiæ collecta, qua in Asiam proficiscerentur Orestis filii. Tunc Orchomeniam quum Bœotiæ adjecissent (non enim unum fuit antiquitus

τερον, οὐδ' Ὅμηρος μετὰ Βοιωτῶν αὐτοὺς κατέλεξεν, ἀλλ' ἰδίᾳ, Μινύας προσαγορεύσας) μετ' ἐκείνων ἐξέβαλον τοὺς μὲν Πελασγοὺς εἰς Ἀθήνας, ἀφ' ὧν ἐκλήθη μέρος τι τῆς πόλεως Πελασγικόν (ᾤκησαν δὲ ὑπὸ τῷ Ὑμηττῷ), τοὺς δὲ Θρᾷκας ἐπὶ τὸν Παρνασσόν. Ὕαντες δὲ τῆς Φωκίδος Ὕαν πόλιν ᾤκισαν.

4. Φησὶ δ' Ἔφορος τοὺς μὲν Θρᾷκας, ποιησαμένους σπονδὰς πρὸς τοὺς Βοιωτούς, ἐπιθέσθαι νύκτωρ στρατοπεδεύουσιν ὀλιγωρότερον, ὡς εἰρήνης γεγονυίας· διακρουσαμένων [δ'] αὐτούς, αἰτιωμένων τε ἅμα, ὅτι τὰς σπονδὰς παρέβαινον, μὴ παραβῆναι φάσκειν ἐκείνους· συνθέσθαι γὰρ ἡμέρας, νύκτωρ δ' ἐπιθέσθαι· ἀφ' οὗ δὴ καὶ τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι, Θρᾳκία παρεύρεσις. τοὺς δὲ Πελασγούς, μένοντος ἔτι τοῦ πολέμου, χρηστηριασομένους ἀπελθεῖν, ἀπελθεῖν δὲ καὶ τοὺς Βοιωτούς. τὸν μὲν οὖν τοῖς Πελασγοῖς δοθέντα χρησμὸν ἔφη μὴ ἔχειν εἰπεῖν, τοῖς δὲ Βοιωτοῖς ἀνελεῖν τὴν προφῆτιν, ἀσεβήσαντας εὖ πράξειν· τοὺς δὲ θεωρούς, ὑπονοήσαντας χαριζομένην τοῖς Πελασγοῖς τὴν προφῆτιν κατὰ τὸ συγγενές (ἐπειδὴ καὶ τὸ ἱερὸν Πελασγικὸν ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν) οὕτως ἀνελεῖν, ἁρπάσαντας τὴν ἄνθρωπον εἰς πυρὰν ἐμβαλεῖν, ἐνθυμηθέντας, εἴτε κακουργήσασαν, εἴτε μή, πρὸς ἀμφότερα ὀρθῶς ἔχειν, εἰ μὲν παρεχρηστηρίασε, κολασθείσης αὐτῆς, εἰ δ' οὐδὲν ἐκακούργησε, τὸ προσταχθὲν αὐτῶν πραξάντων. τοὺς δὲ περὶ τὸ ἱερὸν τὸ μὲν ἀκρίτους κτείνειν τοὺς πράξαντας, καὶ ταῦτ' ἐν ἱερῷ, μὴ δοκιμάσαι, καθιστάναι δ' εἰς κρίσιν, καλεῖν δ' ἐπὶ τὰς ἱερείας, ταύτας δὲ εἶναι τὰς προφήτιδας, αἳ λοιπαὶ τριῶν οὐσῶν περιῆσαν· λεγόντων δ', ὡς οὐδαμοῦ νόμος εἴη δικάζειν γυναῖκας, προσελέσθαι καὶ ἄνδρας ἴσους ταῖς γυναιξὶ τὸν ἀριθμόν· τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας ἀπογνῶναι, τὰς δὲ γυναῖκας καταγνῶναι, ἴσων δὲ τῶν ψήφων γενομένων, τὰς ἀπολυούσας νικῆσαι· ἐκ δὲ τούτων Βοιωτοῖς μόνοις ἄνδρας προθεσπίζειν ἐν Δωδώνῃ. τὰς μέντοι προφήτιδας, ἐξηγουμένας τὸ μαντεῖον εἰπεῖν, ὅτι προστάττοι ὁ θεὸς τοῖς Βοιωτοῖς, τοὺς παρ' αὐτοῖς τρίποδας † συλλέγοντας εἰς Δωδώνην πέμπειν κατ' ἔτος· καὶ δὴ καὶ ποιεῖν τοῦτο· ἀεὶ γάρ τινα τῶν ἀνακειμένων τριπόδων νύκτωρ καθαιροῦντας καὶ κατακαλύπτοντας ἱματίοις, ὡς ἂν λάθρα τριποδηφορεῖν εἰς Δωδώνην.

5. Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν Αἰολικὴν ἀποικίαν συνέπραξαν τοῖς περὶ Πενθίλον, πλείστους ἐξ ἑαυτῶν συμπέμψαντες, ὥστε καὶ Βοιωτικὴν προσαγορευθῆναι. ὕστερον δὲ χρόνοις πολλοῖς ὁ Περσικὸς πόλεμος περὶ Πλαταιὰς γενόμενος διελυμήνατο τὴν χώραν. εἶτ' ἀνέλαβον σφᾶς πάλιν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς ἀμφισβητῆσαι Θηβαίους, δυσὶ μάχαις κρατήσαντας Λακεδαιμονίους. Ἐπαμεινώνδα δὲ πεσόντος ἐν τῇ μάχῃ, ταύτης μὲν τῆς ἐλπίδος διεσφάλησαν, ὑπὲρ δὲ τῶν Ἑλλήνων ὅμως ἐπολέμησαν πρὸς Φωκέας τοὺς τὸ ἱερὸν συλήσαντας τὸ κοινόν. κακωθέντες δ' ὑπό τε τούτου τοῦ πολέμου, καὶ τῶν Μακεδόνων ἐπιθεμένων

corpus, neque Orchomenios cum Bœotis recenset Homerus, sed seorsum sub Minyarum nomine), junctis viribus Pelasgos ejectos Athenas compulerunt, a quibus etiam urbis quædam pars Pelasgicum est dicta (habitaverunt vero sub Hymetto); Thraces autem in Parnassum exegerunt: Hyantes Hyampolin Phocidis condiderunt.

4. Refert Ephorus, Thraces, pactis cum Bœotis induciis, noctu eos, ut qui pace facta castra negligentius tutarentur, adortos fuisse; profligatosque ab iis, simulque quod inducias violassent culpatos, id abs se factum negasse: pactos enim dierum inducias, noctu adortos esse: atque inde natum proverbium, « Thracicum commentum. » Pelasgos autem durante adhuc bello abiisse, ut oraculum consulerent: idem Bœotos etiam fecisse. Ac Pelasgis quidem quid responsum fuerit, fatetur sibi non constare. Bœotis autem antistitam respondisse, rebus usuros secundis, si impie agerent. Qui vero missi erant scitatum, suspicatos vatem in gratiam Pelasgorum, qui ejus gentiles essent (nam ab initio templum id Pelasgicum fuit), sic respondisse, correptam in rogum conjecisse: quod sic ratiocinarentur, sive prave egisset illa, sive recte, utroque rem modo bene habituram: nimirum ea, siquidem oraculum mala fide edidisset, supplicio affecta; sin vero nihil fraudis commisisset, facto ab ipsis id quod jussi essent. Enimvero eos, quibus templum curæ erat, auctores hujus facinoris indicta causa, idque in templo, necandos non censuisse: rem ad judicium detulisse, quod facerent mulierum sacerdotum, quæ eædem erant fatidicæ, reliquæ duæ; solebant enim tres esse. Bœotis autem causantibus, nusquam leges mulieribus judicium permittere, totidem eis viros fuisse adjunctos. Jam igitur viros absolvisse, mulieres damnasse; quumque essent æquales numero sententiæ, absolventes vicisse: ex eo (ἐκ δὲ τούτου) receptum, ut apud Dodonam solis Bœotis viri oracula redderent. Ceterum fatidicas istas mulieres oraculum explicantes, Bœotis deum præcipere dixisse, ut tripodes qui apud ipsos essent, surripientes (συλήσαντας) unum eorum quotannis (ἕνα κατ' ἔτος) Dodonam mitterent. Idque Bœotos fecisse: semper enim unum aliquem dedicatorum apud se tripodum noctu auferentes et vestibus occultantes, quasi clandestino Dodonam deportare.

5. Postea Bœoti Penthilum in Æolica colonia deducenda adjuverunt, missis cum eo suorum plurimis, ita ut etiam Bœotica ea colonia fuerit cognominata. Multo post tempore bellum Persicum apud Platæas regionem eorum afflixit. Ita tamen postmodo reparaverunt suas res, ut etiam de principatu inter Græcos Thebani certarent, quum Lacedæmonios duobus vicissent prœliis. Sed quum in posteriore cecidisset Epaminondas, spe imperii dejecti, tamen pro Græcis bellum gesserunt in Phocenses, qui commune templum deprædati erant. Quo bello attriti et a Macedonibus Græcos infestantibus, et amiserunt urbem suam a

τοῖς Ἕλλησιν, ὑπὸ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ ἀπέβαλον τὴν πόλιν κατασκαφεῖσαν καὶ ἀνέλαβον ἀνακτισθεῖσαν. ἐξ ἐκείνου δ' ἤδη πράττοντες ἐνδεέστερον ἀεὶ μέχρι εἰς ἡμᾶς οὐδὲ κώμης ἀξιολόγου τύπον σώζουσι· καὶ ἄλλαι δὲ πόλεις ἀνάλογον πλὴν Τανάγρας καὶ Θεσπιῶν· αὗται δ' ἱκανῶς συμμένουσι πρὸς ἐκείνας κρινόμεναι.

6. Ἑξῆς δὲ τὴν περιήγησιν τῆς χώρας ποιητέον, ἀρξαμένους ἀπὸ τῆς πρὸς Εὔβοιαν παραλίας τῆς συνεχοῦς τῇ Ἀττικῇ. ἀρχὴ δ' ὁ Ὠρωπὸς καὶ ὁ ἱερὸς λιμήν, ὃν καλοῦσι Δελφίνιον, καθ' ὃν ἡ παλαιὰ Ἐρέτρια ἐν τῇ Εὐβοίᾳ, διάπλουν ἔχουσα ἑξήκοντα σταδίων. Μετὰ δὲ τὸ Δελφίνιον ὁ Ὠρωπὸς ἐν εἴκοσι σταδίοις· κατὰ δὲ τοῦτόν ἐστιν ἡ νῦν Ἐρέτρια, διάπλους δ' ἐπ' αὐτὴν στάδιοι τετταράκοντα.

7. Εἶτα Δήλιον, τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκ Δήλου ἀφιδρυμένον, Ταναγραίων πολίχνιον, Αὐλίδος διέχον σταδίους τριάκοντα, ὅπου μάχῃ λειφθέντες Ἀθηναῖοι προτροπάδην ἔφυγον· ἐν δὲ τῇ φυγῇ πεσόντα ἀφ' ἵππου Ξενοφῶντα ἰδὼν κείμενον τὸν Γρύλλου Σωκράτης ὁ φιλόσοφος, στρατεύων πεζός, τοῦ ἵππου γεγονότος ἐκποδών, ἀνέλαβε τοῖς ὤμοις αὐτόν, καὶ ἔσωσεν ἐπὶ πολλοὺς σταδίους, ἕως ἐπαύσατο ἡ φυγή.

8. Εἶτα λιμὴν μέγας, ὃν καλοῦσι Βαθὺν λιμένα· εἶθ' ἡ Αὐλίς, πετρῶδες χωρίον καὶ κώμη Ταναγραίων· λιμὴν δ' ἐστὶ πεντήκοντα πλοίοις, ὥστ' εἰκὸς τὸν ναύσταθμον τῶν Ἑλλήνων ἐν τῷ μεγάλῳ ὑπάρξαι λιμένι. καὶ ὁ Εὔριπος δ' ἐστὶ πλησίον ὁ Χαλκίδος, εἰς ὃν ἀπὸ Σουνίου στάδιοι † ἑβδομήκοντα· ἔστι δ' ἐπ' αὐτῷ γέφυρα δίπλεθρος, ὡς εἴρηκα· πύργος δ' ἑκατέρωθεν ἐφέστηκεν, ὁ μὲν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ὁ δ' ἐκ τῆς Βοιωτίας· διῳκοδόμηται δ' εἰς αὐτοὺς σῦριγξ. Περὶ δὲ τῆς παλιρροίας τοῦ Εὐρίπου τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν ἱκανόν, ὅτι ἑπτάκις μεταβάλλειν φασὶ καθ' ἡμέραν ἑκάστην καὶ νύκτα· τὴν δ' αἰτίαν ἐν ἄλλοις σκεπτέον.

9. Πλησίον δ' ἐστὶν ἐφ' ὕψους κείμενον χωρίον Σαλγανεύς, ἐπώνυμον τοῦ ταφέντος ἐπ' αὐτῷ Σαλγανέως, ἀνδρὸς Βοιωτίου, καθηγησαμένου τοῖς Πέρσαις εἰσπλέουσιν εἰς τὸν διάπλουν τοῦτον ἐκ τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου, ὅν φασιν ἀναιρεθῆναι, πρὶν ἢ τῷ Εὐρίπῳ συνάπτειν, ὑπὸ τοῦ ναυάρχου Μεγαβάτου, νομισθέντα κακοῦργον, ὡς ἐξ ἀπάτης ἐμβαλόντα τὸν στόλον εἰς τυφλὸν τῆς θαλάσσης στενωπόν· αἰσθόμενον δὲ τὸν βάρβαρον τὴν περὶ αὐτὸν ἀπάτην μεταγνῶναί τε καὶ ταφῆς ἀξιῶσαι τὸν ἀναιτίως ἀποθανόντα.

10. Καὶ ἡ Γραῖα δ' ἐστὶ τόπος Ὠρωποῦ πλησίον καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου καὶ τὸ Ναρκίσσου τοῦ Ἐρετριέως μνῆμα, ὃ καλεῖται Σιγηλοῦ, ἐπειδὴ σιγῶσι παριόντες· τινὲς δὲ τῇ Τανάγρᾳ τὴν αὐτήν φασιν· ἡ Ποιμανδρὶς δ' ἐστὶν ἡ αὐτὴ τῇ Ταναγρικῇ· καλοῦνται δὲ καὶ Γεφυραῖοι οἱ Ταναγραῖοι. ἐκ Κνωπίας δὲ τῆς Θηβαϊκῆς μεθιδρύ[θη κατὰ χρησμὸν] δεῦρο τὸ Ἀμφιαράειον.

11. Καὶ ὁ Μυκαλησσὸς δὲ κώμη τῆς Ταναγραϊκῆς· κεῖται δὲ παρ' ὁδὸν Θηβαίων* εἰς Χαλκίδα, καλοῦσι δὲ

Macedonibus dirutam, et ab iisdem instauratam receperunt. Atque ex illo tempore jam rebus subinde in deterius sublabentibus usque ad nostra tempora, vix pagi memorabilis formam retinent. Quod idem aliis etiam Bœotiæ accidit urbibus, Tanagra et Thespiis exceptis, quæ, cum Thebis comparatæ, satis adhuc constare videntur.

6. Deinceps Bœoticæ regionis descriptio est proponenda, sumpto initio ab ora maritima, quæ Eubœæ opposita Atticam attingit. Principium est Oropus et sacer portus, qui Delphinium dicitur, cujus e regione est antiqua Eubœæ Eretria, trajectu sexaginta stadiorum distans. A Delphinio Oropus abest viginti stadiis: huic Eretria quæ nunc est opponitur, trajectu quadraginta stadiorum.

7. Inde est Delium cum Apollinis templo ad ejus quod in Delo est exemplar condito, oppidum Tanagræorum ab Aulide distans triginta stadiis. Ibi prœlio victi Athenienses quum effuse fugerent, delapsum in fuga ab equo Xenophontem Grylli filium jacere videns Socrates philosophus, qui inter pedites militabat, quum equus abiisset, in humeros suos receptum per multa stadia portavit atque eripuit, dum fuga sisteretur.

8. Sequitur portus magnus, quem Bathyn (*i. e. Profundum*) vocant. Post Aulis, locus saxosus, Tanagræorum pagus, cum portu quinquaginta navium capace: ut probabile sit naves Græcorum in magno stetisse portu. In propinquo etiam est Euripus Chalcidis, ad quem a Sunio stadia sunt septuaginta (*quingenta septuaginta?*). Is Euripus est, ut diximus, ponte junctus duorum jugerum; turris utrimque ad eum exstat, una a Chalcide, altera a Bœotia: inter quas angustus canalis est relictus. De reciprocatione Euripi sufficiat dixisse id, quod eam septies quavis die ac nocte mutari aiunt: causa alibi est indaganda.

9. Haud procul est in sublimi situs Salganeus: habet autem locus nomen a Salganeo viro Bœoto ibi sepulto, qui Persis a Maliaco sinu in trajectum hunc navigantibus ductor quum fuisset, a classis Persicæ præfecto Megabato interfectus dicitur, priusquam ad Euripum pervenissent: mala eum fide agere opinato, qui dolose classem in cæcas maris angustias conjecisset: aiuntque barbarum postea, errore cognito, pœnitentia correptum sepulcro dignatum esse, quem insontem occidisset.

10. Est et Græa locus Oropo vicinus, et fanum Amphiarai et Narcissi Eretriensis monimentum, quod Sigeli (*Pleth.* σιγηλὸν) dicitur a silentio; prætereuntes enim tacent. Nonnulli Græam eandem et Tanagram esse censent: ceterum Pœmandris eadem est quæ Tanagrica. Gephyræi quoque vocantur Tanagræi. Ex Cnopia autem Thebana [*oraculi jussu*] fanum Amphiarai huc traductum est.

11. Est et Mycalessus Tanagricus pagus in via quæ Thebis Chalcidem tendit: Bœotice Mycalettum appellant.

Βοιωτιακῶς Μυκαληττόν· ὡς δ' αὔτως καὶ τὸ Ἅρμα, τῆς Ταναγραϊκῆς κώμη ἔρημος περὶ τὴν Μυκαλησσόν, ἀπὸ τοῦ Ἀμφιαράου ἅρματος λαβοῦσα τοὔνομα, ἑτέρα οὖσα τοῦ Ἅρματος τοῦ κατὰ τὴν Ἀττικήν, ὅ ἐστι περὶ Φυλήν, δῆμον τῆς Ἀττικῆς ὅμορον τῇ Τανάγρᾳ. ἐντεῦθεν δὲ ἡ παροιμία τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἡ λέγουσα· ὁπόταν δι' Ἅρματος ἀστράψῃ· ἀστραπήν τινα σημειουμένων κατὰ χρησμὸν τῶν λεγομένων Πυθαϊστῶν, βλεπόντων ὡς ἐπὶ τὸ Ἅρμα καὶ τότε πεμπόντων τὴν θυσίαν εἰς Δελφούς, ὅταν ἀστράψαντα ἴδωσιν· ἐτήρουν δ' ἐπὶ τρεῖς μῆνας, καθ' ἕκαστον μῆνα ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας ἀπὸ τῆς ἐσχάρας τοῦ Ἀστραπαίου Διός· ἔστι δ' αὕτη ἐν τῷ τείχει μεταξὺ τοῦ Πυθίου καὶ τοῦ Ὀλυμπίου. περὶ δὲ τοῦ Ἅρματος τοῦ Βοιωτιακοῦ οἱ μέν φασιν ἐκπεσόντος ἐκ τοῦ ἅρματος ἐν τῇ μάχῃ τοῦ Ἀμφιαράου κατὰ τὸν τόπον, ὅπου νῦν ἐστι τὸ ἱερὸν αὐτοῦ, τὸ ἅρμα ἔρημον ἐνεχθῆναι ἐπὶ τὸν ὁμώνυμον τόπον· οἱ δὲ τοῦ Ἀδράστου συντριβῆναι τὸ ἅρμα φεύγοντός φασιν ἐνταῦθα, τὸν δὲ διὰ τοῦ Ἀρείονος σωθῆναι. Φιλόχορος δ' ὑπὸ τῶν κωμητῶν σωθῆναί φησιν αὐτόν, καὶ διὰ τοῦτο ἰσοπολιτείαν αὐτοῖς παρὰ τῶν Ἀργείων ὑπάρξαι.

12. Ἔστι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς † Ἄργος ἀπιόντι ἐν ἀριστερᾷ ἡ Τάναγρα· κ. . . . . . . . . . . ἐν δεξιᾷ κεῖται· καὶ ἡ Ὑρία δὲ τῆς Ταναγραίας νῦν ἐστι, πρότερον δὲ τῆς Θηβαΐδος· ὅπου ὁ Ὑριεὺς μεμύθευται καὶ ἡ τοῦ Ὠρίωνος γένεσις, ἥν φησι Πίνδαρος ἐν τοῖς διθυράμβοις· κεῖται δ' ἐγγὺς Αὐλίδος. ἔνιοι δὲ τὰς Ὑσίας Ὑρίην λέγεσθαί φασι, τῆς Παρασωπίας οὖσαν ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι πλησίον Ἐρυθρῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ, ἄποικον Ὑριέων, κτίσμα δὲ Νυκτέως, τοῦ Ἀντιόπης πατρός. εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀργείᾳ Ὑσίαι κώ[μη], οἱ δ' ἐξ αὐτῆς Ὑσιᾶται λέγονται. τῶν δ' Ἐρυθρῶν τούτων ἄποικοι αἱ ἐν Ἰωνίᾳ Ἐρυθραί. καὶ ὁ Ἐλεὼν δ' ἐστὶ κώμη Ταναγρική, ἀπὸ τῶν ἑλῶν ὠνομασμένη.

13. Μετὰ δὲ Σαλγανέα Ἀνθηδών, πόλις λιμένα ἔχουσα, ἐσχάτη τῆς Βοιωτιακῆς παραλίας τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ, καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς εἴρηκεν·

Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν.

εἰσὶ μέντοι ἔτι προϊόντι μικρὸν πολίχναι δύο τῶν Βοιωτῶν, Λάρυμνά τε, παρ' ἣν ὁ Κηφισσὸς ἐκδίδωσι, καὶ ἔτι ἐπέκεινα Ἁλαί, ὁμώνυμοι τοῖς Ἀττικοῖς δήμοις. κατὰ δὲ τὴν παραλίαν ταύτην κεῖσθαί φασιν Αἰγὰς τὰς ἐν Εὐβοίᾳ, ἐν αἷς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν τοῦ Αἰγαίου· ἐμνήσθημεν δ' αὐτοῦ καὶ πρότερον. δίαρμα δ' ἐστὶν ἀπὸ μὲν τῆς Ἀνθηδόνος εἰς Αἰγὰς ἑκατὸν εἴκοσι στάδιοι, ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων τόπων πολὺ ἐλάττους· κεῖται δ' ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ τὸ ἱερόν, ἦν δέ ποτε καὶ πόλις· ἐγγὺς δὲ τῶν [Αἰγῶν] καὶ αἱ Ὀρόβιαι. ἐν δὲ τῇ Ἀνθηδονίᾳ Μεσσάπιον ὄρος ἐστὶν ἀπὸ Μεσσάπου, ὃς εἰς τὴν Ἰαπυγίαν ἐλθὼν Μεσσαπίαν τὴν χώραν ἐκάλεσεν. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ περὶ τὸν Γλαῦκον μυθεύεται τὸν Ἀνθηδόνιον, ὅν φασιν εἰς κῆτος μεταβαλεῖν.

Porro Harma quoque juxta Mycalessum Tanagricæ vicus desertus, nomen habens a curru (hoc *harma* notat Græcis) Amphiarai: aliud est Harma Atticæ apud Phylen pagum, finitimum Tanagricæ (Ταναγρικῇ). Ab hoc Harmate tractum est proverbium: « Quando per Harma fulguraverit: » nam qui Pythaistæ vocabantur, oraculi cujusdam jussu ad Harma converso visu fulgur quodpiam observabant, quo fulgure conspecto sacrificium Delphos mitterent: observabant autem per tres menses, quovis mense per triduum totidemque noctes, stantes ipsi ad focum Jovis Fulgurantis, qui est in muro inter Pythium et Olympium. Quod Harma Bœoticum attinet, sunt qui dicant, Amphiarao in pugna e curru prolapso ibi, ubi nunc ejus est sacellum, currum vacuum delatum esse ad locum qui ab eo Harma vocatur: alii Adrasti fugientis currum ibi confractum aiunt, ipsumque Arionis equi ope evasisse. Philochorus a pagi ejus incolis servatum fuisse dicit, ideoque eis jus civitatis ab Argivis concessum esse.

12. Ceterum a Thebis Argos (?) eunti ad sinistram habetur Tanagra, [*et Hyria?*] ad dextram sita est. Sed Hyria (*codd.* Ὑρρία) quoque nunc Tanagræorum est, olim Thebanorum fuit. Ibi, ut fabulæ perhibent, Hyrieus fuit, Orionque est editus eo modo quem in dithyrambis Pindarus describit. Propinqua est Aulidi. Nonnulli Hysias Hyriam aiunt dici, Parasopiæ regionis, sitam sub Cithærone, in mediterraneo prope Erythras, coloniam Hyriensium, conditam a Nycteo Antiopæ patre. Sunt et in Argia Hysiæ, pagus cujus incolæ Hysiatæ dicuntur. Erythrarum autem Bœotiæ colonia est Erythræ Ioniæ urbs. Est etiam Heleon pagus Tanagricus, a paludibus (quæ Græcis sunt *hele*) nominatus.

13. Post Salganeum Anthedon urbs est portum habens, ultima in Bœotico, quod Eubœæ oppositum est, litore: quod et Homerus expressit (*Il.* 2, 508):

Anthedonemque ultimam.

Sunt tamen, si paullulum progrediaris, duo adhuc Bœotorum oppida, Larymna, ad quam sunt ostia Cephissi, et ulterius Halæ, pagis Atticis cognomines. Ex adverso autem hujus oræ sitas aiunt Ægas Euboicas, ubi Neptuni Ægæi templum est: harum supra (8, 7, 4) quoque facta est a nobis mentio. Eo trajectus est ab Anthedone stadiorum centum viginti, a ceteris locis minor: templum in monte situm est sublimi: affuit olim etiam urbs. [*Ægis*] vicinæ fuerunt etiam Orobiæ (*codd.* ὀρύβαι). In Anthedonia regione est Messapius mons, a Messapo dictus, qui quum in Iapygiam venisset, nomen regioni Messapiæ indidit. Ad hæc loca etiam fabula refertur Glauci Anthedonii, quem in cetum fuisse transformatum perhibent.

14. Πλησίον δ' ἐστὶν Ἀνθηδόνος ἱεροπρεπὴς τόπος τῆς Βοιωτίας, ἴχνη πόλεως ἔχων, ὁ καλούμενος Ἴσος, συστέλλοντι τὴν πρώτην συλλαβήν. οἴονται δέ τινες δεῖν γράφειν

Ἰσόν τε ζαθέην Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν,

ἐκτείνοντες τὴν πρώτην συλλαβὴν ποιητικῶς διὰ τὸ μέτρον, ἀντὶ τοῦ

Νῖσάν τε ζαθέην·

ἡ γὰρ Νῖσα οὐδαμοῦ φαίνεται τῆς Βοιωτίας, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Περὶ νεῶν· [ὡς οὐκ ἂν ε]ἴη, εἰ μὴ τὴν Νῖσαν οὕτως εἴρηκεν· ἦν γὰρ ὁ[μώνυμος τῇ] Μεγαρικῇ, ἐκεῖθεν ἀπῳκισμένη [πρὸς τὴν ὑπώρειαν Κιθα]ιρῶνος, ἐκλέλειπται δὲ νῦν. τινὲς δὲ γράφουσι

Κρεῦσάν τε ζαθέην,

τὴν νῦν Κρέουσαν δεχόμενοι, τὸ τῶν Θεσπιέων ἐπίνειον ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ ἱδρυμένον· ἄλλοι δὲ

Φαράς τε ζαθέας.

ἔστι δὲ τῆς τετρακωμίας τῆς περὶ Τάναγραν, Ἐλεῶνος, Ἅρματος, Μυκαλησσοῦ, Φαρῶν. γράφουσι δὲ καὶ τοῦτο·

Νῦσάν τε ζαθέην·

κώμη δ' ἐστὶ τοῦ Ἑλικῶνος ἡ Νῦσα. ἡ μὲν οὖν παραλία τοιαύτη τις ἡ πρὸς Εὔβοιαν.

15. Τὰ δ' ἑξῆς ἐν τῇ μεσογαίᾳ πεδία ἐστὶ κοῖλα πάντοθεν ἐκ τῶν ἄλλων μερῶν ὄρεσι περιεχόμενα, τοῖς Ἀττικοῖς μὲν πρὸς νότου, πρὸς ἄρκτου δὲ τοῖς Φωκικοῖς· ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας ὁ Κιθαιρὼν λοξὸς ἐμπίπτει μικρὸν ὑπὲρ τῆς Κρισαίας θαλάττης, ἔχων τὴν ἀρχὴν συνεχῆ τοῖς Μεγαρικοῖς καὶ τοῖς Ἀττικοῖς ὄρεσιν, εἶτ' ἐπιστρέφων εἰς τὰ πεδία, παυόμενος δὲ περὶ τὴν Θηβαίαν.

16. Τῶν δὲ πεδίων τούτων τὰ μὲν λιμνάζει, ποταμῶν ἀναχεομένων εἰς αὐτά, τῶν δ' ἐμπιπτόντων, εἶτα ἐκρύσεις λαμβανόντων· τὰ δ' ἀνέψυκται καὶ γεωργεῖται παντοδαπῶς διὰ τὴν εὐκαρπίαν. ὑπάντρου δὲ καὶ σηραγγώδους οὔσης κατὰ βάθους τῆς γῆς, σεισμοὶ γενόμενοι πολλάκις ἐξαίσιοι τοὺς μὲν ἔφραξαν τῶν πόρων, τοὺς δὲ ἀνέῳξαν, τοὺς μὲν μέχρι τῆς ἐπιφανείας, τοὺς δὲ δι' ὑπονόμων· συμβαίνει δὴ καὶ τοῖς ὕδασι, τοῖς μὲν δι' ὑπονόμων φέρεσθαι τῶν ῥείθρων, τοῖς δ' ἐπιπολῆς, τοῖς τε λιμναίοις καὶ τοῖς ποταμίοις. ἐγχωσθέντων δὲ κατὰ βάθους τῶν πόρων, αὔξεσθαι τὰς λίμνας συμβαίνει μέχρι τῶν οἰκουμένων τόπων, ὥστε καὶ πόλεις καταπίνεσθαι καὶ χώρας, ἀνοιχθέντων δὲ τῶν αὐτῶν ἢ ἄλλων ἀνακαλύπτεσθαι, καὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους ποτὲ μὲν πλεῖσθαι, ποτὲ δὲ πεζεύεσθαι, καὶ τὰς αὐτὰς πόλεις ποτὲ μὲν ἐπὶ τῇ λίμνῃ, ποτὲ δὲ ἄπωθεν κεῖσθαι.

17. Διττῶς δὲ τοῦτο γίνεται· καὶ γὰρ μενουσῶν ἀκινήτων τῶν πόλεων, ὅταν ἡ αὔξησις τῶν ὑδάτων ἥττων ᾖ τῆς ὑπερχύσεως διὰ ὕψος τῶν οἰκήσεων, ἢ διὰ ἀπόστασιν, καὶ διὰ ἀνοικισμόν, ὅταν τῷ πλησιασμῷ κινδυνεύσαντες πολλάκις ἀπαλλαγὴν πορίσωνται τοῦ

14. Prope Anthedonem locus est Bœotiæ sanctus vestigia urbis continens, qui Isus appellatur, correpta priore syllaba. Sunt qui apud Homerum sic putent scribendum (*Il.* 2, 508):

Atque Isum (*v. l.* Ἶσαν) sacram positamque Anthedona fine,

priorem syllabam poetica licentia metri causa producentes, pro:

Et Nisam sacram;

nusquam enim in Bœotia invenitur Nisa, sicut Apollodorus ait in commentario De navium catalogo. [*Itaque Nisa locum non habet*] nisi Nisam ita dixerit, ut Isus intelligatur. Fuit enim [*cognominis urbs in?*] Megaride, illinc deducta, [*sita in radicibus Cithæronis*], nunc vero esse desiit. Alii scribunt,

Et Creusam sacram,

Creüsam intelligentes quæ etiamnum est navale Thespiarum in sinu Crisæo. Alii sic,

Et Pharas sacras.

Sunt autem Pharæ unus de quattuor Tanagricæ pagis, quorum nomina sunt Heleon, Harma, Mycalessus, Pharæ. Sunt etiam qui scribant:

Et Nysam sacram.

Est autem Nysa Heliconis vicus. Atque ora quidem Bœotiæ maritima, quæ Eubœæ opponitur, talis est.

15. Quæ sequuntur in continente, planities sunt cava, undecunque reliquis sui partibus montibus circumdata, Atticis versus austrum, Phocicis versus septentrionem: ab occasu Cithæron obliquus incidit paulum supra Crisæum mare, initium habens Atticis ac Megaricis montibus contiguum, deinde in campos sese torquens, et ad Thebas desinens.

16. Campi hi partim stagnant fluminibus in eos diffusis, ita tamen ut quum inciderint, postea effluxus etiam alicubi inveniant; partim exsiccatæ sunt, et propter fertilitatem omni agriculturæ genere exercentur. Sed quum solum istud in profundo cavernosum et rimosum sit, sæpenumero ingentes terræ motus meatuum alios obturaverunt, alios reseraverunt, et quosdam quidem ipsa in superficie, alios vero per cuniculos: ita fit ut aquæ etiam aliæ per occultos meatus labantur, aliæ in superficie, tam lacuum quam fluviorum. Porro autem, meatibus in imo obstructis, evenit, ut paludes auctæ ad habitata usque loca sese proferant, ita ut urbes quoque et regiones absorbeantur; rursumque vel iisdem vel aliis apertis, emergant: itaque eadem loca alias navigentur, alias pedestri itinere pervadi possint, et eædem urbes alias ad paludem, alias procul ab eadem sitæ visantur.

17. Hoc autem duobus evenire modis potest. Nam aut manent immotæ urbes, quando aquarum incrementum tantum non est, ut inundet eas, positis edito loco ædificiis vel longius a palude dissitis: aut deceditur, reficiunturque et denuo inhabitantur urbes, quando incolæ metu exunda-

φόβου τὴν μετάληψιν τῶν χωρίων τῶν ἄπωθεν ἢ τῶν ἐν ὕψει. Παρακολουθεῖ δὲ τοῖς οὕτως ἀνοικισθεῖσι τὸ τὴν αὐτὴν προσηγορίαν φυλάττουσιν, ἐτύμως πρότερον λεγομένοις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τοπικῶς, νῦν μὴ λέγεσθαι ἐτύμως· Πλαταιὰς γὰρ ἀπὸ τῆς πλάτης τῶν κωπῶν εἰρῆσθαι πιθανὸν καὶ Πλαταιέας τοὺς ἀπὸ κωπηλασίας ζῶντας, ἀλλὰ νῦν, ἄπωθεν τῆς λίμνης οἰκοῦντες, οὐκέτ' ἂν προσαγορεύοιντο ἐτύμως. Ἕλος τε καὶ Ἑλεὼν καὶ Εἰλέσιον ἐκλήθη διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἕλεσιν ἱδρῦσθαι, νῦν δὲ οὐχ ὁμοίως ἔχει ταῦτα, ἢ ἀνοικισθέντων, ἢ τῆς λίμνης ἐπιπολὺ ταπεινωθείσης διὰ τὰς ὕστερον γενομένας ἐκρύσεις· καὶ γὰρ τοῦτο δυνατόν.

18. Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Κηφισσὸς τοῦτο μάλιστα, τὴν Κωπαΐδα λίμνην πληρῶν. αὐξομένης γὰρ αὐτῆς, ὥστε κινδυνεύειν καταποθῆναι τὰς Κώπας ([ἃς] ὅ τε ποιητὴς ὀνομάζει, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἡ λίμνη τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφε), χάσμα γενηθὲν πρὸς τῇ λίμνῃ πλησίον τῶν Κωπῶν ἀνέῳξεν ὑπὸ γῆς ῥεῖθρον ὅσον τριάκοντα σταδίων καὶ ἐδέξατο τὸν ποταμόν, εἶτα ἐξέρρηξεν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν κατὰ Λάρυμναν τῆς Λοκρίδος τὴν ἄνω· καὶ γὰρ ἑτέρα ἐστίν, ἧς [ἐμνήσθη]μεν, [ἡ] Βοιωτιακὴ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, ᾗ προσέθεσαν Ῥωμαῖοι τὴν ἄνω. καλεῖται δ' ὁ τόπος Ἀγχόη· ἔστι δὲ καὶ λίμνη ὁμώνυμος· ἐντεῦθεν δ' ἤδη ὁ Κηφισσὸς ἐκδίδωσιν ἐπὶ τὴν θάλατταν. τότε μὲν οὖν παυσαμένης τῆς πλημμυρίδος, παῦλα καὶ τοῦ κινδύνου τοῖς παροικοῦσιν ὑπῆρξε, πλὴν τῶν ἤδη καταποθεισῶν πόλεων. πάλιν δ' ἐγχουμένων τῶν πόρων, ὁ μεταλλευτὴς Κράτης, ἀνὴρ Χαλκιδεύς, ἀνακαθαίρειν τὰ ἐμφράγματα ἐπαύσατο, στασιασάντων τῶν Βοιωτῶν, καίπερ, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολῇ φησιν, ἀνεψυγμένων ἤδη πολλῶν, ἐν οἷς οἱ μὲν τὸν Ὀρχομενὸν οἰκεῖσθαι τὸν ἀρχαῖον ὑπελάμβανον, οἱ δ' Ἐλευσῖνα καὶ Ἀθήνας παρὰ τὸν Τρίτωνα ποταμόν· λέγεται [δ' οἰκίσαι] Κέκροπα, ἡνίκα τῆς Βοιωτίας ὑπῆρξε, καλουμένης τότε Ὠγυγίας, ἀφανισθῆναι δὲ ταύτας ἐπικλυσθείσας ὕστερον. γενέσθαι δέ φασι καὶ κατὰ Ὀρχομενὸν χάσμα, καὶ δέξασθαι τὸν Μέλανα ποταμὸν τὸν ῥέοντα διὰ τῆς Ἁλιαρτίας καὶ ποιοῦντα ἐνταῦθα τὸ ἕλος τὸ φύον τὸν αὐλητικὸν κάλαμον. ἀλλ' οὗτος ἠφάνισται τελέως, εἴτε τοῦ χάσματος διαχέοντος αὐτὸν εἰς ἀδήλους πόρους, εἴτε τῶν περὶ Ἁλίαρτον ἑλῶν καὶ λιμνῶν προαναλισκόντων αὐτόν, ἀφ' ὧν ποιήεντα καλεῖ τὸν [τόπον] ὁ ποιητής,

καὶ ποιήενθ' Ἁλίαρτον

λέγων.

19. Οὗτοι μὲν οὖν ἐκ τῶν Φωκικῶν ὀρῶν οἱ ποταμοὶ καταφέρονται, ὧν ὁ Κηφισσὸς ἐκ Λιλαίας, Φωκικῆς πόλεως, τὴν ἀρχὴν λαμβάνει, καθάπερ καὶ Ὅμηρός φησιν·

οἵ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῇς ἔπι Κηφισσοῖο·

δι' Ἐλατείας δὲ ῥυείς, μεγίστης τῶν ἐν Φωκεῦσι πόλεων, καὶ διὰ Παραποταμίων καὶ Φανοτέων, ὁμοίως Φωκικῶν πολισμάτων, εἰς Χαιρώνειαν τῆς Βοιωτίας

**tionis et periculi alio concedunt in remotiora aut sublimiora loca. Jam vero consequi solet, ut sic instauratæ urbes pristinumque servantes nomen, quum antea proprie sic vocarentur ab re cum situ locorum conjuncta, jam non amplius (μηκέτι) proprie sic dicantur. Etenim probabile est dictas fuisse Platæas a remorum palma, quæ est Græcis πλάτη, ac Platæenses appellatos, qui remigio victum quærerent, quod nomen nunc in eos proprie non competit, quum procul a palude habitent. Helos quoque et Heleon et Hilesion dicta fuere, quod prope lacus sitæ essent : quæ quidem nunc non ita habent, vel quod de integro condita sunt, vel quia postea temporis aqua defluente lacus admodum subsederit : nam hoc quoque fieri potuit.**

**18. Cum primis hoc ostendit Cephissus amnis Copaidem implens paludem : quæ quidem quum adeo aquis fuisset aucta, ut periculum esset, ne Copæ (quas ita poeta nominat, et a quibus ipsa palus nomen traxit) submergerentur, non procul a Copis hiatus terræ factus amni alveum aperuit subterraneum, eumque ad triginta usque stadia producens, in superficiem erumpere sinit apud Larymnam Locridis, quæ superior dicitur (alia enim est Bœotica Larymna, de qua diximus, ad mare sita, cui Romani superiorem adjunxerunt). Loco nomen est Anchoe, eodemque nomine etiam lacus est : hinc demum Cephissus mare versus exit. Tunc itaque eluvie desinente, accolæ etiam periculo sunt liberati, demptis iis urbibus, quæ jam erant absorptæ. Quum autem meatus postea obstruerentur, Crates, vir Chalcidensis, metallorum fossor, repurgare obstructiones cœpit, sed mox destitit (ἄρξας ἐπαύσατο), quia Bœotis seditio inciderat : quanquam, ut ipse in epistola ad Alexandrum scribit, multa jam resiccata essent loca; in quibus nonnulli situm fuisse putant antiquum Orchomenum, alii Eleusinem & Athenas ad Tritonem fluvium sitas; quas Cecropem, quum is Bœotiæ præesset, tunc Ogygiæ dictæ, [*condidisse*], postea autem aquarum inundatione deletas esse ferunt. Perhibent etiam apud Orchomenum terram hiatu diductam recepisse Melanem fluvium, qui per agrum Haliartium fluens, paludem ibi efficiebat, quæ calamum tibiis aptum producit. Ceterum is fluvius omnino evanuit, sive eum hiatus in meatus diffudit obscuros, sive lacus eum et paludes circa Haliartum absumpserunt, ob quas herbosum Haliartum Homerus appellat (*Il.* 2, 503),**

**et herbosum Haliartum**

**dicens.**

**19. Hi igitur fluvii e montibus promanant Phocicis, interque eos Cephissus e Lilæa oritur Phocica urbe; quod et Homerus notavit (*Il.* 2, 523) :**

**Quique Lilæam habent Cephissi fontibus aptam.**

**Is per Elateam fluens, Phocicarum urbium maximam, ac per Parapotamios et Phanoteos, ipsa quoque Phocidis oppida, ad Chæroneam Bœotiæ pergit : deinde per agrum**

πρόεισιν, εἶτα διὰ τῆς Ὀρχομενίας καὶ τῆς Κορωνειακῆς εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην ἐξίησι· καὶ ὁ Περμησσὸς δὲ καὶ ὁ Ὀλμειός, ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος συμβάλλοντες ἀλλήλοις, εἰς τὴν αὐτὴν ἐμπίπτουσι λίμνην τὴν Κωπαΐδα τοῦ Ἁλιάρτου πλη[σίον· καὶ ἄλλα πλείω] δὲ ῥεύματα εἰς αὐτὴν ἐμβάλλει. ἔστι μὲν οὖν μεγάλη, τὴν περίμετρον ἔχουσα ὀγδοήκοντα καὶ τριακοσίων σταδίων, αἱ δὲ ἐκρύσεις οὐδαμοῦ φαίνονται πλὴν τοῦ δεχομένου τὸν Κηφισσὸν χάσματος καὶ τῶν ἑλῶν.

20. [Τῶν δὲ περι]κειμένων λιμνῶν ἐστιν ἥ † τε Τρεφία, καὶ ἡ Κ[ηφισσίς] μέμνηται καὶ Ὅμηρος·

> ὅς ῥ' ἐν Ὕλῃ ναίεσκε μέγα πλούτοιο μεμηλώς,
> λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισσίδι.

οὐ γὰρ λίμνην τὴν Κωπαΐδα βούλεται λέγειν, ὡς οἴονταί τινες, ἀλλὰ τὴν Ὑλικὴν προσαγορευομένην (τῇ προσῳδίᾳ ὡς λυρικὴν) ἀπὸ τῆς πλησίον κώμης, ἣν καλοῦσιν Ὕλας (ὡς λύρας καὶ θύρας), οὐδὲ Ὕδην, ὡς ἔνιοι γράφουσιν,

> ὅς ῥ' ἐν Ὕδῃ ναίεσκεν.

ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἐν Λυδίᾳ

> (Τμώλῳ ὕπο νιφόεντι, Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ),

ἡ δὲ Βοιωτιακή· ἐπιφέρει γοῦν τῷ

> λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισσίδι

τὸ

> πὰρ δέ οἱ ἄλλοι
> ναῖον Βοιωτοί.

ἡ μὲν γάρ ἐστι μεγάλη, καὶ οὐκ ἐν τῇ Θηβαΐδι, ἡ δὲ μικρά, ἐκεῖθεν δι' ὑπονόμων πληρουμένη, κειμένη μεταξὺ Θηβῶν καὶ Ἀνθηδόνος. Ὅμηρος δ' ἑνικῶς ἐκφέρει, τοτὲ μὲν ἐκτείνων τὴν πρώτην συλλαβήν, ὡς ἐν τῷ Καταλόγῳ,

> ἠδ' Ὕλην καὶ Πετεῶνα,

ποιητικῶς· τοτὲ δὲ συστέλλων·

> ὅς ῥ' ἐν Ὕλῃ ναίεσκε·

ὁ Τυχίος

> σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων·

οὐδ' ἐνταῦθα εὖ γραφόντων τινῶν Ὕδῃ ἔνι· οὐ γὰρ ὁ Αἴας ἐκ Λυδίας τὸ σάκος μετεπέμπτετο.

21. [Αὗται δ' αἱ] λίμναι τὴν τάξιν τῶν ἐφεξῆς τόπω[ν σημήναιντ' ἄν, ὥστε τῷ] λόγῳ περιληφθῆναι σαφῶς, ὅτι ὁ [ποιητὴς ἀτάκτως χρῆται] τοῖς ὀνόμασι τῶν τόπων τῶν τε ἀξ[ίων μνήμης καὶ τῶν μή]· χαλεπὸν [δ'] ἐν τοσούτοις, καὶ ἀσήμοις τοῖς πλείστοις καὶ ἐν μεσογαίᾳ, μηδαμοῦ τῇ τάξει διαπεσεῖν· ἡ παραλία δ' ἔχει τι πλεονέκτημα πρὸς τοῦτο· καὶ γνωριμώτεροι οἱ τόποι, καὶ ἡ θάλαττα τό γε ἑξῆς ὑπαγορεύει βέλτιον· διόπερ καὶ ἡμεῖς ἐκεῖθεν πειρώμ[εθα τὰς ἀρχὰς λαβεῖν], ἐνταῦθα δ' ἐάσαντες τοῦτο τῷ π[οιητῇ ἀκολουθοῦντες ποιήσομεν τὴν] διαρίθμησιν προστιθέντες ὅ τι ἂν χρήσιμον ᾖ [ληφθὲν ἐξ ἄλλω]ν ἡμῖν, ὑπ' ἐκείνου δὲ παρα-

Orchomeni et Coroneæ in Copaidem exit lacum. Permessus quoque et Olmius fluvii ex Helicone confluentes in eundem Copaidem lacum prope Haliartum incidunt; [*Præter hos alii complures*] in eum influunt. Est itaque lacus permagnus, ambitu trecentorum octoginta stadiorum : exitus ejus nusquam apparent, præter hiatus qui Cephissum excipit, ac paludes.

20. Inter circumjacentes paludes est Trephia (?) et quæ (*quæ et?*) Cephissis vocatur. Meminit ejus Homerus quoque (*Il.* 5, 708):

> Ille habitabat Hylam, Cephissida pone paludem
> prædives.

Non enim, quod placuit quibusdam, lacum Copaidem voluit innuere, sed Hylicam [Prosodica ratio eadem est quæ vocis λυρική] a vico (*al. codd.* ab urbe) vicino, quem Hylas vocant [uti λύρας et θύρας], non vero Hydam, ut nonnulli legunt :

> Ille habitabat Hydam.

Nam hæc in Lydia est

> (Civis Hydæ pinguis, sub Tmoli saxa nivalis (*Il.* 20, 385));

illa vero Bœotica est, ideoque his verbis

> Cephissida pone paludem

addit :

> juxta vero reliqui
> habitabant Bœoti.

Copais enim magna est, neque in Thebaide sita; hæc vero exilis est et ex illa per subterraneos meatus impletur, sita inter Thebas atque Anthedonem. Ceterum Homerus Hylam singulari effert numero, aliquando producens primam syllabam, ut in Catalogo (*Il.* 2, 500):

> Quique Hylam, et qui Peteonem,

poetica usus licentia; aliquando etiam corripit (*Il.* 5, 708):

> Ille habitabat Hylæ;

et Tychius (*Il.* 7, 221):

> cultor Hyles, habitus cerdone peritior omni.

Neque hoc loco recte nonnulli pro Hyla Hydam scribunt : non enim ex Lydia Ajax scutum petiverat.

21. [*Hi igitur*] lacus ordinem deinceps sequentium locorum [*indicare possent ita ut*] ratione perspicua eos descriptio nostra comprehenderet, quandoquidem poeta neglecto ordine nomina locorum [*memorabilium ignobiliorumque*] recenset. Ac sane difficile est in enumerandis tot locis iisque majorem partem obscuris et mediterraneis, nunquam ab ordine aberrare. Ora maritima hoc commoditatis plus habet, quod et maritima loca sint notiora, et mare seriem locorum commodius suppeditet. Quare nos quoque inde tentamus [*initium sumere*]; nunc autem misso hoc, Homerum [*sequentes locorum instituemus*] enumerationem, adjicientes simul si quid utile fuerit [*ex aliis scriptoribus*] a nobis [*desumptum*], ab illo autem

λειφθέν. ἄρχεται [δ' ἀπὸ τῆς Ὑρί]ης καὶ τῆς Αὐλίδος, περὶ ὧν εἰρήκαμεν.

22. Σχοῖνος δ' ἐστὶ χώρα τῆς Θηβαΐκῆς κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Ἀνθηδόνος, διέχουσα τῶν Θηβῶν ὅσον πεντήκοντα σταδίους· ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς δι' αὐτῆς Σχοινοῦς.

23. Σκῶλος δ' ἐστὶ κώμη τῆς Παρασωπίας ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι, δυσοίκητος τόπος καὶ τραχύς, ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία·

εἰς Σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴναι, μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι.

καὶ τὸν Πενθέα δὲ ἐνθένδε καταγόμενον διασπασθῆναί φασιν. ἦν δὲ καὶ τῶν περὶ Ὄλυνθον πόλεων ὁμώνυμος αὐτῇ Σκῶλος. εἴρηται δ' ὅτι Παρασώπιοι καὶ κώμη τις καλεῖται ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Τραχινίᾳ, παρ' ἣν ῥεῖ Ἀσωπὸς ποταμός, καὶ ὅτι ἐν Σικυωνίᾳ ἄλλος ἐστὶν Ἀσωπὸς καὶ ἡ χώρα Ἀσωπία, δι' ἧς ῥεῖ· εἰσὶ [δὲ] καὶ ἄλλοι ποταμοὶ ὁμώνυμοι τῷ ποταμῷ τούτῳ.

24. Ὁ Ἐτεωνὸς δὲ Σκάρφη μετωνομάσθη, καὶ αὐτὴ δὲ τῆς Παρασωπίας. ** ὁ γὰρ Ἀσωπὸς καὶ ὁ Ἰσμηνὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ τῶν Θηβῶν· ἔστι δὲ καὶ ἡ Δίρκη κρήνη καὶ Πότνιαι, ἐφ' ὧν μυθεύεται τὰ περὶ τὸν Ποτνιέα Γλαῦκον τὸν διασπασθέντα ὑπὸ τῶν Ποτνιάδων ἵππων τῆς πόλεως πλησίον, καὶ ὁ Κιθαιρὼν δὲ οὐκ ἄπωθεν τῶν Θηβῶν τελευτᾷ· παρ' αὐτὸν δὲ ὁ Ἀσωπὸς ῥεῖ, τὴν ὑπώρειαν αὐτοῦ κλύζων καὶ ποιῶν τοὺς Παρασωπίους εἰς κατοικίας πλείους διῃρημένους, ἅπαντας δ' ὑπὸ Θηβαίοις ὄντας (ἕτεροι δ' ἐν τῇ Πλαταιέων φασὶ τόν τε Σκῶλον καὶ τὸν Ἐτεωνὸν καὶ τὰς Ἐρυθράς· καὶ γὰρ παρα[ρρεῖ] Πλαταιὰς καὶ παρὰ Τάναγραν ἐκδίδωσιν)· ἐν δὲ τῇ Θηβαίων εἰσὶ καὶ αἱ Θεράπναι καὶ ὁ Τευμησσός, ὃν ἐκόσμησεν Ἀντίμαχος διὰ πολλῶν ἐπῶν, τὰς μὴ προσούσας ἀρετὰς διαριθμούμενος·

ἔστι τις ἠνεμόεις ὀλίγος λόφος·

γνώριμα δὲ τὰ ἔπη.

25. Θέσπειαν δὲ λέγει τὰς νῦν Θεσπιάς, πολλῶν ὀνομάτων τῶν μὲν ἀμφοτέρως λεγομένων καὶ ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς, καθάπερ καὶ ἀρρενικῶς καὶ θηλυκῶς, τῶν δ' ὁποτέρως. ἔστι δὲ πόλις πρὸς τῷ Ἑλικῶνι, νοτιωτέρα αὐτοῦ, ἐπικειμένη δὲ τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ καὶ αὐτὴ καὶ ὁ Ἑλικών· ἐπίνειον δ' ἔχουσιν αἱ Θεσπιαὶ Κρέουσαν, ἣν καὶ Κρεουσίαν καλοῦσιν. ἐν δὲ τῇ Θεσπιέων ἐστὶ καὶ ἡ Ἄσκρη κατὰ τὸ πρὸς Ἑλικῶνα μέρος, ἡ τοῦ Ἡσιόδου πατρίς· ἐν δεξιᾷ γάρ ἐστι τοῦ Ἑλικῶνος, ἐφ' ὑψηλοῦ καὶ τραχέος τόπου κειμένη, ἀπέχουσα τῶν Θεσπιῶν ὅσον τετταράκοντα σταδίους, ἣν καὶ κεκωμῴδηκεν αὐτὸς ἐ[ν τοῖς ἔπεσι περὶ] τοῦ πατρός, ὅτι ἐκ Κύμης τῆς Αἰολίδος με[τανέστη πρό]τερον, λέγων

νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ [ἐνὶ κώμῃ],
Ἄσκρῃ χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' [ἐσθλῇ].

ὁ δὲ Ἑλικὼν συνεχής ἐστι τῇ Φωκίδι ἐκ τῶν πρὸς

præteritum. Incipit igitur ab Hyria et Aulide, de quibus jam diximus.

22. Schœnus autem locus est regionis Thebaicæ, in via quæ Anthedonem ducit : distat a Thebis circiter quinquaginta stadia; fluit per eum etiam amnis nomine Schœnûs.

23. Scolus porro vicus est Parasopiæ regionis sub Cithærone, locus habitatu difficilis et asper. Unde est hoc proverbium :

Nec Scolum ipse ibis, aliumve sequeris euntem.

Pentheum quoque inde deductum ferunt a Bacchis discerptum fuisse. Fuit alia Scolus urbs, ex iis quæ circa Olynthum erant. Supra vero jam diximus Parasopios pagum etiam fuisse Heracleæ Trachiniæ, quem Asopus alluat fluvius, itemque in Sicyonia alium esse Asopum et regionem Asopiam, quam perfluat. Sunt vero etiam alii fluvii huic cognomines.

24. Eteonus postea Scarphe mutato nomine appellatus est, ipse quoque situs in Parasopia. [*Ipsa vero Parasopia ad Thebaidem pertinet* (ἡ δὲ Παρασωπία τῆς Θηβαΐδος)]. Nam Asopus et Ismenus per planitiem feruntur, quæ est ante Thebas. Est ibi etiam fons Dirce, et Potniæ : ad quas ferunt Glaucum Potniensem a Potniadibus equabus fuisse discerptum, prope ipsam urbem. Cithæron quoque mons haud procul Thebis desinit, cujus radices alluens Asopus Parasopios facit in plures divisos pagos, omnes Thebanis subjectos. (Quanquam alii Plataicæ regioni adscribunt Scolum, Eteonum et Erythras : etenim Plateas quoque Asopus præterfluit et ad Tanagram exit.) In Thebana sunt etiam Therapnæ et Teumessus, quem Antimachus multis versibus exornavit, vanis laudibus celebrans :

Exit ventosas non magnus collis in auras,

et reliqua : notum est enim carmen.

25. Thespiam poeta dicit quas nunc vocant Thespias. (Multa enim nomina aut promiscue et singulari et plurali numero usurpantur, itemque masculino et feminino genere, aut alterutro tantum.) Urbs est ad Heliconem sita, versus austrum : incumbit et ipsa et mons Helicon sinui Crisæo. Navale habent Thespiæ Creusam, quam etiam Creusiam dicunt. In Thespiensi regione, ubi versus Heliconem tendit, est etiam Ascra Hesiodi patria; ad dextram enim Heliconis loco sublimi et aspero sita, circiter quadraginta a Thespiis stadiis. Hanc ipse poeta traducit [*in carminibus suis de*] patre, qui e Cuma Æolica [*emigraverit olim*], dicens (*O. et D.* 639) :

Habitavit autem prope Heliconem misero [*in vico,*]
Ascra, hieme malo, æstate molesto, neque unquam [*bono.*]

Helicon autem Phocidi contiguus est parte sua boreæ ob-

ἄρκτον αὐτοῦ μερῶν· μικρὰ δὲ καὶ ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν κατὰ τὸν ὕστατον λιμένα τῆς Φωκίδος, ὃν καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Μυχόν· ὑπέρκειται γὰρ κατὰ τοῦτον μάλιστα τὸν λιμένα τοῦ Κρισαίου κόλπου καὶ ὁ Ἑλικὼν καὶ ἡ Ἄσκρη καὶ ἔτι αἱ Θεσπιαὶ καὶ τὸ ἐπίνειον αὐτῆς ἡ Κρέουσα. τοῦτο δὲ καὶ κοιλότατον νομίζεται τὸ μέρος τοῦ Κρισαίου κόλπου καὶ ἁπλῶς τοῦ Κορινθιακοῦ· στάδιοι δ' εἰσὶ τῆς [παραλίας] τῆς ἀπὸ τοῦ Μυχοῦ τοῦ λιμένος εἰς Κρέουσαν ἐνε[νήκοντα·] ἐντεῦθεν δὲ ἑκατὸν εἴκοσι, ἕως τῆς ἄκρας, ἣν [Ὀλμιὰς] καλοῦσιν· ἐν δὲ τῷ κοιλοτάτῳ τοῦ κόλπου τοῦ [Κρισαίου συμ]βέβηκε τὰς Πηγὰς κεῖσθαι καὶ τὴν Οἰνόην, πε[ρὶ ὧν εἰ]ρήκαμεν. ὁ μὲν οὖν Ἑλικὼν οὐ πολὺ διεστηκὼς τοῦ Παρνασσοῦ ἐνάμιλλός ἐστιν ἐκείνῳ κατά τε ὕψος καὶ περίμετρον· ἄμφω γὰρ χιονόβολα τὰ ὄρη καὶ πετρώδη, περιγράφεται δ' οὐ πολλῇ χώρᾳ. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ τό τε τῶν Μουσῶν ἱερὸν καὶ ἡ Ἵππου κρήνη καὶ τὸ τῶν Λειβηθρίδων νυμφῶν ἄντρον· ἐξ οὗ τεκμαίροιτ' ἄν τις Θρᾷκας εἶναι τοὺς τὸν Ἑλικῶνα ταῖς Μούσαις καθιερώσαντας, οἳ καὶ τὴν Πιερίδα καὶ τὸ Λείβηθρον καὶ τὴν Πίμπλειαν ταῖς αὐταῖς θεαῖς ἀνέδειξαν· ἐκαλοῦντο δὲ Πίερες· ἐκλιπόντων δ' ἐκείνων, Μακεδόνες νῦν ἔχουσι τὰ χωρία ταῦτα. εἴρηται δ' ὅτι τὴν Βοιωτίαν ταύτην ἐπῴκησάν ποτε Θρᾷκες, βιασάμενοι τοὺς Βοιωτούς, καὶ Πελασγοὶ καὶ ἄλλοι βάρβαροι. αἱ δὲ Θεσπιαὶ πρότερον μὲν ἐγνωρίζοντο διὰ τὸν Ἔρωτα τὸν Πραξιτέλους, ὃν ἔγλυψε μὲν ἐκεῖνος, ἀνέθηκε δὲ Γλυκέρα ἡ ἑταίρα Θεσπιεῦσιν, ἐκεῖθεν οὖσα τὸ γένος, λαβοῦσα δῶρον παρὰ τοῦ τεχνίτου. πρότερον μὲν οὖν ὀψόμενοι τὸν Ἔρωτά τινες ἀνέβαινον ἐπὶ τὴν † θέαν, ἄλλως οὐκ οὖσαν ἀξιοθέατον, νυνὶ δὲ μόνη συνέστηκε τῶν Βοιωτιακῶν πόλεων καὶ Τάναγρα· τῶν δ' ἄλλων ἐρείπια καὶ ὀνόματα λέλειπται.

26. [Μετ]ὰ δὲ Θεσπιὰς καταλέγει Γραῖαν καὶ Μυκα[λησσόν, περ]ὶ ὧν εἰρήκαμεν· ὡς δ' αὔτως καὶ περὶ τῶν [ἄλλων·

οἵ τ'] ἀμφ' Ἅρμ' ἐνέμοντο καὶ Εἰλέσιον καὶ Ἐρυθράς,
[οἵ τ' Ἐλεῶν'] εἶχον ἠδ' Ὕλην καὶ Πετεῶνα.

Πετεὼν δὲ κώμη τῆς Θηβαΐδος ἐγγὺς τῆς ἐπ' Ἀνθηδόνα ὁδοῦ, ἡ δ' Ὠκαλέη μέση Ἁλιάρτου καὶ Ἀλαλκομενίου ἑκατέρου τριάκοντα σταδίους ἀπέχουσα· παραρρεῖ δ' αὐτὴν ποτάμιον ὁμώνυμον. Μεδεὼν δ' ὁ μὲν Φωκικὸς ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ, διέχων Βοιωτίας σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα, ὁ, δὲ Βοιωτιακὸς ἀπ' ἐκείνου κέκληται, πλησίον δ' ἐστὶν Ὀγχηστοῦ ὑπὸ τῷ Φοινικίῳ ὄρει, ἀφ' οὗ καὶ μετωνόμασται Φοινικίς· τῆς δὲ Θηβαΐας καὶ τοῦτο λέγεται, ....ων δὲ τῆς Ἁλιαρτίας καὶ Μεδεὼν καὶ † Ὠκάλαι.

27. Εἶτά φησι

Κώπας Εὔτρησίν τε πολυτρήρωνά τε Θίσβην.

περὶ μὲν οὖν Κωπῶν εἴρηται· προσάρκτιος δέ ἐστιν ἐπὶ τῇ Κωπαΐδι λίμνῃ, αἱ δ' ἄλλαι κύκλῳ εἰσὶν αἵδε· Ἀκραιφίαι, Φοινικίς, Ὀγχηστός, Ἁλίαρτος, † Ὠκαλαι,

versa, ac nonnihil etiam parte occidentali juxta ultimum portum Phocidis, quem ab eventu Mychum (*i. e. Intimum recessum*) dicunt: nam juxta illum maxime portum Crisæo sinui imminent Helicon, Ascra, Thespiæ et earum navale Creusa: atque hæc existimatur cavissima pars Crisæi omninoque Corinthiaci esse sinus. Stadia sunt [*litoris*] a Mycho portu Creusam usque non[*aginta*]; atque hinc centum viginti usque ad promontorium, quod [*Holmiæ*] dicitur. In cavissima Crisæi sinus parte sitæ sunt Pagæ et Œnoa, [*de quibus*] diximus. Helicon vero haud longe a Parnasso dissitus, altitudine et ambitu ei respondet: uterque mons est saxosus et nivalis, et spatio non amplo circumscribitur. In Helicone sunt fanum Musarum et Hippocrene (i. e. *Equi fons*) et antrum Libethridum nympharum: unde conjecturam facere quis possit, Thraces fuisse, qui Heliconem Musis consecraverint: qui Pierida quoque et Libethrum et Pimpleiam iisdem deabus dedicaverunt: appellabantur illi Pieres: qui quum defecerint, Macedones nunc loca ista tenent. Traditum quoque est, Thraces quondam, ejectis vi Bœotis, et Pelasgos aliosque barbaros Bœotiam inhabitasse. Thespiæ antiquitus nobilitatæ erant Cupidine Praxitelis, quem a se sculptum Glyceræ meretrici dono dedit, eaque civibus suis (nam Thespiensis erat) dedicavit. Olim igitur Cupidinis spectandi gratia Thespias (Θεσπιάς) proficiscebantur, quum alias urbs non esset spectatu digna; nunc vero Thespiæ et Tanagra solæ omnium Bœoticarum constant urbium; ceterarum rudera et nomina supersunt.

26. Post Thespias Homerus recenset Græam et Myca[*lessum, de quibus*] dictum est: itidem et de [*reliquis*] (*Il.* 2, 499):

Qui circum Harma habitant, atque Ilesium, vel Erythras,
[*Quique Eleona*] tenent, quique Hylen, qui Peteonem,

Peteon vicus est agri Thebani, prope viam quæ Anthedonem ducit. Ocalea medio loco sita inter Haliartum et Alalcomenium, triginta stadiis utrimque distans: præterfluit eam amnis non magnus ejusdem nominis. Medeon Phocidis urbs in Crisæo sinu a Bœotia abest stadiis centum sexaginta: Bœoticus vero Medeon nomen ab illa habet, Onchesto vicinus sub Phœnicio monte, unde et Phœnicis nomine mutato appellatur. Hic quoque mons Thebanæ regioni adscribitur; *a nonnullis* autem Haliartiæ, et Medeon et *Ocaleæ* (Ὠκάλεαι).

27. Subjungit porro Homerus (*Il.* 2, 502):

Copas, Eutresin, Thisben ditemque columbis.

De Copis dictum est: sitæ versus septentriones ad lacum Copaidem; reliquæ urbes in orbem sunt circa eundem sitæ: Acræphiæ, Phœnicis, Onchestus, Haliartus, *Ocaleæ*,

Ἀλαλκομεναί, Τιλφούσιον, Κορώνεια. καὶ τό γε παλαιὸν οὐχ ἦν τῆς λίμνης κοινὸν ὄνομα, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην πρὸς αὐτῇ κατοικίαν ἐκείνης ἐπώνυμος ἐλέγετο, Κωπαῒς μὲν τῶν Κωπῶν, † Ἁλίαρτος δὲ Ἁλιάρτου, καὶ οὕτως ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὕστερον δ' ἡ πᾶσα Κωπαῒς ἐλέχθη κατ' ἐπικράτειαν· κοιλότατον γὰρ τοῦτο τὸ χωρίον. Πίνδαρος δὲ καὶ Κηφισσίδα καλεῖ ταύτην· παρατίθησι γοῦν τὴν Τιλφῶσσαν κρήνην ὑπὸ τῷ Τιλφωσσίῳ ὄρει ῥέουσαν πλησίον Ἁλιάρτου καὶ Ἀλαλκομενῶν, ἐφ' ᾗ τὸ Τειρεσίου μνῆμα· αὐτοῦ δὲ καὶ τὸ τοῦ Τιλ[φωσσίου Ἀπόλλω]νος ἱερόν.

28. Ὁ δὲ ποιητὴς ἐφεξῆς ταῖς Κώπαις Εὔτρησιν τίθησι, κωμίον Θεσπιέων· ἐνταῦθά φασι Ζῆθον καὶ Ἀμφίονα οἰκῆσαι, πρὶν βασιλεῦσαι Θηβῶν. ἡ δὲ Θίσβη Θίσβαι νῦν λέγονται, οἰκεῖται δὲ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὅμορον Θεσπιεῦσι τὸ χωρίον καὶ τῇ Κορωνειακῇ, ὑποπεπτωκὸς ἐκ τοῦ νοτίου μέρους τῷ Ἑλικῶνι καὶ αὐτό· ἐπίνειον δ' ἔχει πετρῶδες περιστερῶν μεστόν, ἐφ' οὗ φησιν ὁ ποιητὴς πολυτρήρωνά τε Θίσβην· πλοῦς δ' ἐστὶν ἐνθένδε εἰς Σικυῶνα σταδίων ἑκατὸν ἑξήκοντα.

29. Ἑξῆς δὲ Κορώνειαν καταλέγει καὶ Ἁλίαρτον καὶ Πλαταιὰς καὶ Γλίσσαντα. ἡ μὲν οὖν Κορώνεια ἐγγὺς τοῦ Ἑλικῶνός ἐστιν ἐφ' ὕψους ἱδρυμένη, κατελάβοντο δ' αὐτὴν ἐπανιόντες ἐκ τῆς Θετταλικῆς Ἄρνης οἱ Βοιωτοὶ μετὰ τὰ Τρωικά, ὅτε περ καὶ τὸν Ὀρχομενὸν ἔσχον· κρατήσαντες δὲ τῆς Κορωνείας ἐν τῷ πρὸ αὐτῆς πεδίῳ τὸ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὁμώνυμον τῷ Θετταλικῷ, καὶ τὸν παραρρέοντα ποταμὸν Κουάριον προσηγόρευσαν] ὁμοφώνως τῷ ἐκεῖ. Ἀλκαῖος δὲ καλεῖ Κωράλιον, λέγων·

[ὦ 'ν]ασσ' Ἀθανάα πολε[μηδόκος],
ἅ ποι Κορωνείας ἐπὶ λαΐω
ναύω πάροιθεν ἀμφι[βαίνεις]
Κωραλίω ποταμῶ παρ' ὄχθαις.

ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ Παμβοιώτια συνετέλουν· συγκαθίδρυται δὲ τῇ Ἀθηνᾷ ὁ Ἅιδης κατά τινα, ὥς φασι, μυστικὴν αἰτίαν. οἱ μὲν οὖν ἐν τῇ Κορωνείᾳ Κορώνιοι λέγονται, οἱ δ' ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ Κορωναεῖς.

30. Ἁλίαρτος δὲ νῦν οὐκέτι ἐστί, κατασκαφεῖσα ἐν τῷ πρὸς Περσέα πολέμῳ, τὴν χώραν δ' ἔχουσιν Ἀθηναῖοι δόντων Ῥωμαίων. ἔκειτο δὲ ἐν στενῷ χωρίῳ μεταξὺ ὑπερκειμένου ὄρους καὶ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πλησίον τοῦ Περμησσοῦ καὶ τοῦ Ὀλμειοῦ καὶ τοῦ ἕλους τοῦ φύοντος τὸν αὐλητικὸν κάλαμον.

31. Πλαταιαὶ δέ, ἃς ἑνικῶς εἶπεν ὁ ποιητής, ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνί εἰσι μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Θηβῶν κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα ἐπὶ τῶν ὅρων τῶν τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Μεγαρίδος. [εἰσὶ] γὰρ Ἐλευθεραὶ πλησίον, ἃς οἱ μὲν [τῆς Ἀττικῆς, οἱ δὲ] τῆς Βοιωτίας φασίν. εἴρηται δ' ὅτι παραρρεῖ τὰς Πλαταιὰς ὁ Ἀσωπός. ἐνταῦθα Μαρδόνιον καὶ τὰς τριάκοντα μυριάδας Περσῶν αἱ τῶν Ἑλλήνων δυνάμεις ἄρδην ἠφάνισαν· ἱδρύσαντό τε Ἐλευθερίου Διὸς ἱερὸν καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν στεφανίτην ἀπέδειξαν, Ἐλευθέρια προσαγορεύσαντες·

Alalcomenæ, Tilphusium, Coronea. Antiquitus quidem paludi nullum fuit commune nomen, sed a quavis adjacentium urbium appellationem sortita, dicta fuit Copais a Copis, *Haliartis* ab Haliarto, eodemque modo a reliquis. Tandem de universa Copaidis nomen præcipue obtinuit : ad Copas enim est cavissima paludis pars. Pindarus etiam Cephissidem hanc paludem vocat, apponitque Tilphossam fontem, fluentem sub monte Tilphossio prope Haliartum et Alalcomenas, juxta quem Tiresiæ sepulcrum; ibidem etiam [*Tilphossii Apolli*]nis templum.

28. Copis poeta subjicit Eutresin, pagum Thespiensium exiguum. Ibi ferunt Zethum et Amphionem habitasse, antequam Thebis regnarent. Thisben nunc Thisbas nominant : habitatur id oppidum paullum supra mare, finitimum Thespiensibus et Coroneæ agro, ab australi parte ipsum quoque subjectum Heliconi; navale habet saxosum, columbis refertum, unde poeta dicit « *columbisque ditem Thisben.* » Hinc Sicyonem navigatio est stadiorum centum sexaginta.

29. Deinceps Coroneam refert Homerus, et Haliartum et Platæas et Glissantem (*al.* Glisantem). Coronea sita est edito loco prope Heliconem. Eam occupaverunt Bœoti post bellum Trojanum revertentes ex Arna Thessalica, quando etiam Orchomenum obtinuerunt; et potiti Coronea, in campo ante ipsam Itoniæ Minervæ fanum ejusdem cum Thessalico nominis condiderunt, fluviumque præterlabentem a Thessalico Cuarium (*Curalium?*) nominaverunt. Alcæus Coralium vocat his verbis :

O regina Minerva bellatrix,
quæ Coroneæ in arvo
templum tutans obambulas
Coralii fluvii ad ripas

Ibi etiam Pambœotia agebantur, solennis universorum Bœotorum festivitas. In templo una cum Minerva Pluto dedicatus est ob quandam, ut aiunt, mysticam causam. [*Hujus*] Coroneæ cives Coronii, Messeniacæ autem Coronea Coronaenses vocantur.

30. Haliartus non exstat hodie, eversa in bello contra Perseum : agrum permissu Romanorum Athenienses habent. Sita fuit in arcto loco, inter montem imminentem et Copaidem paludem, prope Permessum, Olmium et paludem, quæ tibiis aptum calamum edit.

31: Platææ, quas singulari numero poeta extulit, infra Cithæronem sunt, inter hunc et Thebas pone viam, quæ Athenas et Megara ducit, in finibus Atticæ et Megaridis (Bœotiæ *Pleth.*). Vicinæ enim sunt Eleutheræ, quas alii [*Atticæ, alii*] Bœotiæ adscribunt. Diximus Asopum præter Platæas fluere. Hic Mardonium et trecenta Persarum millia Græcus exercitus occidione delevit : et Græci, templo Jovis Eleutherii a libertate parta dicti condito, certamen gymnicum instituerunt, quo victor cōronaretur, eamque solennitatem Eleutheria vocarunt : porro sepultura ibi osten-

ταφή τε δείκνυται δημοσία τῶν τελευτησάντων ἐν τῇ μάχῃ. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Σικυωνίᾳ δῆμος Πλαταιαί, ὅθενπερ ἦν Μνασάλκης ὁ ποιητής·

Μνασάλκεος τὸ μνᾶμα τῶ Πλαταιάδα.

Γλίσσαντα δὲ λέγει κατοικίαν ἐν τῷ Ὑπάτῳ ὄρει, ὅ ἐστιν ἐν τῇ Θηβαϊκῇ πλησίον Τευμησσοῦ καὶ τῆς Καδμείας * γεώλοφα καλεῖται δρι[....οῖς ὑποπ]ίπτει τὸ Ἀόνιον καλούμενον πεδίον, ὃ διατείνει. . . . . . . . . . . . ἀπὸ τοῦ Ὑπάτου ὄρους.

32. Τὸ δ' οὕτω ῥηθέν,

οἵ θ' ὑπὸ Θήβας εἶχον,

οἱ μὲν δέχονται πολείδιόν τι Ὑποθήβας καλούμενον, οἱ δὲ τὰς Ποτνίας· τὰς γὰρ Θήβας ἐκλελεῖφθαι διὰ τὴν τῶν Ἐπιγόνων στρατείαν καὶ μὴ μετασχεῖν τοῦ Τρωικοῦ πολέμου· οἱ δὲ μετασχεῖν μέν, οἰκεῖν δὲ ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ τότε ἐν τοῖς ἐπιπέδοις χωρίοις μετὰ τὴν τῶν Ἐπιγόνων ἄφοδον, τὴν Καδμείαν ἀδυνατοῦντας ἀνακτίσαι· ἐπεὶ δὲ ἡ Καδμεία ἐκαλεῖτο Θῆβαι, ὑπὸ Θήβας εἰπεῖν ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ οἰκοῦντας τὸν ποιητὴν τοὺς τότε Θηβαίους.

33. Ὀγχηστὸς δ' ἐστίν, ὅπου τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνήγετο ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ πρὸς τῇ Κωπαΐδι λίμνῃ καὶ τῷ Τηνερικῷ πεδίῳ, ἐν ὕψει κείμενος ψιλός, ἔχων Ποσειδῶνος ἱερόν, καὶ αὐτὸ ψιλόν. οἱ δὲ ποιηταὶ κοσμοῦσιν, ἄλση καλοῦντες τὰ ἱερὰ πάντα, κἂν ᾖ ψιλά· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ τοῦ Πινδάρου περὶ τοῦ Ἀπόλλωνος λεγόμενον·

[κι]νηθεὶς ἐπήει [ἔστα,
γᾶν τε καὶ θάλασσαν, καὶ σκοπιαῖσιν [μεγάλαι]ς ὀρέων ὕπερ
καὶ μυχοὺς δινάσσατο βαλλό[μενος] κρηπῖδας ἀλσέων.

οὐκ εὖ δ' ὁ Ἀλκαῖος, ὥσπερ τὸ τοῦ ποταμοῦ ὄνομα παρέτρεψε τοῦ Κουαρίου, οὕτω καὶ τοῦ Ὀγχηστοῦ κατέψευσται πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τοῦ Ἑλικῶνος αὐτὸν τιθείς· ὁ δ' ἐστὶν ἄπωθεν ἱκανῶς τούτου τοῦ ὄρους.

34. Τὸ δὲ Τηνερικὸν πεδίον ἀπὸ Τηνέρου προσηγόρευται· μυθεύεται δ' Ἀπόλλωνος υἱὸς ἐκ Μελίας, προφήτης τοῦ μαντείου κατὰ τὸ Πτῷον ὄρος, ὅ φησιν εἶναι τρικόρυφον ὁ αὐτὸς ποιητής·

καί ποτε τὸν τρικάρανον Πτώου κευθμῶνα κατέσχεθε·

καὶ τὸν Τήνερον καλεῖ

ναοπόλον μάντιν δαπέδοισιν ὁμοκλέα.

ὑπέρκειται δὲ τὸ Πτῷον τοῦ Τηνερικοῦ πεδίου καὶ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πρὸς Ἀκραιφίῳ· Θηβαίων δ' ἦν τό τε μαντεῖον καὶ τὸ ὄρος· τὸ δ' Ἀκραίφιον καὶ αὐτὸ κεῖται ἐν ὕψει. φασὶ δὲ τοῦτο καλεῖσθαι Ἄρνην ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ, ὁμώνυμον τῇ Θετταλικῇ.

35. Οἱ δέ φασι καὶ τὴν Ἄρνην ὑπὸ τῆς λίμνης καταποθῆναι καὶ τὴν Μίδειαν. Ζηνόδοτος δέ, γράφων

οἳ δὲ πολυστάφυλον Ἄσκρην ἔχον,

οὐκ ἔοικεν ἐντυχόντι τοῖς ὑπὸ Ἡσιόδου περὶ τῆς πατρίδος λεχθεῖσι καὶ τοῖς ὑπ' Εὐδόξου, πολὺ χείρω λέγοντος

ditur publica, qua affecti sunt, qui in pugna illa ceciderunt. Etiam in Sicyonia regione pagus est Platææ, patria Mnasalcæ poetæ [ut inscriptio docet :

Mnasalcis hoc est monimentum Platæadæ.]

Glissantem porro Homerus dicit vicum ad montem Hypatum, qui in regione Thebana est vicinus Teumesso et Cadmeæ [*vulpis colli, qui vocatur Drios?*]. Subjectus est Aonius (*codd.* ὄνιον. ἰόνιον) qui dicitur campus, pertinens [*usque ad Thebas?*] inde ab Hypato monte.

32. Quod autem ita dixit Homerus (*Il.* 2, 505) :

quique sub Thebas (ὑπὸ Θήβας) habitabant,

id alii intelligunt de quodam oppidulo Hypothebæ (*quasi Subthebæ*) appellato, quidam de Potniis. Thebas enim desertas fuisse ob Epigonorum expeditionem, itaque non fuisse in societate Trojani belli. Alii interfuisse Thebanos ei bello aiunt, sed tunc in planis habitasse locis infra Cadmeam, quum post Epigonorum recessum (*in al. codd.* ἔφοδον, invasionem) non valerent eam reficere : quum vero Cadmea vocaretur etiam Thebæ, Thebanos qui tunc erant sub Thebas dixisse Homerum, pro sub Cadmea habitantes.

33. Onchestus est, ubi Amphictyonum cœtus solebat convenire, in Haliartia regione ad Copaidem paludem et Tenericum campum, in sublimi sita urbs loco, arboribus nudato : habetque templum Neptuni, ipsum quoque nudum. Poetæ tamen ornandi gratia omnia templa lucos appellant, etiam arboribus carentia. Tale est illud Pindari de Apolline dictum :

profectus obivit
terramque et mare, ac speculis [*magnis*] montium institit
et antra concussit jaciens fundamenta lucorum (*templorum*).

Male autem Alcæus, qui, sicut Cuarii amnis nomen detorsit, sic etiam de Onchesto mentitus est, in extremis eum ponens Heliconis partibus, quum satis magno absit ab hoc monte spatio.

34. Tenerico campo nomen est a Tenero, quem fabulæ Apollinis e Melia filium, oraculo ejus, quod in Ptoo monte est, præfuisse vatem perhibent : cui monti idem Pindarus tres vertices adscribit :

Et aliquando tricipitem Ptoi vallem occupavit;

Tenerumque vocat

templi prophetam solo cognominem.

Ptoum super Tenericum campum et Copaidem paludem juxta Acræphium est situm : et mons et oraculum Thebanorum fuit. Acræphium ipsum quoque in sublimi jacet loco. Hoc Arnam vocatum aiunt a poeta, cognominem Thessalicæ.

35. Sunt qui et Arnam et Mideam a lacu absorptam dicant. Zenodotus autem scribens (*Il.* 2, 507) :

Et qui viniferi fecundam palmitis Ascram,

videtur non legisse quæ de sua patria scripsit Hesiodus, et quæ etiam multo deteriora de Ascra tradidit Eudoxus. Quo

περὶ τῆς Ἄσκρης. πῶς γὰρ ἄν τις πολυστάφυλον τὴν τοιαύτην ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγεσθαι πιστεύσειεν; οὐχ εὖ δὲ οὔτε οἱ Τάρνην ἀντὶ τῆς Ἄρνης γράφοντες· οὐδὲ γὰρ μία δείκνυται Τάρνη παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς, ἐν δὲ Λυδοῖς ἐστιν, ἧς καὶ Ὅμηρος μέμνηται·

> Ἰδομενεὺς δ' ἄρα Φαῖστον ἐνήρατο † τέκτονος υἱόν
> Βώρου, ὃς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος εἰληλούθει.

λοιπαὶ δ' εἰσὶ τῶν μὲν περικειμένων τῇ λίμνῃ αἵ τε Ἀλαλκομεναὶ καὶ τὸ Τιλφώσσιον, τῶν δ' ἄλλων Χαιρώνεια καὶ Λεβάδεια καὶ Λεῦκτρα, περὶ ὧν ἄξιον μνησθῆναι.

36. Ἀλαλκομενῶν τοίνυν μέμνηται ὁ ποιητής, ἀλλ' οὐχ ἐν Καταλόγῳ·

> Ἥρη τ' Ἀργείη καὶ Ἀλαλκομενηὶς Ἀθήνη.

ἔχει δ' ἀρχαῖον ἱερὸν Ἀθηνᾶς σφόδρα τιμώμενον, καί φασί γε τὴν θεὸν γεγενῆσθαι ἐνθάδε, καθάπερ καὶ τὴν Ἥραν ἐν Ἄργει, καὶ διὰ τοῦτο τὸν ποιητήν, ὡς ἀπὸ πατρίδων τούτων, ἀμφοτέρας οὕτως ὀνομάσαι. διὰ τοῦτο δ' ἴσως οὐδ' ἐν τῷ Καταλόγῳ μέμνηται τῶν ἐνταῦθα ἀνδρῶν, ἐπειδή, ἱεροὶ ὄντες, παρεῖντο τῆς στρατείας. καὶ γὰρ καὶ ἀπόρθητος ἀεὶ διετέλεσεν ἡ πόλις, οὔτε μεγάλη οὖσα, οὔτ' ἐν εὐερκεῖ χωρίῳ κειμένη, ἀλλ' ἐν πεδίῳ· τὴν δὲ θεὸν σεβόμενοι πάντες ἀπείχοντο πάσης βίας, ὥστε καὶ Θηβαῖοι κατὰ τὴν τῶν Ἐπιγόνων στρατείαν, ἐκλιπόντες τὴν πόλιν, ἐκεῖσε λέγονται καταφεύγειν καὶ εἰς τὸ ὑπερκείμενον ὄρος ἐρυμνὸν τὸ Τιλφώσσιον, ὑφ' ᾧ Τιλφῶσσα κρήνη καὶ τὸ τοῦ Τειρεσίου μνῆμα, ἐκεῖ τελευτήσαντος κατὰ τὴν φυγήν.

37. Χαιρώνεια δ' ἐστὶν Ὀρχομενοῦ πλησίον, ὅπου Φίλιππος ὁ Ἀμύντου μάχῃ μεγάλῃ νικήσας Ἀθηναίους τε καὶ Βοιωτοὺς καὶ Κορινθίους κατέστη τῆς Ἑλλάδος κύριος· δείκνυται δὲ κἀνταῦθα ταφὴ τῶν πεσόντων ἐν τῇ μάχῃ δημοσίᾳ· περὶ δὲ τοὺς τόπους τοὺς αὐτοὺς καὶ Ῥωμαῖοι τὰς Μιθριδάτου δυνάμεις πολλῶν μυριάδων κατηγωνίσαντο, ὥστ' ὀλίγους ἐπὶ θάλατταν σωθέντας φυγεῖν ἐν ταῖς ναυσί, τοὺς δ' ἄλλους τοὺς μὲν ἀπολέσθαι, τοὺς δὲ καὶ ἁλῶναι.

38. Λεβάδεια δ' ἐστίν, ὅπου Διὸς Τροφωνίου μαντεῖον ἵδρυται, χάσματος ὑπονόμου κατάβασιν ἔχον, καταβαίνει δ' αὐτὸς ὁ χρηστηριαζόμενος· κεῖται δὲ μεταξὺ τοῦ Ἑλικῶνος καὶ τῆς Χαιρωνείας, Κορωνείας πλησίον.

39. Τὰ δὲ Λεῦκτρά ἐστιν, ὅπου Λακεδαιμονίους μεγάλῃ μάχῃ νικήσας Ἐπαμεινώνδας ἀρχὴν εὕρετο τῆς καταλύσεως αὐτῶν· οὐκέτι γὰρ ἐξ ἐκείνου τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν ἀναλαβεῖν ἴσχυσαν, ἣν εἶχον πρότερον, καὶ μάλιστ' ἐπειδὴ καὶ τῇ δευτέρᾳ συμβολῇ τῇ περὶ Μαντίνειαν κακῶς ἔπραξαν. τὸ μέντοι μὴ ὑφ' ἑτέροις εἶναι, καίπερ οὕτως ἐπταικόσι, συνέμεινε μέχρι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας· καὶ παρὰ τούτοις δὲ τιμώμενοι διατελοῦσι διὰ τὴν τῆς πολιτείας ἀρετήν. δείκνυται δὲ ὁ τόπος οὗτος κατὰ τὴν ἐκ Πλαταιῶν εἰς Θεσπιὰς ὁδόν.

40. Ἑξῆς δ' ὁ ποιητὴς μέμνηται τοῦ τῶν Ὀρχομε-

enim pacto aliquis crediderit ejusmodi locum vitiferum ab Homero dictum fuisse? Non recte etiam, qui Tarnam pro Arna reponunt, quum in Bœotia nulla Tarna usquam ostendatur, sit autem in Lydia, cujus etiam Homerus meminit (*Il.* 5, 43):

> Idomeneus Phæstum prostravit Mæone (Μήονος) natum
> Boro, pingue solum Tarnæ qui liquerat amplæ.

Reliquæ sunt ex urbibus paludi adjacentibus Alalcomenæ et Tilphossium, de ceteris autem Chæronea, Lebadea et Leuctra, quarum mentionem facere est operæ pretium.

36. Alalcomenarum Homerus meminit, sed non in Catalogo (*Il.* 4, 8):

> Juno culta Argis et Alalcomenea Minerva.

Habet oppidum hoc vetustum Minervæ fanum religiose admodum cultum: aiuntque ibi natam esse Minervam, ut Junonem Argis, ideoque poetam ambabus a patria appellationes adjunxisse. Quæ causa etiam fortasse fuerit, quod Alalcomeniorum in Catalogo non meminit, scilicet quum ii sacri deæ missionem militiæ haberent. Etenim ea urbs, quanquam neque magna esset, neque munito exstructa in loco, sed humili, tamen nunquam vastata est, ob reverentiam deæ omnibus omnem vim abstinentibus: adeoque Thebani sub expeditionem Epigonorum, urbem suam deserentes, eo confugisse feruntur, inque superjacentem montem Tilphossium natura munitum, sub quo fons est Tilphossa, et monimentum Tiresiæ, qui extorris ibi mortem obiit.

37. Chæronea Orchomeno vicina est, ubi Philippus, Alexandri Magni pater, magno prœlio devictis Atheniensibus, Bœotis et Corinthiis, dominus Græciæ factus est: ibi quoque publica monstratur sepultura eorum, qui in acie ceciderunt. Circa eadem loca Romani Mithridatis copias numerosissimas ita debellaverunt, ut, paucis ad mare fuga elapsis et navibus avectis, reliqui omnes Mithridatici aut perirent aut caperentur.

38. Apud Lebadeam Jovis Trophonii oraculum est: id qui consulit, ipse in hiatum terræ cuniculumque descendit. Sita est inter Heliconem et Chæroneam, prope Coroneam.

39. Leuctra sunt, ubi Epaminondas, superatis magna pugna Lacedæmoniis, eorum potentiæ enervandæ exordium reperit: nunquam enim ab eo tempore Lacedæmonii recuperare principatum potuere, quem in Græcos habuerant, maxime quum in altero etiam ad Mantineam conflictu male essent accepti: ne tamen aliis subessent, quanquam rebus ita afflictis, obtinuere, usque dum Romanorum dominationi subjicerentur: sed apud hos quoque in honore sunt perpetuo ob reipublicæ formæ præstantiam. Ostenditur locus prœlii in via quæ Platæis Thespias ducit.

40. Sequitur apud Homerum Orchomeniorum recensio,

νίων καταλόγου, χωρίζων αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ Βοιωτιακοῦ ἔθνους. καλεῖ δὲ Μινύειον τὸν Ὀρχομενὸν ἀπὸ ἔθνους τοῦ Μινυῶν· ἐντεῦθεν δὲ ἀποικῆσαί τινας τῶν Μινυῶν εἰς Ἰωλκόν φασιν, ὅθεν τοὺς Ἀργοναύτας Μινύας λεχθῆναι. φαίνεται δὲ τὸ παλαιὸν καὶ πλουσία τις γεγονυῖα πόλις καὶ δυναμένη μέγα· τοῦ μὲν οὖν πλούτου μάρτυς καὶ Ὅμηρος· διαριθμούμενος γὰρ τοὺς τόπους τοὺς πολυχρηματήσαντάς φησιν·

Οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν ποτινίσσεται, οὐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας·

τῆς δυνάμεως δέ, ὅτι Θηβαῖοι δασμὸν ἐτέλουν τοῖς Ὀρχομενίοις καὶ Ἐργίνῳ τῷ τυραννοῦντι αὐτῶν, ὃν ὑφ' Ἡρακλέους καταλυθῆναί φασιν. Ἐτεοκλῆς δέ, τῶν βασιλευσάντων ἐν Ὀρχομενῷ τις, Χαρίτων ἱερὸν ἱδρυσάμενος, πρῶτος ἀμφότερα ἐμφαίνει, καὶ πλοῦτον καὶ δύναμιν· ὅς, εἴτ' ἐν τῷ λαμβάνειν χάριτας εἴτ' ἐν τῷ διδόναι κατορθῶν εἴτε καὶ ἀμφότερα, τὰς θεὰς ἐτίμησε ταύτας. ἀνάγκη γὰρ πρὸς εὐεργεσίαν εὐφυῆ γενόμενον ἐκεῖνον πρὸς τὴν τῶν θεῶν τούτων ὁρμῆσαι τιμήν, ὥστε ταύτην μὲν ἐκέκτητο ἤδη τὴν δύναμιν. ἀλλὰ πρὸς ταύτῃ καὶ χρημάτων ἔδει· οὔτε γὰρ μὴ ἔχων τις πολλὰ διδοίη ἂν πολλά, οὔτε [μὴ] λαμβάνων πολλὰ οὐκ ἂν ἔχοι πολλά· εἰ δ' ἀμφότερα συνέχει, τὴν ἀμοιβὴν ἔχει. τὸ γὰρ κινούμενον ἅμα καὶ πληρούμενον πρὸς τὴν χρείαν ἀεὶ πλῆρές ἐστιν, ὁ δὲ διδοὺς μέν, μὴ λαμβάνων δέ, οὐδ' ἂν ἐπὶ θάτερα κατορθοίη· παύσεται γὰρ διδούς, ἐπιλείποντος τοῦ ταμείου, παύσονται δὲ καὶ οἱ διδόντες τῷ λαμβάνοντι μόνον, χαριζομένῳ δὲ μηδέν, ὥστ' οὐδ' οὗτος ἑτέρως ἂν κατορθοίη. ὅμοια δὲ καὶ περὶ δυνάμεως λέγοιτ' ἄν. χωρὶς δὲ τοῦ κοινοῦ λόγου, διότι

τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα,
δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει,

καὶ ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα σκοπεῖν δεῖ. μάλιστα γὰρ τοὺς βασιλέας δύνασθαί φαμεν· διόπερ καὶ δυνάστας προσαγορεύομεν. δύνανται δ' ἄγοντες ἐφ' ἃ βούλονται τὰ πλήθη διὰ πειθοῦς ἢ βίας. πείθουσι μὲν οὖν δι' εὐεργεσίας μάλιστα· οὐ γὰρ ἥ γε διὰ τῶν λόγων ἐστὶ βασιλική, ἀλλ' αὕτη μὲν ῥητορική, βασιλικὴν δὲ πειθὼ λέγομεν, ὅταν εὐεργεσίαις φέρωσι καὶ διάγωσιν ἐφ' ἃ βούλονται· πείθουσι μὲν δὴ δι' εὐεργεσιῶν, βιάζονται δὲ διὰ τῶν ὅπλων. Ταῦτα δ' ἄμφω χρημάτων ὠνιά ἐστι· καὶ γὰρ στρατιὰν ἔχει πλείστην ὁ τρέφειν δυνάμενος, καὶ εὐεργετεῖν δύναται πλεῖστον ὁ πλεῖστα κεκτημένος. λέγουσι δὲ τὸ χωρίον, ὅπερ ἡ λίμνη κατέχει νῦν ἡ Κωπαΐς, ἀνεψῦχθαι πρότερον, καὶ γεωργεῖσθαι παντοδαπῶς ὑπὸ τοῖς Ὀρχομενίοις ὄν, πλησίον οἰκοῦσι· καὶ τοῦτ' οὖν τεκμήριον τοῦ πλούτου τιθέασι.

41. Τὴν δ' Ἀσπληδόνα χωρὶς τῆς πρώτης συλλαβῆς ἐκάλουν τινές· εἶτ' Εὐδείελος μετωνομάσθη καὶ αὐτὴ καὶ ἡ χώρα, τάχα τι ἰδίωμα προσφερομένη ἐκ τοῦ δειλινοῦ κλίματος οἰκεῖον τοῖς κατοικοῦσι, καὶ μάλιστα τὸ εὐχείμερον. ψυχρότατα μὲν γὰρ τὰ ἄκρα τῆς ἡμέρας

quos ille a Bœotica gente segregat. Minyeum autem appellat Orchomenum a gente Minyarum. Inde quosdam coloniam in Iolcum deduxisse ferunt, unde Argonautis sit Minyarum factum nomen. Apparet hanc urbem antiquitus opibus ac potentia floruisse : de opibus etiam Homerus testimonium fert : nam enumerans loca, in quibus copiosa esset pecunia, sic ait (*Il.* 9, 381) :

Nec quanta Orchomenum cumulatur, quantave Thebas
Ægypti.

Potentiæ argumentum est, quod Thebani tributum Orchomeniis persolvebant, eorumque tyranno Ergino, quem ab Hercule aiunt fuisse interemptum. Eteocles etiam, unus de iis qui Orchomeni regnaverunt, Gratiarum templo dedicato primus utrumque ostentavit, divitias inquam et potentiam : qui sive accipiendis sive dandis donis gratis probe defunctus, sive etiam utrisque, deas istas veneratus est. [Oportet enim ad liberalitatem factum a natura illum ad honorem habendum istis deabus se contulisse, ut ea facultate jam fuerit præditus. Sed præterea requirebantur etiam opes. Neque enim vel dare multa potest, qui habeat pauca, neque habere multa quisquam, qui accipiat pauca; sed si utrumque conjungatur, vicissitudo locum habebit. Quod enim simul et impletur et evacuatur, quantum usus flagitat, id semper est plenum. Qui vero dat, nihil accipiens, is in neutram partem gerere rem potest. Dare enim desinet deficiente ærario; finem quoque facient dandi ei, qui nihil largiatur, sed tantum accipiat, adeo ut nec hic altera ratione proficere possit. Eadem de potentia dicas licet. Est autem res, præter quam quod hæc ab omnibus est recepta sententia (*Eur. Phœn.* 422):

In honore summo apud homines pecunia est,
in rebus humanisque plurimum valet,

etiam in singulis examinanda. Maxime omnium posse reges dicimus : ideoque etiam dynastas eos a potentia appellamus. Possunt autem ducenda, quo volunt, multitudine idque vel persuadendo vel cogendo. Jam vero beneficiis potissimum persuadent : neque enim oratione persuadere regium est, sed oratoris munus; regium persuadendi genus est, quum beneficiis ducunt ac alliciunt, quo volunt. Persuadent igitur beneficiis, cogunt vero armis. Jam utrumque horum pecunia venale est : nam et exercitum maximum habet, qui alere potest : et plurima beneficia præbere potest, qui plurima possidet. (*Anilia et inculta hæc a re et a Strabone aliena.*)] Regionem eam, quam nunc Copais palus occupat, quondam siccam fuisse ferunt, agrumque omni cultura elaboratum, quum esset Orchomeniis in propinquo habitantibus : quod ipsum pro argumento afferunt, eos prædivites fuisse.

41. Aspledon a nonnullis, abjecta syllaba prima, Spledon dicebatur : deinde et ipsa et ager ejus Eudielos est appellatus, fortassis quod inclinatio versus solem occidentem incolis ejus aliquid peculiare conferret, maxime quod hiemes haberent mitiores. Crepuscula enim sunt frigidissima,

ἐστί, τούτων δὲ τὸ δειλινὸν τοῦ ἑωθινοῦ ψυχρότερον· εἰς ἐπίτασιν γὰρ ἄγει πλησιάζον τῇ νυκτί, τὸ δ' εἰς ἄνεσιν ἀφιστάμενον τῆς νυκτός. ἴαμα δὲ τοῦ ψύχους ὁ ἥλιος· τὸ οὖν ἡλιαζόμενον πλεῖστον ἐν τῷ ψυχροτάτῳ καιρῷ εὐχειμερώτατον. διέχει δὲ τοῦ Ὀρχομενοῦ στάδια εἴκοσι· μεταξὺ δ' ὁ Μέλας ποταμός.

42. Ὑπέρκειται δ' Ὀρχομενίας ὁ Πανοπεύς, Φωκικὴ πόλις, καὶ Ὑάμπολις· τούτοις δ' ὁμορεῖ Ὀποῦς, ἡ τῶν Λοκρῶν μητρόπολις τῶν Ἐπικνημιδίων. πρότερον μὲν οὖν οἰκεῖσθαι τὸν Ὀρχομενόν φασιν ἐπὶ πεδίῳ, ἐπιπολαζόντων δὲ τῶν ὑδάτων, ἀνοικισθῆναι πρὸς τὸ Ἀκόντιον ὄρος, παρατεῖνον ἐπὶ ἑξήκοντα σταδίους μέχρι Παραποταμίων τῶν ἐν τῇ Φωκίδι. ἱστοροῦσι δὲ τοὺς ἐν τῷ Πόντῳ καλουμένους Ἀχαιοὺς ἀποίκους Ὀρχομενίων εἶναι τῶν μετὰ Ἰαλμένου πλανηθέντων ἐκεῖσε μετὰ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν. καὶ περὶ Κάρυστον δ' ἦν τις Ὀρχομενός. εὖ γὰρ τὴν τοιαύτην ὕλην ὑποβεβλήκασιν ἡμῖν οἱ τὰ περὶ τῶν Νεῶν συγγράψαντες, οἷς ἀκολουθοῦμεν, ὅταν οἰκεῖα λέγωσι πρὸς τὴν ἡμετέραν ὑπόθεσιν.

et quidem vespertinum matutino frigidius, quod nocte appetente frigus intenditur, decedente remittitur. Medicatur autem sol frigori : quod ergo frigidissimo tempore a sole maxime illustratur, id hiemes habet æquissimas. Distat ab Orchomeno stadiis viginti : in medio est Melas fluvius.

42. Supra Orchomenum sunt Panopeus, Phocica urbs, et Hyampolis : quibus confinis est Opûs, primaria Locrorum Epicnemidiorum urbs. Orchomenum initio aiunt in planitie fuisse habitatum : aquis autem superficiem occupantibus, translatam esse urbem ad montem Acontium, qui per sexaginta stadia porrigitur usque ad Parapotamios in Phocide. Narrant etiam Achæos, qui in Ponto sunt, colonos esse Orchomeniorum, qui post bellum Trojanum eo sint duce Ialmeno evagati. Fuit etiam juxta Carystum Orchomenus. Hujusmodi enim materiam probe nobis suggesserunt, qui de Navium catalogo Homeri scripsere : quos sequimur, ubi nostro argumento accommodata tradiderunt.

## ΚΕΦ. Γ'.

Μετὰ δὲ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὸν Ὀρχομενὸν ἡ Φωκίς ἐστι πρὸς ἄρκτον παραβεβλημένη τῇ Βοιωτίᾳ παραπλησίως ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν, τό γε παλαιόν. ὁ γὰρ Δαφνοῦς ἦν τότε τῆς Φωκίδος, σχίζων ἐφ' ἑκάτερα τὴν Λοκρίδα καὶ μέσος ταττόμενος τοῦ τε Ὀπουντίου κόλπου καὶ τῆς τῶν Ἐπικνημιδίων παραλίας· νῦν δὲ Λοκρῶν ἐστιν ἡ χώρα (τὸ δὲ πόλισμα κατέσκαπται), ὥστ' οὐδ' ἐκεῖ καθήκει οὐκέτι μέχρι τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ θαλάττης ἡ Φωκίς, τῷ δὲ Κρισαίῳ κόλπῳ συνῆπται. αὐτὴ γὰρ ἡ Κρῖσα τῆς Φωκίδος ἐστὶν ἐπ' αὐτῆς ἱδρυμένη τῆς θαλάττης καὶ Κίρρα καὶ Ἀντίκυρα καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ συνεχῆ κείμενα χωρία πρὸς τῷ Παρνασσῷ, Δελφοί τε καὶ Κίρφις καὶ Δαυλὶς καὶ αὐτὸς ὁ Παρνασσός, τῆς τε Φωκίδος ὢν καὶ ἀφορίζων τὸ ἑσπέριον πλευρόν. ὃν τρόπον δ' ἡ Φωκὶς τῇ Βοιωτίᾳ παράκειται, τοῦτον καὶ ἡ Λοκρὶς τῇ Φωκίδι ἑκατέρα. διττὴ γάρ ἐστι, διῃρημένη ὑπὸ τοῦ Παρνασσοῦ δίχα· ἡ μὲν ἐκ τοῦ ἑσπερίου μέρους παρακειμένη τῷ Παρνασσῷ καὶ μέρος αὐτοῦ νεμομένη, καθήκουσα δ' ἐπὶ τὸν Κρισαῖον κόλπον, ἡ δ' ἐκ τοῦ πρὸς ἕω τελευτῶσα ἐπὶ τὴν πρὸς Εὐβοίᾳ θάλατταν. καλοῦνται δ' οἱ μὲν ἑσπέριοι Λοκροὶ καὶ Ὀζόλαι, ἔχουσί τε ἐπὶ τῇ δημοσίᾳ σφραγῖδι τὸν ἕσπερον ἀστέρα ἐγκεχαραγμένον· οἱ δ' ἕτεροι δίχα πως καὶ αὐτοὶ διῃρημένοι, οἱ μὲν Ὀπούντιοι ἀπὸ τῆς μητροπόλεως, ὅμοροι Φωκεῦσι καὶ Βοιωτοῖς, οἱ δ' Ἐπικνημίδιοι ἀπὸ ὄρους Κνημῖδος, προσεχεῖς Οἰταίοις τε καὶ Μαλιεῦσιν. ἐν μέσῳ δὲ ἀμφοῖν τῶν τε Ἑσπερίων καὶ τῶν ἑτέρων Παρνασσός, παραμήκης εἰς τὸ προσάρκτιον μέρος ἐκτεινόμενος ἀπὸ τῶν περὶ Δελφοὺς τόπων μέχρι τῆς συμβολῆς τῶν τε Οἰταίων ὀρῶν καὶ τῶν Αἰτωλικῶν καὶ

## CAP. III.

Post Bœotiam et Orchomenum Phocis est, versus septentriones juxta Bœotiam item porrecta a mari ad mare, antiquitus quidem. Daphnûs enim tunc erat Phocidis (*codd.* Locridis), in duo scindens Locridem mediusque jacens inter sinum Opuntium et oram Epicnemidiorum : nunc vero Locrorum ea est regio; urbs autem solo æquata est. Itaque non jam ad Euboicum mare pertingit Phocis, sed Crisæo sinui annectitur. Ipsa enim Crisa Phocidis est, ad ipsum mare condita, et Cirrha et Anticyra (*codd.* Anticirrha) et quæ supra eas in mediterraneis deinceps sita sunt ad Parnassum loca, Delphi et Cirphis et Daulis : ipse etiam Parnassus Phocidis est, ejusque occiduum determinat latus. Quo autem modo Phocis Bœotiæ adjacet, eodem Locris utraque Phocidi. Duplex est enim Locris, divisa bifariam Parnasso : una ab occasu attingens Parnassum, ejusque partem occupans, ad Crisæum sinum usque pertinet : altera versus ortum protenditur, et ad mare Euboicum desinit. Occidui Locri etiam Ozolæ dicuntur, et in publico sigillo habent insculptum Hesperi sidus. Alteri in duas itidem partes quodammodo dividuntur : quorum pars a primaria urbe Opuntii dicuntur, Phocensibus et Bœotis confermini, altera pars Epicnemidii a monte Cnemide, Œtæis et Maliensibus contigui. In medio Occiduorum et reliquorum Locrorum Parnassus est, in longum versus septentriones extentus a vicina Delphis regione usque ad concursum Œtæorum montium et Ætolicorum et usque ad Dorienses in medio sitos. Rursum enim sicut [*Locris gemina*] protenditur juxta Phocidem : sic [*etiam Œtæa*

τῶν ἀνὰ μέσον Δωριέων. πάλιν γὰρ ὥσπερ ἡ Λο[κρὶς διττὴ οὖ]σα τοῖς Φωκεῦσι παραβέβληται, οὕτω [καὶ ἡ τῶν Οἰταίων] μετὰ τῆς Αἰτωλίας καί τινων ἀνὰ μέσον τ[όπων τῆς Δω]ρικῆς τετραπόλεως τῇ Λοκρίδι ἑκατέρᾳ [καὶ Παρνασ]σῷ καὶ τοῖς Δωριεῦσιν. ὑπὲρ τούτων δ' ἤδη [οἱ Θετταλοὶ] καὶ τῶν Αἰτωλῶν οἱ προσάρκτιοι καὶ Ἀκαρν[ᾶνες καί τινα] τῶν Ἠπειρωτικῶν ἐθνῶν καὶ τῶν Μακεδονικῶν· [δεῖ δέ,] ὅπερ ἔφαμεν καὶ πρότερον, παραλλήλους ὥσ[περ ταινίας] τινὰς τεταμένας ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὰς ἀ[νατολὰς] νοῆσαι τὰς λεχθείσας χώρας. ἱεροπρεπὴς δ' ἐστὶ πᾶς ὁ Παρνασσός, ἔχων ἄντρα τε καὶ ἄλλα χωρία τιμώμενά τε καὶ ἁγιστευόμενα· ὧν ἐστι γνωριμώτατόν τε καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον, νυμφῶν ἄντρον ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ. τῶν δὲ πλευρῶν τοῦ Παρνασσοῦ τὸ μὲν ἑσπέριον νέμονται Λοκροί τε οἱ Ὀζόλαι καί τινες τῶν Δωριέων καὶ Αἰτωλοὶ κατὰ τὸν Κόρακα προσαγορευόμενον Αἰτωλικὸν ὄρος· τὸ δὲ Φωκεῖς καὶ Δωριεῖς οἱ πλείους, ἔχοντες τὴν Τετράπολιν περικειμένην πως τῷ Παρνασσῷ, πλεονάζουσαν δὲ τοῖς πρὸς ἕω. αἱ μὲν οὖν κατὰ τὸ μῆκος πλευ[ραὶ τῶν] λεχθεισῶν χωρῶν τε καὶ ταινιῶν ἑκάστης παρ[άλληλοι] ἅπασαί εἰσιν, ἡ μὲν οὖσα προσάρκτιος, ἡ [δὲ πρὸς νότον]· αἱ δὲ λοιπαὶ ἑσπέριοι ταῖς ἑῴαις οὐκ εἰσὶ π[αράλληλοι· οὐ]δὲ ἡ παραλία ἑκατέρα, ἥ τε τοῦ Κρι[σαίου κόλπου μέ]χρι Ἀκτίου, καὶ ἡ πρὸς Εὔβοιαν μέχρι τῆς [Θεσσαλονικείας] παράλληλοι ἀλλήλαις εἰσίν, εἰς ἃς τελ[ευτᾷ ταῦτα τὰ] ἔθνη· ἀλλ' οὕτω δέχεσθαι δεῖ τὰ σχήματα [τούτων τῶν χω]ρίων, ὡς ἂν ἐν τριγώνῳ παρὰ τὴν [βάσιν τεταμένων] γραμμῶν πλειόνων· τὰ γὰρ ἀποληφ[θέντα σχήματα πα]ράλληλα μὲν ἀλλήλοις ἔσται, καὶ τὰς [κατὰ μῆκος ἐναν]τίον πλευρὰς ἕξει παραλλήλους, τ[ὰς δὲ κατὰ πλάτος οὐ]κέτι. ὁ μὲν οὖν ὁλοσχερὴς τύπος οὗτος τῆς λοιπῆς καὶ ἐφεξῆς περιοδείας, τὰ καθ' ἕκαστα δ' ἑξῆς λέγωμεν, ἀπὸ τῆς Φωκίδος ἀρξάμενοι.

2. Ταύτης δ' ἐπιφανέσταται δύο πόλεις Δελφοί τε καὶ Ἐλάτεια· Δελφοὶ μὲν διὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος καὶ τὸ μαντεῖον ἀρχαῖον ὄν, εἴ γε Ἀγαμέμνων ἀπ' αὐτοῦ χρηστηριάσασθαι λέγεται ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ· ὁ γὰρ κιθαρῳδὸς ᾄδων εἰσάγεται

νεῖκος Ὀδυσσῆος καὶ † Πηληιάδεω ἄνακτος,
ὥς ποτε δηρίσαντο· — ἄναξ δ' ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων
χαῖρε νόῳ.
ὣς γάρ οἱ χρείων μυθήσατο Φοῖβος Ἀπόλλων
Πυθοῖ·

Δελφοὶ μὲν δὴ διὰ ταῦτα, Ἐλάτεια δέ, ὅτι πασῶν μεγίστη τῶν ἐνταῦθα πόλεων καὶ ἐπικαιριωτάτη διὰ τὸ ἐπικεῖσθαι τοῖς στενοῖς καὶ τὸν ἔχοντα ταύτην ἔχειν τὰς εἰσβολὰς τὰς εἰς τὴν Φωκίδα καὶ τὴν Βοιωτίαν. ὄρη γάρ ἐστιν Οἰταῖα πρῶτον, ἔπειτα τὰ τῶν Λοκρῶν καὶ τῶν Φωκέων, οὐ πανταχοῦ στρατοπέδοις βάσιμα τοῖς ἐκ Θετταλίας ἐμβάλλουσιν, ἀλλ' ἔχει παρόδους στενὰς μέν, ἀφωρισμένας δέ, ἃς αἱ παρακείμεναι πόλεις φρουροῦσιν· ἁλουσῶν δ' ἐκείνων κρατεῖσθαι συμβαίνει καὶ

*regio*] cum Ætolia et quibusdam aliis in medio sitis locis Doricæ tetrapolis, juxta Locridem utramque et [*Parnassum*] et Dorienses reliquos. Supra hos jam sunt [*Thessali*] et Ætolorum pars septentrionalis et Acarnanes et nonnullæ ex Epiroticis et Macedonicis gentibus. Oportet vero, id quod supra jam monuimus, regionum harum situm ita cogitatione efformare, ut sint quasi fasciæ quædam parallelæ ab occasu versus septentriones extentæ. Parnassus totus sacer est, habetque specus et alia loca, quæ religiose honorantur atque coluntur : de quibus notissimum est ac pulcherrimum Corycium antrum Nympharum, ejusdem cum Cilicio nominis. Latus Parnassi occiduum Locri Ozolæ tenent, et Dorienses quidam, atque Ætoli *juxta* Coracem montem Ætolicum : quod vero ortum respicit, Phocenses ac major pars Doriensium, qui Tetrapolin tenent quodammodo Parnasso adjacentem, sed versus ortum tamen partibus suis exuberantem. Latera ergo secundum longitudinem dictarum regionum fasciarumque singularum [*parallela*] sunt omnia; quorum alterum latus septentrionale, alterum [*meridionale*] est; reliqua autem duo latera, occidentale scilicet et orientale, non sunt [*parellela; neque*] enim ora maritima Crisæi sinus usque ad Actium, neque ora maris juxta Eubœam usque ad [*Thessaloniceam*], in quas oras [*desinunt hi*] populi, inter se parallelæ sunt; sed istarum regionum figuræ ita sunt concipiendæ, quasi in triangulo aliquo complures sint juxta [*basim ductæ*] lineæ : nam quas sic absumseris [*figuræ*] parallelæ erunt, quatenus secundum longitudinem latera æqualiter inter se distant, [*non item vero latera secundum latitudinem.*] Hæc ergo rudis est delineatio totius regionis, quæ in sequentibus peragranda nobis restat : nunc singula persequamur, sumpto a Phocide exordio.

2. Hujus urbes nobilissimæ sunt duæ, Delphi et Elatea : Delphi ob templum Apollinis Pythii et oraculum, quod vetustum esse apparet, siquidem Agamemnonem poeta inde petivisse responsum dicit : nam introducitur citharœdus canens (*Od.* 8, 75)

rixam Ulyssis ac Pelidæ Achillis (Πηλείδεω Ἀχιλῆος),
ut quondam contenderunt. — Rex autem virorum Agamemno] gaudebat animo.
Sic enim ei vaticinans prædixerat Phœbus Apollo
in Pytho.

Hoc ergo Delphos nobilitat; Elateam autem, quod omnium in istis partibus urbium maxima est et opportunissima, quippe sita in ipsis faucibus : ut, qui ea potiatur, aditus in Phocidem ac Bœotiam in sua habeat potestate. Primum enim sunt Œtæi montes, deinde Locrensium ac Phocensium, non ubique pervii exercitibus e Thessalia irrumpentibus, sed transitus habent arctos et suis inclusos terminis, quos adjacentes urbes custodiunt : quas qui ceperit, etiam

τὰς παρόδους. ἐπεὶ δ' ἡ τοῦ ἱεροῦ ἐπιφάνεια τοῦ ἐν Δελφοῖς ἔχει πρεσβεῖον, καὶ ἅμα ἡ θέσις τῶν χωρίων ἀρχὴν ὑπαγορεύει φυσικήν (ταῦτα γάρ ἐστι τὰ ἑσπεριώτατα μέρη τῆς Φωκίδος), ἐντεῦθεν ἀρκτέον.

17. Ibidem portus est magnus et fanum Cereris, ubi singulis Pylæis conventibus Amphictyones sacrificabant. A portu Heracleam Trachina terrestre iter est stadiorum quadraginta: navigatio ad Cenæum septuaginta. Extra portas statim sunt ostia Sperchei. Ad Pylas ab Euripo stadia quingenta triginta. Atque Locris jam finem habet. Quæ extra portas versus ortum sunt et Maliacum sinum, Thessalorum sunt: quæ versus occasum, Ætolorum et Acarnanum. Athamanes ipsi quoque nulli jam sunt.

18. Maximum et antiquissimum corpus est Thessalorum: de quibus partim Homerus docuit, partim alii complures. Ætolos autem Homerus semper uno nomine dicit, urbes eis, non gentes subjiciens, Curetibus exceptis, qui pars sunt Ætolorum habendi. Ceterum a Thessalis descriptionem incipiemus, nimis vetusta et fabulosa, et de quibus plerumque non constat, omittentes (quod et alias fecimus), ea autem dicentes, quæ tempestiva nobis videbuntur.

## CAP. V.

Ad Thessaliam pertinet ora maritima a Thermopylis usque ad ostia Penei et extrema Pelii, orientem spectans et promontoria Eubœæ septentrionalia. Regiones juxta Eubœam ac Thermopylas sitas Malienses tenent et Phthiotæ Achæi: quæ ad Pelium, Magnetes habent. Hoc ergo latus Thessaliæ dicatur ortivum et maritimum. Hinc versus mediterranea ab altera parte, a Pelio scilicet et Peneo, Macedones adjacent usque ad Pæoniam (*Pindum?*) gentesque Epiro-

καὶ τῶν Ἠπειρωτικῶν ἐθνῶν. ἀπὸ δὲ τῶν Θερμοπυλῶν τὰ παράλληλα τοῖς Μακεδόσιν ὄρη τὰ Οἰταῖα καὶ Αἰτωλικὰ τοῖς Δωριεῦσι καὶ τῷ Παρνασσῷ συνάπτοντα· καλείσθω δὲ τὸ μὲν πρὸς τοῖς Μακεδόσι πλευρὸν ἀρκτικόν, τὸ δ' ἕτερον νότιον. λοιπὸν δ' ἐστὶ τὸ ἑσπέριον, ὃ περικλείουσιν Αἰτωλοὶ καὶ Ἀκαρνᾶνες καὶ Ἀμφίλοχοι καὶ τῶν Ἠπειρωτῶν Ἀθαμᾶνες καὶ Μολοττοὶ καὶ ἡ τῶν Αἰθίκων ποτὲ λεγομένη γῆ καὶ ἁπλῶς ἡ περὶ Πίνδον. . . . . . πλὴν τοῦ Πηλίου καὶ τῆς Ὄσσης. ταῦτ' ἐξῆρται μὲν ἱκανῶς· οὐ μήν γε πολλὴν περιλαμβάνει κύκλῳ χώραν, ἀλλ' εἰς τὰ πεδία τελευτᾷ.

2. Ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ μέσα τῆς Θετταλίας, εὐδαιμονεστάτη χώρα, πλὴν ὅση ποταμόκλυστός ἐστιν. ὁ γὰρ Πηνειὸς διὰ μέσης ῥέων καὶ πολλοὺς δεχόμενος ποταμοὺς ὑπερχεῖται πολλάκις· τὸ δὲ παλαιὸν καὶ ἐλιμνάζετο, ὡς λόγος, τὸ πεδίον, ἔκ τε τῶν ἄλλων μερῶν ὄρεσι περιειργόμενον, καὶ τῆς παραλίας μετεωρότερα τῶν πεδίων ἐχούσης τὰ χωρία. ὑπὸ δὲ σεισμῶν ῥήγματος γενομένου [κατὰ] τὰ νῦν καλούμενα Τέμπη καὶ τὴν Ὄσσαν ἀποσχίσαντος ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, διεξέπεσε ταύτῃ πρὸς θάλατταν ὁ Πηνειὸς καὶ ἀνέψυξε τὴν χώραν ταύτην. ὑπολείπεται δ' ὅμως ἥ τε Νεσσωνὶς λίμνη μεγάλη καὶ ἡ Βοιβηΐς, ἐλάττων ἐκείνης καὶ πλησιεστέρα τῇ παραλίᾳ.

3. Τοιαύτη δ' οὖσα εἰς τέτταρα μέρη διῄρητο· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ μὲν Φθιῶτις, τὸ δ' Ἑστιαιῶτις, τὸ δὲ Θετταλιῶτις, τὸ δὲ Πελασγιῶτις. ἔχει δ' ἡ μὲν Φθιῶτις τὰ νότια τὰ παρὰ τὴν Οἴτην ἀπὸ τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου καὶ Πυλαϊκοῦ μέχρι τῆς Δολοπίας καὶ τῆς Πίνδου διατείνοντα, πλατυνόμενα δὲ μέχρι Φαρσάλου καὶ τῶν πεδίων τῶν Θετταλικῶν· ἡ δ' Ἑστιαιῶτις τὰ ἑσπέρια καὶ τὰ μεταξὺ Πίνδου καὶ τῆς ἄνω Μακεδονίας· τὰ δὲ λοιπὰ οἵ τε ὑπὸ τῇ Ἑστιαιώτιδι νεμόμενοι τὰ πεδία, καλούμενοι δὲ Πελασγιῶται, συνάπτοντες ἤδη τοῖς κάτω Μακεδόσι, καὶ οἱ [Θετταλιῶται] ἐφεξῆς τὰ μέχρι Μαγνητικῆς παραλίας ἐκπληροῦντες χωρία. κἀνταῦθα δ' ἐνδόξων ὀνομάτων ἔσται ἀρίθμησις καὶ ἄλλως [καὶ] διὰ τὴν Ὁμήρου ποίησιν· τῶν δὲ πόλεων ὀλίγαι σώζουσι τὸ πάτριον ἀξίωμα, μάλιστα δὲ Λάρισα.

4. Ὁ δὲ ποιητὴς εἰς δέκα μέρη καὶ δυναστείας διελὼν τὴν σύμπασαν γῆν, ἣν νῦν Θετταλίαν προσαγορεύομεν, προσλαβών τινα καὶ τῆς Οἰταίας καὶ τῆς Λοκρικῆς, ὡς δ' αὔτως καὶ τῆς ὑπὸ Μακεδόσιν νῦν τεταγμένης, ὑπογράφει τι κοινὸν καὶ πάσῃ χώρᾳ συμβαῖνον, τὸ μεταβάλλεσθαι καὶ τὰ ὅλα καὶ τὰ καθ' ἕκαστα παρὰ τὰς τῶν ἐπικρατούντων δυνάμεις.

5. Πρώτους δὴ καταλέγει τοὺς ὑπ' Ἀχιλλεῖ, (καὶ) τοὺς τὸ νότιον πλευρὸν κατέχοντας καὶ παρακειμένους τῇ τε Οἴτῃ καὶ τοῖς Ἐπικνημιδίοις Λοκροῖς,

ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον
οἵ τ' Ἄλον οἵ τ' Ἀλόπην οἵ τε Τρηχῖν' ἐνέμοντο
οἵ τ' εἶχον Φθίην ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα,
Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί.

συζεύγνυσι δὲ τούτοις καὶ τοὺς ὑπὸ τῷ Φοίνικι καὶ κοινὸν

ticas, ab altera autem parte sive a Thermopylis sunt æqualiter undique a Macedonibus distantes Œtæi et Ætolici montes, qui Dorienses et Parnassum attingunt. Appelletur ergo latus contiguum Macedonibus septentrionale, austrinum alterum. Restat occiduum, quod includunt Ætoli, Acarnanes, et de Epirotis Amphilochi et (καὶ τῶν Ἠπ. Ἀμφιλ. καὶ Ἀθ.) Athamanes, Molossi regio quondam Æthicum dicta, ac omnino regio quæ Pindo adjacet. [*In mediterraneis Thessalia majorem partem humilis est, neque montes habet*], præter Pelium atque Ossam, qui montes satis alti quidem sunt, non multum tamen loci occupant, sed in planities desinunt.

2. Planities hæ sunt medium Thessaliæ, fertilissima regio, iis locis demtis, quæ fluminibus alluuntur. Etenim Peneus per mediam fluens Thessaliam, multosque excipiens amnes sæpenumero effunditur in agros: atque antiquitus planitiem istam stagno aiunt tectam fuisse, quum a reliquis partibus montibus includeretur, loca vero oræ maritimæ editiora essent campestribus. Quum autem terræ motus hiatum fecisset quo loco Tempe nunc vocantur, abrupta ab Olympo Ossa, per eum hiatum Peneus in mare se evolvens siccandam planitiem præbuit. Restat tamen Nessonis palus magna, et Bœbeis aliquanto minor et oræ maritimæ vicinior.

3. Talis quum esset Thessalia, in quattuor divisa erat partes, Phthiotidem, Hestiæotidem, Thessaliotidem, Pelasgiotidem. Phthiotis austrina habet juxta Œtam, a Maliaco sinu et Pylaico usque ad Dolopiam ac Pindum pertinentia, et se dilatantia usque ad Pharsalum et campos Thessalicos; Hestiæotis occidua et quæ sunt inter Pindum atque superiorem Macedoniam; reliqua obtinent Pelasgiotæ, campos infra Hestiæotidem incolentes, jam inferioribus contigui Macedonibus, et [*Thessaliotæ*] qui deinceps loca implent usque ac Magneticam oram. Hic quoque nobilium nominum offertur enumeratio, præsertim ob Homeri poesin: urbium vero paucæ avitam servant dignitatem, maxime Larisa.

4. Homerus vero in decem partes atque dominationes dividens eam omnem terram, quam nunc Thessaliam dicimus, Œtææ etiam et Locricæ regionis nec non ejus quæ nunc subest Macedonibus, partes quasdam assumens, quidpiam testatur commune omnibusque obtingens regionibus: nempe et tota et singulas partes mutari pro imperio eorum qui rerum potiuntur.

5. Primos eos recenset qui Achilli parebant Thessalos, austrinum latus tenentes juxta Œtam et Locros Epicnemidios (*Il.* 2, 681):

Quique Pelasgicon Argos habebant,
quique Alon atque Alopen, tum qui Trachina colebant
et Phthiam, claram formosisque Hellada nymphis.
Myrmidones Graiique et Achæi dicebantur.

His adjungit etiam qui Phœnici parebant communemque

ἀμφοῖν ποιεῖ τὸν στόλον. ὁ μὲν οὖν ποιητὴς οὐδαμοῦ μέμνηται Δολοπικῆς στρατιᾶς κατὰ τοὺς περὶ Ἴλιον ἀγῶνας· οὐδὲ γὰρ αὐτῶν τὸν ἡγεμόνα Φοίνικα πεποίηκεν εἰς τοὺς κινδύνους ἐξιόντα, καθάπερ τὸν Νέστορα· ἄλλοι δ' εἰρήκασι, καθάπερ καὶ Πίνδαρος μνησθεὶς τοῦ Φοίνικος·

ὃς Δολόπων ἄγαγε θρασὺν ὅμιλον σφενδονᾶσαι,
ἱπποδάμων Δαναῶν βέλεσι πρόσφορον.

τοῦτο δὴ καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ κατὰ τὸ σιωπώμενον, ὡς εἰώθασι λέγειν οἱ γραμματικοί, συνυπακουστέον. γελοῖον γὰρ τὸ τὸν βασιλέα μετέχειν τῆς στρατείας

(ναῖον δ' ἐσχατιὴν Φθίης Δολόπεσσιν ἀνάσσων),

τοὺς δ' ὑπηκόους μὴ παρεῖναι· οὐδὲ γὰρ συστρατεύειν ἂν τῷ Ἀχιλλεῖ δόξειεν, ἀλλὰ μόνον (ὀλίγων ἐστὶν) ἐπιστάτης καὶ ῥήτωρ ἕπεσθαι, εἰ δ' ἄρα, σύμβουλος. τὰ δ' ἔπη βούλεται καὶ τοῦτο δηλοῦν· τοιοῦτον γὰρ τὸ

μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων.

. . . . . . . ταῦτα λέγων εἴρηται τό τε ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ [καὶ τῷ Φοί]νικι· αὐτὰ δὲ [τὰ] λεχθέντα περὶ τῶν ὑπ' [Ἀχιλλεῖ] ἐν ἀντιλογίᾳ ἐστί. τό τε Ἄργος τὸ Πελασγικὸν καὶ πόλιν δέχονται Θετταλικὴν περὶ Λάρισαν ἱδρυμένην ποτέ, νῦν δ' οὐκέτι οὖσαν· οἱ δ' οὐ πόλιν, ἀλλὰ τὸ τῶν Θετταλῶν πεδίον οὕτως ὀνοματικῶς λεγόμενον, θεμένου τοὔνομα Ἄβαντος, ἐξ Ἄργους δεῦρ' ἀποικήσαντος.

6. Φθίαν τε οἱ μὲν τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ Ἑλλάδι καὶ Ἀχαΐᾳ, ταύτας δ' εἶναι διατεμνομένης τῆς συμπάσης Θετταλίας θάτερον μέρος τὸ νότιον· οἱ δὲ διαιροῦσιν. ἔοικε δ' ὁ ποιητὴς δύο ποιεῖν τήν τε Φθίαν καὶ τὴν Ἑλλάδα, ὅταν οὕτως φῇ·

οἵ τ' εἶχον Φθίην ἠδ' Ἑλλάδα,

ὡς δυεῖν οὐσῶν· καὶ ὅταν οὕτως·

[φεῦγον] ἔπειτ' ἀπάνευθε δι' Ἑλλάδος εὐρυχόροιο,
Φθίην δ' ἐξικόμην,

καὶ ὅτι

πολλαὶ [Ἀχαιΐδες] εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε.

ὁ μὲν οὖν ποιητὴς δύο ποιεῖ, πότερον δὲ πόλεις ἢ χώρας, οὐ δηλοῖ. οἱ δ' ὕστερον τὴν Ἑλλάδα οἱ μὲν εἰπόντες χώραν διατετάσθαι φασὶν [εἰς] τὰς Θήβας τὰς Φθιώτιδας ἀπὸ Παλαιφαρσάλου· ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ταύτῃ καὶ τὸ Θετίδειόν ἐστι πλησίον τῶν Φαρσάλων ἀμφοῖν, τῆς τε παλαιᾶς καὶ τῆς νέας, κἀκ τοῦ Θετιδείουτεκμαιρόμενοι τῆς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ μέρος εἶναι καὶ τήνδε τὴν χώραν· οἱ δ' εἰπόντες πόλιν, Φαρσάλιοι μὲν δεικνύουσιν ἀπὸ ἑξήκοντα σταδίων τῆς ἑαυτῶν πόλεως κατεσκαμμένην πόλιν, ἣν πεπιστεύκασιν εἶναι τὴν Ἑλλάδα καὶ δύο κρήνας πλησίον, Μεσσηίδα καὶ Ὑπέρειαν, Μελιταιεῖς δ' ἄπωθεν ἑαυτῶν ὅσον δέκα σταδίους ᾠκῆσθαι τὴν Ἑλλάδα πέραν τοῦ Ἐνιπέως, ἡνίκα ἡ ἑαυτῶν πόλις Πύρρα ὠνομάζετο, ἐκ δὲ τῆς Ἑλλάδος, ἐν ταπεινῷ χωρίῳ κειμένης, εἰς τὴν ἑαυτῶν μετοικη-

utriusque facit classem. Homerus itaque in pugnis apud Ilium pugnatis nusquam mentionem facit Dolopicæ cohortis: neque enim ducem ejus Phœnicem in prœliorum pericula educit, sicuti Nestorem. Alii autem faciunt: ut Pindarus, mentione Phœnicis illata,

qui Dolopum duxit audaces funda catervas
equitum Danaorum telis utiles.

Atqui hoc etiam apud Homerum per reticentiam, quam vocant grammatici, subintelligendum est. Ridiculum enim sit regem expeditioni interesse

(Extremis Phthiæ Dolopum rex imperito oris (*Il.* 9, 480)),

subditos autem illi non adesse. Non enim socius militiæ Achilli videretur fuisse, sed duntaxat præceptor oratorque eum fuisse comitatus, adeoque consiliarius. Quamquam versus talem quoque fuisse ostendere volunt; ejusmodi enim illud (*Il.* 9, 443):

Ut bene dicere te, bene rem facere atque docerem.

Patet igitur secundum Homerum unum quasi corpus, uti diximus (δῆλος οὖν ταὐτὸ λέγων, ὡς εἴρηται?), constituisse ea quæ Achilli et Phœnici subjecta erant. Ipsa autem loca, quæ Achillis ditioni assignantur, controversiam præbuerunt. Argos enim Pelasgicum alii Thessalicam urbem intelligunt, olim juxta Larisam sitam, quæ hodie non exstet: alii non urbem, sed campum Thessalorum sic denominatum Abante auctore, qui ex Argis eo coloniam duxerit.

6. Porro Phthiam quidam eandem cum Hellade faciunt et Achaia: scilicet partem esse totius Thessaliæ austrinam, in duas divisæ portiones. Alii distinguunt. Equidem Homerus diversa videtur facere Phthiam et Hellada, sic dicens (*Il.* 2, 683):

quique tenebant Phthiam et Helladem;

ita ut duo sint; item (*Il.* 9, 498):

[Fugiebam] deinde procul per Helladem spatiosam,
et Phthiam veni,

et alibi (*Il.* 9, 395)

Multæ [*Achivæ*] sunt per Helladaque Phthiamque.

Ergo duo facit Homerus: oppida an regiones, incertum. Inter posteriores nonnulli Helladem pro regione accipiunt, eamque porrectam fuisse aiunt usque ad Thebas Phthiotidis ab antiqua Pharsalo. In hac regione etiam Thetidium est, Pharsalo et novæ et veteri propinquum; et ex hoc Thetidio conjiciunt eam quoque regionem partem fuisse Achilleæ ditionis. Qui vero urbem intelligunt, de his Pharsalii sexaginta stadiis a sua urbe rudera monstrant diruti oppidi, quod Helladem fuisse putant, propeque fontes duos, Messeidem atque Hypeream; Melitæenses vero circiter decem a sua urbe stadiis fuisse Helladem urbem autumant trans Enipeum, quo tempore ipsorum urbs Pyrrhæ nomen gesserit, atque Hellenes ex Hellade, humili loco sita, in

σαι τοὺς Ἕλληνας· μαρτύριον δ' εἶναι τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ σφετέρᾳ τάφον τοῦ Ἕλληνος, τοῦ Δευκαλίωνος υἱοῦ καὶ Πύῤῥας. ἱστορεῖται γὰρ ὁ Δευκαλίων τῆς Φθιώτιδος ἄρξαι καὶ ἁπλῶς τῆς Θετταλίας· ὁ δ' Ἐνιπεὺς ἀπὸ τῆς Ὄθρυος παρὰ Φάρσαλον ῥυεὶς εἰς τὸν Ἀπιδανὸν παραβάλλει, ὁ δ' εἰς τὸν Πηνειόν. περὶ μὲν Ἑλλήνων ταῦτα.

7. Φθῖοι δὲ καλοῦνται οἵ τε ὑπ' Ἀχιλλεῖ καὶ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ καὶ Φιλοκτήτῃ· ὁ δὲ ποιητὴς τούτου μάρτυς. εἰπὼν γὰρ ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν ὑπ' Ἀχιλλεῖ·

οἵ τ' εἶχον Φθίην,

ἐν τῇ ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ τούτους μὲν ὑπομένοντας ἐν ταῖς ναυσὶ πεποίηκε μετὰ τοῦ Ἀχιλλέως καὶ καθ' ἡσυχίαν ὄντας, τοὺς δ' ὑπὸ Φιλοκτήτῃ μαχομένους ἔχοντας Μέδον[τα ἡγεμόνα, ] καὶ τοὺς ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ, Ποδάρκους [ ἄρχοντος ·περ]ὶ ὧν κοινῶς μὲν οὕτω φησίν·

ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες,
Λοκροὶ καὶ Φθῖοι καὶ φαιδιμόεντες Ἐπειοί·

ἰδίως δέ·

πρὸ Φθίων δὲ Μέδων τε μενεπτόλεμός τε Ποδάρκης.
οἱ μὲν πρὸ Φθίων μεγαθύμων θωρηχθέντες
ναῦφιν ἀμυνόμενοι [μετὰ Βοιω]τῶν ἐμάχοντο.

τάχα δὲ καὶ οἱ σὺν Εὐρυπύλῳ Φθῖοι ἐλέγοντο, ὅμοροι τούτοις ὄντες· νῦν μέντοι Μαγνησίας νομίζουσι τῆς τε ὑπ' Εὐρυπύλῳ τὰ περὶ Ὀρμένιον καὶ τὴν ὑπὸ Φιλοκτήτῃ πᾶσαν· τὴν δ' ὑπὸ [Πρωτεσιλάῳ] τῆς Φθίας ἀπὸ Δολοπίας καὶ τῆς Πίνδου μέχρι τῆς Μαγνητικῆς θαλάττης· μέχρι δὲ τῆς ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ πόλεως Ἀντρῶνος, ἣ νῦν πληθυντικῶς λέγεται, τὸ πλάτος ἀφορίζεται τῆς ὑπὸ Πηλεῖ καὶ Ἀχιλλεῖ γ[ῆς, ἀπὸ] τῆς Τραχινίας καὶ τῆς Οἰταίας ἀρξαμένοις· [τὸ] δ' αὐτὸ σχεδόν τι μῆκός ἐστι τοῦ Μαλιακοῦ [κόλπου].

8. Περὶ Ἅλου δὲ καὶ Ἀλόπης διαποροῦσι, μὴ οὐ τούτους λέγει τοὺς τόπους, οἳ νῦν ἐν τῷ Φθιωτικῷ τέλει φέρονται, ἀλλὰ τοὺς ἐν Λοκροῖς, μέχρι δεῦρο ἐπικρατοῦντος τοῦ Ἀχιλλέως, ὥσπερ καὶ μέχρι Τραχῖνος καὶ τῆς Οἰταίας. ἔστι γὰρ καὶ Ἅλος καὶ Ἁλιοῦς ἐν τῇ παραλίᾳ τῶν Λοκρῶν, καθάπερ καὶ Ἀλόπη. οἱ δὲ τὸν Ἁλιοῦντα ἀντὶ Ἀλόπης τιθέασι καὶ γράφουσιν οὕτως·

οἵ θ' Ἅλον οἵ θ' Ἁλιοῦνθ' οἵ τε Τρηχῖν' ἐνέμοντο.

ὁ δὲ Φθιωτικὸς Ἅλος ὑπὸ τῷ πέρατι κεῖται τῆς Ὄθρυος, ὄρους πρὸς ἄρκτον κειμένου τῇ Φθιώτιδι, ὁμόρου δὲ τῷ Τυφρηστῷ καὶ τοῖς Δόλοψιν, ἐκεῖθεν δὲ παρατείνοντος εἰς τὰ πλησίον τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου. ἀπέχει δὲ Ἰτώνου περὶ ἑξήκοντα σταδίους ὁ Ἅλος ἢ ἡ Ἅλος (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως), ᾤκισε δὲ ὁ Ἀθάμας τὴν Ἅλον ἀφανισθεῖσαν συνα............ χρόνοις ὕστερον. ὑπέρκειται δὲ τοῦ Κροκίου πεδίου· ῥεῖ δὲ ποταμὸς Ἄμφρυσος πρὸς τῷ [τείχει]. ὑπὸ δὲ τῷ Κροκίῳ Θῆβαί εἰσιν αἱ Φθιώτιδες, καὶ ἡ Ἅλος δὲ Φθιῶτις καλεῖται ἡ Ἀχαϊκή, συνάπτουσα τοῖς Μαλιεῦσιν, ὥσπερ καὶ οἱ τῆς Ὄθρυος πρόποδες. καθάπερ δὲ ἡ Φυλάκη ἡ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ τῆς Φθιώτιδός ἐστι τῆς προσχώρου

ipsorum urbem commigrasse: testari hoc sepulcrum Hellenis, Deucalionis et Pyrrhæ filii, quod in ipsorum sit foro: nam Deucalion Phthiotidi, et simpliciter Thessaliæ imperasse dicitur. Enipeus autem ab Othrye Pharsalum præterlabens in Apidanum, atque hic in Peneum influit. Hæc de Hellenibus.

7. Phthii porro vocantur et qui sub Achille et qui sub Protesilao et qui sub Philocteta erant: idque testatum facit Homerus. Nam quum in recensione eorum qui Achilli parebant, posuisset eos,

qui Phthiam tenebant (*Il.* 2, 683),

in pugna apud naves eos cum Achille manentes in navibus et a pugna vacantes facit: pugnantes vero eos, qui Philoctetæ subditi Medontem [*ducem*] habebant, et quos Protesilao subjectos Podarces [*ducebat*], de quibus communiter sic loquitur (*Il.* 13, 685):

Illic autem Bœoti et Iaones talares vestes trahentes,
Locri et Phthii et illustres Epei,

peculiariter autem (*Il.* 13, 693. 699):

Ante Phthios autem Medon bellicosusque Podarces stabant.
Hi quidem ante Phthios magnanimos armati,
naves defendentes, una cum Bœotis pugnabant.

Fortassis etiam qui cum Eurypylo erant, Phthii dicebantur, quum contermini eorum essent. Nunc vero Magnesiæ assignant tum regionis Eurypylo subditæ ea quæ circa Ormenium sunt, tum Philoctetæ ditionem omnem; Protesilai autem ditionem Phthiæ adscribunt inde a Dolopia et Pindo (*codd.* πεδίου) usque ad mare Magneticum; usque autem ad urbem Protesilao parentem Antronem, quæ nunc plurali numero effertur, pertinuisse statuunt latitudinem regionis Peleo et Achilli subjectæ, initio sumto a Trachinia et Œtæa. Hoc ipsum vero respondet fere longitudini sinus Maliaci.

8. De Halo autem et Alope dubitatur, ne fortasse non ea loca nominet poeta, quæ nunc in Phthiotica ditione censentur, sed in Locris sita, eo scilicet usque Achillis ditione se extendente, ut et usque ad Trachinem et Œtæam regionem. Nam in Locrensi ora maritima ut Alope, ita etiam Halus sunt et Haliûs. Alii Haliuntem pro Alope substituunt, et sic legunt (*Il.* 2, 682):

Quique Halon atque Haliunta et qui Trachina colebant.

Halus vero Pthiotidis jacet ad finem Othryis montis, qui versus septentriones imminet Phthiotidi, conterminus monti Typhresto ac Dolopibus, atque inde ad vicina Maliaco sinui loca protenditur. Distat hic vel hæc Halus (et masculino et feminino genere urbem dicere licet) ab Itono circiter sexaginta stadia; condidit Halum Athamas; deletam posterioribus temporibus [*instaurarunt Pharsalii*, συνῴκισαν Φαρσάλιοι]; sita est super campum Crocium, alluente [*mœnia*] Amphryso amne. Sub Crocio Thebæ sunt Phthiotides: Halus quoque dicitur Phthiotis, ea scilicet quæ in Achaia est, Malienses attingens, sicut etiam imas Othryis montis radices. Quemadmodum vero Phylace, quæ Protesilaum

24.

τοῖς Μαλιεῦσιν, οὕτω καὶ ἡ Ἅλος· διέχει δὲ Θηβῶν περὶ ἑκατὸν σταδίους, ἐν μέσῳ δ' ἐστὶ Φαρσάλου καὶ Φθιωτῶν· Φίλιππος μέντοι Φαρσαλίοις προσένειμεν, ἀφελόμενος τῶν Φθιωτῶν. οὕτω δὲ συμβαίνει τοὺς ὅρους καὶ τὰς συντάξεις τῶν τε ἐθνῶν καὶ τῶν τόπων ἀλλάττεσθαι ἀεί, καθάπερ εἴπομεν. οὕτω καὶ Σοφοκλῆς τὴν Τραχινίαν Φθιῶτιν εἴρηκεν, Ἀρτεμίδωρος δὲ τὴν Ἅλον ἐν τῇ παραλίᾳ τίθησι, ἔξω μὲν τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου κειμένην, Φθιῶτιν δέ. προϊὼν γὰρ ἐνθένδε ὡς ἐπὶ τὸν Πηνειὸν μετὰ τὸν Ἀντρῶνα τίθησι Πτελεόν, εἶτα τὸν Ἅλον ἀπὸ τοῦ Πτελεοῦ διέχοντα ἑκατὸν καὶ δέκα σταδίους. περὶ δὲ τῆς Τραχῖνος εἴρηται, ὁποία τις, καὶ ὁ ποιητὴς κατονομάζει.

9. Τοῦ δὲ Σπερχειοῦ μεμνημένος πολλάκις, ὡς ἐπιχωρίου ποταμοῦ, τὰς πηγὰς ἔχοντος ἐκ Τυφρηστοῦ, Δρυοπικοῦ ὄρους τοῦ καλουμένου ..... [πρ]ότερον, ἐκδιδόντος δὲ πλησίον Θερμοπυλῶν μεταξὺ αὐτῶν καὶ Λαμίας, δηλοῖ, ὅτι καὶ τὰ ἐντὸς πυλῶν ὅσα τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου, καὶ τὰ ἐκτὸς ὑπ' ἐκείνῳ ἦν· ἀπέχει δὲ Λαμίας ὁ Σπερχειὸς περὶ τριάκοντα σταδίους ὑπερκειμένης πεδίου τινὸς καθήκοντος ἐπὶ τὸν Μαλιακὸν κόλπον· ὅτι δ' ὁ Σπερχειὸς ἐπιχώριος, ἔκ τε τοῦ τρέφειν ἐκείνῳ τὴν κόμην φάσκειν καὶ τοῦ τὸν Μενέσθιον, ἕνα τῶν λοχαγῶν αὐτοῦ, Σπερχειοῦ λέγεσθαι παῖδα καὶ τῆς ἀδελφῆς τῆς Ἀχιλλέως. Μυρμιδόνας δ' εἰκὸς καλεῖσθαι πάντας τοὺς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ καὶ τῷ Πατρόκλῳ, οἳ συνηκολούθησαν ἐξ Αἰγίνης φεύγοντι τῷ Πηλεῖ. Ἀχαιοὶ δ' ἐκαλοῦντο οἱ Φθιῶται πάντες.

10. Διαριθμοῦνται δὲ τὰς ὑπὸ τῷ Φθιωτικῷ τέλει τῷ ὑπ' Ἀχιλλεῖ κατοικίας [ἀπὸ] Μαλιέων ἀρξάμενοι πλείους μέν, ἐν δ' αὐταῖς Θήβας τὰς Φθιώτιδας, Ἐχῖνον, Λαμίαν, περὶ ἣν ὁ Λαμιακὸς συνέστη πόλεμος Μακεδόσι καὶ Ἀντιπάτρῳ πρὸς Ἀθηναίους· ἐν ᾧ Λεωσθένης τε ἔπεσε τῶν Ἀθηναίων στρατηγός, [καὶ Λεοννάτος] ὁ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως ἑταῖρος· [Ναρθάκ]ιον, Ἐρινεόν, Κορώνειαν, ὁμώνυμον τῇ Βοιωτικῇ, Μελίταιαν, Θαυμακούς, Πρόερναν, Φάρσαλον, Ἐρέτριαν, ὁμώνυμον τῇ Εὐβοϊκῇ, Παραχελῳίτας, καὶ τούτους ὁμωνύμους τοῖς Αἰτωλικοῖς· καὶ γὰρ ἐνταῦθά ἐστιν Ἀχελῷος ποταμὸς πλησίον Λαμίας, παρ' ὃν οἰκοῦσιν οἱ Παραχελῳῖται. παρέτεινε δ' ἡ χώρα αὕτη πρὸς ἄρκτον μὲν τῇ τῶν Ἀσκληπ[ιαδῶν τῶν μά]λιστα προσεσπερίων, καὶ τῇ Εὐρυπύλου καὶ [ἔτι τῇ] Πρωτεσιλάου, ταῖς πρὸς ἕω κεκλιμέναις, πρὸς νότον δὲ τῇ Οἰταίᾳ, εἰς τετταρεσκαίδεκα δήμους διῃρημένῃ, Ἡράκλειάν τε καὶ τὴν Δρυοπίδα, τετράπολιν γεγονυῖάν ποτε, καθάπερ καὶ τὴν Δωρίδα, μητρόπολιν δὲ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Δρυόπων νομιζομένην. τῆς δ' Οἰταίας καὶ ὁ Ἀκύφας ἐστὶ καὶ Παρασωπιὰς καὶ Οἰνειάδαι καὶ Ἀντίκυρα, ὁμώνυμος τῇ ἐν Λοκροῖς τοῖς Ἑσπερίοις. λέγω δὲ τὰς διατάξεις ταύτας οὐκ ἀεὶ μεμενηκυίας τὰς αὐτάς, ἀλλὰ ποικίλως μεταβεβλημένας· αἱ δ' ἐπισημόταται μάλιστα ἄξιαι μνήμης εἰσί.

11. Τοὺς δὲ Δόλοπας φράζει καὶ ὁ ποιητὴς ἱκανῶς,

**dominum habuit, Phthiotidis est Maliensibus vicinæ, sic etiam Halus : distat a Thebis circiter centum stadiis, in medio sita Pharsali et Phthiotarum, quibus eam ademptam Philippus Pharsaliis attribuit. Sic fines et constitutiones gentium locorumque subinde mutari solent, uti supra monuimus. Similiter Sophocles quoque Trachiniam dixit Phthiotidem; Artemidorus vero Halum in ora maritima collocat extra sinum quidem Maliacum, attamen in Phthiotide. Nam a sinu progrediens versus Peneum, post Antronem ponit Pteleum, deinde Halum a Pteleo distantem centum decem stadiis. De Trachine dictum est, qualis sit : Homerus quoque eam nominat.**

**9. Idem quum sæpenumero Sperchei mentionem faciat, ut Thessalici fluminis, fontes habentis in Typhresto, Driopico monte, antea ** dicto, egredientis vero prope Thermopylas, inter has scilicet et Lamiam, ostendit etiam quæ intra Pylas ad Maliacum sinum pertinebant, et quæ extra erant, Achilli paruisse. Spercheus triginta fere stadiis abest a Lamia, sita super planitie quadam ad Maliacum sinum pertinente. Spercheum autem indigenam fuisse fluvium ex eo liquet, quod comam ei Achilles se alere dicit, et quod Menesthius, unus e centurionibus ejus, Sperchei dicitur filius ex Achillis sorore. Myrmidones porro vocari consentaneum est omnes Achilli et Patroclo parentes, qui in exilium ex Ægina proficiscentem Peleum erant secuti. Achæi vero vocabantur Phthiotæ universi.**

**10. Enumerant porro oppida Phthioticæ ditionis Achilli subditæ, a Maliensibus orsi, complura, in iisque etiam Thebas Phthiotides, Echinum, Lamiam (ad quam urbem Macedonibus et Antipatro bellum cum Atheniensibus commissum fuit Lamiacum, in quo cecidit Leosthenes, Atheniensium dux, [et *Leonnatus,*] Alexandri regis familiaris), [*Narthac*]ium, Erineum, Coroneam ejusdem cum Bœotica nominis, Melitæam, Thaumacos, Proernam, Pharsalum, Eretriam Euboicæ cognominem, Paracheloitas itidem Ætolicis cognomines : nam ibi quoque fluvius est Achelous prope Lamiam, juxta quem habitant Paracheloitæ. Hæc regio versus septentrionem porrecta erat, juxta terram Æsculapiadarum maxime occiduorum, atque juxta illas Eurypyli et Protesilai versus orientem solem inclinantes, versus meridiem autem juxta Œtæam, quæ in quattuordecim pagos divisa continet etiam Heracleam et Dryopidem, quæ olim fuit tetrapolis, sicut etiam Doris est, et Dryopum, qui in Peloponneso sunt, mater æstimatur. Ad regionem Œtæam etiam Acyphas pertinet, et Parasopias et Œneadæ et Anticyra, idem habens cum ea nomen, quæ est in Locris Occiduis. Nomino autem has portiones, quamquam non semper eædem constiterunt, sed varias sunt perpessæ mutationes : nobilissimæ vero memoratu maxime sunt dignæ.**

**11. Jam Dolopes ipse Homerus satis indicat in extremis**

ὅτι ἐπὶ ταῖς ἐσχατιαῖς εἰσι τῆς Φθίας, καὶ ὅτι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἡγημόνι ἦσαν τῷ Πηλεῖ οὗτοί τε καὶ οἱ Φθιῶται· ἔναιον γάρ, φησίν, ἐσχατιὴν Φθίης (ὁ Φοίνιξ) Δολόπεσσιν ἀνάσσων, δόντος τοῦ Πηλέως. γειτνιᾷ δὲ τῇ Πίνδῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὴν χωρίοις, Θετταλικοῖς οὖσι τοῖς πλείστοις. διὰ γὰρ τὴν ἐπιφάνειάν τε καὶ τὴν ἐπικράτειαν τῶν Θετταλῶν καὶ τῶν Μακεδόνων οἱ πλησιάζοντες αὐτοῖς μάλιστα τῶν Ἠπειρωτῶν, οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δ' ἄκοντες, μέρη καθίσταντο Θετταλῶν ἢ Μακεδόνων, καθάπερ Ἀθαμᾶνες καὶ Αἴθικες καὶ Τάλαρες Θετταλῶν, Ὀρέσται δὲ καὶ Πελαγόνες καὶ Ἐλιμιῶται Μακεδόνων.

12. Ἡ δὲ Πίνδος ὄρος ἐστὶ μέγα, πρὸς ἄρκτον μὲν τὴν Μακεδόνων, πρὸς ἑσπέραν δὲ Περραιβοὺς μετανάστας ἀνθρώπους [ἔχον], πρὸς δὲ μεσημβρίαν Δόλοπας, [πρὸς ἕω δὲ τὴν Ἑστιαιῶτιν]. αὕτη δ' ἐστὶ τῆς Θετταλίας· ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ Πίνδῳ ᾤκουν Τάλαρες, Μολοττικὸν φῦλον, τῶν περὶ τὸν Τόμαρον ἀπόσπασμα, καὶ Αἴθικες, [εἰς] οὓς ἐξελαθῆναί φησιν ὑπὸ Πειρίθου τοὺς Κενταύρους ὁ ποιητής· ἐκλελοιπέναι δὲ νῦν ἱστοροῦνται. τὴν δ' ἔκλειψιν διττῶς ἀκουστέον· ἢ γὰρ ἀφανισθέντων τῶν ἀνθρώπων καὶ τῆς χώρας τελέως ἠρημωμένης, ἢ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἐθνικοῦ μηκέτι ὄντος, μηδὲ τοῦ συστήματος διαμένοντος τοιούτου. ὅταν οὖν ἄσημον τελέως ᾖ τὸ λειπόμενον νυνὶ σύστημα, οὐκ ἄξιον μνήμης τίθεμεν οὔτ' αὐτὸ οὔτε τοὔνομα τὸ μεταληφθέν, ὅταν δ' ἔχῃ τοῦ μεμνῆσθαι δικαίαν πρόφασιν, λέγειν ἀναγκαῖον τὴν μεταβολήν.

13. Λοιπὸν δ' εἰπεῖν τῆς παραλίας τὴν τάξιν τῆς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ, ἀπὸ Θερμοπυλῶν ἀρξαμένους· τὴν γὰρ Λοκρικὴν καὶ [τὴν μεσόγαιαν] εἰρήκαμεν. αἱ τοίνυν Θερμοπύλαι τοῦ μὲν Κηναίου διεστήκασιν ἑβδομηκονταστάδίῳ πορθμῷ, παραπλέοντι δ' ἔξω Πυλῶν τοῦ Σπερχειοῦ ὡς σταδίους † δέκα· ἔνθεν δ' εἰς Φάλαρα εἴκοσι· τῶν δὲ Φαλάρων ἀπὸ θαλάσσης ὑπέρκειται πεντήκοντα σταδίους ἡ τῶν [Λαμιέων πόλι]ς. εἶθ' ἑξῆς παραπλεύσαντι σταδίοις ἑκατὸν ὁ Ἐχῖνος ὑπέρκειται. τῆς δ' ἑξῆς παραλίας ἐν μεσογείῳ ἐστὶν ἡ Κρεμαστὴ Λάρισα, εἴκοσι σταδίους αὐτῆς διέχουσα, ἡ δ' αὐτὴ καὶ Πελασγία λεγομένη Λάρισα.

14. Εἶτα Μυόννησος νησίον, εἶτ' Ἀντρών· ἣν δὲ αὕτη ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ. τοσαῦτα μὲν περὶ τῆς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ με[ρίδος]. ἐπεὶ δ' ὁ ποιητὴς εἰς πολλὰ καὶ γνώριμα μέρη διε[λὼν δι]ὰ τὸ ὀνομάζειν τούς τε ἡγεμόνας καὶ τὰς ὑπ' αὐτοῖς [πόλεις] τὸν σύμπαντα τῆς Θετταλίας κύκλον διέταξεν, [ἡμεῖς ἀκολ]ουθοῦντες τούτῳ πάλιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἐπάνω, [προ]σεκπληρώσομεν τὴν λοιπὴν περιοδείαν τῆς χώ[ρα]ς. καταλέγει τοίνυν ἐφεξῆς τοῖς ὑπ' Ἀχιλλεῖ τοὺς ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ· οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ καὶ ἐφεξῆς ὄντες τῇ ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ παραλίᾳ μέχρι Ἀντρῶνος. ὁριζομένη τοίνυν [τῆς ἐφ]εξῆς ἐστιν ἡ ὑπὸ τῷ Πρωτεσιλάῳ, ἔξω μὲν οὖσα τοῦ [Μαλιακ]οῦ κόλπου, ἔτι δ' ἐντὸς τῆς Φθιώτιδος, οὐ μὴν τῆς [ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ]. ἡ μὲν οὖν Φυλάκη ἐγγὺς

Phthiæ incoluisse, et sub eodem principe fuisse Peleo una cum Phthiotis: « Nam incolebam, Phœnix ait (*Il.* 9, 484), extremam Phthiæ partem, Dolopibus imperans, » dante nimirum Peleo. Regio vicina est Pindo et circumjacentibus locis, quorum maximam partem Thessalia sibi vindicat. Quippe gloria et potentia Thessalorum atque Macedonum effecit, ut qui ex Epirotis maxime illis vicini essent, vel ultro vel inviti partes Thessalorum aut Macedonum fierent, sicut Athamanes, Æthices et Talares Thessalorum, Orestæ autem et Pelagones et Elimiotæ Macedonum.

12. Pindus vero mons est magnus, cui versus septentrionem Macedones adjacent, versus occasum Perrhæbi qui huc commigraverant, ad meridiem Dolopes, [*ad orientem Hestiæotis*]; hæc vero Thessaliæ est. Ad ipsum Pindum Talares habitabant, gens Molossica, avulsa portio ab iis qui circa Tomarum (*codd.* Ismarum *et* Imarum) degunt, et Æthices, ad quos a Pirithoo ejectos fuisse Centauros Homerus (*Il.* 2, 744) tradit: qui nunc defecisse dicuntur. Quum dicitur gens aliqua defecisse, bifariam hoc intelligi potest: vel quia hominibus prorsus deletis deserta sit regio, vel quia nomen gentile non supersit, neque tale quale prius erat civitatis corpus perduraverit. Quando igitur prorsus obscurum est civitatis corpus quod nostro tempore superest: neque ipsum nos, neque nomen quod nunc accepit, mentione dignamur: sin memorandi justa sit causa, necesse est etiam mutationem explicari.

13. Restat, ut ordine maritimam oram enarremus, quæ Achillem dominum habuit, facto a Thermopylis initio: nam de Locridis ora deque [*mediterraneis*] jam dictum est. Thermopylæ igitur a Cenæo promontorio disjunguntur stadiorum septuaginta freto, a Spercheo autem, si ultra Pylas oram legeris, distant stadiis circiter decem (*septuaginta?*); hinc ad Phalara viginti, a Phalaris supra mare stadiis quinquaginta est [*Lamiensium urbs*]. Inde si navigaveris stadia centum, Echinus oræ imminet. Deinceps sequentis oræ in mediterraneis sita est ad viginti stadia a mari distans Cremaste (id est pensilis) Larisa, quæ eadem etiam Pelasgia Larisa dicitur.

14. Sequitur Myonnesus parva insula, deinde Antron, quæ Protesilaum habuit dominum. Hactenus de ea parte quæ sub Achille erat. Quoniam autem poeta duces et subjectas singulis [*urbes*] recensens in multas notasque partes terram hanc [*divisit*], universæque Thessaliæ ambitum ex ordine disposuit: nos in his quoque, sicuti in antecedentibus, sequentes eum, reliquam adhuc regionis descriptionem explebimus. Proxime igitur post eos qui Achilli parebant, enumerat qui sub Protesilao erant. Hi autem etiam deinceps siti sunt proxime post oram quæ Achilli ad Antronem usque subjecta erat. Igitur Protesilai ditio a proxima eo disterminatur, quod extra Maliacum quidem sinum, adhuc vero intra Phthiotidem, non tamen [*in Achillea*

Θηβῶν ἐστι τῶν Φθιωτίδων, αἵπερ εἰσὶ καὶ αὐταὶ ὑπὸ τῷ Πρωτεσιλάῳ· καὶ Ἅλος δὲ καὶ Λάρισα ἡ Κρεμαστὴ καὶ τὸ Δημήτριον ὑπ' ἐκείνῳ, πᾶσαι πρὸς ἕω τῆς Ὄθρυος. τὸ δὲ Δημήτριον Δήμητρος εἴρηκε τέμενος καὶ ἐκάλεσε Πύρασον. ἦν δὲ πόλις εὐλίμενος ἡ Πύρασος, ἐν δυσὶ σταδίοις ἔχουσα Δήμητρος ἄλσος καὶ ἱερὸν ἅγιον, διέχουσα Θηβῶν σταδίους εἴκοσι· ὑπέρκεινται δὲ Πυράσου μὲν αἱ Θῆβαι. τῶν Θηβῶν δὲ ἐν τῇ μεσογαίᾳ τὸ Κρόκιον πεδίον πρὸς τῷ καταλήγοντι τῆς Ὄθρυος, δι' οὗ ὁ Ἄμφρυσος ῥεῖ. τούτου δ' ὑπέρκειται ὁ Ἴτωνος, ὅπου τὸ τῆς Ἰτωνίας ἱερόν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, καὶ ὁ Κουάριος ποταμός· εἴρηται δὲ π[ερὶ τούτου καὶ] τῆς Ἄρνης ἐν τοῖς Βοιωτιακοῖς. ταῦτα δ' ἐστὶ τῆς Θετταλιώτιδος μιᾶς τῶν τεττάρων μερίδων τῆς συμπάσης Θετταλίας, ἧς καὶ τὰ ὑπ' Εὐρυπύλῳ, καὶ ὁ Φύλλ[ος, ὅπου Ἀπόλλω]νος τοῦ Φυλλίου ἱερόν, καὶ Ἴχναι, ὅπου ἡ Θέμις Ἰχναία τιμᾶται. καὶ Κίερος δ' εἰς αὐτὴν συντελεῖ καὶ [πάντα τὰ μέχρι] τῆς Ἀθαμανίας. κατὰ δὲ τὸν Ἀντρῶνα ἕρμα ὕφαλον ἐν τῷ πρὸς Εὐβοίᾳ ἐστὶ πόρῳ, καλούμενον ὄνος Ἀντρῶνος· εἶτα Πτελεὸν καὶ ὁ Ἅλος· εἶτα τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν καὶ ὁ Πύρασος κατεσκαμμένος, ὑπὲρ αὐτὸν δὲ αἱ Θῆβαι· εἶτα ἄκρα Πύρρα καὶ δύο νησία πλησίον, ὧν τὸ μὲν Πύρρα, τὸ δὲ Δευκαλίων καλεῖται· ἐνταῦθα δὲ καὶ ἡ Φθιῶτίς πως τελευτᾷ.

15. Ἑξῆς δὲ τοὺς ὑπὸ τῷ Εὐμήλῳ καταλέγει, τὴν συνεχῆ παραλίαν, ἥπερ ἐστὶν ἤδη Μαγνησίας καὶ τῆς Πελασγιώτιδος γῆς. Φεραὶ μὲν οὖν εἰσι πέρας τῶν Πελασγικῶν πεδίων πρὸς τὴν Μαγνησίαν, ἃ παρατείνει μέχρι τοῦ Πηλίου σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα. ἐπίνειον δὲ τῶν Φερῶν Παγασαί, διέχον ἐννενήκοντα σταδίους αὐτῶν, Ἰωλκοῦ δὲ εἴκοσι. ἡ δ' Ἰωλκὸς κατέσκαπται μὲν ἐκ παλαιοῦ, ἐντεῦθεν δ' ἔστειλε τὸν Ἰάσονα καὶ τὴν Ἀργὼ Πελίας· ἀπὸ δὲ τῆς ναυπηγίας τῆς Ἀργοῦς καὶ Παγασὰς λέγεσθαι μυθεύουσι τὸν τόπον, οἱ δὲ πιθανώτερον ἡγοῦνται τοὔνομα τῷ τόπῳ τεθῆναι τοῦτο ἀπὸ τῶν πηγῶν, αἳ πολλαί τε καὶ δαψιλεῖς ῥέουσι· πλησίον δὲ καὶ Ἀφέται, ὡς ἂν ἀφετήριόν τι τῶν Ἀργοναυτῶν. τῆς δὲ Δημητριάδος ἑπτὰ σταδίους ὑπέρκειται τῆς θαλάττης Ἰωλκός. ἔκτισε δὲ Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν Δημητριάδα μεταξὺ Νηλίας καὶ Παγασῶν ἐπὶ θαλάττῃ, τὰς πλησίον πολίχνας εἰς αὐτὴν συνοικίσας, Νηλίαν τε καὶ Παγασὰς καὶ Ὀρμένιον, ἔτι δὲ Ῥιζοῦντα, Σηπιάδα, Ὀλιζῶνα, Βοίβην, Ἰωλκόν, αἳ δὴ νῦν εἰσι κῶμαι τῆς Δημητριάδος. καὶ δὴ καὶ ναύσταθμον ἦν τοῦτο καὶ βασίλειον μέχρι πολλοῦ τοῖς βασιλεῦσι τῶν Μακεδόνων, ἐπεκράτει δὲ καὶ τῶν Τεμπῶν καὶ τῶν ὀρῶν ἀμφοῖν, ὥσπερ εἴρηται, τοῦ τε Πηλίου καὶ τῆς Ὄσσης· νῦν δὲ συνέσταλται μέν, τῶν δ' ἐν τῇ Μαγνησίᾳ πασῶν ὅμως διαφέρει. ἡ δὲ Βοιβηὶς λίμνη πλησιάζει μὲν ταῖς Φεραῖς, συνάπτει δὲ καὶ τοῖς ἀπολήγουσι τοῦ Πηλίου πέρασι καὶ τῆς Μαγνησίας· Βοίβη δὲ χωρίον ἐπὶ τῇ λίμνῃ κείμενον. καθάπερ δὲ τὴν Ἰωλκὸν αὐξηθεῖσαν ἐπὶ πλέον

*Phthiotide*], sita est. Proinde Phylace Thebis Phthioticis propinqua est, quæ et ipsæ suberant Protesilao, ut Halus quoque et Larisa Cremaste et Demetrium, quæ omnes sunt versus ortum ab Othrye. Demetrium Homerus (*Il.* 2, 695) dixit Demetris sive Cereris locum sacrum, quem appellavit Pyrasum. Erat autem Pyrasus urbs commodo portu prædita, a duobus stadiis habens lucum Cereri sacrum ejusdemque templum; a Thebis urbs distabat stadiis viginti. Supra Pyrasum sitæ sunt Thebæ, supra Thebas vero in mediterraneis est Crocius campus ad fines Othryis montis: per eum fluit Amphrysus fluvius. Supra Crocium campum est Itonus, ibique Itoniæ templum Minervæ, unde etiam, quod in Bœotia est nomen habet, et fluvius Cuarius; de hoc, sicuti de Arne, in Bœotiæ descriptione diximus. Hæc vero loca pertinent ad Thessaliotidem, unam de quattuor Thessaliæ universæ partibus, in qua etiam Eurypyli fuit ditio, et Phyllus, ubi Phyllii [*Apollinis*] templum. Cierus quoque ad Thessaliotidem pertinet ceteraque loca [*omnia usque ad*] Athamaniam, et Ichnæ, ubi Themis Ichnæa colitur. Juxta Antronem in freto Euboico saxum est sub mari latens, quod vocatur Antronis asinus. Sequitur Pteleum et Halus, inde Cereris templum et Pyrasus dirutus; supra hunc Thebæ; post Pyrrha promontorium et duæ exiguæ insulæ, quarum una Pyrrha, altera Deucalion nominatur; atque ibi fere finis est Phthiotidis.

15. Deinceps Homerus eos refert, qui sub Eumelo erant, continentem oram maritimam, quæ jam Magnesiæ est et Pelasgiotidis. Pheræ igitur terminus sunt Pelasgicorum camporum ad Magnesiam, qui ad Pelium usque montem porriguntur stadiis centum sexaginta. Navale Pherarum sunt Pagasæ, inde nonaginta stadiis dissitæ, ab Iolco autem viginti. Iolcus vero jam pridem deleta est; hinc Jasonem et Argo navem Pelias emisit, et fabulantur Pagasas nomen habere ab Argo navi ibi compacta: alii probabilius nomen loco a pegis, id est a fontibus, factum sentiunt, qui frequentes ibi largique fluunt. In propinquo sunt Aphetæ, quasi curriculi carceres, ex quibus emissi fuerint Argonautæ. A Demetriade septem stadiis mari superjacet Iolcus. Demetrius Poliorceta condidit et a se denominavit Demetriadem ad mare inter Neliam et Pagasas, in eamque conduxit vicina oppida, Neliam, Pagasas, Ormenium, nec non Rhizuntem, Sepiadem, Olizonem, Bœben, Iolcum, qui nunc sunt pagi Demetriadis. Urbs ea diu navale erat et regia Macedonum; eadem in potestate sua habebat Tempe montesque ambos, Pelium et Ossam, uti supra diximus; nunc quanquam deminuta potentia, tamen omnibus Magnesiæ urbibus præstat. Bœbeis palus Pheris vicina est, et contigua extremitatibus Pelii atque Magnesiæ. Bœbe oppidulum est paludi imminens. Enimvero sicut Iolcum valde elatam dejecerunt seditiones et tyran-

κατέλυσαν αἱ στάσεις καὶ αἱ τυραννίδες, οὕτως καὶ τὰς Φερὰς συνέστειλαν ἐξαρθείσας ποτὲ καὶ συγκαταλυθείσας τοῖς τυράννοις. πλησίον δὲ τῆς Δημητριάδος ὁ Ἄναυρος ῥεῖ, καλεῖται δὲ καὶ [ὁ] συνεχὴς αἰγιαλὸς Ἰωλκός· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν Πυλαϊκὴν πανήγυριν συνετέλουν. ὁ δ' Ἀρτεμίδωρος ἀπωτέρω τῆς Δημητριάδος τίθησι τὸν Παγασιτικὸν κόλπον εἰς τοὺς ὑπὸ Φιλοκτήτῃ τόπους· ἐν δὲ τῷ κόλπῳ φησὶν εἶναι τὴν Κικύνηθον νῆσον καὶ πολίχνην ὁμώνυμον.

16. Ἑξῆς δ' αἱ ὑπὸ Φιλοκτήτῃ πόλεις καταλέγονται. ἡ μὲν οὖν Μεθώνη ἑτέρα ἐστὶ τῆς Θρᾳκίας Μηθώνης, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος· ἐμνήσθημεν δὲ καὶ πρότερον τῆς τῶν ὀνομάτων τούτων καὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ [μετα]τροπῆς· τἆλλα δὲ [δι]ηρίθμηται, ἥ τε Θαυμακία καὶ [ὁ Ὀλιζ]ὼν καὶ ἡ Μελίβοια, [ἃ] τῆς ἑξῆς παραλίας ἐστίν. πρόκεινται δὲ τῶν Μαγνήτων νῆσοι συχναὶ μέν, αἱ δ' ἐν ὀνόματι Σκίαθός τε καὶ Πεπάρηθος καὶ Ἰκός, Ἁλόννησός τε καὶ Σκῦρος, ὁμωνύμους ἔχουσαι πόλεις. Μάλιστα δ' ἐστὶν ἐν ὀνόματι Σκῦρος διὰ τὴν Λυκομήδους πρὸς Ἀχιλλέα οἰκειότητα καὶ τὴν Νεοπτολέμου τοῦ Ἀχιλλέως ἐνταῦθα γένεσίν τε καὶ ἐκτροφήν. ὕστερον δὲ Φίλιππος αὐξηθείς, ὁρῶν Ἀθηναίους ἐπικρατοῦντας τῆς θαλάττης καὶ τῶν νήσων ἄρχοντας καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων, ἐποίησε τὰς πλησίον ἑαυτῷ μάλιστα ἐνδόξους. πολεμῶν γὰρ περὶ τῆς ἡγεμονίας ἐπεχείρει πρώτοις ἀεὶ τοῖς ἐγγύθεν, καὶ καθάπερ αὐτῆς τῆς Μαγνήτιδος τὰ πολλὰ μέρη Μακεδονίαν ἐποίησε καὶ τῆς Θρᾴκης καὶ τῆς ἄλλης τῆς κύκλῳ γῆς, οὕτω καὶ τὰς πρὸ τῆς Μαγνησίας νήσους ἀφῃρεῖτο, καὶ τὰς ὑπ' οὐδενὸς γνωριζομένας πρότερον περιμαχήτους καὶ γνωρίμους ἐποίει. τὴν δ' οὖν Σκῦρον καὶ μάλιστα μὲν αἱ ἀρχαιολογίαι συνιστῶσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα θρυλεῖσθαι ποιεῖ, οἷον αἱ τῶν αἰγῶν ἀρεταὶ τῶν Σκυρίων, καὶ τὰ μέταλλα τῆς ποικίλης λίθου τῆς Σκυρίας, καθάπερ τῆς Καρυστίας καὶ τῆς Δευκαλλίας καὶ τῆς Συνναδικῆς † Ἱεραπολιτικῆς. μονολίθους γὰρ κίονας καὶ πλάκας μεγάλας ὁρᾶν ἔστιν ἐν τῇ Ῥώμῃ τῆς ποικίλης λιθίας, ἀφ' ἧς ἡ πόλις κοσμεῖται δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ· πεποίηκέ τε τὰ λευκόλιθα οὐ πολλοῦ ἄξια.

17. Ὁ δ' οὖν ποιητὴς μέχρι δεῦρο προελθὼν τῆς Μαγνητικῆς παραλίας ἐπάνεισιν ἐπὶ τὴν ἄνω Θετταλίαν· καὶ γὰρ τὰ παρατείνοντα τῇ Φ[θιώτιδι], ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Δολοπίας καὶ τῆς Πίνδου, [μέχρι τῆς] κάτω Θετταλίας διέξεισιν·

οἱ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν.

ταῦτα τὰ χωρία ἐστὶ μὲν τῆς Ἱστιαιώτιδος, ἐκαλεῖτο δ', ὥς φασι, πρότερον Δωρίς· κατασχόντων δὲ τῶν Περραιβῶν αὐτήν, οἳ καὶ τῆς Εὐβοίας τὴν Ἱστιαιῶτιν κατεστρέψαντο καὶ τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν ἤπειρον ἀνέσπασαν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐποικησάντων Ἱστιαίων τὴν χώραν ἀπ' ἐκείνων οὕτως ἐκάλεσαν. καλοῦσι δὲ καὶ [αὐτὴν καὶ] τὴν Δολοπίαν τὴν ἄνω Θετταλίαν, ἐπ' εὐθείας οὖσα[ν τῇ ἄνω] Μακεδονίᾳ, καθάπερ καὶ

norum dominationes, ita etiam Pheras depresserunt, quæ una cum tyrannis et creverunt et conciderunt. Prope Demetriadem Anaurus fluit. Litus continuum item Iolcus vocatur. Hic etiam Pylaicum (*Peliacum?*) solennem conventum celebrabant. Artemidorus sinum Pagasiticum longius a Demetriade ponit versus loca Philoctetæ subjecta: inque eo sinu ait Cicynethum esse insulam et oppidum ejusdem nominis.

16. Deinceps urbes recensentur ab Homero, quæ Philoctetæ parebant. De his Methone alia est a Thracia illa, quam Philippus evertit. Supra (8, 6, 15) jam monuimus quomodo harum urbium nomina atque earum quæ sunt in Peloponneso perperam a nonnullis commutata sint. Reliqua vero Philoctetæ loca apud Homerum enumerantur Thaumacia et Olizon et Melibœa, quæ sunt deinceps sequentis oræ maritimæ. Porro ante Magnetes sitæ sunt insulæ sat multæ, quarum nobiliores: Sciathus, Peparethus, Icus, Halonnesus, Scyrus, urbibus cognominibus præditæ. Maxime celebratur Scyrus ob Lycomedis cum Achille affinitatem, ibique natum et educatum Neoptolemum Achillis filium. Postea temporis Philippus viribus auctus, quum videret Athenienses mare obtinere et insulis quum his tum reliquis imperare, fecit, ut ipsi propinquæ fierent quam maxime celebres. Nam de principatu contendens bello, semper proxima quæque adortus est, et ut Magnesiæ ac Thraciæ et reliquæ undique vicinæ regionis majorem partem Macedoniæ adjecit, ita et sitas ante Magnesiam insulas ad se rapuit, priusque ignotæ et obscuræ quæ erant, fecit, ut certatim appeterentur essentque notæ. Scyrum præcipue antiquitatis memoria commendat, sed tamen alia quoque sunt, quæ ejus famam late vulgant, velut Scyriarum capellarum præstantia, et metalla varii marmoris Scyrii, sicut Carystii et Docimæi (Δοκιμαίας) sive (τῆς καὶ) Synnadici, *et* Hierapolitici. Nam e vario hoc marmore columnas tabulasque unico lapide constantes videre est Romæ, quibus publice privatimque urbs exornatur: effecitque illud ut ex albo lapide facta non magni jam sint pretii.

17. Homerus igitur hucusque in ora Magnetica progressus, deinde redit ad superiorem Thessaliam; etenim sumto a Dolopia et Pindo initio, regiones juxta Phthiotidem porrectas [*usque ad*] inferiorem Thessaliam persequitur (*Il.* 2, 729):

Qui Triccamque habuere, salebrosamque Ithomam.

Hæc loca sunt Histiæotidis, quæ prius Doris appellabatur; sed Perrhæbi quum eam occupassent, qui et Eubœæ Histiæotidem vastaverant, hominesque in continentem pertraxerant, ob multitudinem Histiæorum qui eo commigraverant, ab his nomen regioni indiderunt. Ceterum [*hanc regionem et*] Dolopiam vocant Thessaliam superiorem, quæ in recta linea sita est cum Macedonia [*supe-*

τὴν κάτω τῇ κάτω. ἔστι δ' ἡ μὲν Τρίκκη, ὅπου τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἀρχαιότατον καὶ ἐπιφανέστατον, ὅμορος τοῖς τε Δόλοψιν καὶ τοῖς περὶ τὴν Πίνδον τόποις. τὴν δ' Ἰθώμην ὁμωνύμως τῇ Μεσσηνιακῇ λεγομένην οὔ φασι δεῖν οὕτως ἐκφέρειν, ἀλλὰ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἀφαιρεῖν· οὕτω γὰρ καλεῖσθαι πρότερον, νῦν δὲ † Θαμαὶ μετωνομάσθαι, χωρίον ἐρυμνὸν καὶ τῷ ὄντι κλωμακόεν, ἱδρυμένον μεταξὺ τεττάρων φρουρίων, ὥσπερ ἐν τετραπλεύρῳ κειμένων, Τρίκκης τε καὶ Μητροπόλεως καὶ Πελινναίου καὶ Γόμφων. τῆς δὲ δὴ Μητροπολιτῶν ἐστι χώρας ἡ Ἰθώμη. ἡ δὲ Μητρόπολις πρότερον μὲν ἐκ τριῶν συνῴκιστο πολιχνίων ἀσήμων, ὕστερον δὲ καὶ πλείους προσελήφθησαν, ὧν ἦν καὶ ἡ Ἰθώμη. Καλλίμαχος μὲν οὖν φησιν ἐν τοῖς ἰάμβοις τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία) τὴν Καστνιῆτιν ὑπερβάλλεσθαι πάσας τῷ φρονεῖν, ὅτι μόνη παραδέχεται τὴν τῶν ὑῶν θυσίαν. καὶ μὴν πολυΐστωρ, εἴ τις ἄλλος, καὶ πάντα τὸν βίον, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν, ὁ ταῦτα μυθεῖσθαι βουλόμενος· οἱ δ' ὕστερον ἤλεγξαν οὐ μίαν Ἀφροδίτην μόνον, ἀλλὰ καὶ πλείους ἀποδεδεγμένας τὸ ἔθος τοῦτο· ὧν εἶναι καὶ τὴν ἐν τῇ Μητροπόλει· ταύτῃ δὲ μίαν τῶν συνοικισθεισῶν εἰς αὐτὴν πόλεων παραδοῦναι τὸ ἔθος † ὀνούριον. ἔστι δὲ καὶ Φαρκαδὼν ἐν τῇ Ἱστιαιώτιδι, καὶ ῥεῖ δι' αὐτῶν ὁ Πηνειὸς καὶ ὁ Κουράλιος· ὧν ὁ Κουράλιος, ῥυεὶς παρὰ τὸ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἱερόν, εἰς τὸν Πηνειὸν ἐξίησιν. αὐτὸς δ' ὁ Πηνειὸς ἄρχεται μὲν ἐκ Πίνδου, καθάπερ εἴρηται· ἐν ἀριστερᾷ δ' ἀφεὶς Τρίκκην τε καὶ Πελινναῖον καὶ Φαρκαδόνα φέρεται παρά τε Ἄτρακα καὶ Λάρισαν, καὶ τοὺς ἐν τῇ Θετταλιώτιδι δεξάμενος ποταμοὺς πρόεισι διὰ τῶν Τεμπῶν ἐπὶ τὰς ἐκβολάς. τὴν δ' Οἰχαλίαν πόλιν Εὐρύτου λεγομένην ἔν τε τοῖς τόποις τούτοις ἱστοροῦσι καὶ ἐν Εὐβοίᾳ καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ, καὶ μετονομάζουσιν ἄλλως, ὃ καὶ ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς εἴρηται. περὶ δὲ τούτων ζητοῦσι, καὶ μάλιστα, τίς ἦν ἡ ὑπὸ Ἡρακλέους ἁλοῦσα, καὶ περὶ τίνος συνέγραψεν ὁ ποιήσας τὴν Οἰχαλίας ἅλωσιν. ταῦτα μὲν δὴ τὰ χωρία τοῖς Ἀσκληπιάδαις ὑπέταξεν.

18. Ἑξῆς δὲ λέγει τὴν ὑπ' Εὐρυπύλῳ·

> οἳ δ' ἔχον Ὀρμένιον οἵ τε κρήνην Ὑπέρειαν
> οἵ τ' ἔχον Ἀστέριον Τιτάνοιό τε λευκὰ κάρηνα.

τὸ μὲν οὖν Ὀρμένιον νῦν Ὀρμίνιον καλεῖται, ἔστι δ' ὑπὸ τῷ Πηλίῳ κώμη κατὰ τὸν Παγασιτικὸν κόλπον τῶν συνῳκισμένων εἰς τὴν Δημητριάδα πόλεων, ὡς εἴρηται. ἀνάγκη δὲ καὶ τὴν Βοιβηίδα λίμνην εἶναι πλησίον, ἐπειδὴ καὶ ἡ Βοίβη τῶν περιοικίδων ἦν τῆς Δημητριάδος καὶ αὐτὸ τὸ Ὀρμένιον. τὸ μὲν οὖν Ὀρμένιον ἀπέχει τῆς Δημητριάδος πεζῇ σταδίους ἑπτὰ καὶ εἴκοσι, ὁ δὲ τῆς Ἰωλκοῦ τόπος ἐν ὁδῷ κείμενος τῆς μὲν Δημητριάδος ἑπτὰ σταδίους διέστηκε, τοῦ δ' Ὀρμενίου τοὺς λοιποὺς σταδίους εἴκοσι. φησὶ δ' ὁ Σκήψιος ἐκ τοῦ Ὀρμενίου τὸν Φοίνικα εἶναι, καὶ φεύγειν αὐτὸν ἐνθένδε παρὰ τοῦ πατρὸς Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο

*riore*], sicuti inferior cum inferiore. Tricca autem, ubi Æsculapii templum est nobilissimum et antiquissimum, confinis est Dolopibus et locis ad Pindum sitis. Ithomen, quæ idem cum Messeniaca nomen habet, non sic aiunt, sed prima syllaba ademta Thomen debere appellari; sic enim prius vocatam esse, nunc vero mutato nomine Thamas (*Thumæum*, Θούμαιον?) dici; locus est natura munitus et reapse saxis asper, inter quattuor positus castella quasi in quadrilateri figuram disposita, Triccam, Metropolin, Pelinnæum, Gomphos. Metropolitarum regionis est Ithome. Metropolis autem primum e tribus obscuris fuit conflata oppidulis: postea plura sunt assumta, de quibus etiam Ithome erat. Callimachus quidem in iambis ait, Veneres (dea est non una nempe) omnes Castniætidem superare sapientia, quia scilicet sola porci sacrificium admittat. Ac sane quidem omnigenæ doctrinæ, si quis alius, studiosus erat, idque per totum vitæ tempus, ut ipse fatetur, qui hæc fabulari voluit; posteriores autem demonstraverunt, non unam modo Venerem, sed complures hunc ritum admisisse, de quibus sit etiam, quæ in hac colatur metropoli, huic autem unam ex conflatis in *metropolim* urbibus morem hunc suem sacrificandi, Onthyrium scilicet, (Ὀνθύριον) tradidisse. Est etiam Pharcadon oppidum Histiæotidis, fluitque per eam (αὐτῆς) Peneus et Curalius: quorum Curalius Itoniæ Minervæ templum præterlapsus in Peneum se effundit; ipse autem Peneus e Pindo, ut diximus, ortus, ad lævam relictis Tricca, Pelinnæo et Pharcadone, præter Atracem ac Larisam fertur: et receptis e Thessaliotide amnibus per Tempe ad ostia meat. Œchaliam, quæ Euryti urbs ab Homero vocatur, quum in his ponunt locis, tum in Eubœa et in Arcadia, aliique aliter denominant (ἄλλοι μ. ἄλλως), sicut in descriptione etiam Peloponnesi diximus. De his igitur quærere solent, et præ ceteris, quænam fuerit Œchalia ab Hercule capta, sive de quanam scripserit poeta qui Expugnationem Œchaliæ composuit. Hæc ergo loca Homerus Æsculapiadarum imperio tribuit.

18. Deinceps Eurypyli ditionem describit (*Il.* 2, 734):

> Tum quos Ormenium misit, quos fons Hyperea,
> et quos Asterium, Titani juga candida quosque.

Ormenium hodie Orminium dicitur: pagus est sub Pelio ad Pagaseticum sinum, in Demetriadem una cum aliis contractus, ut docuimus. Necesse est autem Bœbeidem quoque paludem in propinquo esse, quum, ut Ormenium, ita Bœbe quoque fuerit de circumjacentibus Demetriadem pagis. Abest Ormenium a Demetriade terrestri itinere stadiis viginti septem. Iolci vero locus ad viam situs a Demetriade distat septem stadiis, ab Ormenio reliquis stadiis viginti. Demetrius Scepsius Ormenium Phœnicis patriam dicit, eumque inde profugisse « a patre Amyntore Orme-

εἰς τὴν Φθίαν ἐς Πηλῆα ἄνακτα· ἐκτίσθαι γὰρ ὑπὸ Ὀρμένου τὸ χωρίον τοῦτο τοῦ Κερκάφου τοῦ Αἰόλου· παῖδας δὲ τοῦ Ὀρμένου γενέσθαι τόν τε Ἀμύντορα καὶ Εὐαίμονα, ὧν τοῦ μὲν εἶναι Φοίνικα, τοῦ δ' Εὐρύπυλον· φυλαχθῆναι δὲ τῷ Εὐρυπύλῳ τὴν διαδοχὴν κοινήν, ἅτε ἂν ἀπελθόντος τοῦ Φοίνικος ἐκ τῆς οἰκείας· καὶ δὴ καὶ γράφει οὕτως·

οἷον ὅτε πρῶτον λίπον Ὀρμένιον πολύμηλον,

ἀντὶ τοῦ

λίπον Ἑλλάδα καλλιγύναικα.

Κράτης δὲ Φωκέα ποιεῖ τὸν Φοίνικα, τεκμαιρόμενος ἐκ τοῦ κράνους τοῦ Μέγητος, ᾧ ἐχρήσατο ὁ Ὀδυσσεὺς κατὰ τὴν νυκτεγερσίαν, περὶ οὗ φησιν ὁ ποιητής, ὅτι

ἐξ Ἐλεῶνος Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο
ἐξέλετ' Αὐτόλυκος, πυκινὸν δόμον ἀντιτορήσας.

τόν τε γὰρ Ἐλεῶνα ἐν τῷ Παρνασσῷ πολίχνιον εἶναι, τόν τε Ὀρμενίδην Ἀμύντορα οὐκ ἄλλον τινὰ λέγεσθαι ἢ τὸν τοῦ Φοίνικος πατέρα, καὶ τὸν Αὐτόλυκον οἰκοῦντα ἐν τῷ Παρνασσῷ τοιχωρυχεῖν τὰ τῶν γειτόνων, ὅπερ κοινόν ἐστι τοιχωρύχου παντός, οὐ τὰ τῶν πόρρωθεν. ὁ δὲ Σκήψιός φησι μήτε Ἐλεῶνα μηδένα τόπον τοῦ Παρνασσοῦ δείκνυσθαι, ἀλλὰ Νεῶνα, καὶ ταύτην οἰκισθεῖσαν μετὰ τὰ Τρωικά, μήτ' ἐκ γειτόνων τὰς τοιχωρυχίας γίνεσθαι μόνον. καὶ ἄλλα δ' ἐστίν, ἃ λέγοι τις ἄν, ἀλλ' οὖν ὀκνῶ διατρίβειν ἐπὶ πλέον. ἄλλοι δὲ γράφουσιν ἐξ Ἑλεῶνος· Ταναγρικὴ δέ ἐστιν αὕτη· καὶ μᾶλλον ἐλέγχοι ἀτόπως ἂν λεγόμενον τό

φεῦγον ἔπειτ' ἀπάνευθε δι' Ἑλλάδος,
Φθίην δ' ἐξικόμην.

ἡ δ' Ὑπέρεια κρήνη ἐν μέσῃ ἐστὶ τῇ Φεραίων πόλει † μεταλαιούσῃ· ἄτοπον τοίνυν [δοῦναι αὐτὴν Εὐρυπύ]λῳ. Τίτανος δ' ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὠνομάσθη· λευκόγαιον γάρ ἐστι τὸ χωρίον Ἄρνης πλησίον καὶ [τῶν Ἀφε]τῶν· καὶ τὸ Ἀστέριον δ' οὐκ ἄπωθεν τούτων ἐστί.

19. Συνεχεῖς δὲ τῇ μερίδι ταύτῃ λέγονται οἱ ὑπὸ τῷ Πολυποίτῃ·

οἳ δ' Ἄργισσαν ἔχον καὶ Γυρτώνην ἐνέμοντο,
Ὄρθην Ἠλώνην τε πόλιν τ' Ὀλοοσσόνα λευκήν.

ταύτην τὴν χώραν πρότερον μὲν ᾤκουν Περραιβοί, τὸ πρὸς θαλάττῃ μέρος νεμόμενοι καὶ τῷ Πηνειῷ μέχρι τῆς ἐκβολῆς αὐτοῦ καὶ Γυρτῶνος, πόλεως Περραιβίδος. εἶτα ταπεινώσαντες ἐκείνους † εἰς τὴν ἐν τῇ μεσογαίᾳ ποταμίαν Λαπίθαι κατέσχον αὐτὰ τὰ χωρία, Ἰξίων καὶ ὁ υἱὸς Πειρίθους, ὃς καὶ τὸ Πήλιον κατεκτήσατο, βιασάμενος τοὺς κατασχόντας Κενταύρους, ἄγριόν τι φῦλον. τούτους μὲν οὖν

ἐκ Πηλίου ὦσε καὶ Αἰθίκεσσι πέλασσε,

τοῖς δὲ Λαπίθαις τὰ πεδία παρέδωκε· τινὰ δ' αὐτῶν καὶ οἱ Περραιβοὶ κατεῖχον, τὰ πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ·

nida Phthiam ad regem Peleum » (*Il.* 9, 448, 479). Nam Ormenium conditum esse ab Ormeno, Cercaphi filio, Æoli nepote; Ormeni autem filios fuisse Amyntorem et Euæmonem, quorum ille Phœnicis fuerit, hic Eurypyli pater: et quia Phœnix e familia sua abscesserit, communem hæreditatem Eurypylo reservatam esse: itaque apud Homerum sic scribit (*Il.* 9, 447):

qualis eram quum primum liqui Ormenium ovibus ditem

pro illis:

liqui Hellada pulcris claram puellis.

Crates vero Phœnicem Phocensem facit, conjecturam sumens e Megetis galea, qua Ulysses usus est, quum noctu exploratum castra hostium iret, de qua poeta sic (*Il.* 10, 226):

(Hanc galeam) ex Eleone Amyntori Ormenidæ
ademerat Autolycus, solidam domum perforans.

Nam Eleonem oppidulum esse in Parnasso, et Amyntorem Ormeni filium alium nullum dici quam Phœnicis patrem, atque Autolycum Parnassi incolam furum more vicinorum parietes perfodisse, non vero procul dissitorum. Contra Scepsius neque ullum in Parnasso Eleonem esse locum ait, sed Neonem, eamque post bellum demum Trojanum conditam, neque vicinorum modo ædes a furibus perfodi. Sunt et alia, quæ dici possent: quibus me immorari piget. Alii « *ex Heleone* » scribunt, qui est vicus Tanagricus: quod potius absurde dictum ostendit illud (*Il.* 9, 424):

fugiebam deinde procul per Helladem
Phthiamque veni.

Hyperea fons est in media Pheræorum urbe Eumelo subjecta (Εὐμήλου οὔσῃ); absurdum igitur foret [*assignare eam Eurypy*]lo. Titanus (*i. e.* calx) ab accidente nomen habet: albam enim terram habet regio illa Arnæ et Aphetis vicina. Asterium quoque non procul inde abest.

19. Post hanc Thessaliæ partem continenter recensentur quos Polypœtes duxit (*Il.* 2, 738):

Argissam quicumque et Gyrtonen coluerunt
Orthamque Elonenque albisque Oloossona muris.

Hanc regionem principio tenuerunt Perrhæbi, partem eam Thessaliæ incolentes quæ ad mare est et Peneum usque ad ostia hujus et Gyrtonem, Perrhæbicam urbem. Hos deinde opprimentes *ejicientesque* (καὶ ἀπώσαντες) in mediterranea fluvio vicina Lapithæ agros eorum obtinuerunt, Ixion ac filius ejus Pirithous, qui etiam Pelium montem occupavit, vi expulsis Centauris, gente fera. Hos ergo ille (*Il.* 2, 744)

Pelio expulsos Æthicum movit ad agros,

et campos Lapithis tradidit: quasdam tamen eorum ad Olympum partes etiam Perrhæbi obtinebant; alicubi

4. Ἔστι δ' ὀρεινὴ καὶ δασεῖα ἡ νῆσος, ἔχει δ' αὐλῶνας εὐκάρπους. τῶν δ' ὀρῶν τὰ μὲν πρὸς δύσιν καλεῖται Λευκά, οὐ λειπόμενα τοῦ Ταϋγέτου κατὰ τὸ ὕψος, ἐπὶ τὸ μῆκος δ' ἐκτεταμένα ὅσον τριακοσίων σταδίων, καὶ ποιοῦντα ῥάχιν, τελευτῶσάν πως ἐπὶ τὰ στενά. ἐν μέσῳ δ' ἐστὶ κατὰ τὸ εὐρυχωρότατον τῆς νήσου τὸ Ἰδαῖον ὄρος, ὑψηλότατον τῶν ἐκεῖ, περιφερὲς δ' ἐν κύκλῳ σταδίων ἑξακοσίων· περιοικεῖται δ' ὑπὸ τῶν ἀρίστων πόλεων. ἄλλα δ' ἐστὶ πάρισα τοῖς Λευκοῖς, τὰ μὲν ἐπὶ νότον, τὰ δ' ἐπὶ τὴν ἕω λήγοντα.

5. Ἔστι δ' ἀπὸ τῆς Κυρηναίας ἐπὶ τὸ Κριοῦ μέτωπον δυεῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς, ἀπὸ δὲ Κιμάρου [ἐπὶ Μαλέας] εἰσὶ στάδιοι ἑπτακόσιοι (μεταξὺ δὲ Κύθηρα), ἀπὸ δὲ τοῦ Σαμωνίου πρὸς Αἴγυπτον τεττάρων ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς, οἱ δὲ τριῶν φασι· σταδίων δ' εἶναι τοῦτόν τινες πεντακισχιλίων εἰρήκασιν, οἱ δὲ ἔτι ἐλαττόνων. Ἐρατοσθένης δ' ἀπὸ μὲν τῆς Κυρηναίας μέχρι Κριοῦ μετώπου δισχιλίους φησίν, ἔνθεν δ' εἰς Πελοπόννησον ἐλάττους....

6. Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη (φησὶν ὁ ποιητής)·
[ἐν μὲν Ἀχαιοί,
ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες,
Δωριέες τε τριχάϊκες δῖοί τε Πελασγοί.

τούτων φησὶ Στάφυλος τὸ μὲν πρὸς ἕω Δωριεῖς κατέχειν, τὸ δὲ δυσμικὸν Κύδωνας, τὸ [δὲ] νότιον Ἐτεόκρητας, ὧν εἶναι πολίχνιον Πρᾶσον, ὅπου τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν· τοὺς δ' ἄλλους, ἰσχύοντας πλέον, οἰκῆσαι τὰ πεδία. τοὺς μὲν οὖν Ἐτεόκρητας καὶ τοὺς Κύδωνας αὐτόχθονας ὑπάρξαι εἰκός, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπήλυδας, οὓς ἐκ Θετταλίας φησὶν ἐλθεῖν Ἄνδρων τῆς Δωρίδος μὲν πρότερον, νῦν δὲ Ἑστιαιώτιδος λεγομένης· ἐξ ἧς ὡρμήθησαν, ὥς φησιν, οἱ περὶ τὸν Παρνασσὸν οἰκήσαντες Δωριεῖς καὶ ἔκτισαν τήν τε Ἐρινεὸν καὶ Βοῖον καὶ Κυτίνιον, ἀφ' οὗ καὶ τριχάϊκες ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγονται. οὐ πάνυ δὲ τὸν τοῦ Ἄνδρωνος λόγον ἀποδέχονται, τὴν μὲν τετράπολιν Δωρίδα τρίπολιν ἀποφαίνοντος, τὴν δὲ μητρόπολιν τῶν Δωριέων ἄποικον Θετταλῶν· τριχάϊκας δὲ δέχονται ἤτοι ἀπὸ τῆς τριλοφίας ἢ ἀπὸ τοῦ τριχίνους εἶναι τοὺς λόφους.

7. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐν τῇ Κρήτῃ πλείους μέν, μέγισται δὲ καὶ ἐπιφανέσταται τρεῖς, Κνωσσός, Γόρτυνα, Κυδωνία. διαφερόντως δὲ τὴν Κνωσσὸν καὶ Ὅμηρος ὑμνεῖ, μεγάλην καλῶν καὶ βασίλειον τοῦ Μίνω, καὶ οἱ ὕστερον. καὶ δὴ καὶ διετέλεσε μέχρι πολλοῦ φερομένη τὰ πρῶτα, εἶτα ἐταπεινώθη καὶ πολλὰ τῶν νο-

tum fere stadiorum, in quo ad latus septentrionale est pagus maritimus, Amphimalla, ad austrinum Phœnix Lampeorum. Latissima est in medio. Rursum deinde litora ad sexaginta fere stadia coeunt in isthmum priori angustiorem, qui pertinet a Minoa Lyctiorum ad Hierapytnam et Libycum pelagus, ubi urbs ea in sinu est. Deinde insula porrigitur in acutum promontorium Samonium, quod versus Ægyptum vergit et insulas Rhodo vicinas.

4. Insula montosa est et silvestris, convalles tamen habet fertiles. De montibus ii qui versus occasum sunt, Leuci, id est albi, dicuntur, altitudine Taygeto non cedentes, in longum porrecti ad trecenta stadia, faciuntque crepidinem in angustias fere desinentem. In medio insulæ, qua latissima est, mons est Ida altissimus omnium qui in ea sunt, rotundus ambitu stadiorum sexcentorum, circaque eum urbes præstantissimæ. Sunt et alii montes Leucis æquales, alii versus austrum, alii versus ortum desinentes.

5. A Cyrenæa regione ad Criu metopon duorum dierum ac noctium navigatio est: a Cimaro [*ad Maleas*] stadia septingenta, interjecta media Cythera; a Samonio ad Ægyptum quattuor dierum navigatio totidemque noctium: secundum alios trium duntaxat; stadiorum vero hanc navigationem esse quidam quinque millium, alii pauciorum, tradunt. Eratosthenes a Cyrenæa usque ad Criu metopon duo millia esse dicit: hinc in Peloponnesum infra [*mille*].

6. Lingua aliis alia est confuse (poeta ait, *Od.* 19, 175): sunt
[et Achæi;
magnanimique Eteocretes ibi, suntque Cydones,
Dorieesque trichaices, clarique Pelasgi.

Ex his partes orienti obversas Staphylus ait a Doriensibus, a Cydonibus occiduas habitatas, austrinam plagam ab Eteocretibus, quorum fuerit oppidulum Prasum, ubi est Dictæi Jovis templum: reliquos, qui plus haberent virium, campestria obtinuisse. Probabile autem est, Eteocretes et Cydones fuisse indigenas, reliquos advenas, quos Andro scribit e Thessalia venisse, quæ olim Doris, nunc Hestiæotis dicitur: ex qua, ut ait, Dorienses Parnasso vicini profecti sunt, et condiderunt Erineum, Bœum ac Cytinium, unde etiam a poeta Trichaices, quasi tripartiti, dicuntur. Non admodum autem Andronis hic sermo probatur, Doridem, quæ urbibus quattuor constat, tribus urbibus circumscribentis, et primariam Doriensium urbem Thessalorum facientis coloniam. Trichaices autem intelligunt vel a triplice crista, vel quod eas τριχίνους sive e crinibus confectas haberent.

7. Urbes in Creta sunt complures, maximæ autem et nobilissimæ tres, Cnossus, Gortyna, Cydonia. Cnossum Homerus (*Il.* 2,646. *Od.* 19, 178) quoque insigniter prædicat, magnam vocans, et Minois regiam, sicut et posteriores. Diu sane primas tulit: postmodo depressa est, multisque spoliata privilegiis, dignitate in Gortynam et Lyctum trans-

μίμων ἀφῃρέθη, μετέστη δὲ τὸ ἀξίωμα εἴς τε Γόρτυναν καὶ Λύκτον, ὕστερον δ' ἀνέλαβε πάλιν τὸ παλαιὸν σχῆμα τὸ τῆς μητροπόλεως. κεῖται δ' ἐν πεδίῳ κύκλον ἔχουσα ἡ Κνωσσὸς τὸν ἀρχαῖον τριάκοντα σταδίων μεταξὺ τῆς Λυκτίας καὶ τῆς Γορτυνίας [διέχουσα τῆς μὲν Γορτύνης] σταδίους διακοσίους, τῆς δὲ Λύκτου, ἣν ὁ ποιητὴς Λύκτον ὠνόμασεν, ἑκατὸν εἴκοσι· τῆς δὲ θαλάττης Κνωσσὸς μὲν τῆς βορείου πέντε καὶ εἴκοσι, Γόρτυνα δὲ τῆς Λιβυκῆς ἐνενήκοντα, Λύκτος δὲ καὶ αὐτὴ τῆς Λιβυκῆς ὀγδοήκοντα. ἔχει δ' ἐπίνειον τὸ Ἡράκλειον ἡ Κνωσσός.

8. Μίνω δέ φασιν ἐπινείῳ χρήσασθαι τῷ Ἀμνισῷ, ὅπου τὸ τῆς Εἰλειθυίας ἱερόν. ἐκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς Καίρατος πρότερον, ὁμώνυμος τῷ παραρρέοντι ποταμῷ. ἱστόρηται δ' ὁ Μίνως νομοθέτης γενέσθαι σπουδαῖος θαλαττοκρατῆσαί τε πρῶτος, τριχῇ δὲ διελὼν τὴν νῆσον ἐν ἑκάστῳ τῷ μέρει κτίσαι πόλιν, τὴν μὲν Κνωσσὸν ἐν τῷ [πρὸς βορρᾶν καὶ τὴν Ἀσίαν νεύοντι μέρει τῆς νήσου, Φαιστὸν δ' ἐπὶ θαλάσσης ἐστραμμένην ἐπὶ μεσημβρίαν, Κυδωνίαν δ' ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν κεκλιμένοις τόποις,] καταντικρὺ τῆς Πελοποννήσου· καὶ αὐτὴ δ' ἐστὶ προσβόρειος. ὡς δ' εἴρηκεν Ἔφορος, ζηλωτὴς ὁ Μίνως ἀρχαίου τινὸς Ῥαδαμάνθυος, δικαιοτάτου ἀνδρός, ὁμωνύμου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὃς πρῶτος τὴν νῆσον ἐξημερῶσαι δοκεῖ νομίμοις καὶ συνοικισμοῖς πόλεων καὶ πολιτείαις, σκηψάμενος παρὰ Διὸς φέρειν ἕκαστα τῶν τιθεμένων δογμάτων εἰς μέσον. τοῦτον δὴ μιμούμενος καὶ ὁ Μίνως δι' ἐννέα ἐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον καὶ διατρίβων ἐνθάδε, ἀπῄει συντεταγμένα ἔχων παραγγέλματά τινα, ἃ ἔφασκεν εἶναι προστάγματα τοῦ Διός· ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ τὸν ποιητὴν οὕτως εἰρηκέναι·

ἐνθάδε Μίνως
ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

τοιαῦτα δ' εἰπόντος, οἱ ἀρχαῖοι περὶ αὐτοῦ πάλιν ἄλλους εἰρήκασι λόγους ὑπεναντίους τούτοις, ὡς τυραννικός τε γένοιτο καὶ βίαιος καὶ δασμολόγος, τραγῳδοῦντες τὰ περὶ τὸν Μινώταυρον καὶ τὸν Λαβύρινθον καὶ τὰ Θησεῖ συμβάντα καὶ Δαιδάλῳ.

9. Ταῦτα μὲν οὖν ὁποτέρως ἔχει, χαλεπὸν εἰπεῖν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος οὐχ ὁμολογούμενος, τῶν μὲν ξένον τῆς νήσου τὸν Μίνω λεγόντων, τῶν δ' ἐπιχώριον. ὁ μέντοι ποιητὴς τῇ δευτέρᾳ δοκεῖ μᾶλλον συνηγορεῖν ἀποφάσει, ὅταν φῇ, ὅτι

πρῶτον Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον.

ὑπὲρ δὲ τῆς Κρήτης ὁμολογεῖται, διότι κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἐτύγχανεν εὐνομουμένη καὶ ζηλωτὰς ἑαυτῆς τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων ἀπέφηνεν, ἐν δὲ τοῖς πρώτοις Λακεδαιμονίους, καθάπερ Πλάτων τε ἐν τοῖς Νόμοις δηλοῖ καὶ Ἔφορος ἐν τῇ Εὐρώπῃ † τῇ πολιτείᾳ ἀναγέγραφεν· ὕστερον δὲ πρὸς τὸ χεῖρον μετέβαλεν ἐπὶ πλεῖστον. μετὰ γὰρ τοὺς Τυρρηνούς, οἳ μάλιστα ἐδῄωσαν τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν, οὗτοί εἰσιν

lata: recuperavit tamen deinde veterem metropolis speciem. Sita est Cnossus in planitie, ambitu antiquo stadiorum triginta, inter Lyctiam et Gortyniam, [*distans a Gortyna*] stadiis ducentis, a Lytto (Λύττου?), quam poeta Lyctum vocavit, centum viginti. Cnossus a septentrionali mari abest stadiis viginti quinque, Gortyna a Libyco nonaginta. Lyctus quoque a Libyco mari octoginta. Cnossus navale habet Heracleum.

8. Minoem autem ferunt navali usum Amniso, ubi fanum est Lucinæ. Cnossus olim Cæratus (*codd.* Ceratus) vocata fuit a flumine præterlabente. Memoriæ proditum est, Minoem fuisse bonum legum latorem, primumque maris imperium obtinuisse, insulaque in tres partes divisa, in quavis parte urbem condidisse, Cnossum scilicet in ea [*insulæ parte quæ in boream et Asiam vergit, Phæstum ad mare meridiem versus spectantem, Cydoniam in occiduis insulæ locis* (*Verba sunt Diodori* 5,78)] e regione Peloponnesi, ita ut hæc quoque versus septentrionem sita esset. Ephorus porro ait, Minoem fuisse imitatorem cujusdam prisci Rhadamanthyos, justissimi viri, cognominis fratri ipsius, qui primus insulam visus sit cicurasse legibus condendis et urbibus ac rebuspublicis, quum fingeret se a Jove afferre singula quæ promulgabat decreta. Illum ergo æmulatum Minoem nono quoque anno, ut videtur, ad Jovis antrum ascendisse, ibique commoratum retulisse inde conscripta quædam præcepta, quorum auctorem Jovem dictitaret: itaque et Homerum de eo sic scripsisse (*Od.* 19, 178):

ibi Minos
novenis annis regnabat Jovis magni confabulator.

Hæc Ephorus; antiqui vero de Minoe alia et illis contraria narrant; nempe tyrannum fuisse et violentum et tributorum exactorem, tragice decantantes Minotaurum ac Labyrinthum et quæ Theseo atque Dædalo evenerunt.

9. Difficile dictu est, utra sententiarum vera sit. Sed et de hoc non convenientia inter se traduntur, indigena insulæne, an vero inquilinus fuerit. Homerus quidem posteriori opinioni videtur adstipulari, quum inquit (*Il.* 13, 450):

Primus Minoem Cretæ genuit custodem.

De Creta autem in confesso hoc est, priscis eam temporibus legibus optimis fuisse compositam, ideoque ad sui imitationem pertraxisse Græcorum præstantissimos, inque primis Lacedæmonios, quod et Plato in Legibus docet, et Ephorus, [*qui*] in Europa (*sive quarto Historiarum libro*) rempublicam eorum (τὴν πολιτείαν) consignavit; postea autem temporis in deterius abiit admodum. Post Tyrrhenos enim, qui maxime infestum nostrum mare ha-

οἱ διαδεξάμενοι τὰ λῃστήρια· τούτους δ' ἐπόρθησαν ὕστερον οἱ Κίλικες· κατέλυσαν δὲ πάντας Ῥωμαῖοι, τήν τε Κρήτην ἐκπολεμήσαντες καὶ τὰ πειρατικὰ τῶν Κιλίκων φρούρια. νῦν δὲ Κνωσσὸς καὶ Ῥωμαίων ἀποικίαν ἔχει.

10. Περὶ μὲν οὖν Κνωσσοῦ ταῦτα, πόλεως οὐκ ἀλλοτρίας ἡμῖν, διὰ δὲ τἀνθρώπινα καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς μεταβολὰς καὶ συντυχίας ἐκλελειμμένων τῶν συμβολαίων (καὶ) τῶν ὑπαρξάντων ἡμῖν πρὸς τὴν πόλιν. Δορύλαος γὰρ ἦν ἀνὴρ τακτικός, τῶν Μιθριδάτου τοῦ Εὐεργέτου φίλων· οὗτος διὰ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἐμπειρίαν ξενολογεῖν ἀποδειχθείς, πολὺς ἦν ἔν τε τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Θρᾴκῃ, πολὺς δὲ καὶ τοῖς παρὰ τῆς Κρήτης ἰοῦσιν, οὔπω τὴν νῆσον ἐχόντων Ῥωμαίων, συχνοῦ δὲ ὄντος ἐν αὐτῇ τοῦ μισθοφορικοῦ καὶ στρατιωτικοῦ πλήθους, ἐξ οὗ καὶ τὰ λῃστήρια πληροῦσθαι συνέβαινεν. ἐπιδημοῦντος δὲ τοῦ Δορυλάου, κατὰ τύχην ἐνέστη πόλεμος τοῖς Κνωσσίοις πρὸς τοὺς Γορτυνίους· αἱρεθεὶς δὲ στρατηγὸς καὶ κατορθώσας διὰ ταχέων ἤρατο τιμὰς τὰς μεγίστας, καὶ ἐπειδὴ μικρὸν ὕστερον ἐξ ἐπιβουλῆς δολοφονηθέντα ἔγνω τὸν Εὐεργέτην ὑπὸ τῶν φίλων ἐν Σινώπῃ, τὴν διαδοχὴν δὲ εἰς γυναῖκα καὶ παιδία ἥκουσαν, ἀπογνοὺς τῶν ἐκεῖ κατέμεινεν [ἐν] τῇ Κνωσσῷ· τεκνοποιεῖται δ' ἐκ Μακέτιδος γυναικός, Στερόπης τοὔνομα, δύο μὲν υἱεῖς, Λαγέταν καὶ Στρατάρχαν, ὧν τὸν Στρατάρχαν ἐσχατόγηρων καὶ ἡμεῖς ἤδη εἴδομεν, θυγατέρα δὲ μίαν. δυεῖν δὲ ὄντων υἱῶν τοῦ Εὐεργέτου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν Μιθριδάτης ὁ προσαγορευθεὶς Εὐπάτωρ, ἕνδεκα ἔτη γεγονώς· τούτῳ σύντροφος ὑπῆρξεν ὁ τοῦ Φιλεταίρου Δορύλαος· ἦν δ' ὁ Φιλέταιρος ἀδελφὸς τοῦ τακτικοῦ Δορυλάου. ἀνδρωθεὶς δ' ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοσοῦτο ᾕρητο τῇ συντροφίᾳ τῇ πρὸς τὸν Δορύλαον, ὥστ' οὐκ ἐκεῖνον μόνον εἰς τιμὰς ἦγε τὰς μεγίστας, ἀλλὰ καὶ τῶν συγγενῶν ἐπεμελεῖτο καὶ τοὺς ἐν Κνωσσῷ μετεπέμπετο· ἦσαν δ' οἱ περὶ Λαγέταν, τοῦ μὲν πατρὸς ἤδη τετελευτηκότος, αὐτοὶ δ' ἠνδρωμένοι, καὶ ἧκον ἀφέντες τὰ ἐν Κνωσσῷ· τοῦ δὲ Λαγέτα θυγάτηρ ἦν ἡ μήτηρ τῆς ἐμῆς μητρός. εὐτυχοῦντος μὲν δὴ ἐκείνου, συνευτυχεῖν καὶ τούτοις συνέβαινε, καταλυθέντος δὲ (ἐφωράθη γὰρ ἀφιστὰς τοῖς Ῥωμαίοις τὴν βασιλείαν, ἐφ' ᾧ αὐτὸς εἰς τὴν ἀρχὴν καταστήσεται), συγκατελύθη καὶ τὰ τούτων καὶ ἐταπεινώθησαν· ὠλιγωρήθη δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς Κνωσσίους συμβόλαια, καὶ αὐτοὺς μυρίας μεταβολὰς δεξαμένους. ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν περὶ τῆς Κνωσσοῦ λόγος τοιοῦτος.

11. Μετὰ δὲ ταύτην δευτερεῦσαι δοκεῖ κατὰ τὴν δύναμιν ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις. συμπράττουσαί τε γὰρ ἀλλήλαις ἅπαντας ὑπηκόους εἶχον αὗται τοὺς ἄλλους, στασιάσασαί τε διέστησαν τὰ κατὰ τὴν νῆσον· προσθήκη δ' ἦν ἡ Κυδωνία μεγίστη ὁποτέροις προσγένοιτο. κεῖται δ' ἐν πεδίῳ καὶ ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις, τὸ παλαιὸν μὲν ἴσως τετειχισμένη (καθάπερ καὶ Ὅμηρος εἴρηκε·

Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν)

buerunt, Cretenses in latrocinia successerunt. Eos deinde Cilices oppresserunt. Romani autem universos deleverunt, qui Cretam et Cilicum castella piratica bello ceperunt. Nunc vero Cnossus etiam coloniam Romanorum habet.

10. Ac de Cnosso quidem hæc, urbe a nobis haud aliena, quamquam propter res humanas et earum mutationes atque eventa, desierunt quæ nobis cum ea erant commercia. Dorylaus enim vir erat ordinandi exercitus gnarus, unus de amicis Mithridatis Euergetæ; is jussus ob rei bellicæ peritiam peregrinos conducere milites, crebro in Græcia atque Thracia versabatur, et cum iis qui e Creta veniebant, quum Romani nondum eam tenerent insulam, magnaque ibi esset militum stipendia merentium copia, unde etiam prædonum exercitus expleri solebant. Quo autem tempore in Creta erat Dorylaus, forte fortuna bellum obortum est Cnossiis adversus Gortynios. Dorylaus, a Cnossiis dux creatus, bellum celeriter et feliciter confecit, summisque est affectus honoribus; quumque paulo post cognovisset Sinope Evergetem dolo familiarium necatum, eique uxorem et liberos successisse: de rebus istis abjecta omni spe, Cnossi subsedit. Ibi e Macetide muliere, nomine Steropa, duos procreavit filios, Lagetam et Stratarcham (de quibus Stratarcham ego quoque vidi jam extrema senectute affectum) filiamque unam. De duobus autem Euergetæ filiis Mithridates cognomento Eupator in regnum successit, annos natus undecim, cum quo enutritus Dorylaus Philetæri filius, ejus qui frater erat Dorylai istius ductoris. Rex vero ut ad virilem ætatem pervenit, adeo minoris Dorylai convictus consuetudine delectatus est, ut non ipsum modo ad summos promoveret honores, sed etiam cognatos ejus curæ haberet, et qui Cnossi erant, eos inde ad se evocaret: erant autem Lagetas et frater, jam viri facti, patre vita tunc defuncto: iique, Cnosso relicta, ad Mithridatem se contulerunt. Lagetæ hujus filia meæ matris mater fuit. Rebus proinde ejus florentibus, istorum quoque fortunata fuit conditio. Dejecto autem illo (quum deprehensum esset, eum Romanis faventem regnum ad defectionem sollicitare, ut ipse ei præficeretur), istorum quoque res afflictæ sunt atque fractæ, commercia etiam cum Cnossiis negligi cœpta sunt, ipsis item plurimas perpessis mutationes. Hæc ergo de Cnosso.

11. Secundum hanc potestas maxima fuisse Gortyniorum videtur. Hæ enim civitates duæ quum consentirent, reliquas urbes omnes sub se habuerunt; discordantes, dissensionibus totam exagitaverunt insulam; utri autem tum parti Cydonia accederet, ei maximum afferebat momentum. Gortyna in campo sita est, muris fortasse olim munita (uti Homerus quoque ait (*Il.* 2, 646):

cinctam Gortynaque muris),

ὕστερον δ' ἀποβαλοῦσα τὸ τεῖχος ἐκ θεμελίων καὶ πάντα τὸν χρόνον μείνασα ἀτείχιστος· καὶ γὰρ ὁ Φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος ἀρξάμενος τειχίζειν ὅσον ἐπὶ ὀγδοήκοντα σταδίους παρῆλθε μόνον· ἀξιόλογον δ' οὖν ἐξεπλήρου ποτὲ κύκλον ἡ οἴκησις, ὅσον πεντήκοντα σταδίων· διέχει δὲ τῆς Λιβυκῆς θαλάττης κατὰ Λεβῆνα, τὸ ἐμπόριον αὐτῆς, ἐνενήκοντα· ἔχει δέ τι καὶ ἄλλο ἐπίνειον, τὸ Μάταλον, διέχει δ' αὐτῆς ἑκατὸν τριάκοντα. διαρρεῖ δ' αὐτὴν ὅλην ὁ Ληθαῖος ποταμός.

12. Ἐκ δὲ Λεβῆνος ἦν Λευκοκόμας τε καὶ ὁ ἐραστὴς αὐτοῦ Εὐξύνθετος, οὓς ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ Ἔρωτος λόγῳ· [τῶν δ'] ἄθλων, ὧν ὁ Λευκοκόμας τῷ Εὐξυνθέτῳ προσέταξεν, ἕνα φησὶν εἶναι τοῦτον, τὸν ἐν Πράσῳ κύνα ἀναγαγεῖν αὐτῷ· ὅμοροι δ' εἰσὶν αὐτοῖς οἱ Πράσιοι, τῆς μὲν θαλάττης ἑβδομήκοντα, Γόρτυνος δὲ διέχοντες ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα. Εἴρηται δέ, ὅτι τῶν Ἐτεοκρήτων ὑπῆρχεν ἡ Πρᾶσος, καὶ διότι ἐνταῦθα τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν· καὶ γὰρ ἡ Δίκτη πλησίον, οὐχ, ὡς Ἄρατος, ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο· καὶ γὰρ χιλίους ἡ Δίκτη τῆς Ἴδης ἀπέχει, πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἀπ' αὐτῆς κειμένη, τοῦ δὲ Σαμωνίου ἑκατόν. μεταξὺ δὲ τοῦ Σαμωνίου καὶ τῆς Χερρονήσου ἡ Πρᾶσος ἵδρυτο, ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἑξήκοντα σταδίοις· κατέσκαψαν δ' Ἱεραπύτνιοι. οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον λέγειν φασίν, ὡς ἡ Βριτόμαρτις, φεύγουσα τὴν Μίνω βίαν, ἀπὸ τῆς Δίκτης ἅλοιτο εἰς ἁλιέων δίκτυα, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν Δίκτυννα ὑπὸ τῶν Κυδωνιατῶν προσαγορευθείη, Δίκτη δὲ τὸ ὄρος· οὐδὲ γὰρ ὅλως ἐκ γειτόνων ἐστὶ τοῖς τόποις τούτοις ἡ Κυδωνία, πρὸς δὲ τοῖς ἑσπερίοις κεῖται τῆς νήσου πέρασι. τῆς μέντοι Κυδωνίας ὄρος ἐστὶ Τίτυρος, ἐν ᾧ ἱερόν ἐστιν, οὐ Δικταῖον, ἀλλὰ Δικτύνναιον.

13. Κυδωνία δ' ἐπὶ θαλάττῃ μὲν ἵδρυται, βλέπουσα πρὸς τὴν Λακωνικήν, διέχει δ' ἑκατέρας τὸ ἴσον, τῆς τε Κνωσσοῦ καὶ τῆς Γόρτυνος, οἷον ὀκτακοσίους σταδίους, Ἀπτέρας δὲ ὀγδοήκοντα, τῆς ταύτῃ δὲ θαλάττης τετταράκοντα. Ἀπτέρας δ' ἐπίνειόν ἐστι Κίσαμος· πρὸς ἑσπέραν δ' ὅμοροι τοῖς Κυδωνιάταις Πολυρρήνιοι, παρ' οἷς ἐστι τὸ τῆς Δικτύννης ἱερόν· ἀπέχουσι δὲ τῆς θαλάττης ὡς τριάκοντα σταδίους, Φαλασάρνης δὲ ἑξήκοντα. κωμηδὸν δ' ᾤκουν πρότερον· εἶτ' Ἀχαιοὶ καὶ Λάκωνες συνῴκησαν, τειχίσαντες ἐρυμνὸν χωρίον βλέπον πρὸς μεσημβρίαν.

14. Τῶν δ' ὑπὸ Μίνω συνῳκισμένων τριῶν τὴν λοιπὴν (Φαιστὸς δ' ἦν αὕτη) κατέσκαψαν Γορτύνιοι, τῆς μὲν Γόρτυνος διέχουσαν ἑξήκοντα, τῆς δὲ θαλάττης εἴκοσι, τοῦ δὲ Ματάλου τοῦ ἐπινείου τετταράκοντα· τὴν δὲ χώραν ἔχουσιν οἱ κατασκάψαντες. Γορτυνίων δ' ἐστὶ καὶ τὸ Ῥύτιον σὺν τῇ Φαιστῷ·

Φαιστόν τε Ῥύτιόν τε.

ἐκ δὲ τῆς Φαιστοῦ τὸν τοὺς καθαρμοὺς ποιήσαντα διὰ τῶν ἐπῶν Ἐπιμενίδην φασὶν εἶναι. καὶ † Ὀλύσσην δὲ τῆς Φαιστίας. Λύττου δέ, ἧς ἐμνήσθημεν καὶ πρό·

postea autem muris funditus dirutis, exinde absque mœnibus semper permansit : nam Ptolemæus Philopator aggressus eam muris circumdare, duntaxat ad octo (ὀκτὼ) stadia perduxit opus. Urbis autem habitationes memorabilem aliquando implebant ambitum quinquaginta circiter stadiorum. Distat ab Africo mari et Lebene navali suo ad stadia nonaginta; habet etiam aliud emporium Matalum (*codd.* Metallum), ab ea centum tringinta stadiis remotum. Totam ipsam perfluit Lethæus fluvius.

12. Lebenii fuerunt Leucocomas et amator ejus Euxynthetus (*codd.* Euxyntheus), de quibus Theophrastus in oratione de amore narrat, aitque unum de laboribus huic ab illo impositis fuisse, ut canem Praso ei adduceret. Finitimi autem fuerunt Prasii Lebeniis, a mari septuaginta, a Gortyne distantes stadia centum octoginta. Diximus supra, Prasum Eteocretum fuisse urbem, ibique fuisse Dictæi Jovis templum. Prope enim Dicta est, non, ut Aratus (*Phæn.* 33) ait, « Idæum prope montem ». Dicte enim ab Ida versus ortum solis distat mille stadiis, a Samonio abest centum. Inter Samonium et Cherronesum sita erat Prasos, supra mare sexaginta stadiis; deleverunt eam Hierapytnii. Non bene etiam a Callimacho dici ajunt, Britomartin, Minois vim fugientem, de Dicte desiluisse in retia (dictya) piscatorum, indeque ipsam a Cydoniatis Dictynnam appellatam, Dicten vero montem. Istis enim locis Cydonia neutiquam vicina fuit, sita in occiduis insulæ extremitatibus. Cydoniæ autem mons est Tityrus, inque eo templum, at non Dictæum, sed Dictynnæum.

13. Cydonia ad mare sita est, Laconicam respiciens. Distat æqualibus spatiis a Cnosso et Gortyne, ad octingenta stadia; ab Aptera autem octoginta; a mari proximo quadraginta. Apteræ navale est Cisamus. Ad vesperam Cydoniatarum vicini sunt Polyrrhenii, apud quod est fanum Dictynnæ : distant a mari ad triginta stadia, a Phalasarna sexaginta. Habitabant ante per pagos : deinde Achæi et Lacones in urbem conduxerunt, quum muro cinxissent locum natura munitum, meridiei obversum.

14. Porro de tribus urbibus, quas civibus frequentavit Minos, tertiam (fuit autem ea Phæstus) diruerunt Gortynii, a Gortyne distantem stadia sexaginta, a mari viginti, a Matalo navali quadraginta : regionem ii occupaverunt, qui everterunt urbem. Ad Gortynios pertinet Rhytium quoque cum Phæsto :

Phæstumque Rhytiumque (*Il.* 2, 648).

Phæsto oriundum fuisse aiunt Epimenidem, qui carminibus lustrabat. Est etiam Olyssen (Lisses *St.Byz.*) Phæstiæ. Lytti (*v. l.* Lycti), cujus supra est facta mentio,

τερον, ἐπίνειόν ἐστιν ἡ λεγομένη Χερρόνησος, ἐν ᾗ τὸ τῆς Βριτομάρτεως ἱερόν· αἱ δὲ συγκαταλεχθεῖσαι πόλεις οὐκέτ' εἰσί, Μίλητός τε καὶ Λύκαστος, τὴν δὲ χώραν, τὴν μὲν ἐνείμαντο Λύττιοι, τὴν δὲ Κνώσσιοι, κατασκάψαντες τὴν πόλιν.

15. Τοῦ δὲ ποιητοῦ τὸ μὲν ἑκατόμπολιν λέγοντος τὴν Κρήτην, τὸ δὲ ἐνενηκοντάπολιν, Ἔφορος μὲν ὕστερον ἐπικτισθῆναι τὰς δέκα φησὶ μετὰ τὰ Τρωικὰ ὑπὸ τῶν Ἀλθαιμένει τῷ Ἀργείῳ συνακολουθησάντων Δωριέων· τὸν μὲν οὖν Ὀδυσσέα λέγει ἐνενηκοντάπολιν ὀνομάσαι· οὗτος μὲν οὖν πιθανός ἐστιν ὁ λόγος· ἄλλοι δ' ὑπὸ τῶν Ἰδομενέως ἐχθρῶν κατασκαφῆναί φασι τὰς δέκα· ἀλλ' οὔτε κατὰ τὰ Τρωικά φησιν ὁ ποιητὴς ἑκατοντάπολιν ὑπάρξαι τὴν Κρήτην, ἀλλὰ μᾶλλον κατ' αὐτόν (ἐκ γὰρ τοῦ ἰδίου προσώπου λέγει· εἰ δ' ἐκ τῶν τότε ὄντων τινὸς ἦν ὁ λόγος, καθάπερ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ, ἡνίκα ἐνενηκοντάπολιν φράζει, καλῶς εἶχεν [ἂν] οὕτω δέχεσθαι), οὔτ' εἰ συγχωρήσαιμεν τοῦτό γε, ὁ ἑξῆς λόγος σώζοιτ' ἄν. οὔτε γὰρ κατὰ τὴν στρατείαν οὔτε μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκεῖθεν τοῦ Ἰδομενέως (ὡς) εἰκός ἐστιν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τὰς πόλεις ἠφανίσθαι ταύτας· ὁ γὰρ ποιητὴς † φησι·

πάντας δ' Ἰδομενεὺς Κρήτην εἰσήγαγ' ἑταίρους,
οἳ φύγον ἐκ πολέμου, πόντος δέ οἱ οὔτιν' ἀπηύρα·

καὶ τούτου τοῦ πάθους ἐμέμνητ' ἄν· οὐ γὰρ δήπου Ὀδυσσεὺς μὲν ἔγνω τὸν ἀφανισμὸν τῶν πόλεων ὁ μηδενὶ συμμίξας τῶν Ἑλλήνων μήτε κατὰ τὴν πλάνην μήθ' ὕστερον· ὁ δὲ καὶ συστρατεύσας τῷ Ἰδομενεῖ καὶ συνανασωθεὶς οὐκ ἔγνω τὰ συμβάντα οἴκοι αὐτῷ [οὔτε] κατὰ τὴν στρατείαν οὔτε τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκεῖθεν· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ μετὰ τὴν ἐπάνοδον. εἰ γὰρ μετὰ πάντων ἐσώθη τῶν ἑταίρων, ἰσχυρὸς ἐπανῆλθεν, ὥστ' οὐκ ἔμελλον ἰσχύσειν οἱ ἐχθροὶ τοσοῦτον, ὅσον δέκα ἀφαιρεῖσθαι πόλεις αὐτόν. τῆς μὲν οὖν χώρας τῶν Κρητῶν τοιαύτη τις ἡ περιοδεία.

16. Τῆς δὲ πολιτείας, ἧς Ἔφορος ἀνέγραψε, τὰ κυριώτατα ἐπιδραμεῖν ἀποχρώντως ἂν ἔχοι. δοκεῖ δέ, φησίν, ὁ νομοθέτης μέγιστον ὑποθέσθαι ταῖς πόλεσιν ἀγαθὸν τὴν ἐλευθερίαν· μόνην γὰρ ταύτην ἴδια ποιεῖν τῶν κτησαμένων τὰ ἀγαθά, τὰ δ' ἐν δουλείᾳ τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' οὐχὶ τῶν ἀρχομένων εἶναι· τοῖς δ' ἔχουσι ταύτην φυλακῆς δεῖν· τὴν μὲν οὖν ὁμόνοιαν διχοστασίας αἱρομένης ἀπαντᾶν, ἣ γίνεται διὰ πλεονεξίαν καὶ τρυφήν· σωφρόνως γὰρ καὶ λιτῶς ζῶσιν ἅπασιν οὔτε φθόνον οὔθ' ὕβριν οὔτε μῖσος ἀπαντᾶν πρὸς τοὺς ὁμοίους· διόπερ τοὺς μὲν παῖδας εἰς τὰς ὀνομαζομένας ἀγέλας κελεῦσαι φοιτᾶν, τοὺς δὲ τελείους † ἐν τοῖς συσσιτίοις, ἃ καλοῦσιν ἀνδρεῖα (συσσίτια), ὅπως τῶν ἴσων μετάσχοιεν τοῖς εὐπόροις οἱ πενέστεροι, δημοσίᾳ τρεφόμενοι· πρὸς δὲ τὸ μὴ δειλίαν ἀλλ' ἀνδρείαν κρατεῖν ἐκ παίδων ὅπλοις καὶ πόνοις συντρέφειν, ὥστε καταφρονεῖν καύματος καὶ ψύχους καὶ τραχείας ὁδοῦ καὶ ἀνάντους καὶ πληγῶν τῶν ἐν γυμνασίοις καὶ μάχαις ταῖς κατὰ

navale est quod Cherronesus dicitur, inque eo Britomartis templum. Urbes quæ una cum illa a poeta recensentur, Miletus et Lycastus, non amplius sunt: regionem alterius Lyttii, alterius Cnossii occupaverunt, urbem everterunt.

15. Jam quum poeta Cretam alias (*Il.* 2, 649) centum, alias (*Od.* 19,174) nonaginta urbes habere dicat: Ephorus censet, decem urbes post belli Trojani tempestatem conditas fuisse a Doriensibus, qui eo secuti sint Althæmenem Argivum; itaque ait Ulyssem nonnisi nonaginta urbes ei tribuere. Atque hæc quidem oratio est verisimilis. Alii ab Idomenei hostibus decem urbes deletas perhibent. At enim Homerus non tempore belli Trojani centum urbes habuisse Cretam dicit, sed suo tempore (e sua enim loquitur persona). Quod si verba hæc fecisset alicujus, qui tum vixit, sicut in Odyssea, quum ab ipso Ulysse nonaginta urbibus prædita insula dicitur: tum sane admitti hæc sententia apte posset; neque tamen, si vel illud concedamus, ea quæ sequuntur apud poetam, constant. Non enim probabile est, vel sub expeditionem Idomenei vel post reditum ejus, urbes istas ab ejus hostibus fuisse abolitas; quippe Homerus quum dicat (φήσας) (*Od.* 3,191):

Idomeneus Cretam socios traduxerat omnes
ex bello profugos; nullum maris abstulit unda,

etiam istius urbium eversionis mentionem facturus fuisset. Nec enim Ulysses quidem eam dicetur habuisse cognitam, qui cum nemine Græcorum vel in suis erroribus vel postmodo convenisset: at ille (*sc.* Nestor. *v. Od.* 3, 191) qui et in expeditione socius Idomeneo fuisset, et una domum incolumis rediisset, ignorasse, quid domi ei vel expeditionis tempore vel sub reditum accidisset. Verum etiam post reditum illud fieri non potuit. Nam si cum omnibus sociis salvus Idomeneus rediit, plus habuit virium quam ut hostes ei decem urbes valerent eripere. Hæc ergo est regionis Cretensis descriptio.

16. De republica eorum, quam Ephorus descripsit, sufficiet præcipua percurrere. Videtur autem, ut Ephorus inquit, legumlator maximum urbibus bonum supposuisse libertatem: solam enim hanc bona propria eorum facere, qui ipsa possideant; in servitute enim bona imperantium esse, non imperio subjectorum; libertatem vero nactos debere eam custodire; concordiam porro sequi post sublatam discordiam quæ ex avaritia et luxu exsistat: nam quicunque sobrie ac frugaliter vivant, iis neque invidiam esse neque injuriam et contumeliam, neque odium in æquales. Itaque pueros ab illo jussos esse commeare in Agelas, quas vocabant, quasi greges; adultos autem in syssitiis quæ Andria vocantur, communi uti convictu (ἐντ. συσσιτ.... σιτεῖσθαι), ut publico sumtu victum capientes pauperes cum divitibus æquali conditione viverent. Ne autem timiditas, sed ut fortitudo prævaleret, a puero armis et laboribus eos adsuefecisse, adeo ut despicere possent æstum, frigus, asperam acclivemque viam et ictus, quos exciperent in gymnasiis et

σύνταγμα· ἀσκεῖν δὲ καὶ τοξικῇ καὶ ἐνοπλίῳ ὀρχήσει, ἣν καταδεῖξαι Κουρῆτα πρῶτον, ὕστερον δὲ † καὶ συντάξαντα τὴν κληθεῖσαν ἀπ' αὐτοῦ πυρρίχην, ὥστε μηδὲ τὴν παιδιὰν ἄμοιρον εἶναι τῶν πρὸς πόλεμον χρησίμων· ὡς δ' αὔτως καὶ τοῖς ῥυθμοῖς Κρητικοῖς χρῆσθαι κατὰ τὰς ᾠδὰς συντονωτάτοις οὖσιν, οὓς Θάλητα ἀνευρεῖν, ᾧ καὶ τοὺς παιᾶνας καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐπιχωρίους ᾠδὰς ἀνατιθέασι καὶ πολλὰ τῶν νομίμων, καὶ ἐσθῆτι δὲ καὶ ὑποδέσει πολεμικῇ χρῆσθαι, καὶ τῶν δώρων τιμιώτατα αὐτοῖς εἶναι τὰ ὅπλα.

17. Λέγεσθαι δ' ὑπό τινων, ὡς Λακωνικὰ εἴη τὰ πολλὰ τῶν νομιζομένων Κρητικῶν, τὸ δ' ἀληθές, εὑρῆσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων, ἠκριβωκέναι δὲ τοὺς Σπαρτιάτας, τοὺς δὲ Κρῆτας ὀλιγωρῆσαι, κακωθεισῶν τῶν πόλεων, καὶ μάλιστα τῆς Κνωσσίων, τῶν πολεμικῶν· μεῖναι δέ τινα τῶν νομίμων παρὰ Λυττίοις καὶ Γορτυνίοις καὶ ἄλλοις τισὶ πολιχνίοις μᾶλλον, ἢ παρ' ἐκείνοις· καὶ δὴ καὶ τὰ Λυττίων νόμιμα ποιεῖσθαι μαρτύρια τοὺς τὰ Λακωνικὰ πρεσβύτερα ἀποφαίνοντας· ἀποίκους γὰρ ὄντας φυλάττειν τὰ τῆς μητροπόλεως ἔθη, ἐπεὶ ἄλλως γε εὔηθες εἶναι τὸ τοὺς βέλτιον συνεστῶτας καὶ πολιτευομένους τῶν χειρόνων ζηλωτὰς ἀποφαίνειν· οὐκ εὖ δὲ ταῦτα λέγεσθαι· οὔτε γὰρ ἐκ τῶν νῦν καθεστηκότων τὰ παλαιὰ τεκμηριοῦσθαι δεῖν, εἰς τἀναντία ἑκατέρων μεταπεπτωκότων· καὶ γὰρ ναυκρατεῖν πρότερον τοὺς Κρῆτας, ὥστε καὶ παροιμιάζεσθαι πρὸς τοὺς προσποιουμένους μὴ εἰδέναι ἃ ἴσασιν: Ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλατταν, νῦν δ' ἀποβεβληκέναι τὸ ναυτικόν· [οὔτε] ὅτι ἄποικοί τινες τῶν πόλεων γεγόνασι τῶν ἐν Κρήτῃ Σπαρτιατῶν, ἐν τοῖς ἐκείνων νομίμοις ἐπηναγκάσθαι· πολλὰς γοῦν τῶν ἀποικίδων μὴ φυλάττειν τὰ πάτρια, πολλὰς δὲ καὶ τῶν μὴ ἀποικίδων ἐν Κρήτῃ τὰ αὐτὰ ἔχειν τοῖς ἀποίκοις ἔθη.

18. Τῶν τε Σπαρτιατῶν τὸν νομοθέτην Λυκοῦργον πέντε γενεαῖς νεώτερον Ἀλθαιμένους εἶναι τοῦ στείλαντος τὴν εἰς Κρήτην ἀποικίαν· τὸν μὲν γὰρ ἱστορεῖσθαι Κίσσου παῖδα τοῦ τὸ Ἄργος κτίσαντος περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἡνίκα Προκλῆς τὴν Σπάρτην συνῴκιζε, Λυκοῦργον δ' ὁμολογεῖσθαι παρὰ πάντων ἕκτον ἀπὸ Προκλέους γεγονέναι· τὰ δὲ μιμήματα μὴ εἶναι πρότερα τῶν παραδειγμάτων μηδὲ τὰ νεώτερα τῶν πρεσβυτέρων· τήν τε ὄρχησιν τὴν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιχωριάζουσαν καὶ τοὺς ῥυθμοὺς καὶ παιᾶνας τοὺς κατὰ νόμον ᾀδομένους καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν νομίμων Κρητικὰ καλεῖσθαι παρ' αὐτοῖς, ὡς ἂν ἐκεῖθεν ὁρμώμενα· τῶν δ' ἀρχείων τὰ μὲν καὶ τὰς διοικήσεις ἔχειν τὰς αὐτὰς καὶ τὰς ἐπωνυμίας, ὥσπερ καὶ τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν καὶ τὴν τῶν ἱππέων (πλὴν ὅτι τοὺς ἐν Κρήτῃ ἱππέας καὶ ἵππους κεκτῆσθαι συμβέβηκεν· ἐξ οὗ τεκμαίρονται πρεσβυτέραν εἶναι τῶν ἐν Κρήτῃ ἱππέων τὴν ἀρχήν· σώζειν γὰρ τὴν ἐτυμότητα τῆς προσηγορίας· τοὺς δὲ μὴ ἱπποτροφεῖν), τοὺς ἐφόρους δὲ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐν Κρήτῃ κόσμοις διοικοῦντας ἑτέρως ὠνομάσθαι· τὰ δὲ συσσίτια ἀνδρεῖα παρὰ μὲν τοῖς Κρησὶν

ordinariis pugnis; exercuisse etiam eos sagittando et armata saltatione, quam Curetes ( Κουρῆτας ) primi invenissent, post autem [ *excoluisset Pyrrhichus, qui* ] etiam ab ipso dictam pyrrhichen instituisset: ut ne ludus quidem expers esset rerum ad bella utilium. Sic et rhythmis, quos Creticos vocant, uti docuisse contentissimis in cantilena, quos invenisset Thales, cui pæanes quoque et reliqua usitata istis carmina, multaque præterea instituta adscriberentur. Jussisse etiam veste et calceo militaribus uti, et de donis principem honorem armis deferre.

17. Ait præterea, quosdam esse qui dicant, ea quæ Cretensium censeantur instituta, Spartanorum esse: quum re vera Cretenses ea excogitaverint, Spartani accuratius elaboraverint; Cretenses vero neglexisse, afflictis urbibus earum bellicosis, maxime Cnosso: quædam etiam instituta apud Lyctios, Gortynios et in aliis quibusdam oppidulis diutius quam apud illos mansisse. Lyctiorum quoque mores in testimonium trahi ab his, qui Laconicos antiquiores putent: colonos enim eos Spartanorum, servare metropolis suæ instituta; alioquin ineptum esse, ut, quorum respublica et status sit melior, deteriorum æmuli censeantur. Hæc vero haud recte dici; neque enim judicium de antiquis ex præsenti statu faciendum esse, utrinque in contrarium facta mutatione; nam olim Cretenses etiam maris tenuisse imperium, adeo ut in eos qui quæ sciant nescire se simulent, proverbium usurpetur: Cretensis mare ignorat; nunc vero amisisse potentiam classicam. Neque, quia urbes quædam in Creta coloniæ sint Spartanorum, ideo horum quoque instituta tenere coactas esse: quum coloniæ multæ patrios non sequantur mores, et in Creta multæ urbes, a Spartanis non ortæ, tamen quibus coloniæ illæ stent institutis.

18. Porro Lycurgum qui Lacedæmoniis leges posuisset, quinque ætatibus posteriorem esse Althæmene, coloniæ in Cretam duce; hunc enim tradi Cissi filium fuisse, ejus qui Argos condidisset ea tempestate, qua Procles Spartam colonis frequentasset; Lycurgum autem communi omnium consensu sextum fuisse a Procle; exempla vero exemplaribus et recentiora antiquioribus non esse priora; saltationemque, quæ in usu apud Lacedæmonios sit, et rhythmos ac pæanes, qui ex lege canantur, aliaque multa instituta, Cretica apud eos vocari, utpote e Creta petita; magistratuum ( *codd.* ἀρχαίων ) etiam partem eandem administrationem eademque nomina habere, sicuti etiam seniorum ordinem et equitum ( nisi quod in Creta equitibus etiam sint equi, unde concludunt apud Cretenses antiquiorem esse eorum dignitatem, quippe quæ veritatem nominis servet; Lacedæmoniis equitibus eos non alentibus ); Ephoros, quum eadem agant, quæ Cosmi Cretensium, nomine duntaxat differre; Syssitia autem Cretensibus etiamnum Andria dici,

καὶ νῦν ἔτι καλεῖσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Σπαρτιάταις μὴ διαμεῖναι καλούμενα ὁμοίως πρότερον· παρ' Ἀλκμᾶνι γοῦν οὕτω κεῖσθαι·

φοίναις δὲ καὶ ἐν θιάσοισιν
ἀνδρείων παρὰ δαιτυμόνεσσι πρέπει παιᾶνα κατάρχειν.

19. Λέγεσθαι δ' ὑπὸ τῶν Κρητῶν, ὡς καὶ παρ' αὐτοὺς ἀφίκοιτο Λυκοῦργος κατὰ τοιαύτην αἰτίαν· ἀδελφὸς ἦν πρεσβύτερος τοῦ Λυκούργου Πολυδέκτης· οὗτος τελευτῶν ἔγκυον κατέλιπε τὴν γυναῖκα· τέως μὲν οὖν ἐβασίλευεν ὁ Λυκοῦργος ἀντὶ τοῦ ἀδελφοῦ, γενομένου δὲ παιδός, ἐπετρόπευεν ἐκεῖνον, εἰς ὃν ἡ ἀρχὴ καθήκουσα ἐτύγχανε· λοιδορούμενος δή τις αὐτῷ σαφῶς εἶπεν εἰδέναι, διότι βασιλεύσοι· λαβὼν δ' ὑπόνοιαν ἐκεῖνος, ὡς ἐκ τοῦ λόγου τούτου διαβάλλοιτο ἐπιβουλὴ ἐξ αὐτοῦ τοῦ παιδός, δείσας, μὴ ἐκ τύχης ἀποθανόντος αἰτίαν αὐτὸς ἔχοι παρὰ τῶν ἐχθρῶν, ἀπῆρεν εἰς Κρήτην· ταύτην μὲν δὴ λέγεσθαι τῆς ἀποδημίας αἰτίαν, ἐλθόντα δὲ πλησιάσαι Θάλητι μελοποιῷ ἀνδρὶ καὶ νομοθετικῷ, ἱστορήσαντα δὲ παρ' αὐτοῦ τὸν τρόπον, ὃν Ῥαδάμανθύς τε πρότερον καὶ ὕστερον Μίνως, ὡς παρὰ τοῦ Διός, τοὺς νόμους ἐκφέροι εἰς ἀνθρώπους, γενόμενον δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ καταμαθόντα καὶ τὰ ἐκεῖ νόμιμα, ἐντυχόντα δ', ὥς φασί τινες, καὶ Ὁμήρῳ διατρίβοντι ἐν Χίῳ, καταῖραι πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν, καταλαβεῖν δὲ τὸν τοῦ ἀδελφοῦ υἱόν, τὸν Πολυδέκτου Χαρίλαον, βασιλεύοντα· εἶθ' ὁρμῆσαι διαθεῖναι τοὺς νόμους, φοιτῶντα ὡς τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς, κἀκεῖθεν κομίζοντα τὰ προστάγματα, καθάπερ οἱ περὶ Μίνω ἐκ τοῦ ἄντρου τοῦ Διὸς παραπλήσια ἐκείνοις τὰ πλείω.

20. Τῶν [δὲ] Κρητικῶν τὰ κυριώτατα τῶν καθ' ἕκαστα τοιαῦτα εἴρηκε. γαμεῖν μὲν ἅμα πάντες ἀναγκάζονται παρ' αὐτοῖς οἱ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκ τῆς τῶν παίδων ἀγέλης ἐκκριθέντες, οὐκ εὐθὺς δ' ἄγονται παρ' ἑαυτοὺς τὰς γαμηθείσας παῖδας, ἀλλ' ἐπὰν ἤδη διοικεῖν ἱκαναὶ ὦσι τὰ περὶ τοὺς οἴκους· φερνὴ δ' ἐστίν, ἂν ἀδελφοὶ ὦσι, τὸ ἥμισυ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ μερίδος· παῖδας δὲ γράμματά τε μανθάνειν καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδάς καί τινα εἴδη τῆς μουσικῆς· τοὺς μὲν οὖν ἔτι νεωτέρους εἰς τὰ συσσίτια ἄγουσι τὰ ἀνδρεῖα· χαμαὶ δὲ καθήμενοι διαιτῶνται μετ' ἀλλήλων ἐν φαύλοις τριβωνίοις καὶ χειμῶνος καὶ θέρους τὰ αὐτά, διακονοῦσί τε καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἀνδράσι· συμβάλλουσι [δ'] εἰς μάχην καὶ οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ συσσιτίου πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς ἕτερα συσσίτια· καθ' ἕκαστον δὲ ἀνδρεῖον ἐφέστηκε παιδονόμος· οἱ δὲ μείζους εἰς τὰς ἀγέλας ἄγονται· τὰς δ' ἀγέλας συνάγουσιν οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν παίδων καὶ δυνατώτατοι, ἕκαστος ὅσους πλείστους οἷός τέ ἐστιν ἀθροίζων· ἑκάστης δὲ τῆς ἀγέλης ἄρχων ἐστὶν ὡς τὸ πολὺ ὁ πατὴρ τοῦ συναγαγόντος, κύριος ὢν ἐξάγειν ἐπὶ θήραν καὶ δρόμους, τὸν δ' ἀπειθοῦντα κολάζειν· τρέφονται δὲ δημοσίᾳ· τακταῖς δέ τισιν ἡμέραις ἀγέλη πρὸς ἀγέλην συμβάλλει μετὰ αὐλοῦ καὶ

ut et Lacedæmoniis olim, qui tamen nomen mutaverint; apud Alcmanem certe legi:

In cœnis et choris apud andriorum convivas,
age pæana canamus.

19. Venisse etiam ad ipsos Lycurgum tali de causa, Cretenses, inquit, narrant. Polydectes frater fuit Lycurgi natuque eo major: is moriens uxorem reliquit prægnantem. Aliquamdiu fratris loco regnum gessit Lycurgus, natoque filio, tutor ejus fuit, ad quem regnum pertinebat; quum autem quidam ipsi conviciandi causa objecisset, certo se scire, eum regem fore: suspicans Lycurgus ex ejusmodi sermone sibi calumniam intentari posse de insidiis puero a se structis, ac veritus ne, si quid huic humanitus accideret, inimici culpam in ipsum conferrent, in Cretam abiit. Hanc igitur ait peregrinationis ejus causam ferri; Lycurgum vero, ut in Cretam venerit, adjunxisse se ad Thaletem, qui lyrica carmina et leges condebat: quumque ex eo didicisset modum, quem Rhadamanthys prius, deinde Minos usurpassent, ut leges se a Jove acceptas promulgare dicerent: atque in Ægypto etiam fuisset, et ejus quoque gentis instituta percepisset, et cum Homero quoque, ex nonnullorum sententia, in Chio degente, collocutus esset, domum esse reversum: quumque ibi Charilaum, Polydectæ fratris sui filium, regnantem invenisset, ad condendum leges se contulisse, ad deum, qui apud Delphos est, profectum, indeque mandata apportantem, qualia Minos ex antro Jovis se afferre prætendit, similia iis plurima.

20. De singulis autem Cretensium institutis potiora hæc Ephorus retulit. Universi apud Cretenses cogebantur uxores ducere, qui eodem tempore e puerorum cœtu essent excreti; non autem confestim nuptas domum deducebant, sed quum jam ad rem familiarem administrandam eæ essent redditæ idoneæ. Dos est, siquidem fratres sunt, dimidium portionis fraternæ. Pueros litteras discere cogunt et præscripta legibus carmina quosdamque modos musicos. Juniores in syssitia adducunt, quæ andria vocantur: ibi desidentes humi una cibum capiunt, vilibus in palliolis, quæ eadem sunt hyeme atque æstate: ministrant et sibi invicem et viris. In pugnam coeunt et qui ejusdem sunt syssitii inter sese et cum aliis syssitiis. In quovis andriorum præest puerorum magister: pædonomon ipsi vocant; adultiores in Agelas deducuntur; Agelas vero congregant puerorum illustrissimi atque potentissimi, quisque quam potest plurimos colligens. Unicuique Agelæ præest plerumque pater conducentis, potestatem habens educendi ad venationem et cursum, et puniendi inobedientem. Nutriuntur publice. Statis quibusdam diebus Agela contra Agelam ad tibiæ lyræque sonos gressu rhythmico in pugnam exit, sicuti

λύρας εἰς μάχην ἐν ῥυθμῷ, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς εἰώθασιν, ἐκφέρουσι δὲ καὶ τὰς πληγάς, τὰς μὲν διὰ χειρός, τὰς δὲ καὶ δι' ὅπλων σιδηρῶν.

21. Ἴδιον δ' αὐτοῖς τὸ περὶ τοὺς ἔρωτας νόμιμον· οὐ γὰρ πειθοῖ κατεργάζονται τοὺς ἐρωμένους, ἀλλ' ἁρπαγῇ· προλέγει τοῖς φίλοις πρὸ τριῶν ἢ πλειόνων ἡμερῶν ὁ ἐραστής, ὅτι μέλλει τὴν ἁρπαγὴν ποιεῖσθαι· τοῖς δ' ἀποκρύπτειν μὲν τὸν παῖδα ἢ μὴ ἐᾶν πορεύεσθαι τὴν τεταγμένην ὁδὸν τῶν αἰσχίστων ἐστίν, ὡς ἐξομολογουμένοις, ὅτι ἀνάξιος ὁ παῖς εἴη τοιούτου ἐραστοῦ τυγχάνειν. συνιόντες δ', ἂν μὲν τῶν ἴσων ἢ τῶν ὑπερεχόντων τις ᾖ τοῦ παιδὸς τιμῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁ ἁρπάζων, ἐπιδιώκοντες ἀνθήψαντο μόνον μετρίως, τὸ νόμιμον ἐκπληροῦντες, τἆλλα δ' ἐπιτρέπουσιν ἄγειν χαίροντες· ἂν δ' ἀνάξιος, ἀφαιροῦνται· πέρας δὲ τῆς ἐπιδιώξεώς ἐστιν, ἕως ἂν ἀχθῇ ὁ παῖς εἰς τὸ τοῦ ἁρπάσαντος ἀνδρεῖον. ἐράσμιον δὲ νομίζουσιν οὐ τὸν κάλλει διαφέροντα, ἀλλὰ τὸν ἀνδρείᾳ καὶ κοσμιότητι· καὶ δωρησάμενος ἀπάγει τὸν παῖδα τῆς χώρας εἰς ὃν βούλεται τόπον· ἐπακολουθοῦσι δὲ τῇ ἁρπαγῇ οἱ παραγενόμενοι, ἑστιαθέντες δὲ καὶ συνθηρεύσαντες δίμηνον (οὐ γὰρ ἔξεστι πλείω χρόνον κατέχειν τὸν παῖδα) εἰς τὴν πόλιν καταβαίνουσιν. ἀφίεται δ' ὁ παῖς, δῶρα λαβὼν στολὴν πολεμικὴν καὶ βοῦν καὶ ποτήριον (ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸν νόμον δῶρα) καὶ ἄλλα πλείω καὶ πολυτελῆ, ὥστε συνερανίζειν τοὺς φίλους διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀναλωμάτων. τὸν μὲν οὖν βοῦν θύει τῷ Διὶ καὶ ἑστιᾷ τοὺς συγκαταβαίνοντας· εἶτ' ἀποφαίνεται περὶ τῆς πρὸς τὸν ἐραστὴν ὁμιλίας, εἴτ' ἀσμενίζων τετύχηκεν, εἴτε μή, τοῦ νόμου τοῦτ' ἐπιτρέψαντος, ἵν', εἴ τις αὐτῷ βία προσενήνεκται κατὰ τὴν ἁρπαγήν, ἐνταῦθα παρῇ τιμωρεῖν ἑαυτῷ καὶ ἀπαλλάττεσθαι. τοῖς δὲ καλοῖς τὴν ἰδέαν καὶ προγόνων ἐπιφανῶν ἐραστῶν μὴ τυχεῖν [αἰσχρόν], ὡς διὰ τὸν τρόπον τοῦτο παθοῦσιν. ἔχουσι δὲ τιμὰς οἱ παρασταθέντες (οὕτω γὰρ καλοῦσι τοὺς ἁρπαγέντας)· ἔν τε γὰρ τοῖς χοροῖς καὶ τοῖς δρόμοις ἔχουσι τὰς ἐντιμοτάτας χώρας, τῇ τε στολῇ κοσμεῖσθαι διαφερόντως τῶν ἄλλων ἐφίεται τῇ δοθείσῃ παρὰ τῶν ἐραστῶν, καὶ οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ τέλειοι γενόμενοι διάσημον ἐσθῆτα φέρουσιν, ἀφ' ἧς γνωσθήσεται ἕκαστος κλεινὸς γενόμενος· τὸν μὲν γὰρ ἐρώμενον καλοῦσι κλεινόν, τὸν δ' ἐραστὴν φιλήτορα. ταῦτα μὲν τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας νόμιμα.

22. Ἄρχοντας δὲ δέκα αἱροῦνται· περὶ δὲ τῶν μεγίστων συμβούλοις χρῶνται τοῖς γέρουσι καλουμένοις· καθίστανται δ' εἰς τοῦτο τὸ συνέδριον οἱ τῆς τῶν κόσμων ἀρχῆς ἠξιωμένοι καὶ τἆλλα δόκιμοι κρινόμενοι. ἀξίαν δ' ἀναγραφῆς τὴν τῶν Κρητῶν πολιτείαν ὑπέλαβον διά τε τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν δόξαν· οὐ πολλὰ δὲ διαμένει τούτων τῶν νομίμων, ἀλλὰ τοῖς Ῥωμαίων διατάγμασι τὰ πλεῖστα διοικεῖται, καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις συμβαίνει.

Cretenses etiam in prœliis bellicis facere solent : ictus quoque inferunt partim manu, partim etiam armis ferreis (*ligneis?* ξυλίνων).

21. Peculiarem habent amoris morem. Non enim persuadendo, sed raptione amasios comparant. Prædicit amator amicis ejus tribus aut pluribus ante diebus, se rapturum esse : illis vero turpissimum habetur, occultare puerum, aut non sinere statuta ire via, quippe sic confessuris, puerum indignum esse qui tali amatore potiretur. Ergo facto agmine, siquidem raptor aut æqualis sit, aut etiam puerum honore reliquisque præcellat, insequentes eum leviter duntaxat reluctantur, ut legi satisfaciant, porro autem læti eum sinunt abduci; sin indignus sit, eum eripiunt; eo usque autem insequuntur, donec ad raptoris andrium perveniatur. Amabilem existimant, non qui forma, sed qui fortitudine et modestia præstat. Raptum amator donis affectum in agrum abducit quocunque vult locorum; comitantur eum, qui raptioni interfuerunt : convivio autem et venatione usi per bimestre (diutius enim detinere puerum non licet) in urbem redeunt. Dimittitur puer postquam dona accepit amiculum bellicum, bovem et poculum (ea quidem sunt legitima munera) et præterea alia complura et sumtuosa, adeo ut ob sumtuum magnitudinem etiam amici stipem conferant. Puer bovem Jovi immolat, et, qui comitati erant, convivio excipit; deinde de consuetudine sua cum raptore pronunciat, gratiane hæc ei, an secus fuerit, lege hoc permittente, ut, si inter raptum violenter habitus esset amasius, discedere ab amatore et pœnas exigere possit. Formosis et illustri genere ortis [*turpe est*] nullum habere amatorem : moribus enim hoc eorum imputatur. Honor porro habetur raptis; nam et in choreis et in cursu locus iis primarius attribuitur, et veste permissum est ut ceteris splendidiore utantur, ab amatore dono data : neque tum modo, sed adulti etiam vestem gerunt insignem, qua agnoscuntur clini fuisse : amasium enim sic vocant, quasi clarum, amatorem autem philetorem. Atque hæc quidem circa amores eorum instituta sunt.

22. Principes eligunt decem : de summis rebus consiliarios adhibent, qui Seniores vocantur : cooptantur autem in illud collegium, qui Cosmorum magistratu digni habiti sunt, ac alias probi censentur. Dignam ego descriptione Cretensium duxi rempublicam, quum quia singularis est, tum ob gloriam. Haud multa vero istorum institutorum permanserunt, quum (ut et in reliquis fit provinciis) pleraque Romanis constitutionibus gubernentur.

## ΚΕΦ. Ε'.

Περὶ δὲ τὴν Κρήτην εἰσὶ νῆσοι, Θήρα μέν, ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων, καὶ πλησίον ταύτης Ἀνάφη, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Αἰγλήτου Ἀπόλλωνος ἱερόν. λέγει δὲ καὶ Καλλίμαχος τοτὲ μὲν οὕτως·

> Αἰγλήτην Ἀνάφην τε, Λακωνίδι γείτονα Θήρᾳ·

τοτὲ δὲ τῆς Θήρας μνησθείς·

> μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης.

ἔστι δὲ μακρὰ ἡ Θήρα, διακοσίων οὖσα τὴν περίμετρον σταδίων, κειμένη δὲ κατὰ Δίαν νῆσον τὴν πρὸς Ἡρακλείῳ τῷ Κνωσσίῳ, διέχει δὲ τῆς Κρήτης εἰς ἑπτακοσίους· πλησίον δ' αὐτῆς ἥ τε Ἀνάφη καὶ Θηρασία. ταύτης δ' εἰς ἑκατὸν ἀπέχει νησίδιον Ἴος, ἐν ᾧ κεχηδεῦσθαί τινές φασι τὸν ποιητὴν Ὅμηρον· ἀπὸ δὲ τῆς Ἴου πρὸς ἑσπέραν ἰόντι Σίκινος καὶ Λάγουσα καὶ Φολέγανδρος, ἣν Ἄρατος σιδηρείην ὀνομάζει διὰ τὴν τραχύτητα· ἐγγὺς δὲ τούτων Κίμωλος, ὅθεν ἡ γῆ ἡ Κιμωλία· ἔνθεν ἡ Σίφνος ἐν ὄψει ἐστίν, ἐφ' ᾗ λέγουσι Σίφνιον ἀστράγαλον διὰ τὴν εὐτέλειαν. ἔτι δ' ἐγγυτέρω καὶ τῆς Κιμώλου καὶ τῆς Κρήτης ἡ Μῆλος, ἀξιολογωτέρα τούτων, διέχουσα τοῦ Ἑρμιονικοῦ ἀκρωτηρίου, τοῦ Σκυλλαίου, σταδίους ἑπτακοσίους· τοσούτους δὲ σχεδόν τι καὶ τοῦ Δικτυνναίου. Ἀθηναῖοι δέ ποτε πέμψαντες στρατείαν, ἡβηδὸν κατέσφαξαν τοὺς πλείους. αὗται μὲν οὖν ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει, ἐν δὲ τῷ Αἰγαίῳ μᾶλλον αὐτή τε ἡ Δῆλος καὶ αἱ περὶ αὐτὴν Κυκλάδες καὶ αἱ ταύταις προσκείμεναι Σποράδες, ὧν εἰσι καὶ αἱ λεχθεῖσαι περὶ τὴν Κρήτην.

2. Ἡ μὲν οὖν Δῆλος ἐν πεδίῳ κειμένην ἔχει τὴν πόλιν καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τὸ Λητῷον, ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ὄρος ψιλὸν ὁ Κύνθος καὶ τραχύ, ποταμὸς δὲ διαρρεῖ τὴν νῆσον Ἰνωπὸς οὐ μέγας· καὶ γὰρ ἡ νῆσος μικρά. τετίμηται δὲ ἐκ παλαιοῦ διὰ τοὺς θεοὺς ἀπὸ τῶν ἡρωικῶν χρόνων ἀρξαμένη· μυθεύεται γὰρ ἐνταῦθα ἡ Λητὼ τὰς ὠδῖνας ἀποθέσθαι τοῦ τε Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀρτέμιδος·

> ἦν γὰρ τοπάροιθε φορητὰ ( φησὶν ὁ Πίνδαρος ) κυμάτεσσι
> παντοδαπῶν [τ'] ἀνέμων
> ῥιπαῖσιν· ἀλλ' ἁ Κοιογενὴς ὁπότ' ὠδίνεσσι θύοισ'
> ἀγχιτόκοις † ἐπιβαίνειν, δὴ τότε τέσσαρες ὀρθαὶ
> πρέμνων ἀπώρουσαν χθονίων,
> ἂν δ' ἐπικράνοις σχέθον πέτραν ἀδαμαντοπέδιλοι
> κίονες· ἔνθα τεκοῖσ' εὐδαίμον' ἐπόψατο γένναν.

ἔνδοξον δ' ἐποίησαν αὐτὴν αἱ περιοικίδες νῆσοι, καλούμεναι Κυκλάδες, κατὰ τιμὴν πέμπουσαι δημοσίᾳ θεωρούς τε καὶ θυσίας καὶ χοροὺς παρθένων πανηγύρεις τε ἐν αὐτῇ συνάγουσαι μεγάλας.

3. Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν δώδεκα λέγονται· προσεγένοντο δὲ καὶ πλείους. Ἀρτεμίδωρος γοῦν [ιε'] διαριθμεῖται περὶ τῆς Ἑλένης εἰπών, ὅτι ἀπὸ Θορίκου μέχρι Σουνίου παράκειται, μακρά, σταδίων ὅσον ἑξήκοντα τὸ μῆκος· ἀπὸ ταύτης γάρ, φησίν, αἱ καλούμεναι Κυ-

## CAP. V.

**Circa Cretam insulæ sunt, Thera, Cyrenæorum metropolis, Lacedæmoniorum colonia, et vicina huic Anaphe, in qua Ægletæ Apollinis est templum. Callimachus quoque harum meminit altero loco sic dicens :**

> **Atque Ægleta, Anaphe, Spartanæ proxima Theræ :**

**altero loco de Thera :**

> **Nostræ insignis equis mater ea est patriæ.**

**Longa est Thera, ambitu stadiorum ducentorum, sita e regione Diæ insulæ, quæ est ad Heracleum Cnossiorum; abest a Creta ad septingenta stadia. Propinquæ ei sunt Anaphe et Therasia. Ab hac centum stadiorum intervallo abest Ios, parva insula, ubi quidam funeratum aiunt Homerum. Ab Io si occasum versus naviges, Sicinus (*codd.* Sicenus) est et Lagusa et Pholegandrus, quam ob asperitatem Aratus ferream vocat. Prope has Cimolus, unde Cimolia terra. Hinc Siphnus conspicitur, cujus ob vilitatem Siphnius taxillus proverbio dicitur. *Vicinior Cimolo* ac Cretæ jacet Melus, insula illis memorabilior, distans a Scyllæo, Hermionico promontorio, stadiis septingentis, totidemque fere etiam a Dictynnæo. Athenienses aliquando misso in eam exercitu puberes plerosque trucidaverunt. Hæ sunt in Cretico mari insulæ. In Ægæo autem magis Delus et circa eam Cyclades, ac sitæ ad has Sporades, in quibus et illæ sunt, quas circa Cretam positas commemoravi.**

**2. Delus urbem habet in planitie sitam, et fana Apollinis atque Latonæ. Supra urbem est mons nudus (*codd.* altus, ὑψηλὸν) atque asper, Cynthus; perfluit insulam Inopus, fluvius non magnus, quum insula quoque sit parva. Antiquitus, jam inde ab heroicis temporibus, in magno fuit hæc insula honore. Fabulæ enim perhibent, ibi Latonam, partus doloribus solutam, in lucem edidisse *Apollinem* et Dianam.**

> **Erat enim antea vaga ( ut Pindarus ait ) fluctibus omnige-**
> **[ numque ventorum**
> **procellis; verum Cœi soboles quum doloribus correpta**
> **instantis partus, gradum in ea posuit ( ἐπέβαινεν ), tum**
> **e terræ radicibus exortæ sunt [ quattuor rectæ**
> **et capitulis suis rupem sustinuerunt adamantina basi firmatæ**
> **columnæ ; ibi parens beatam conspexit sobolem.**

**Celebrem eam fecerunt circumpositæ insulæ Cyclades dictæ, quæ in honorem ejus mittebant sacrorum legatos et victimas et choros virginum, ac solemnes ibi conventus constituebant.**

**3. Initio duodecim Cyclades numerabantur; sed accesserunt his aliæ complures. Artemidorus [15] enumerat postquam de Helena insula dixit eam a Thorico usque ad Sunium juxta Atticam porrigi, longitudine sexaginta circiter stadiorum; « Ab hac enim, inquit, incipiunt Cyclades. » Nominat**

κλάδες εἰσίν· ὀνομάζει δὲ Κέω, τὴν ἐγγυτάτω τῇ Ἑλένῃ, καὶ μετὰ ταύτην Κύθνον καὶ Σέριφον καὶ Μῆλον καὶ Σίφνον καὶ Κίμωλον καὶ Πρεπέσινθον καὶ Ὠλίαρον καὶ πρὸς ταύταις Πάρον, Νάξον, Σῦρον, Μύκονον, Τῆνον, Ἄνδρον, Γύαρον. τὰς μὲν οὖν ἄλλας τῶν δώδεκα νομίζω, τὴν δὲ Πρεπέσινθον καὶ Ὠλίαρον καὶ Γύαρον ἧττον· ὧν τῇ Γυάρῳ προσορμισθεὶς ἔγνων κώμιον ὑπὸ ἁλιέων συνοικούμενον· ἀπαίροντες δ' ἐδεξάμεθα πρεσβευτὴν ἐνθένδε ὡς Καίσαρα προκεχειρισμένον, τῶν ἁλιέων τινά (ἦν δ' ἐν Κορίνθῳ Καῖσαρ, βαδίζων ἐπὶ τὸν θρίαμβον τὸν Ἀκτιακόν)· συμπλέων δὴ ἔλεγε πρὸς τοὺς πυθομένους, ὅτι πρεσβεύοι περὶ κουφισμοῦ τοῦ φόρου· τελοῖεν γὰρ δραχμὰς ἑκατὸν πεντήκοντα, καὶ τὰς ἑκατὸν χαλεπῶς ἂν τελοῦντες. δηλοῖ δὲ τὰς ἀπορίας αὐτῶν καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς κατὰ λεπτόν·

ὦ Λητοῖ, σὺ μὲν ἤ με σιδηρείῃ Φολεγάνδρῳ,
δειλῇ ἢ Γυάρῳ παρελεύσεαι αὐτίχ' ὁμοίην.

4. Τὴν μὲν οὖν Δῆλον ἔνδοξον γενομένην οὕτως ἔτι μᾶλλον ηὔξησε κατασκαφεῖσα ὑπὸ Ῥωμαίων Κόρινθος. ἐκεῖσε γὰρ μετεχώρησαν οἱ ἔμποροι, καὶ τῆς ἀτελείας τοῦ ἱεροῦ προκαλουμένης αὐτοὺς καὶ τῆς εὐκαιρίας τοῦ λιμένος· ἐν καλῷ γὰρ κεῖται τοῖς ἐκ τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν πλέουσιν· ἥ τε πανήγυρις ἐμπορικόν τι πρᾶγμά ἐστι, καὶ συνήθεις ἦσαν αὐτῇ καὶ Ῥωμαῖοι τῶν ἄλλων μάλιστα, καὶ ὅτε συνειστήκει ἡ Κόρινθος· Ἀθηναῖοί τε λαβόντες τὴν νῆσον καὶ τῶν ἱερῶν ἅμα καὶ τῶν ἐμπόρων ἐπεμελοῦντο ἱκανῶς· ἐπελθόντες δ' οἱ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγοὶ καὶ ὁ ἀποστήσας τύραννος αὐτὴν διελυμήναντο πάντα, καὶ παρέλαβον ἐρήμην οἱ Ῥωμαῖοι πάλιν τὴν νῆσον, ἀναχωρήσαντος εἰς τὴν οἰκείαν τοῦ βασιλέως, καὶ διετέλεσε μέχρι νῦν ἐνδεῶς πράττουσα. ἔχουσι δ' αὐτὴν Ἀθηναῖοι.

5. Ῥήνεια δ' ἔρημον νησίδιόν ἐστιν ἐν τέτρασι τῆς Δήλου σταδίοις, ὅπου τὰ μνήματα τοῖς Δηλίοις ἐστίν. οὐ γὰρ ἔξεστιν ἐν αὐτῇ τῇ Δήλῳ θάπτειν οὐδὲ καίειν νεκρόν, οὐκ ἔξεστι δὲ οὐδὲ κύνα ἐν Δήλῳ τρέφειν. ὠνομάζετο δὲ καὶ Ὀρτυγία πρότερον.

6. Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε, λείπονται δὲ δύο, ἥ τε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία, εἰς ἃς συνεπολίσθησαν αἱ λοιπαί, ἡ μὲν Ποιήεσσα εἰς τὴν Καρθαίαν, ἡ δὲ Κορησσία εἰς τὴν Ἰουλίδα. ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος ὅ τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς καὶ Βακχυλίδης, ἀδελφιδοῦς ἐκείνου, καὶ μετὰ ταῦτα Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρὸς καὶ τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων Ἀρίστων, ὁ τοῦ Βορυσθενίτου Βίωνος ζηλωτής. παρὰ τούτοις δὲ δοκεῖ τεθῆναί ποτε νόμος, οὗ μέμνηται καὶ Μένανδρος·

καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι, Φανία·
ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς οὐ ζῇ κακῶς.

προσέταττε γάρ, ὡς ἔοικεν, ὁ νόμος τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας κωνειάζεσθαι (καὶ) τοῦ διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν τροφήν· καὶ πολιορκουμένους δέ ποτε ὑπ' Ἀθηναίων ψηφίσασθαί φασι τοὺς πρεσβυτάτους ἐξ αὐτῶν ἀποθα-

deinde Ceon, vicinissimam Helenæ, post hanc Cythnum, Seriphum, Melum, Siphnum, Cimolum, Prepesinthum, Oliarum : item Naxum, Parum, Syrum, Myconum, Tenum, Andrum, Gyarum. De his reliquas ego in numero duodecim illarum pono : Prepesinthum autem, Oliarum et Gyarum non perinde. Ipse quum ad Gyarum appulissem, deprehendi ibi vicum exiguum esse, a piscatoribus habitatum. Inde quum discederemus, excepimus legatum isthinc ad Cæsarem missum, unum de piscatoribus (erat tum Corinthi Cæsar, ad triumphum proficiscens Actiacum). Is ergo legatus, una navigans, percunctantibus dicebat, se missum esse petendæ tributi diminutionis gratia : nam pendere ipsos centum quinquaginta drachmas, quum vel centum ægre possint. Paupertatem eorum etiam Aratus sic innuit in Minutis :

O Latona, tu me (*sc. insulam nescio quam*), quippe quæ ferreæ Pholegandro vel miseræ (*codd.* δειλή) Gyaro similis sim, illico præteribis.

Quoniam autem septentrionales partes Asiæ Taurus facit, quæ et intra Taurum dicuntur, primum de iis dicere visum est. Huc vero pertinent etiam ea, quæ in ipsis sunt montibus aut tota aut majori parte. Eorum quæ a Caspiis portis ortum versus jacent, simplicior est enarratio, ob incolarum feritatem : neque multum refert, huicne an illi climati (τῷδε ἢ τῷδε τῷ κλίματι) accenseantur. Occidua autem omnia largam dicendi copiam suppeditant : itaque pergendum est ad ea quæ Caspiis adjacent portis. Adjacet autem Media versus occasum, regio ampla et rerum quondam potita, sita in medio Tauro : is enim ibi locorum in multas finditur partes, magnasque convallium continet cavitates : quod fit etiam in Armenia.

2. Etenim hic mons a Caria quidem et Lycia incipit, sed neque latitudine ibi neque altitudine insigni spectandus. Primum assurgit alte apud Chelidonias, quæ sunt insulæ in principio oræ Pamphyliæ. Porrectus exinde versus orientem, convalles longas (μικρὰς *codd.*) Cilicum complectitur. Hinc ab una parte Amanus ab eo abscinditur, ab altera Antitaurus, in quo sita sunt Comana, urbs superioris Cappadociæ. Atque Antitaurus quidem in Cataonia desinit, Amanus vero mons usque ad Euphratem et Melitenam progreditur, juxta quam Commagena Cappadociæ adjacet : excipit autem montes trans Euphratem sitos, contiguos prædictis, nisi quod secat fluvius per medios transiens. Valde autem augetur ejus et altitudo et latitudo et in multas partes divisio. Pars igitur maxime australis proprie Taurus est, qui Armeniam a Mesopotamia dividit.

3. Ἐντεῦθεν δὲ ἀμφότεροι ῥέουσιν οἱ τὴν Μεσοποταμίαν ἐγκυκλούμενοι ποταμοὶ καὶ συνάπτοντες ἀλλήλοις ἐγγὺς κατὰ τὴν Βαβυλωνίαν, εἶτα ἐκδιδόντες εἰς τὴν κατὰ Πέρσας θάλατταν, ὅ τε Εὐφράτης καὶ Τίγρις. ἔστι δὲ καὶ μείζων ὁ Εὐφράτης καὶ πλείω διέξεισι χώραν σκολιῷ τῷ ῥείθρῳ, τὰς πηγὰς ἔχων ἐν τῷ προσβόρῳ μέρει τοῦ Ταύρου, ῥέων δ' ἐπὶ δύσιν διὰ τῆς Ἀρμενίας τῆς μεγάλης καλουμένης μέχρι τῆς μικρᾶς, ἐν δεξιᾷ ἔχων ταύτην, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὴν Ἀκιλισηνήν· εἶτ' ἐπιστρέφει πρὸς νότον, συνάπτει δὲ κατὰ τὴν ἐπιστροφὴν τοῖς Καππαδόκων ὁρίοις· δεξιᾷ δὲ ταῦτα ἀφεὶς καὶ τὰ τῶν Κομμαγηνῶν, ἀριστερᾷ δὲ τὴν Ἀκιλισηνὴν καὶ Σωφηνὴν τῆς μεγάλης Ἀρμενίας πρόεισιν ἐπὶ τὴν Συρίαν καὶ λαμβάνει πάλιν ἄλλην ἐπιστροφὴν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν καὶ τὸν Περσικὸν κόλπον. ὁ δὲ Τίγρις ἐκ τοῦ νοτίου μέρους τοῦ αὐτοῦ ὄρους ἐνεχθεὶς ἐπὶ τὴν Σελεύκειαν συνάπτει τῷ Εὐφράτῃ πλησίον καὶ ποιεῖ τὴν Μεσοποταμίαν πρὸς αὐτόν, εἶτ' ἐκδίδωσι καὶ αὐτὸς εἰς τὸν αὐτὸν κόλπον. διέχουσι δὲ ἀλλήλων αἱ πηγαὶ τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριος περὶ δισχιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους.

4. Ἀπὸ δ' οὖν τοῦ Ταύρου πρὸς ἄρκτον ἀποσχίδες πολλαὶ γεγόνασι, μία μὲν ἡ τοῦ καλουμένου Ἀντιταύρου· καὶ γὰρ ἐνταῦθα οὕτως ὠνομάζετο ὁ τὴν Σωφηνὴν ἀπολαμβάνων ἐν αὐλῶνι μεταξὺ κειμένῳ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Ταύρου. πέραν δὲ τοῦ Εὐφράτου κατὰ τὴν μικρὰν Ἀρμενίαν ἐφεξῆς τῷ Ἀντιταύρῳ πρὸς ἄρκτον ἐπεκτείνεται μέγα ὄρος καὶ πολυσχιδές· καλοῦσι δὲ τὸ μὲν αὐτοῦ Παρυάδρην, τὸ δὲ Μοσχικὰ ὄρη, τὸ δ' ἄλλοις ὀνόμασι· ταῦτα δ' ἀπολαμβάνει τὴν Ἀρμενίαν ὅλην μέχρι Ἰβήρων καὶ Ἀλβανῶν. εἶτ' ἄλλ' ἐπανίσταται πρὸς ἕω, τὰ ὑπερκείμενα τῆς Κασπίας θαλάττης μέχρι Μηδίας, τῆς τε Ἀτροπατίου καὶ τῆς μεγάλης· καλοῦσι δὲ καὶ ταῦτα τὰ μέρη πάντα τῶν ὀρῶν Παραχοάθραν καὶ τὰ μέχρι τῶν Κασπίων πυλῶν καὶ ἐπέκεινα ἔτι πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς τὰ συνάπτοντα τῇ Ἀρίᾳ. τὰ μὲν δὴ πρόσβορα ὄρη οὕτω καλοῦσι, τὰ δὲ νότια τὰ πέραν τοῦ Εὐφράτου [ἀπὸ] τῆς Καππαδοκίας καὶ τῆς Κομμαγηνῆς πρὸς ἕω τείνοντα κατ' ἀρχὰς μὲν αὐτὸ τοῦτο καλεῖται Ταῦρος, διορίζων τὴν Σωφηνὴν καὶ τὴν ἄλλην Ἀρμενίαν ἀπὸ τῆς Μεσοποταμίας· τινὲς δὲ Γορδυαῖα ὄρη καλοῦσιν. ἐν δὲ τούτοις ἐστὶ καὶ τὸ Μάσιον, τὸ ὑπερκείμενον τῆς Νισίβιος ὄρος καὶ τῶν Τιγρανοκέρτων. ἔπειτα ἐξαίρεται πλέον καὶ καλεῖται Νιφάτης· ἐνταῦθα δέ που καὶ [αἱ] τοῦ Τίγριος πηγαὶ κατὰ τὸ νότιον τῆς ὀρεινῆς πλευρόν· εἶτ' ἀπὸ τοῦ Νιφάτου μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον ἡ ῥάχις ἐκτεινομένη τὸ Ζάγριον ὄρος ποιεῖ, τὸ διορίζον τὴν Μηδίαν καὶ τὴν Βαβυλωνίαν· μετὰ δὲ τὸ Ζάγριον ἐκδέχεται ὑπὲρ μὲν τῆς Βαβυλωνίας ἥ τε τῶν Ἐλυμαίων ὀρεινὴ καὶ ἡ τῶν Παραιταχηνῶν, ὑπὲρ δὲ τῆς Μηδίας ἡ τῶν Κοσσαίων· ἐν μέσῳ δ' ἐστὶν ἡ Μηδία καὶ ἡ Ἀρμενία, πολλὰ μὲν ὄρη περιλαμβάνουσα, πολλὰ δὲ ὀροπέδια, ὡσαύτως δὲ πεδία καὶ αὐλῶνας μεγάλους, συχνὰ δὲ καὶ ἔθνη τὰ πε-

3. Hinc fluunt ambo, Mesopotamiam (cui inde nomen est) cingentes invicemque proxime coeuntes in Babylonia ac deinde in Persicum exeuntes mare fluvii, Euphrates et Tigris. Euphrates major est, plusque terrarum perlabitur, alveo curvo. Fontes habet in Tauri septentrionalibus partibus: inde fluit per majorem Armeniam versus occasum usque ad minorem, hanc ad dextram habens, ad sinistram autem Acilisenam (Lisenam *codd.*) et Sophenam: deinde versus austrum se convertit, attingitque ea in conversione fines Cappadocum: quos ad dextram relinquens et Commagenam, ad lævam autem Acilisenam (*codd.* Asicinsinam) et Sophenam magnæ Armeniæ, ad Syriam progreditur: rursumque alio flexu inde ad Babyloniam, atque hinc in sinum fertur Persicum. Tigris ex australi parte ejusdem montis delatus Seleuciam petit, et ad Euphratem proxime accedens, cum eo Mesopotamiam facit: deinde et ipse in eundem exit sinum. Fontes Tigridis et Euphratis distant invicem stadiis circiter bis mille et quingentis.

4. Enimvero a Tauro abscissæ multæ portiones versus septentriones excurrunt: quarum una est Antitaurus, qui Sophenam includit in convalle inter ipsum atque Taurum sita. Trans Euphratem autem deinceps post Antitaurum juxta Armeniam minorem versus septentriones extenditur mons magnus et varie scissus; ejus pars Paryadres, alia Moschici montes, aliæ aliter appellantur: hi totam Armeniam comprehendunt usque ad Iberes et Albanos. Alii deinde versus orientem assurgunt montes, supra Caspium mare siti usque in Mediam tum Atropatiam tum magnam. Partes horum montium omnes vocant Parachoathram, sicuti etiam eos qui usque ad Caspias portas excurrunt, et qui ultra etiam versus ortum Ariam contingunt. Hæc igitur nomina sunt montium septentriones spectantium. Austrini autem trans Euphratem, a Cappadocia et Commagena ad orientem tendentes, primum item vocantur Taurus qui Sophenam reliquamque Armeniam a Mesopotamia dirimit, nonnulli autem Gordyæos montes appellant. In his Masium quoque est, mons supra Nisibin et Tigranocerta situs. Attollitur deinde amplius, et Niphates dicitur: hic alicubi sunt fontes Tigridis in austrina montis parte. Deinde dorsum montis a Niphate magis magisque porrectum, Zagrium montem efficit, qui Mediam a Babylonia distinguit. Zagrium sequuntur, supra Babyloniam quidem Elymæorum et Parætacenorum, supra Mediam Cossæorum montana. In medio jacent Media et Armenia, multos includentes (περιλαμβάνουσαι) montes montanasque planities, item vero etiam campos magnasque convalles, multas porro circum habitantes exiguas, montanas et

ριοικοῦντα, μικρά, ὀρεινὰ καὶ λῃστρικὰ τὰ πλείω. οὕτω μὲν τοίνυν τίθεμεν ἐντὸς τοῦ Ταύρου τήν τε Μηδίαν, ἧς εἰσὶ καὶ αἱ Κάσπιοι πύλαι, καὶ τὴν Ἀρμενίαν.

5. Καθ' ἡμᾶς μὲν τοίνυν προσάρκτια ἂν εἴη τὰ ἔθνη ταῦτα, ἐπειδὴ καὶ ἐντὸς τοῦ Ταύρου, Ἐρατοσθένης δέ, πεποιημένος τὴν διαίρεσιν εἰς τὰ νότια μέρη καὶ τὰ προσάρκτια καὶ τὰς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένας σφραγῖδας, τὰς μὲν βορείους καλῶν, τὰς δὲ νοτίους, ὅρια ἀποφαίνει τῶν κλιμάτων ἀμφοῖν τὰς Κασπίους πύλας· εἰκότως οὖν τὰ νοτιώτερα (πρὸς ἕω τείνοντα) τῶν Κασπίων πυλῶν νότια ἂν ἀποφαίνοι, ὧν ἐστι καὶ ἡ Μηδία καὶ ἡ Ἀρμενία, τὰ δὲ βορειότερα πρόσβορα, κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην διάταξιν τούτου συμβαίνοντος. τάχα δὲ οὐκ ἐπέβαλε τούτῳ, διότι ἔξω τοῦ Ταύρου πρὸς νότον οὐδέν ἐστιν οὔτε τῆς Ἀρμενίας μέρος οὔτε τῆς Μηδίας.

ut plurimum latrociniis deditas. Sic ergo intra Taurum collocamus Mediam (cujus sunt etiam portæ Caspiæ) et Armeniam.

5. Nostra itaque de sententia gentes hæ septentrionales sunt, quoniam intra Taurum sunt sitæ. Eratosthenes vero, quum divisisset regiones istas in austrinas ac septentrionales, et quæ vocat ipse sigilla descripsisset, alia septentrionalia, alia meridionalia vocans: terminum utriusque climatis statuit Caspias portas; convenienter ergo ea quæ magis quam Caspiæ portæ versus meridiem sita sunt, meridionalia pronuntiaverit, in quibus sunt Media et Armenia, septentriones vero magis spectantia, septentrionalia: isto alia atque alia constitutione eveniente. Fortasse autem non reputavit extra Taurum versus meridiem nullam esse partem Mediæ aut Armeniæ.

## ΚΕΦ. ΙΓ'.

Ἡ δὲ Μηδία δίχα διῄρηται· καλοῦσι δὲ τὴν μὲν μεγάλην, ἧς μητρόπολις τὰ Ἐκβάτανα, μεγάλη πόλις καὶ τὸ βασίλειον ἔχουσα τῆς Μήδων ἀρχῆς (διατελοῦσι δὲ καὶ νῦν οἱ Παρθυαῖοι τούτῳ χρώμενοι βασιλείῳ, καὶ θερίζουσί γε ἐνταῦθα οἱ βασιλεῖς· ψυχρὰ γὰρ ἡ Μηδία· τὸ δὲ χειμάδιόν ἐστιν αὐτοῖς ἐν Σελευκείᾳ τῇ ἐπὶ τῷ Τίγρει πλησίον Βαβυλῶνος), ἡ δ' ἑτέρα μερίς ἐστιν ἡ Ἀτροπάτιος Μηδία· τοὔνομα δ' ἔσχεν ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος Ἀτροπάτου, ὃς ἐκώλυσεν ὑπὸ τοῖς Μακεδόσι γίνεσθαι καὶ ταύτην, μέρος οὖσαν μεγάλης Μηδίας· καὶ δὴ καὶ βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς ἰδίᾳ συνέταξε καθ' αὑτὴν τὴν χώραν ταύτην, καὶ ἡ διαδοχὴ σώζεται μέχρι νῦν ἐξ ἐκείνου, πρός τε τοὺς Ἀρμενίων βασιλέας ποιησαμένων ἐπιγαμίας τῶν ὕστερον καὶ Σύρων καὶ μετὰ ταῦτα Παρθυαίων.

## CAP. XIII.

Media in duas dividitur partes: quarum una Magna dicitur, cujus primaria urbs Ecbatana, magna urbs, et Medorum regia (atque nunc etiam ibi regni sedes Parthis est, ac ibi æstiva habent reges: frigida enim est Media: hiberna iis sunt in Seleucia urbe Tigridi imposita prope Babylonem); altera pars est Media Atropatia. Nomen hæc habet ab Atropate duce, qui obstitit, ne hæc quoque regio, quæ magnæ Mediæ pars erat, Macedonum in potestatem veniret. Quare rex creatus peculiarem civitatem a reliqua Media sejunctam, hanc regionem constituit. Et successio ejus durat in hunc usque diem, quum posteri per nuptias affinitates contraxissent cum Armeniæ ac Syris postmodo Parthisque regibus.

2. Κεῖται δὲ ἡ χώρα τῇ μὲν Ἀρμενίᾳ καὶ τῇ Ματιανῇ πρὸς ἕω, τῇ δὲ μεγάλῃ Μηδίᾳ πρὸς δύσιν, πρὸς ἄρκτον δ' ἀμφοτέραις· τοῖς δὲ περὶ τὸν μυχὸν τῆς Ὑρκανίας θαλάττης καὶ † τῆς Ματιανῆς ἀπὸ νότου παράκειται. ἔστι δ' οὐ μικρὰ κατὰ τὴν δύναμιν, ὥς φησιν Ἀπολλωνίδης, ἥ γε καὶ (κατὰ) μυρίους ἱππέας δύναται παρέχεσθαι, πεζῶν δὲ τέτταρας μυριάδας. λίμνην δ' ἔχει τὴν Σπαῦταν, ἐν ᾗ ἅλες ἐπανθοῦντες πήττονται· εἰσὶ δὲ κνησμώδεις καὶ ἐπαλγεῖς, ἔλαιον δὲ τοῦ πάθους ἄκος, ὕδωρ δὲ γλυκὺ τοῖς καπυρωθεῖσιν ἱματίοις, εἴ τις κατ' ἄγνοιαν βάψειεν εἰς αὐτὴν πλύσεως χάριν. ἔχουσι δ' ἰσχυροὺς γείτονας τοὺς Ἀρμενίους καὶ τοὺς Παρθυαίους, ὑφ' ὧν περικόπτονται πολλάκις· ἀντέχουσι δ' ὅμως καὶ ἀπολαμβάνουσι τὰ ἀφαιρεθέντα, καθάπερ τὴν Συμβάκην ἀπέλαβον παρὰ τῶν Ἀρμενίων, ὑπὸ Ῥωμαίοις γεγονότων, καὶ αὐτοὶ προσεληλύθασι τῇ φιλίᾳ τῇ πρὸς Καίσαρα· θεραπεύουσι δ' ἅμα καὶ τοὺς Παρθυαίους.

2. Sita est regio ista ab Armenia et Matiana versus ortum solis, a magna Media versus occasum: ab utrisque versus septentrionem: iis, qui ad intimum sinum maris Caspii sunt, et Matianæ [τῇ Μ.] ab austro adjacet. Haud exiguam esse ejus potentiam Apollonides tradit, utpote quae vel decem equitum, quadraginta peditum millia possit suppeditare. Lacum habet, qui Spauta (*Capauta?*) dicitur, in quo sales efflorescentes coguntur; ii pruritum doloresque excitant; oleum malo ei medetur, et aqua dulcis sanat sic sale arrosas vestes, si quis ignarus purgandi causa eo immerserit. Potentes habent vicinos Armenios ac Parthos, a quibus res ipsorum sæpe acciduntur; resistunt tamen et ablata recuperant, sicut Symbacen receperunt ab Armeniis, quum hos Romani subjugassent, et ipsi ad Cæsaris amicitiam accesserunt; simul vero etiam Parthos colunt.

3. Βασίλειον δ' αὐτῶν θερινὸν μὲν ἐν πεδίῳ ἱδρυμένον Γάζακα † ἐν φρουρίῳ ἐρυμνῷ Οὔερα, ὅπερ Ἀντώνιος ἐπολιόρκησε κατὰ τὴν ἐπὶ Παρθυαίους στρατείαν. διέχει δὲ τοῦτο τοῦ Ἀράξου ποταμοῦ τοῦ ὁρίζοντος τὴν

3. Regia iis per æstatem est in planitie sita Gazaca (*codd.* Γάζα καὶ), *per hiemem vero* (χειμερινὸν δὲ) in loco edito ac natura munito Vera, quam in expeditione Parthica oppugnavit Antonius. Abest ab Araxo flumine,

τε Ἀρμενίαν καὶ τὴν Ἀτροπατηνὴν σταδίους δισχιλίους καὶ τετρακοσίους, ὥς φησιν ὁ Δέλλιος, ὁ τοῦ Ἀντωνίου φίλος, συγγράψας τὴν ἐπὶ Παρθυαίους αὐτοῦ στρατείαν, ἐν ᾗ παρῆν καὶ αὐτός, ἡγεμονίαν ἔχων. ἔστι δὲ τῆς χώρας ταύτης τὰ μὲν ἄλλα εὐδαίμονα χωρία, ἡ δὲ προσάρκτιος ὀρεινὴ καὶ τραχεῖα καὶ ψυχρά, Καδουσίων κατοικία τῶν ὀρεινῶν καὶ Ἀμάρδων καὶ Ταπύρων καὶ Κυρτίων καὶ ἄλλων τοιούτων, οἳ μετανάσται εἰσὶ καὶ λῃστρικοί. καὶ γὰρ ὁ Ζάγρος καὶ ὁ Νιφάτης κατεσπαρμένα ἔχουσι τὰ ἔθνη ταῦτα, καὶ οἱ ἐν τῇ Περσίδι Κύρτιοι καὶ Μάρδοι (καὶ γὰρ οὕτω λέγονται οἱ Ἄμαρδοι) καὶ οἱ ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ μέχρι νῦν ὁμωνύμως προσαγορευόμενοι τῆς αὐτῆς εἰσιν ἰδέας.

4. Οἱ δ' οὖν Καδούσιοι πλήθει τῷ πεζῷ μικρὸν ἀπολείπονται τῶν Ἀριανῶν, ἀκοντισταὶ δ' εἰσὶν ἄριστοι, ἐν δὲ τοῖς τραχέσιν ἀνθ' ἱππέων πεζοὶ διαμάχονται. Ἀντωνίῳ δὲ χαλεπὴν τὴν στρατείαν ἐποίησεν οὐχ ἡ τῆς χώρας φύσις, ἀλλ' ὁ τῶν ὁδῶν ἡγεμών, ὁ τῶν Ἀρμενίων βασιλεὺς Ἀρταουάσδης, ὃν (εἰκὸς) ἐκεῖνος, ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ, σύμβουλον ἐποιεῖτο καὶ κύριον τῆς περὶ τοῦ πολέμου γνώμης· ἐτιμωρήσατο μὲν οὖν αὐτόν, ἀλλ' ὀψέ, ἡνίκα πολλῶν αἴτιος κατέστη κακῶν Ῥωμαίοις καὶ αὐτὸς καὶ ἐκεῖνος, ὅστις τὴν ἀπὸ τοῦ Ζεύγματος ὁδὸν τοῦ κατὰ τὸν Εὐφράτην μέχρι τοῦ ἅψασθαι τῆς Ἀτροπατηνῆς ὀκτακισχιλίων σταδίων ἐποίησε, πλέον ἢ διπλασίαν τῆς εὐθείας, διὰ ὀρῶν καὶ ἀνοδιῶν καὶ κυκλοπορίας.

5. Ἡ δὲ μεγάλη Μηδία τὸ μὲν παλαιὸν τῆς Ἀσίας ἡγήσατο πάσης, καταλύσασα τὴν τῶν Σύρων ἀρχήν· ὕστερον δ' ὑπὸ Κύρου καὶ Περσῶν ἀφαιρεθεῖσα τὴν τοσαύτην ἐξουσίαν ἐπὶ Ἀστυάγου, διεφύλαττεν ὅμως πολὺ τοῦ πατρίου ἀξιώματος, καὶ ἦν τὰ Ἐκβάτανα χειμάδιον τοῖς Πέρσαις· ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἐκείνους καταλύσασι Μακεδόσι τοῖς τὴν Συρίαν ἔχουσι καὶ νῦν ἔτι τοῖς Παρθυαίων βασιλεῦσι τὴν αὐτὴν παρέχεται χρείαν τε καὶ ἀσφάλειαν.

6. Ὁρίζεται δ' ἀπὸ μὲν τῆς ἕω τῇ τε Παρθυαίᾳ καὶ τοῖς Κοσσαίων ὄρεσι, λῃστρικῶν ἀνθρώπων, οἵ τοξότας μυρίους καὶ τρισχιλίους παρέσχοντό ποτε Ἐλυμαίοις, συμμαχοῦντες ἐπὶ Σουσίους καὶ Βαβυλωνίους. Νέαρχος δέ φησι, τεττάρων ὄντων λῃστρικῶν ἐθνῶν, ὧν Μάρδοι μὲν Πέρσαις προσεχεῖς ἦσαν, Οὔξιοι δὲ καὶ Ἐλυμαῖοι τούτοις τε καὶ Σουσίοις, Κοσσαῖοι δὲ Μήδοις, πάντας μὲν φόρους πράττεσθαι τοὺς βασιλέας, Κοσσαίους δὲ καὶ δῶρα λαμβάνειν, ἡνίκα ὁ βασιλεὺς θερίσας ἐν Ἐκβατάνοις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν καταβαίνοι· καταλῦσαι δ' αὐτῶν τὴν πολλὴν τόλμαν Ἀλέξανδρον, ἐπιθέμενον χειμῶνος. Τούτοις τε δὴ ἀφορίζεται πρὸς ἕω καὶ ἔτι τοῖς Παραιτακηνοῖς, οἳ συνάπτουσι Πέρσαις, ὀρεινοὶ καὶ αὐτοὶ καὶ λῃστρικοί· ἀπὸ δὲ τῶν ἄρκτων τοῖς ὑπεροικοῦσι τῆς Ὑρκανίας θαλάττης Καδουσίοις καὶ τοῖς ἄλλοις, οὓς ἄρτι διήλθομεν· πρὸς νότον δὲ τῇ Ἀπολλωνιάτιδι, ἣν Σιτακηνὴν ἐκάλουν οἱ παλαιοί, καὶ τῷ Ζάγρῳ, καθ' ὃ ἡ Μασσαβατικὴ κεῖ-

qui Armeniam ab Atropatena dividit, stadiis bis mille et quadringentis, ut Dellius (*codd.* Adelphius) ait, Antonii familiaris, qui ejus Parthicam expeditionem descripsit, oculatus testis, ut qui ipse etiam partem exercitus duceret. Hujus regionis cetera sunt opulenta; quod autem ad septentriones vergit, montosum, asperum et frigidum est; ibi degunt Cadusii montani, Amardi, Tapyri, Cyrtii aliique id genus, qui migratores sunt et latrones. Nam Zagrus quoque ac Niphates istas gentes sparsas habent; Cyrtii quoque in Perside atque Mardi (nam sic quoque vocant Amardos) et qui in Armenia eodem hodieque nomine censentur, eundem habitum tenent.

4. Cadusii multitudine pedestri parum cedunt Arianis; optime jaculo pugnant; in aspretis pedites loco equitum prœliantur. Antonio autem expeditionem difficilem reddidit non loci natura, sed itinerum ductor Artavasdes, Armeniorum rex, quem sibi insidiantem Antonius consiliarium et magistrum bellicorum consiliorum adsciverat. Sumpsit quidem pœnas ab eo, sed sero, quum ille multas in calamitates conjecisset Romanos, ut et ille, qui iter quod a Zeugmate ad Euphratem est usque ad fines Atropatenæ, octies mille stadiorum effecit, quod rectæ viæ duplum est et amplius, per montes et invia inque gyrum circumducendo.

5. Magna Media antiquitus, Syrorum imperio everso, toti imperavit Asiæ; postea temporis, quum Cyrus et Persæ Astyagem tanto imperio exuissent, multum tamen pristinæ dignitatis retinuit; et Ecbatana hibernum erat domicilium Persis, ut et Macedonibus deinde, qui istos everterunt et Syriam occupaverunt: quin et nunc ea urbs Parthis eundem usum atque securitatem præbet.

6. Media major definitur versus ortum Parthiâ et montibus Cossæorum. Sunt hi latrociniis dediti, et aliquando sagittariorum tredecim millia eduxerunt, Elymæis suppetias ferentes contra Susios et Babylonios. Nearchus ait, quum quattuor sint populi prædando viventes, de quibus Mardi Persis contigui erant, Uxii et Elymæi iisdem atque Susiis, Cossæi Medis, omnes eos tributa a regibus exegisse, Cossæos autem munera etiam accepisse, quando rex æstate Ecbatanis transacta in Babyloniam descenderet: nimiam tamen eorum audaciam ab Alexandro fuisse compressam, quum eos hieme adortus esset. His ergo Media versus ortum definitur, ac Parætacenis præterea, qui, contigui Persis, ipsi quoque montana incolunt et latrocinia exercent; versus septentriones autem Cadusiis, qui supra Hyrcanum mare habitant, ceterisque, quos paullo antea peragravimus; versus meridiem autem Apolloniatide, quam Sitacenam antiqui dicebant, et Zagro, ad quem Massaba-

ται, τῆς Μηδίας οὖσα, οἱ δὲ τῆς Ἐλυμαίας φασί· πρὸς δύσιν δὲ τοῖς Ἀτροπατίοις καὶ τῶν Ἀρμενίων τισίν. εἰσὶ δὲ καὶ Ἑλληνίδες πόλεις, κτίσματα τῶν Μακεδόνων ἐν τῇ Μηδίᾳ, ὧν Λαοδίκειά τε καὶ Ἀπάμεια καὶ † ἡ πρὸς Ῥάγαις καὶ αὐτὴ Ῥάγα, τὸ τοῦ Νικάτορος κτίσμα· ὃ ἐκεῖνος μὲν Εὔρωπον ὠνόμασε, Πάρθοι δὲ Ἀρσακίαν, νοτιωτέραν οὖσαν τῶν Κασπίων πυλῶν πεντακοσίοις που σταδίοις, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος Ἀρτεμιτηνός.

7. Ἡ πολλὴ μὲν οὖν ὑψηλή ἐστι καὶ ψυχρά· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ὑπερκείμενα τῶν Ἐκβατάνων ὄρη καὶ τὰ περὶ τὰς Ῥάγας καὶ τὰς Κασπίους πύλας καὶ καθόλου τὰ προσάρκτια μέρη τὰ ἐντεῦθεν μέχρι πρὸς τὴν Ματιανὴν καὶ τὴν Ἀρμενίαν. ἡ δ' ὑπὸ ταῖς Κασπίοις πύλαις ἐν ταπεινοῖς ἐδάφεσι καὶ κοίλοις οὖσα εὐδαίμων σφόδρα ἐστὶ καὶ πάμφορος πλὴν ἐλαίας· εἰ δὲ καὶ φύεταί που, ἀλιπής τέ ἐστι καὶ ξηρά· ἱππόβοτος δὲ καὶ αὕτη ἐστὶ διαφερόντως καὶ ἡ Ἀρμενία, καλεῖται δέ τις καὶ λειμὼν Ἱππόβοτος, ὃν καὶ διεξίασιν οἱ ἐκ τῆς Περσίδος καὶ Βαβυλῶνος εἰς Κασπίους πύλας ὁδεύοντες, ἐν ᾧ πέντε μυριάδας ἵππων θηλείων νέμεσθαί φασιν ἐπὶ τῶν Περσῶν, εἶναι δὲ τὰς ἀγέλας ταύτας βασιλικάς. τοὺς δὲ Νησαίους ἵππους, οἷς ἐχρῶντο οἱ βασιλεῖς ἀρίστοις οὖσι καὶ μεγίστοις, οἱ μὲν ἐνθένδε λέγουσι τὸ γένος, οἱ δ' ἐξ Ἀρμενίας· ἰδιόμορφοι δέ εἰσιν, ὥσπερ καὶ οἱ Παρθικοὶ λεγόμενοι νῦν παρὰ τοὺς Ἑλλαδικοὺς καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παρ' ἡμῖν. καὶ τὴν βοτάνην δὲ τὴν μάλιστα τρέφουσαν τοὺς ἵππους ἀπὸ τοῦ πλεονάζειν ἐνταῦθα ἰδίως Μηδικὴν καλοῦμεν. φέρει δὲ καὶ σίλφιον ἡ χώρα, ἀφ' οὗ ὁ Μηδικὸς καλούμενος ὀπός, πολὺ λειπόμενος τοῦ Κυρηναϊκοῦ· ἔστι δ' ὅτε καὶ διαφέρων ἐκείνου, εἴτε παρὰ τὰς τῶν τόπων διαφοράς, εἴτε τοῦ φυτοῦ κατ' εἶδος ἐξαλλάττοντος, εἴτε καὶ παρὰ τοὺς ὀπίζοντας καὶ σκευάζοντας, ὥστε συμμένειν πρὸς τὴν ἀπόθεσιν καὶ τὴν χρείαν.

8. Τοιαύτη μέν τις ἡ χώρα· τὸ δὲ μέγεθος πάρισός πώς ἐστιν εἰς πλάτος καὶ μῆκος· δοκεῖ δὲ μέγιστον εἶναι πλάτος τῆς Μηδίας τὸ ἀπὸ τῆς τοῦ Ζάγρου ὑπερθέσεως, ἥπερ καλεῖται Μηδικὴ πύλη, εἰς Κασπίους πύλας διὰ τῆς Σιγριανῆς σταδίων τετρακισχιλίων ἑκατόν. τῷ δὲ μεγέθει καὶ τῇ δυνάμει τῆς χώρας ὁμολογεῖ καὶ ἡ περὶ τῶν φόρων ἱστορία· τῆς γὰρ Καππαδοκίας παρεχούσης τοῖς Πέρσαις κατ' ἐνιαυτὸν πρὸς τῷ ἀργυρικῷ τέλει ἵππους χιλίους καὶ πεντακοσίους, ἡμιόνους δὲ δισχιλίους, προβάτων δὲ πέντε μυριάδας, διπλάσια σχεδόν τι τούτων ἐτέλουν οἱ Μῆδοι.

9. Ἔθη δὲ τὰ πολλὰ μὲν τὰ αὐτὰ τούτοις τε καὶ τοῖς Ἀρμενίοις διὰ τὸ καὶ τὴν χώραν παραπλησίαν εἶναι. τοὺς μέντοι Μήδους ἀρχηγέτας εἶναί φασι καὶ τούτοις καὶ ἔτι πρότερον Πέρσαις τοῖς ἔχουσιν αὐτοὺς καὶ διαδεξαμένοις τὴν τῆς Ἀσίας ἐξουσίαν. ἡ γὰρ νῦν λεγομένη Περσικὴ στολὴ καὶ ὁ τῆς τοξικῆς καὶ ἱππικῆς ζῆλος καὶ ἡ περὶ τοὺς βασιλέας θεραπεία καὶ κόσμος καὶ σεβασμὸς θεοπρεπὴς παρὰ τῶν ἀρχομένων εἰς τοὺς

tica sita est Mediæ, secundum alios vero Elymææ regio; versus occasum Atropatiis et Armeniis quibusdam. Sunt et Græcanicæ urbes in Media, a Macedonibus conditæ, ut Laodicea, Apamea, et apud Rhagas sita [*Heraclea*] et ipsa Rhaga (*codd.* Ῥάγεια) a Nicatore condita, quam ipse Europum appellavit, Parthi Arsaciam, versus meridiem a Caspiis portis dissitam quingentis circiter stadiis, ut tradit Apollodorus Artemitenus.

7. Major Mediæ pars sublimis est, et frigida; ac tales sunt etiam supra Ecbatana siti montes et apud Rhagas Caspiasque portas, atque in universum septentrionalia loca quæ hinc sunt usque ad Matianam et Armeniam. Verum infra Caspias portas solum humile et in convalle situm, uberrimum est, et omnium ferax, dempta olea: quæ etsi nascitur alicubi, arida et pinguedinis expers est. Hæc regio et Armenia equis alendis excellit, et inde quoddam pratum Hippobotum, i. e. equos alens, dicitur, per quod transeunt qui a Perside et Babylonia ad Caspias portas proficiscuntur: in eo Persarum *temporibus quinquaginta*, ut aiunt, millia equarum pascebantur; fuisse vero armenta ea regia. Nesæos quoque equos, quibus reges utuntur, optimis et maximis, quidam hinc oriundos aiunt, alii ex Armenia: forma sunt peculiari, sicut etiam qui nunc Parthici dicuntur, a Græcanicis ceterisque nostratibus diversa. Porro herbam quoque quæ maxime equos alit, ex eo, quod ibi abundat, peculiariter Medicam appellamus. Silphium quoque fert Media, unde Medico succo nomen, qui [*non?*] longe deterior est Cyrenaico, interdum etiam ei anteit bonitate, sive id locorum differentia facit, sive species plantæ variat, sive qui succum colligunt et conficiunt, hoc præstant, ut ad reponendum et ad usum maneat incorruptus.

8. Talis ergo est Media. Quod ad magnitudinem, æquali fere est latitudine atque longitudine; maxima autem latitudo (*longitudo*) esse videtur a transitu Zagri (portam Medicam nominant) usque ad portas Caspias per Sigrianam, stadiorum quater mille et centum. Magnitudini et potentiæ regionis ejus respondent quæ de tributis narrantur. Nam quum Cappadocia conferret Persis quotannis, ultra censum argenteum, equos mille et quingentos, mulos bis mille, ovium quinquaginta millia, duplum fere hujus Medi pendebant.

9. Mores in plerisque communes sunt Medis atque Armeniis, quia et regio similis est. Medos tamen primos eorum auctores fuisse et Armeniis ferunt, et jam prius Persis, qui Media occupata in dominationem Asiæ successerunt. Nam qui nunc dicitur Persicus vestitus et sagittandi ac rei equestris summum studium regumque cultus, ornatus, et honores quasi divini, qui regibus ab ipsorum imperio subjectis habentur, ad Persas a Medis sunt pro-

Πέρσας παρὰ Μήδων ἀφῖκται. καὶ ὅτι τοῦτ' ἀληθές, ἐκ τῆς ἐσθῆτος μάλιστα δῆλον· τιάρα γάρ τις καὶ κίταρις καὶ πῖλος καὶ χειριδωτοὶ χιτῶνες καὶ ἀναξυρίδες ἐν μὲν τοῖς ψυχροῖς τόποις καὶ προσβόροις ἐπιτήδειά ἐστι φορήματα, οἷοί εἰσιν οἱ Μηδικοί· ἐν δὲ τοῖς νοτίοις ἥκιστα· οἱ δὲ Πέρσαι τὴν πλείστην οἴκησιν ἐπὶ τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάττῃ κέκτηνται, μεσημβρινώτεροι καὶ Βαβυλωνίων ὄντες καὶ Σουσίων· μετὰ δὲ τὴν κατάλυσιν τὴν τῶν Μήδων προσεκτήσαντό τινα καὶ τῶν προσαπτομένων Μηδίᾳ. ἀλλ' οὕτως ἐφάνη σεμνὰ καὶ τοῦ βασιλικοῦ προσχήματος οἰκεῖα τὰ ἔθη τοῖς νικήσασι (καὶ) τὰ τῶν νικηθέντων, ὥστ' ἀντὶ γυμνητῶν καὶ ψιλῶν θηλυστολεῖν ὑπέμειναν, καὶ κατηρεφεῖς εἶναι τοῖς σκεπάσμασι.

10. Τινὲς δὲ Μήδειαν καταδεῖξαι τὴν ἐσθῆτα ταύτην φασί, δυναστεύσασαν ἐν τοῖς τόποις, καθάπερ καὶ Ἰάσονα, καὶ ἐπικρυπτομένην τὴν ὄψιν, ὅτε ἀντὶ τοῦ βασιλέως ἐξίοι· τοῦ μὲν Ἰάσονος ὑπομνήματα εἶναι τὰ Ἰασόνια ἡρῷα, τιμώμενα σφόδρα ὑπὸ τῶν βαρβάρων (ἔστι δὲ καὶ ὄρος μέγα ὑπὲρ τῶν Κασπίων πυλῶν ἐν ἀριστερᾷ, καλούμενον Ἰασόνιον), τῆς δὲ Μηδείας τὴν ἐσθῆτα καὶ τοὔνομα τῆς χώρας. λέγεται δὲ καὶ Μῆδος, υἱὸς αὐτῆς, διαδέξασθαι τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν χώραν ἐπώνυμον αὐτοῦ καταλιπεῖν. ὁμολογεῖ δὲ τούτοις καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀρμενίαν Ἰασόνια καὶ τὸ τῆς χώρας ὄνομα καὶ ἄλλα πλείω, περὶ ὧν ἐροῦμεν.

11. Καὶ τοῦτο δὲ Μηδικόν, τὸ βασιλέα αἱρεῖσθαι τὸν ἀνδρειότατον, ἀλλ' οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ὀρείοις· μᾶλλον δὲ τὸ τοῖς βασιλεῦσι πολλὰς εἶναι γυναῖκας· τοῖς δ' ὀρείοις τῶν Μήδων καὶ πᾶσιν ἔθος τοῦτο, ἐλάττους δὲ τῶν πέντε οὐκ ἔξεστιν· ὡς δ' αὔτως τὰς γυναῖκάς φασιν ἐν καλῷ τίθεσθαι, ὅτι † πλείστους νέμειν ἄνδρας, τῶν πέντε δὲ ἐλάττους, συμφορὰν ἡγεῖσθαι. τῆς δ' ἄλλης Μηδίας εὐδαιμονούσης τελέως, λυπρά ἐστιν ἡ προσάρκτιος ὀρεινή· σιτοῦνται γοῦν ἀπὸ ἀκροδρύων, ἔκ τε μήλων ξηρῶν κοπέντων ποιοῦνται μάζας, ἀπὸ δ' ἀμυγδάλων φωχθέντων ἄρτους, ἐκ δὲ ῥιζῶν τινων οἶνον ἐκθλίβουσι, κρέασι δὲ χρῶνται θηρείοις, ἥμερα δὲ οὐ τρέφουσι θρέμματα. τοσαῦτα καὶ περὶ Μήδων φαμέν· περὶ δὲ τῶν νομίμων κοινῇ τῆς συμπάσης Μηδίας, ἐπειδὴ ταὐτὰ τοῖς Περσικοῖς γεγένηται διὰ τὴν τῶν Περσῶν ἐπικράτειαν, ἐν τῷ περὶ ἐκείνων λόγῳ φήσομεν.

## ΚΕΦ. ΙΔ'.

Τῆς δ' Ἀρμενίας τὰ μὲν νότια προβέβληται τὸν Ταῦρον, διείργοντα αὐτὴν ἀφ' ὅλης τῆς μεταξὺ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριος, ἣν Μεσοποταμίαν καλοῦσι, τὰ δὲ ἑωθινὰ τῇ Μηδίᾳ συνάπτει τῇ μεγάλῃ καὶ τῇ Ἀτροπατηνῇ· προσάρκτια δέ ἐστι τὰ ὑπερκείμενα τῆς Κασπίας θαλάττης ὄρη τὰ τοῦ Παραχοάθρα καὶ Ἀλβανοὶ καὶ Ἴβηρες καὶ ὁ Καύκασος ἐγκυκλούμενος τὰ ἔθνη ταῦτα καὶ συνάπτων τοῖς Ἀρμενίοις, συνάπτων δὲ καὶ τοῖς

fecta. Idque verum esse, maxime e vestitu apparet. Nam tiara, citaris, pileus, manicatæ tunicæ et anaxyrides sive braccæ in frigidis locis et aquilonaribus, ut sunt Mediæ, gestamen sunt commodum; in austrinis minime. Persæ autem habitationem suam plurimam habent ad Rubrum mare, meridionaliores Babyloniis et Susiis; eversis autem Medis, etiam quædam Mediæ contermina in suam redegerunt potestatem. Sed victoribus ita ob majestatem et regio ornatui convenientem dignitatem placuerunt a victis Medis recepta, ut nuditati et levissimo vestitui muliebrem stolam ac vestem ad talos dependentem prætulerint.

10. Sunt qui tradant Medeam, dominio istarum regionum cum Iasone potitam, vestem illam excogitavisse, et quoties pro rege exiret, faciem velasse: ac Iasonis quidem monumenta esse sacella Iasonia, quæ religiosissime a barbaris coluntur (est etiam magnus mons supra Caspias portas ad lævam, qui Iasonius vocatur); Medeæ autem vestem et nomen regionis. Dicunt etiam Medum ejus filium in regnum successisse, ac regioni nomen a se factum reliquisse. Cum his consentiunt etiam Iasonia Armeniæ nomenque regionis et plura alia, de quibus suo dicemus loco.

11. Id quoque Medorum est, regnum fortissimo deferre; neque tamen apud omnes, sed apud montanos tantum: magis vero Medicum est regem multas habere uxores, qui quidem mos apud montanos Medos etiam ad omnes pertinet, neque licet pauciores habere mulieres quam quinque. Mulieres quoque in parte felicitatis ponere aiunt, viros quam plurimas alere mulieres (πλείστας νέμειν τοὺς ἄνδρας); intra quinque, id vero calamitosum deputare. Quum autem reliqua Media omnium rerum abundet copia, montana versus septentrionem sterilia sunt: itaque vescuntur arborum frugibus, et mazas faciunt ex aridis pomis contusis, panesque e tostis amygdalis; et vinum e radicibus quibusdam exprimunt; carnibus aluntur ferinis, pecus cicur non educant. Tantum de Medis dicimus; de institutis autem quæ communia erant Mediæ universæ, quum propter Persarum dominationem eadem cum Persicis sint, suo dicemus loco.

## CAP. XIV.

Armeniæ partes versus meridiem vergentes ante se situm habent Taurum montem, qui a tota eas regione dirimit, quæ inter fluvios Euphratem et Tigrim intercepta, inde Mesopotamiæ nomen gerit; orientalia Mediam attingunt quum magnam, tum Atropatenam; versus septentrionem sunt montes Parachoatræ, qui Caspio imminent mari, et Albani, Iberes et Caucasus circumdans istas gentes Armeniamque attingens, cumque Moschicis etiam coiens et

Μοσχικοῖς ὄρεσι καὶ Κολχικοῖς μέχρι τῶν καλουμένων Τιβαρανῶν· ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας ταῦτά ἐστι τὰ ἔθνη καὶ ὁ Παρυάδρης καὶ ὁ Σκυδίσης μέχρι τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας καὶ τῆς τοῦ Εὐφράτου ποταμίας, ἣ διείργει τὴν Ἀρμενίαν ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας καὶ τῆς Κομμαγηνῆς.

2. Ὁ γὰρ Εὐφράτης ἀπὸ τῆς βορείου πλευρᾶς τοῦ Ταύρου τὰς ἀρχὰς ἔχων τὸ μὲν πρῶτον ῥεῖ πρὸς δύσιν διὰ τῆς Ἀρμενίας, εἶτ' ἐπιστρέφει πρὸς νότον καὶ διακόπτει τὸν Ταῦρον μεταξὺ τῶν Ἀρμενίων τε καὶ Καππαδόκων καὶ Κομμαγηνῶν, ἐκπεσὼν δ' ἔξω καὶ γενόμενος κατὰ τὴν Συρίαν ἐπιστρέφει πρὸς χειμερινὰς ἀνατολὰς μέχρι Βαβυλῶνος καὶ ποιεῖ τὴν Μεσοποταμίαν πρὸς τὸν Τίγριν· ἀμφότεροι δὲ τελευτῶσιν εἰς τὸν Περσικὸν κόλπον. τὰ μὲν δὴ κύκλῳ τοιαῦτα, ὀρεινὰ σχεδόν τι πάντα καὶ τραχέα, πλὴν τῶν πρὸς τὴν Μηδίαν κεκλιμένων ὀλίγων. πάλιν δὲ τοῦ λεχθέντος Ταύρου τὴν ἀρχὴν λαμβάνοντος ἀπὸ τῆς περαίας τῶν Κομμαγηνῶν καὶ τῶν Μελιτηνῶν, ἣν ὁ Εὐφράτης ποιεῖ, Μάσιον μέν ἐστι τὸ ὑπερκείμενον ὄρος τῶν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ Μυγδόνων ἐκ νότου, ἐν οἷς ἡ Νίσιβίς ἐστιν· ἐκ δὲ τῶν πρὸς ἄρκτον μερῶν [ἡ] Σωφηνὴ κεῖται μεταξὺ τοῦ τε Μασίου καὶ τοῦ Ἀντιταύρου. οὗτος δ' ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Ταύρου τὴν ἀρχὴν λαβὼν τελευτᾷ πρὸς τὰ ἑῷα τῆς Ἀρμενίας, ἀπολαμβάνων μέσην τὴν Σωφηνήν, ἐκ θατέρου δὲ μέρους ἔχων τὴν Ἀκιλισηνὴν μεταξὺ ἱδρυμένην τοῦ Ταύρου τε καὶ τῆς τοῦ Εὐφράτου (Μεσο)ποταμίας, πρὶν ἢ κάμπτειν αὐτὴν ἐπὶ νότον. βασίλειον δὲ τῆς Σωφηνῆς Καρκαθιόκερτα. τοῦ δὲ Μασίου ὑπέρκειται πρὸς ἕω πολὺ κατὰ τὴν Γορδυηνὴν ὁ Νιφάτης, εἶτ' ὁ Ἄβος, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Εὐφράτης ῥεῖ καὶ ὁ Ἀράξης, ὁ μὲν πρὸς δύσιν, ὁ δὲ πρὸς ἀνατολάς· εἶθ' ὁ Νίβαρος μέχρι τῆς Μηδίας παρατείνει.

3. Ὁ μὲν οὖν Εὐφράτης εἴρηται ὃν τρόπον ῥεῖ· ὁ δὲ Ἀράξης, πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἐνεχθεὶς μέχρι τῆς Ἀτροπατηνῆς, κάμπτει πρὸς δύσιν καὶ πρὸς ἄρκτους καὶ παραρρεῖ τὰ Ἄζαρα πρῶτον, εἶτ' Ἀρτάξατα, πόλεις Ἀρμενίων· ἔπειτα διὰ τοῦ Ἀραξηνοῦ πεδίου πρὸς τὸ Κάσπιον ἐκδίδωσι πέλαγος.

4. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ Ἀρμενίᾳ πολλὰ μὲν ὄρη, πολλὰ δὲ ὀροπέδια, ἐν οἷς οὐδ' ἄμπελος φύεται ῥᾳδίως, πολλοὶ δ' αὐλῶνες, οἱ μὲν μέσως, οἱ δὲ καὶ σφόδρα εὐδαίμονες· καθάπερ τὸ Ἀραξηνὸν πεδίον, δι' οὗ ὁ Ἀράξης ποταμὸς ῥέων εἰς τὰ ἄκρα τῆς Ἀλβανίας καὶ τὴν Κασπίαν ἐκπίπτει θάλασσαν, καὶ μετὰ ταῦτα ἡ Σακασηνή, καὶ αὐτὴ τῇ Ἀλβανίᾳ πρόσχωρος καὶ τῷ Κύρῳ ποταμῷ, εἶθ' ἡ Γωγαρηνή· πᾶσα γὰρ ἡ χώρα αὕτη καρποῖς τε καὶ τοῖς ἡμέροις δένδρεσι καὶ τοῖς ἀειθαλέσι πληθύει, φέρει δὲ καὶ ἐλαίαν. ἔστι δὲ καὶ ἡ Φαυηνὴ τῆς Ἀρμενίας ἐπαρχία καὶ ἡ Κωμισηνὴ καὶ Ὀρχιστηνή, πλείστην ἱππείαν παρέχουσα· ἡ δὲ Χορζηνὴ καὶ Καμβυσηνὴ προσβορώταταί εἰσι καὶ νιφόβολοι μάλιστα, συνάπτουσαι τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι καὶ τῇ Ἰβηρίᾳ καὶ τῇ Κολχίδι· ὅπου φασὶ κατὰ τὰς ὑπερβο-

Colchicis, usque ad eos qui Tibarani (*Tibareni*) dicuntur; ab occasu quum istæ sunt gentes, tum Paryadres (*codd.* Parydres) mons et Scydises usque ad Armeniam minorem et Euphratis alveum, quo Armenia a Cappadocia et Commagena distinguitur.

2. Etenim Euphrates in septentrionali latere Tauri scaturiens, ab initio versus occasum fluit per Armeniam, deinde ad austrum se convertens, Taurum secat inter Armeniam, Cappadociam et Commagenam: inde egressus ubi in Assyriam venit, flectit sese versus hibernum ortum usque ad Babylonem, et cum Tigri Mesopotamiam includit: ambo autem in Persicum exeunt sinum. Ita omnia in orbem Armeniæ circumposita montosa fere, et aspera, demptis paucis illis quæ ad Mediam inclinant. Quum vero Taurus denuo initium sumat ab opposita Commagenis et Melitenis regione, quam Euphrates facit, Masius quidem mons is est, qui versus meridiem Mygdonibus Mesopotamiæ, ubi Nisibis urbs est, superjacet; a septentrione autem Masii sita est Sophene, inter Masium et Antitaurum. Antitaurus vero ab Euphrate et Tauro initium sumens, in partes Armeniæ orientales desinit, ab altera parte dirimens Sophenam *inter Antitaurum et Masium* mediam, ab altera parte Acilisenam habens, sitam inter Antitaurum (Ἀντιταύρου) et Euphratem fluvium, priusquam ille versus meridiem sese convertat. Regia Sophenes est Carcathiocerta. Supra Masium longe versus orientem juxta Gordyenam (*codd.* Gorgodylenam) Niphates est; deinde Abus, unde Euphrates Araxesque prolabuntur, versus occasum alter, alter versus ortum; deinde Nibarus usque ad Mediam porrigitur.

3. Diximus de Euphratis fluxu. Araxes autem versus ortum latus usque ad Atropatenam, ad occasum deinde et septentriones inclinat, ac primum Azara præterfluit, deinde Artaxata, Armeniæ urbes; post per Araxenum campum in Caspium effunditur mare.

4. In ipsa autem Armenia multi quidem sunt montes et multæ montanæ planities, in quibus ne vitis quidem facile nascatur; multæ vero etiam convalles, aliæ mediocriter, aliæ admodum uberes, de quarum numero sunt Araxenus campus, per quem Araxes labens in extrema Albaniæ, in Caspium mare se effundit; ac postea Sacasena, ipsa quoque Albaniam attingens et Cyrum fluvium; sequitur Gogarena; tota enim hæc regio frugibus et arboribus abundat mansuetis itemque semper virentibus; oleæ etiam ferax est. Phauena (*al. codd.* Phanenæ; *an* Phasiana?) quoque Armeniæ provincia est, et Comisena et Orchistena, quæ plurimum præbet equitatum. Chorzena et Cambysena maxime sunt sitæ versus septentrionem, ideoque etiam nivosissimæ; attingunt enim Caucasi montana Iberiamque et Colchidem. Ferunt ibi in trajectu montium totos co-

λὰς τῶν ὀρῶν πολλάκις καὶ συνοδίας ὅλας (τῶν ὀρῶν) ἐν τῇ χιόνι καταπίνεσθαι, νιφετῶν γινομένων ἐπὶ πλέον· ἔχειν δὲ καὶ βακτηρίας πρὸς τοὺς τοιούτους κινδύνους παρεξαίροντας εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἀναπνοῆς τε χάριν καὶ τοῦ διαμηνύειν τοῖς ἐπιοῦσιν, ὥστε βοηθείας τυγχάνειν, ἀνορύττεσθαι καὶ σώζεσθαι. ἐν δὲ τῇ χιόνι βώλους πήγνυσθαί φασι κοίλας περιεχούσας χρηστὸν ὕδωρ ὡς ἐν χιτῶνι, καὶ ζῷα δὲ ἐν αὐτῇ γεννᾶσθαι· καλεῖ δὲ σκώληκας Ἀπολλωνίδης, Θεοφάνης δὲ θρῖπας· κἀν τούτοις ἀπολαμβάνεσθαι χρηστὸν ὕδωρ, περισχισθέντων δὲ τῶν χιτώνων πίνεσθαι· τὴν δὲ γένεσιν τῶν ζῴων τοιαύτην εἰκάζουσιν, οἵαν τὴν τῶν κωνώπων ἐκ τῆς ἐν τοῖς μετάλλοις φλογὸς καὶ τοῦ φεψάλου.

5. Ἱστοροῦσι δὲ τὴν Ἀρμενίαν, μικρὰν πρότερον οὖσαν, αὐξηθῆναι διὰ τῶν περὶ Ἀρταξίαν καὶ Ζαρίαδριν, οἳ πρότερον μὲν ἦσαν Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου στρατηγοί, βασιλεύσαντες δ' ὕστερον μετὰ τὴν ἐκείνου ἧτταν, ὁ μὲν τῆς Σωφηνῆς καὶ τῆς † Ἀκισηνῆς καὶ Ὀδομαντίδος καὶ ἄλλων τινῶν, ὁ δὲ τῆς περὶ Ἀρτάξατα, συνηύξησαν, ἐκ τῶν περικειμένων ἐθνῶν ἀποτεμόμενοι μέρη, ἐκ Μήδων μὲν τήν τε Κασπιανὴν καὶ Φαυνῖτιν καὶ Βασοροπέδαν, Ἰβήρων δὲ τήν τε παρώρειαν τοῦ Παρυάδρου καὶ τὴν Χορζηνὴν καὶ Γωγαρηνήν, πέραν οὖσαν τοῦ Κύρου, Χαλύβων δὲ καὶ Μοσυνοίκων Καρηνῖτιν καὶ Ξερξηνήν, ἃ τῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ ἐστὶν ὅμορα ἢ καὶ μέρη αὐτῆς ἐστι, Καταόνων δὲ Ἀκιλισηνὴν καὶ τὴν περὶ τὸν Ἀντίταυρον, Σύρων δὲ Ταρωνῖτιν, ὥστε πάντας ὁμογλώττους εἶναι.

6. Πόλεις δ' ἐστὶ τῆς Ἀρμενίας Ἀρτάξατά τε, ἣν καὶ Ἀρταξιάσατα καλοῦσιν, Ἀννίβα κτίσαντος Ἀρταξίᾳ τῷ βασιλεῖ, καὶ Ἄρξατα, ἀμφότεραι ἐπὶ τῷ Ἀράξῃ, ἡ μὲν Ἄρξατα πρὸς τοῖς ὅροις τῆς Ἀτροπατίας, ἡ δὲ Ἀρτάξατα πρὸς τῷ Ἀραξηνῷ πεδίῳ, συνῳκισμένη καλῶς καὶ βασίλειον οὖσα τῆς χώρας. κεῖται δ' ἐπὶ χερρονησιάζοντος ἀγκῶνος, τὸ τεῖχος κύκλῳ προβεβλημένον τὸν ποταμὸν πλὴν τοῦ ἰσθμοῦ, τὸν ἰσθμὸν δ' ἔχει τάφρῳ καὶ χάρακι κεκλεισμένον. οὐ πολὺ δ' ἄπωθέν ἐστι τῆς πόλεως (ἐπὶ) τὰ Τιγράνου καὶ Ἀρταουάσδου γαζοφυλάκια, φρούρια ἐρυμνά, Βάβυρσά τε καὶ Ὀλανή· ἦν δὲ καὶ ἄλλα ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ. Ἀρταγήρας δὲ ἀπέστησε μὲν Ἀδὼρ ὁ φρούραρχος, ἐξεῖλον δ' οἱ Καίσαρος στρατηγοί, πολιορκήσαντες πολὺν χρόνον, καὶ τὰ τείχη περιεῖλον.

7. Ποταμοὶ δὲ πλείους μέν εἰσιν ἐν τῇ χώρᾳ, γνωριμώτατοι δὲ Φᾶσις μὲν καὶ Λύκος εἰς τὴν Ποντικὴν ἐκπίπτοντες θάλατταν (Ἐρατοσθένης δ' ἀντὶ τοῦ Λύκου τίθησι Θερμώδοντα οὐκ εὖ), εἰς δὲ τὴν Κασπίαν Κῦρος καὶ Ἀράξης, εἰς δὲ τὴν Ἐρυθρὰν ὅ τε Εὐφράτης καὶ ὁ Τίγρις.

8. Εἰσὶ δὲ καὶ λίμναι κατὰ τὴν Ἀρμενίαν μεγάλαι, μία μὲν ἡ Μαντιανή, Κυανῆ ἑρμηνευθεῖσα, μεγίστη, ὥς φασι, μετὰ τὴν Μαιῶτιν, ἁλμυροῦ ὕδατος, διήκουσα μέχρι τῆς Ἀτροπατίας, ἔχουσα καὶ ἁλοπήγια· ἡ δὲ Ἀρσηνή, ἣν καὶ Θωπῖτιν καλοῦσιν· ἔστι δὲ νιτρῖτις,

mitatus interdum nivibus absorberi, si quando ninxit vehementius; et ad hæc pericula sustinenda viatores habere baculos, quos in superficiem erigant, ut et respirare possint, et suum casum adventantibus significare, et sic auxilium consequi, effodi atque saluti restitui. Tradunt etiam, in nive glebas coire cavas intus, aquam utilem, tanquam in tunica, continentes; et animalcula quoque in ea nasci, quæ vermes Apollonidæ vocantur, cossi Theophani [et in his *globis* bonam aquam contineri, quæ scissis circum tunicis bibatur]; ortum animalculorum talem conjiciunt, qualis est culicum e flamma et favilla in metallorum fodinis.

5. Memoriæ proditum est, Armeniam, quum olim fuisset parva, auctam fuisse Artaxiæ et Zariadris opera. Hos, quum ante fuissent duces militiæ apud Antiochum Magnum, illo devicto ipsos regnum tenuisse, alterum Sophenæ, Acisenæ (*Amphissenæ?*), Odomantidis et aliarum quarundam provinciarum, alterum circa Artaxata, et auxisse ditiones suas, quum portiones circumjacentium ditionum ad se raperent; Medis ademisse Caspianam, Phaunitin, et Basoropedam; Iberis, quæ ad montes Paryadri et Chorzenam atque Gogarenam, quæ est trans Cyrum; Chalybibus et Mosynœcis Carenitin et Xerxenam, quæ sunt parvæ Armeniæ confines vel etiam partes ejus; Cataonibus Acilisenam et quod est ad Antitaurum regionis; Syris Taronitin (*codd.* Tamonitin): ita ut eadem omnes utantur lingua.

6. Urbes Armeniæ sunt Artaxata, quam et Artaxiasata vocant, conditam Artaxiæ regi ab Annibale, et Arxata, utraque ad Araxen; et Arxata quidem sita est ad fines Atropatenæ; Artaxata autem ad campum Araxenum condita est eleganter, regia Armeniæ. Jacet in cubito quodam peninsulam referente, muro cingenti ubique projectum habet fluvium, excepta ea parte ubi isthmus est, qui fossa et vallo includitur. Haud procul ab ea urbe sunt Babyrsa, et Olane, castella montana, ubi Tigranis et Artavasdæ gazæ asservabantur: fuerunt et alia ad Euphratem, ut Artageræ, quas ad defectionem perduxit Ador castelli præfectus, Cæsaris autem duces diuturna oppugnatione ceperunt, murosque dejecerunt.

7. Flumina Armeniæ sunt multa: notissima horum, in Euxinum mare exeuntia Phasis et Lycus (pro quo non recte Thermodontem Eratosthenes ponit); in Caspium autem Cyrus et Araxes; in Rubrum mare Euphrates et Tigris.

8. Paludes quoque sunt in Armenia magnæ; quarum una est Mantiana (*Matiana?*), quam cæruleam interpretantur, maxima post Mæotidem, ut aiunt, aquæ salsæ, usque ad Atropatiam pertingens, in qua palude etiam sal coit. Arsena vero, quæ et Thopitis (*codd.* Thoetis), nitrosa est palus,

τὰς δ' ἐσθῆτας ῥήττει καὶ διαξαίνει· διὰ δὲ τοῦτο καὶ ἄποτόν ἐστι τὸ ὕδωρ. φέρεται δὲ δι' αὐτῆς ὁ Τίγρις ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Νιφάτην ὀρεινῆς ὁρμηθείς, ἄμικτον φυλάττων τὸ ῥεῦμα διὰ τὴν ὀξύτητα, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα, Μήδων τίγριν καλούντων τὸ τόξευμα· καὶ οὗτος μὲν ἔχει πολυειδεῖς ἰχθῦς, οἱ δὲ λιμναῖοι ἑνὸς εἴδους εἰσί· κατὰ δὲ τὸν μυχὸν τῆς λίμνης εἰς βάραθρον ἐμπεσὼν ὁ ποταμὸς καὶ πολὺν τόπον ἐνεχθεὶς ὑπὸ γῆς ἀνατέλλει κατὰ τὴν Χαλωνῖτιν· ἐκεῖθεν δ' ἤδη πρὸς τὴν Ὦπιν καὶ τὸ τῆς Σεμιράμιδος καλούμενον διατείχισμα ἐκεῖνός τε καταφέρεται, τοὺς Γορδυαίους ἐν δεξιᾷ ἀφεὶς καὶ τὴν Μεσοποταμίαν ὅλην, καὶ ὁ Εὐφράτης τοὐναντίον, ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὴν αὐτὴν χώραν· πλησιάσαντες δὲ ἀλλήλοις καὶ ποιήσαντες τὴν Μεσοποταμίαν, ὁ μὲν διὰ Σελευκείας φέρεται πρὸς τὸν Περσικὸν κόλπον, ὁ δὲ διὰ Βαβυλῶνος, καθάπερ εἴρηταί που ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην καὶ Ἵππαρχον λόγοις.

9. Μέταλλα δ' ἐν μὲν τῇ Ὑσπιράτιδί ἐστι χρυσοῦ κατὰ τὰ Κάβαλλα, ἐφ' ἃ Μένωνα ἔπεμψεν Ἀλέξανδρος μετὰ στρατιωτῶν, ἀνήχθη δ' ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων· καὶ ἄλλα δ' ἐστὶ μέταλλα, καὶ (δὴ) τῆς σάνδυκος καλουμένης, ἣν δὴ καὶ Ἀρμένιον καλοῦσι χρῶμα, ὅμοιον κάλχῃ. οὕτω δ' ἐστὶν ἱπποβότος σφόδρα ἡ χώρα, καὶ οὐχ ἧττον τῆς Μηδίας, ὥστε οἱ Νησαῖοι ἵπποι καὶ ἐνταῦθα γίνονται, οἷσπερ οἱ Περσῶν βασιλεῖς ἐχρῶντο· καὶ ὁ σατράπης τῆς Ἀρμενίας τῷ Πέρσῃ κατ' ἔτος δισμυρίους πώλους τοῖς Μιθρακίνοις ἔπεμπεν. Ἀρταουάσδης δὲ Ἀντωνίῳ χωρὶς τῆς ἄλλης ἱππείας αὐτὴν τὴν κατάφρακτον ἑξακισχιλίαν ἵππον ἐκτάξας ἐπέδειξεν, ἡνίκα εἰς τὴν Μηδίαν ἐνέβαλε σὺν αὐτῷ. ταύτης δὲ τῆς ἱππείας οὐ Μῆδοι μόνοι καὶ Ἀρμένιοι ζηλωταὶ γεγόνασιν, ἀλλὰ καὶ Ἀλβανοί· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι καταφράκτοις χρῶνται.

10. Τοῦ δὲ πλούτου καὶ τῆς δυνάμεως τῆς χώρας σημεῖον οὐ μικρόν, ὅτι Πομπηίου Τιγράνῃ τῷ πατρὶ τῷ Ἀρταουάσδου τάλαντα ἐπιγράψαντος ἑξακισχίλια ἀργυρίου, διένειμεν αὐτίκα ταῖς δυνάμεσι τῶν Ῥωμαίων, στρατιώτῃ μὲν κατ' ἄνδρα πεντήκοντα δραχμὰς (καὶ ἑκατόν), ἑκατοντάρχῃ δὲ χιλίας, ἱππάρχῳ δὲ καὶ χιλιάρχῳ τάλαντον.

11. Μέγεθος δὲ τῆς χώρας Θεοφάνης ἀποδίδωσιν εὖρος μὲν σχοίνων ἑκατόν, μῆκος δὲ διπλάσιον, τιθεὶς τὴν σχοῖνον τετταράκοντα σταδίων· πρὸς ὑπερβολὴν δ' εἴρηκεν· ἐγγυτέρω δ' ἐστὶ τῆς ἀληθείας μῆκος μὲν θέσθαι τὸ ὑπ' ἐκείνου λεχθὲν [εὖρος], εὖρος δὲ τὸ ἥμισυ ἢ μικρῷ πλεῖον. ἡ μὲν δὴ φύσις τῆς Ἀρμενίας καὶ δύναμις τοιαύτη.

12. Ἀρχαιολογία δέ τίς ἐστι περὶ τοῦ ἔθνους τοῦδε τοιαύτη· Ἄρμενος ἐξ Ἀρμενίου, πόλεως Θετταλικῆς, ἣ κεῖται μεταξὺ Φερῶν καὶ Λαρίσης ἐπὶ τῇ Βοίβῃ, καθάπερ εἴρηται, συνεστράτευσεν Ἰάσονι εἰς τὴν Ἀρμενίαν· τούτου φασὶν ἐπώνυμον τὴν Ἀρμενίαν οἱ περὶ Κυρσίλον τὸν Φαρσάλιον καὶ Μήδιον τὸν Λαρισαῖον, ἄνδρες συνεστρατευκότες Ἀλεξάνδρῳ· τῶν δὲ μετὰ τοῦ

ita ut eluat sordes vestium, ac fullonis operam iis purgandis præstet; itaque aqua ejus potui non est. Per hanc Tigris fertur, a Niphate monte ruens, neque miscetur paludi ob velocitatem, a qua ei nomen : nam sagittam Medi tigrin vocant. Tigris multorum generum pisces habet : palustres vero pisces unius sunt generis. In intimo paludis recessu Tigris in voraginem incidens, longoque spatio infra terram labens, apud Chalonitidem emergit; inde jam ad Opin et Semiramidis murum procurrit, Gordyæos ad dextram relinquens totamque Mesopotamiam : contra Euphrates, ad sinistram eandem habens, labitur; invicem inter se appropinquantes postquam Mesopotamiam concluserunt, alter per Seleuciam, per Babylonem alter in Persicum sinum devolvuntur, sicut alibi diximus, quum adversus Eratosthenem et Hipparchum disputaremus.

9. Sunt et auri metalla in Hyspiratide (*Syspiritide?*) apud Caballa (*v. l.* Cambala), ad quæ Menonem cum militibus misit Alexander : sed ille strangulatus (*ἀπήγχθη?*) ab indigenis. Alia præterea ibi sunt metalla, *in iisque etiam* Sandycis (*codd.* ὀπάνδικος καλούμενος), *qui etiam* Armenius dicitur color, purpureo similis. Adeo autem equorum ferax est regio, Mediæ nihil hac in re cedens, ut hic quoque Nesæi equi nascantur, quibus uti Persarum reges solebant; et Armeniæ satrapa Persæ quotannis viginti millia pullorum mittebat ad Mithræ festa (Μιθραϊκοῖς). Artavasdes Antonio præter reliquum equitatum etiam loricatam sexies mille equorum turmam instructam monstravit, quum una cum eo in Mediam irrupit. Hunc equitatum non Medi modo et Armenii studiose usurpabant, sed Albani etiam : nam et hi loricatis utuntur.

10. Opulentiam regionis ac potentiam inde haud minime licet æstimare, quod Pompeius, quum Tigrani patri Artavasdæ indixisset argenti sexies mille talenta, *is* statim hæc in exercitum Romanum distribuit, *militibus in* caput quinquaginta drachmas, centurionum *unicuique* mille, equitum præfectis militumque tribunis singulis talentum.

11. Magnitudo Armeniæ a Theophane sic describitur. Longitudo schœnorum centum, latitudo dupla, schœno stadia quadraginta continente. In qua re modum ille excessit. Vero propius est, si longitudinem ponas quam latitudinem Theophanes dixit, et hujus dimidiam vel paullo amplius latitudini tribuas. Talis igitur Armeniæ est natura et potentia.

12. Quod ad antiquitatem gentis attinet, talis fertur narratio. Armenus, Armenio oriundus, Thessaliæ oppido, sito inter Pheras et Larisam, quæ est ad Bœbeidem lacum, sicut diximus, Iasoni expeditionis in Armeniam comitem se præbuit. Ab hoc nomen habere Armeniam affirmant Cyrsilus Pharsalius et Medius Larisæus, qui castra Alexandri sunt secuti; qui cum Armeno fuerunt,

Ἀρμένου τοὺς μὲν τὴν Ἀκιλισηνὴν οἰκῆσαι τὴν ὑπὸ τοῖς Σωφηνοῖς πρότερον οὖσαν, τοὺς δὲ ἐν τῇ Συσπιρίτιδι ἕως τῆς Καλαχηνῆς καὶ τῆς Ἀδιαβηνῆς ἔξω τῶν Ἀρμενιακῶν ὅρων. καὶ τὴν ἐσθῆτα δὲ τὴν Ἀρμενιακὴν Θετταλικήν φασιν, οἷον τοὺς βαθεῖς χιτῶνας, οὓς καλοῦσι Θετταλικοὺς ἐν ταῖς τραγῳδίαις, καὶ ζωννύουσι περὶ τὰ στήθη, καὶ ἐφαπτίδας, ὡς καὶ τῶν τραγῳδῶν μιμησαμένων τοὺς Θετταλούς· ἔδει μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐπιθέτου κόσμου τοιούτου τινός, οἱ δὲ Θετταλοὶ μάλιστα βαθυστολοῦντες, ὡς εἰκός, διὰ τὸ πάντων εἶναι Ἑλλήνων βορειοτάτους καὶ ψυχροτάτους νέμεσθαι τόπους ἐπιτηδειοτάτην παρέσχοντο μίμησιν τῇ τῶν ὑποκριτῶν (δὲ) διασκευῇ ἐν τοῖς ἀναπλάσμασιν· καὶ τὸν τῆς ἱππικῆς ζῆλόν φασιν εἶναι Θετταλικὸν καὶ τούτοις ὁμοίως καὶ Μήδοις. τὴν δὲ Ἰάσονος στρατείαν καὶ τὰ Ἰασόνια μαρτυρεῖ, ὧν τινα οἱ δυνάσται κατεσκεύασαν παραπλησίως, ὥσπερ τὸν ἐν Ἀβδήροις νεὼν τοῦ Ἰάσονος Παρμενίων.

13. Τὸν δὲ Ἀράξην κληθῆναι νομίζουσι κατὰ τὴν ὁμοιότητα τὴν πρὸς τὸν Πηνειὸν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἄρμενον ὁμωνύμως ἐκείνῳ· καλεῖσθαι γὰρ Ἀράξην κἀκεῖνον διὰ τὸ ἀπαράξαι τὴν Ὄσσαν ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, ῥήξαντα τὰ Τέμπη· καὶ τὸν ἐν Ἀρμενίᾳ δέ, ἀπὸ τῶν ὀρῶν καταβάντα, πλατύνεσθαί φασι τὸ παλαιὸν καὶ πελαγίζειν ἐν τοῖς ὑποκειμένοις πεδίοις, οὐκ ἔχοντα διέξοδον, Ἰάσονα δέ, μιμησάμενον τὰ Τέμπη, ποιῆσαι τὴν διασφάγα, δι' ἧς καταράττει νυνὶ τὸ ὕδωρ εἰς τὴν Κασπίαν θάλατταν· ἐκ δὲ τούτου γυμνωθῆναι τὸ Ἀραξηνὸν πεδίον, δι' οὗ τυγχάνει ῥέων ἐπὶ τὸν καταράκτην ὁ ποταμός. οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος περὶ τοῦ Ἀράξου ποταμοῦ λεγόμενος ἔχει τι πιθανόν, ὁ δὲ Ἡροδότειος οὐ πάνυ. φησὶ γὰρ ἐκ Ματιηνῶν αὐτὸν ῥέοντα εἰς τετταράκοντα ποταμοὺς σχίζεσθαι, μερίζειν δὲ Σκύθας καὶ Βακτριανούς· καὶ Καλλισθένης δὲ ἠκολούθησεν αὐτῷ.

14. Λέγονται δὲ καὶ τῶν Αἰνιάνων τινές, οἱ μὲν τὴν Οὐιτίαν οἰκῆσαι, οἱ δ' ὕπερθε τῶν Ἀρμενίων ὑπὲρ τὸν Ἄβον καὶ τὸν Νίβαρον. μέρη δ' ἐστὶ τοῦ Ταύρου ταῦτα, ὧν ὁ Ἄβος ἐγγύς ἐστι τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Ἐκβάτανα φερούσης παρὰ τὸν τῆς Βάριδος νεών. Φασὶ δὲ καὶ Θρᾳκῶν τινας, τοὺς προσαγορευομένους Σαραπάρας, οἷον κεφαλοτόμους, οἰκῆσαι ὑπὲρ τῆς Ἀρμενίας, πλησίον Γουρανίων καὶ Μήδων, θηριώδεις ἀνθρώπους καὶ ἀπειθεῖς, ὀρεινούς, περισκυθιστάς τε καὶ ἀποκεφαλιστάς· τοῦτο γὰρ δηλοῦσιν οἱ Σαραπάραι. εἴρηται δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς Μηδείας ἐν τοῖς Μηδικοῖς· ὥστ' ἐκ πάντων τούτων εἰκάζουσι καὶ τοὺς Μήδους καὶ Ἀρμενίους συγγενεῖς πως τοῖς Θετταλοῖς εἶναι καὶ τοῖς ἀπὸ Ἰάσονος καὶ Μηδείας.

15. Ὁ μὲν δὴ παλαιὸς λόγος οὗτος, ὁ δὲ τούτου νεώτερος καὶ κατὰ Πέρσας εἰς τὸ ἐφεξῆς μέχρι εἰς ἡμᾶς, ὡς ἐν κεφαλαίῳ πρέποι ἂν μέχρι τοσούτου λεχθείς, ὅτι κατεῖχον τὴν Ἀρμενίαν Πέρσαι καὶ Μακεδόνες, μετὰ ταῦτα οἱ τὴν Συρίαν ἔχοντες καὶ τὴν Μηδίαν· τελευταῖος δ' ὑπῆρξεν Ὀρόντης ἀπόγονος Ὑδάρνου, τῶν

eorum alios sedes posuisse in Acilisena, quæ ante sub Sophenis fuerat; alios in Syspiritide usque ad Calachenam et Adiabenam, extra fines Armeniæ. Quin et Armeniacam vestem Thessalicam esse aiunt, ut sunt demissæ tunicæ, quas Thessalicas (*codd.* Ætolicas) in tragœdiis appellant, et cingunt circa pectus, et paludamenta, quod etiam tragœdi imitati essent Thessalos: nam illi adscititio tali aliquo ornatu indigebant, Thessali autem maxime prolixa stola utentes (ut probabile est, quod omnium Græcorum maxime septentrionales sint et frigidissima incolant loca), aptissimi erant, quorum vestitum histriones in figmentis suis imitarentur; rei equestris quoque studium Thessalicum et his esse aiunt et similiter Medis. Porro Iasonis expeditioni testimonium perhibent Iasonis sacella, quorum quædam reguli exstruxerunt (*codd.* κατέσκαψαν), similiter ac Parmenio templum Iasonis, quod erat Abderis.

13. Araxem porro existimant appellatum ab Armeno ob similitudinem cum Peneo eodem nomine: nam et Peneum Araxis nomen reperisse, quod Ossam ab Olympo abrupisset et per Tempe se proripuisset. Ita Araxen quoque in Armenia a montibus delapsum antiquitus aiunt in latum se effudisse, inque subjectis stagnasse campis, quum nullum haberet exitum: Iasonem autem Tempe imitatum, fauces aperuisse, per quas nunc aqua in Caspium mare se præcipitat: exinde Araxenum campum detectum esse, per quem Araxes ad catarrhactas fertur. Hæc de Araxe narratio habet aliquid probabilitatis: Herodoti (1,202) non item. Is enim dicit, eum a Matianis fluentem in quadraginta scindi fluvios, et Scythas a Bactrianis dividere: quem tamen etiam Callisthenes secutus est.

14. Dicitur etiam quosdam Ænianum partim Vitiam incoluisse, partim ultra Armenios consedisse supra Abum et Nibarum (*codd.* Imbarum). Hi montes Tauri sunt portiones; et Abus prope viam est, qua ad Ecbatana itur, præter Baridis (*codd.* Abaridis; *fort.* Zaridis) templum. Ferunt etiam Thracas quosdam, cognomento Saraparas, hoc est capitum amputatores, supra Armeniam habitare, prope Guranios et Medos, feros homines et contumaces, montanos, qui more Scythico crines cum cute capitis resecant (*var. lect.* περισκελιστάς) vel ipsa capita amputant: id enim vox Saraparæ significat. De Medea in Mediæ descriptione dictum est. Ex his ergo omnibus conjiciunt, tam Armenios quam Medos cognatos esse quodammodo Thessalis et Iasonis et Medeæ posteris.

15. Atque hæc est vetus narratio. Recentior et a Persis incipiens atque ad nos usque pertinens, in summa ut commemoretur, convenit. Nempe Armeniam possederunt Persæ et Macedones, qui postea Syriam et Mediam obtinuerunt. Persarum ultimus fuit Hydarnis e septem Persarum proceribus unius de posteritate Orontes. Post-

ἑπτὰ Περσῶν ἑνός· εἶθ' ὑπὸ τῶν Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου στρατηγῶν τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολεμήσαντος διῃρέθη δίχα, Ἀρταξίου τε καὶ Ζαριάδριος· καὶ ἦρχον οὗτοι, τοῦ βασιλέως ἐπιτρέψαντος· ἡττηθέντος δ' ἐκείνου, προσθέμενοι Ῥωμαίοις καθ' αὑτοὺς ἐτάττοντο, βασιλεῖς προσαγορευθέντες. τοῦ μὲν οὖν Ἀρταξίου Τιγράνης ἦν ἀπόγονος καὶ εἶχε τὴν ἰδίως λεγομένην Ἀρμενίαν (αὕτη δ' ἦν προσεχὴς τῇ τε Μηδίᾳ καὶ Ἀλβανοῖς καὶ Ἴβηρσι μέχρι Κολχίδος καὶ τῆς ἐπὶ τῷ Εὐξείνῳ Καππαδοκίας), τοῦ δὲ Ζαριάδριος ὁ Σωφηνὸς Ἀρτάνης ἔχων τὰ νότια μέρη καὶ τούτων τὰ πρὸς δύσιν μᾶλλον. κατελύθη δ' οὗτος ὑπὸ τοῦ Τιγράνου, καὶ πάντων κατέστη κύριος ἐκεῖνος. τύχαις δ' ἐχρήσατο ποικίλαις· κατ' ἀρχὰς μὲν γὰρ ὡμήρευσε παρὰ Πάρθοις, ἔπειτα δι' ἐκείνων ἔτυχε καθόδου, λαβόντων μισθὸν ἑβδομήκοντα αὐλῶνας τῆς Ἀρμενίας· αὐξηθεὶς δὲ καὶ ταῦτα ἀπέλαβε τὰ χωρία καὶ τὴν ἐκείνων ἐπόρθησε, τήν τε περὶ Νίνον καὶ τὴν περὶ Ἄρβηλα· ὑπηκόους δ' ἔσχε καὶ τὸν Ἀτροπατηνὸν καὶ τὸν Γορδυαῖον, μεθ' ὧν καὶ τὴν λοιπὴν Μεσοποταμίαν, ἔτι δὲ τὴν Συρίαν αὐτὴν καὶ Φοινίκην, διαβὰς τὸν Εὐφράτην, ἀνὰ κράτος εἷλεν. ἐπὶ τοσοῦτον δ' ἐξαρθεὶς καὶ πόλιν ἔκτισε πλησίον τῆς † Ἰβηρίας μεταξὺ ταύτης τε καὶ τοῦ κατὰ τὸν Εὐφράτην Ζεύγματος, ἣν ὠνόμασε Τιγρανόκερτα, ἐκ δώδεκα ἐρημωθεισῶν ὑπ' αὐτοῦ πόλεων Ἑλληνίδων ἀνθρώπους συναγαγών. ἔφθη δ' ἐπελθὼν Λεύκολλος ὁ τῷ Μιθριδάτῃ πολεμήσας καὶ τοὺς μὲν οἰκήτορας εἰς τὴν οἰκείαν ἑκάστου ἀπέλυσε, τὸ δὲ κτίσμα, ἡμιτελὲς ἔτι ὄν, κατέσπασε προσβαλὼν καὶ μικρὰν κώμην κατέλιπεν, ἐξήλασε δὲ καὶ τῆς Συρίας αὐτὸν καὶ τῆς Φοινίκης. διαδεξάμενος δ' Ἀρταουάσδης ἐκεῖνον τέως μὲν ηὐτύχει, φίλος ὢν Ῥωμαίοις, Ἀντώνιον δὲ προδιδοὺς Παρθυαίοις ἐν τῷ πρὸς αὐτοὺς πολέμῳ, δίκας ἔτισεν· ἀναχθεὶς γὰρ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὑπ' αὐτοῦ, δέσμιος πομπευθεὶς διὰ τῆς πόλεως τέως μὲν ἐφρουρεῖτο, ἔπειτ' ἀνῃρέθη, συνάπτοντος τοῦ Ἀκτιακοῦ πολέμου. μετ' ἐκεῖνον δὲ πλείους ἐβασίλευσαν ὑπὸ Καίσαρι καὶ Ῥωμαίοις ὄντες· καὶ νῦν ἔτι συνέχεται τὸν αὐτὸν τρόπον.

16. Ἅπαντα μὲν οὖν τὰ τῶν Περσῶν ἱερὰ καὶ Μῆδοι καὶ Ἀρμένιοι τετιμήκασι, τὰ δὲ τῆς Ἀναΐτιδος διαφερόντως Ἀρμένιοι, ἔν τε ἄλλοις ἱδρυσάμενοι τόποις, καὶ δὴ καὶ ἐν τῇ Ἀκιλισηνῇ. ἀνατιθέασι δ' ἐνταῦθα δούλους καὶ δούλας· καὶ τοῦτο μὲν οὐ θαυμαστόν, ἀλλὰ καὶ θυγατέρας οἱ ἐπιφανέστατοι τοῦ ἔθνους ἀνιεροῦσι παρθένους, αἷς νόμος ἐστὶ καταπορνευθείσαις πολὺν χρόνον παρὰ τῇ θεῷ μετὰ ταῦτα δίδοσθαι πρὸς γάμον, οὐκ ἀπαξιοῦντος τῇ τοιαύτῃ συνοικεῖν οὐδενός. τοιοῦτον δέ τι καὶ Ἡρόδοτος λέγει τὸ περὶ τὰς Λυδάς· πορνεύειν γὰρ ἁπάσας. οὕτω δὲ φιλοφρόνως χρῶνται τοῖς ἐρασταῖς, ὥστε καὶ ξενίαν παρέχουσι καὶ δῶρα ἀντιδιδόασι πλείω πολλάκις ἢ λαμβάνουσιν, ἅτ' ἐξ εὐπόρων οἴκων ἐπιχορηγούμεναι· δέχονται δὲ οὐ τοὺς τυχόντας τῶν ξένων, ἀλλὰ μάλιστα τοὺς ἀπὸ ἴσου ἀξιώματος.

modo ab Antiochi Magni, ejus, qui contra Romanos bellum gessit, ducibus divisa est in duas partes, Artaxii et Zariadris; atque hi regis permissu imperaverunt: victo eo, Romanis se adjunxerunt, ab iisque reges creati suique juris facti sunt. Ab Artaxio genus duxit Tigranes, possedit que eam, quæ proprie dicitur, Armeniam, contiguam Mediæ, Albaniæ, Iberiæ, et pertinentem usque ad Colchidem atque Cappadociam ad Euxinum mare sitam. A Zariadre ortus fuit Artanes Sophenus, austrinas partes et quæ de his magis occasum spectant, tenens. Hic vero oppressus est a Tigrane, qui in suam omnia redegit potestatem. Varia fortuna usus est hic Tigranes. Initio obses apud Parthos fuit; deinde in patriam redeundi veniam ab iis obtinuit, quum mercedis loco septuaginta convalles Armeniæ accepissent; at viribus auctus, quum istas recuperavit, tum Parthorum ditionem populatus est, quæ circa Ninum est et Arbela. Subditos etiam sibi habuit Atropatenum et Gordyæum, cum quibus et Mesopotamiam et Syriam etiam, transmisso Euphrate, ac Phœnicen vi occupavit. Eo usque elatus, urbem condidit vicinam *Iberiæ (?)* inter hanc et Zeugma, quod est ad Euphratem, quam Tigranocerta nominavit, conducens in eam homines e duodecim, quas evastaverat, Græcanicis urbibus. Sed supervenit Lucullus, qui Mithridatem bello presserat, habitatoribusque domum quoque suam dimissis, opus semiperfectum facto impetu subvertit, exiguumque pagum reliquit; Syria etiam et Phœnice eum expulit. Hujus Tigranis successor Artavasdes floruit, quamdiu Romanorum coluit amicitiam; quum autem Antonium Parthis prodidisset in bello contra eos suscepto, pœnas dedit: nam Alexandriam ab eo deportatus et vinctus in triumpho per urbem ductus habitusque aliquantisper in custodia, bello Actiaco gliscente, interfectus est. Post eum plures regnarunt Cæsari Romanisque subjecti, prout etiam nunc valet.

16. Omnia Persarum sacra etiam Medi et Armenii religiose coluerunt, præ ceteris vero Anaitidem (*codd.* Ταναΐδος) Armenii, cui et alibi templa posuerunt et in Acilisena. Ibi servos servasque ei consecrant; et hoc quidem mirum non est; sed filias etiam virgines illustrissimi ejus nationis ei dedicant, ac lex est, ut longo tempore apud deam constupratæ, deinde nuptum dentur, nemine talis mulieris conjugium dedignante. Tale quippiam etiam Herodotus de Lydiis mulieribus scribit; omnes enim ait, meretrices esse. Illæ vero amatores ita blande tractant, ut et hospitium præbeant, et sæpe plura munera dent quam recipiant, utpote e re lauta sumptum suppeditantes; non autem quosvis hospitio excipiunt, sed eos præcipue qui dignitate ipsis sunt pares.

## ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

# ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΔΩΔΕΚΑΤΟΝ.

### ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ δωδέκατον περιέχει τὰ ὑπόλοιπα τῆς Ποντικῆς χώρας καὶ ἐφεξῆς Καππαδοκίαν, Γαλατίαν, Βιθυνίαν, Μυσίαν, Φρυγίαν, Μαιονίαν, καὶ πρὸ τούτων Σινωπίδα, πόλιν Ποντικήν, καὶ Ἡράκλειαν καὶ Ἀμάσειαν· ἔτι Ἰσαυρίαν, Λυκίαν, Παμφυλίαν, Κιλικίαν μετὰ τῶν παρακειμένων νήσων καὶ ὀρῶν καὶ ποταμῶν.

## ΚΕΦ. Α΄.

Καὶ ἡ Καππαδοκία ἐστὶ πολυμερής τε καὶ συχνὰς δεδεγμένη μεταβολάς. οἱ δ' οὖν ὁμόγλωττοι μάλιστά εἰσιν οἱ ἀφοριζόμενοι πρὸς νότον μὲν τῷ Κιλικίῳ λεγομένῳ Ταύρῳ, πρὸς ἕω δὲ τῇ Ἀρμενίᾳ καὶ τῇ Κολχίδι καὶ τοῖς μεταξὺ ἑτερογλώττοις ἔθνεσι, πρὸς ἄρκτον δὲ τῷ Εὐξείνῳ μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἅλυος, πρὸς δύσιν δὲ τῷ τε τῶν Παφλαγόνων ἔθνει καὶ Γαλατῶν τῶν τὴν Φρυγίαν ἐποικησάντων μέχρι Λυκαόνων καὶ Κιλίκων τῶν τὴν τραχεῖαν Κιλικίαν νεμομένων.

2. Καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ὁμογλώττων οἱ παλαιοὶ τοὺς Κατάονας καθ' αὑτοὺς ἔταττον, ἀντιδιαιροῦντες τοῖς Καππάδοξιν, ὡς ἑτεροεθνέσι, καὶ ἐν τῇ διαριθμήσει τῶν ἐθνῶν μετὰ τὴν Καππαδοκίαν ἐτίθεσαν τὴν Καταονίαν, εἶτα τὸν Εὐφράτην καὶ τὰ πέραν ἔθνη, ὥστε καὶ τὴν Μελιτηνὴν ὑπὸ τῇ Καταονίᾳ τάττειν, ἣ μεταξὺ κεῖται ταύτης τε καὶ τοῦ Εὐφράτου, συνάπτουσα τῇ Κομμαγηνῇ, μέρος τε τῆς Καππαδοκίας ἐστὶ δέκατον κατὰ τὴν εἰς δέκα στρατηγίας διαίρεσιν τῆς χώρας. οὕτω γὰρ δὴ οἱ καθ' ἡμᾶς βασιλεῖς οἱ πρὸ Ἀρχελάου διατεταγμένην εἶχον τὴν ἡγεμονίαν τῆς Καππαδοκίας· δέκατον δ' ἐστὶ μέρος καὶ ἡ Καταονία. καθ' ἡμᾶς δὲ εἶχε στρατηγὸν ἑκατέρα ἴδιον· οὔτε δ' ἐκ τῆς διαλέκτου διαφορᾶς τινος ἐν τούτοις πρὸς τοὺς ἄλλους Καππάδοκας ἐμφαινομένης, οὔτε ἐκ (τῆς) τῶν ἄλλων ἐθῶν, θαυμαστὸν πῶς ἠφάνισται τελέως τὰ σημεῖα τῆς ἀλλοεθνίας. ἦσαν δ' οὖν διωρισμένοι, προσεκτήσατο δ' αὐτοὺς Ἀριαράθης ὁ πρῶτος προσαγορευθεὶς Καππαδόκων βασιλεύς.

3. Ἔστι δ' ὥσπερ χερρονήσου μεγάλης ἰσθμὸς οὗτος, σφιγγόμενος θαλάτταις δυσί, τῇ τε τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τῆς τραχείας Κιλικίας καὶ τῇ τοῦ Εὐξείνου μεταξὺ Σινώπης τε καὶ τῆς τῶν Τιβαρηνῶν παραλίας· ἐντὸς δὲ τοῦ ἰσθμοῦ λέγομεν χερρόνησον τὴν προσεσπέριον τοῖς Καππάδοξιν ἅπασαν, ἣν Ἡρόδοτος μὲν ἐντὸς Ἅλυος καλεῖ· αὕτη γάρ ἐστιν, ἧς ἦρξεν ἁπάσης Κροῖσος, λέγει δ' αὐτὸν ἐκεῖνος τύραννον

## STRABONIS

# GEOGRAPHICORUM

## LIBER DUODECIMUS.

### ARGUMENTUM.

Duodecimus reliqua Ponticæ regionis continet, ac deinceps Cappadociam, Galatiam, Bithyniam, Mysiam, Phrygiam, Mæoniam, et ante hæc Sinopidem, Ponticam civitatem, et Heracleam et Amaseam; præterea Isauriam, Lyciam, Pamphyliam, Ciliciam cum adjacentibus insulis, montibus et fluviis.

## CAP. I.

Cappadocia in varias partes divisa est, et varias experta mutationes. Qui eadem utuntur lingua, ii maxime sunt qui definiuntur versus meridiem Cilicio, qui vocatur, Tauro; versus orientem Armenia et Colchide et interjacentibus gentibus, quæ sermone diverso utuntur; versus septentrionem Euxino mari usque ad Halyis ostia; versus occasum Paphlagonica natione et Galatis, qui in Phrygiam commigraverunt, usque ad Lycaones et Cilices eos qui asperam colunt Ciliciam.

2. Jam de iis ipsis, qui eodem utuntur sermone, veteres Cataones seorsum posuerunt, a Cappadocibus, tanquam diversa natione, distinguentes, inque gentium enumeratione Cataoniam Cappadociæ subjunxerunt, inde Euphratem et quæ sunt trans eum gentes, ita ut Melitenam quoque sub Cataonia posuerint, quæ inter hanc et Euphratem sita Commagenam attingit, ac pars decima Cappadociæ habetur, ut quidem in decem hæc divisa est provincias. Sic enim nostra ætate reges, qui Archelaum antecesserunt, Cappadociæ ditionem distribuerunt; et Cataonia etiam una est de decem partibus. Nostra ætate utrique suus fuit præfectus. Quum vero neque ullum linguæ neque morum inter eos et Cappadoces discrimen appareat, mirandum est quomodo prorsus sint abolita indicia diversitatis inter istas gentes. Erant ergo divisi usque dum regno suo eos adjecit Ariarathes, qui primus est Cappadocum rex appellatus.

3. Est autem hæc regio quasi isthmus magnæ peninsulæ duobus constrictus maribus, uno, quod est Issici sinus, usque ad Ciliciam asperam; altero, quod est Euxini inter Sinopen et oram Tibarenorum. Intra isthmum hunc peninsulam vocamus quidquid versus occasum est regionum a Cappadocia: quod Herodotus (1, 6. 28) terram intra Halyn vocat; nam istæc omnia possedit Crœsus, quem ille tyrannum populorum intra Halyn appellat. Ho-

ἐθνέων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ. οἱ δὲ νῦν τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου καλοῦσιν Ἀσίαν, ὁμωνύμως τῇ ὅλῃ ἠπείρῳ ταύτην Ἀσίαν προσαγορεύοντες. περιέχεται δ' ἐν αὐτῇ πρῶτα μὲν ἔθνη τὰ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς Παφλαγόνες τε καὶ Φρύγες καὶ Λυκάονες, ἔπειτα Βιθυνοὶ καὶ Μυσοὶ καὶ ἡ Ἐπίκτητος, ἔτι δὲ Τρωὰς καὶ Ἑλλησποντία, μετὰ δὲ τούτους ἐπὶ θαλάττῃ μὲν Ἑλλήνων οἵ τε Αἰολεῖς καὶ Ἴωνες, τῶν δ' ἄλλων Κᾶρές τε καὶ Λύκιοι, ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Λυδοί. περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἐροῦμεν ὕστερον.

4. Τὴν δὲ Καππαδοκίαν εἰς δύο σατραπείας μερισθεῖσαν ὑπὸ τῶν Περσῶν παραλαβόντες Μακεδόνες περιεῖδον τὰ μὲν ἑκόντες τὰ δ' ἄκοντες εἰς βασιλείας ἀντὶ σατραπειῶν περιστᾶσαν· ὧν τὴν μὲν ἰδίως Καππαδοκίαν ὠνόμασαν καὶ πρὸς τῷ Ταύρῳ καὶ νὴ Δία μεγάλην Καππαδοκίαν, τὴν δὲ Πόντον, οἱ δὲ τὴν πρὸς τῷ Πόντῳ Καππαδοκίαν. τῆς δὲ μεγάλης Καππαδοκίας νῦν μὲν οὐκ ἴσμεν πω τὴν διάταξιν· τελευτήσαντος γὰρ τὸν βίον Ἀρχελάου τοῦ βασιλεύσαντος, ἔγνω Καῖσάρ τε καὶ ἡ σύγκλητος ἐπαρχίαν εἶναι Ῥωμαίων αὐτήν. ἐπ' ἐκείνου δὲ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων εἰς δέκα στρατηγίας διῃρημένης τῆς χώρας, πέντε μὲν ἐξητάζοντο αἱ πρὸς τῷ Ταύρῳ, Μελιτηνή, Καταονία, Κιλικία, Τυανῖτις, Γαρσαυρῖτις· πέντε δὲ λοιπαὶ Λαουιανσηνή, Σαργαραυσηνή, Σαραουηνή, Χαμανηνή, Μοριμηνή. προσεγένετο δ' ὕστερον παρὰ Ῥωμαίων ἐκ τῆς Κιλικίας τοῖς πρὸ Ἀρχελάου καὶ ἑνδεκάτη στρατηγία, ἡ περὶ Καστάβαλά τε καὶ Κύβιστρα μέχρι τῆς Ἀντιπάτρου τοῦ λῃστοῦ Δέρβης, τῷ δὲ Ἀρχελάῳ καὶ ἡ τραχεῖα περὶ Ἐλαιοῦσσαν Κιλικία καὶ πᾶσα ἡ τὰ πειρατήρια συστησαμένη.

## ΚΕΦ. Β'.

Ἔστι δ' ἡ μὲν Μελιτηνὴ παραπλησία τῇ Κομμαγηνῇ· πᾶσα γάρ ἐστι τοῖς ἡμέροις δένδροις κατάφυτος, μόνη τῆς ἄλλης Καππαδοκίας, ὥστε καὶ ἔλαιον φέρειν καὶ τὸν Μοναρίτην οἶνον τοῖς Ἑλληνικοῖς ἐνάμιλλον· ἀντίκειται δὲ τῇ Σωφηνῇ, μέσον ἔχουσα τὸν Εὐφράτην ποταμὸν καὶ αὐτὴ [καὶ] ἡ Κομμαγηνή, ὅμορος οὖσα. ἔστι δὲ φρούριον ἀξιόλογον τῶν Καππαδόκων ἐν τῇ περαίᾳ Τόμισα, τοῦτο δ' ἐπράθη μὲν τῷ Σωφηνῷ ταλάντων ἑκατόν, ὕστερον δὲ ἐδωρήσατο Λεύκολλος τῷ Καππάδοκι συστρατεύσαντι ἀριστεῖον κατὰ τὸν πρὸς Μιθριδάτην πόλεμον.

2. Ἡ δὲ Καταονία πλατὺ καὶ κοῖλόν ἐστι πεδίον πάμφορον πλὴν τῶν ἀειθαλῶν. περίκειται δ' ὄρη ἄλλα τε καὶ Ἀμανὸς ἐκ τοῦ πρὸς νότον μέρους, ἀπόσπασμα ὂν τοῦ Κιλικίου Ταύρου, καὶ ὁ Ἀντίταυρος, εἰς τἀναντία ἀπερρωγώς. ὁ μὲν γὰρ Ἀμανὸς ἐπὶ τὴν Κιλικίαν καὶ τὴν Συριακὴν ἐκτείνεται θάλατταν πρὸς τὴν ἑσπέραν ἀπὸ τῆς Καταονίας καὶ τὸν νότον· τῇ δὲ τοιαύτῃ διαστάσει περικλείει τὸν Ἰσσικὸν κόλπον ἅπαντα καὶ τὰ μεταξὺ τῶν Κιλίκων πεδία πρὸς τὸν Ταῦρον· ὁ δ' Ἀντίταυρος ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἐγκέκλιται καὶ μικρὸν

die vero terram intra Taurum sitam nominant Asiam, eodem nomine quod toti continenti est, hanc ejus partem significantes. Continentur in ea gentes primum ab ortu Paphlagones, Phryges, Lycaones; deinde Bithyni, Mysi et Epictetus regio; tum Troas et Hellespontia; post hæc ad mare de Græcis Æoles ac Iones, de ceteris Cares et Lycii, et in mediterraneis Lydi. Ac de reliquis quidem postea dicetur.

4. Cappadociam vero Persæ in duas diviserunt satrapias : eas ab his acceptas Macedones passi sunt in duo regna mutari, partim sponte, partim inviti : eorum alterum proprie Cappadociam et Cappadociam ad Taurum adeoque magnam Cappadociam nuncupaverunt; alterum Pontum vel Cappadociam Ponticam. Magnæ Cappadociæ constitutio quæ futura sit nondum novimus; mortuo enim ejus rege Archelao, Cæsar decrevit ac senatus, ut Romanorum ea esset provincia. Sub Archelao autem et eum antegressis regibus Cappadocia in decem divisa erat præfecturas, quarum quinque sub Tauro sitæ censebantur, *Melitena*, Cataonia, Cilicia, Tyanitis, Garsauritis; *reliquæ quinque* erant Laviansena (*codd.* Lavinasene. Lausansene), Sargarausena (*codd.* Sargausena), Saravena, Chamanena, Morimena (*codd.* Rimnenena. Rimnena. Romnena; *epit.* Moramena). Post Romani regibus ante Archelaum adjecerunt etiam undecimam præfecturam, videlicet Ciliciæ partem quæ est circum Castabala et Cybistra (*codd.* Cydistra) usque ad urbem Antipatri prædonis Derben, Archelao autem etiam asperam Ciliciam circa Elæussam, et eam omnem quæ ad piratarum fœdus pertinuerat.

## CAP. II.

Melitena similis est Commagenæ : tota enim domesticis conseritur arboribus, sola ex omnibus Cappadociæ partibus, ita ut oleum quoque ferat, et Monarite vinum, quod cum Græcis certet. Sophenæ ex adverso jacet, ab ea dirempta Euphrate fluvio, ut et finitima Commagene. Trans fluvium Cappadociæ castellum est memorabile Tomisa : id venditum fuit Sopheno (*codd.* Sophenæ) talentis centum : postea autem temporis Lucullus ob rem bene gestam præmii loco id Cappadoci dedit, cujus in bello Mithridatico usus fuerat opera.

2. Cataonia lata est et cava planities, omnium rerum ferax, exceptis quæ semper virent. Circum eam jacent quum alii montes, tum Amanus versus meridiem, frustum a Cilicio avulsum Tauro, et abruptus ab hoc in contrariam partem Antitaurus. Etenim Amanus a Cataonia occasum versus et meridiem ad Syriacum ac Cilicium se porrigens mare, hoc spatio includit totum sinum Issicum, et intermedios campos Ciliciæ, qui sunt versus Taurum. Anti-

ἐπιλαμβάνει τῶν ἀνατολῶν, εἶτ' εἰς τὴν μεσόγαιαν τελευτᾷ.

3. Ἐν δὲ τῷ Ἀντιταύρῳ τούτῳ βαθεῖς καὶ στενοί εἰσιν αὐλῶνες, ἐν οἷς ἵδρυται τὰ Κόμανα καὶ τὸ τῆς Ἐνυοῦς ἱερόν, ὃ ἐκεῖνοι Μᾶ ὀνομάζουσι· πόλις δ' ἐστὶν ἀξιόλογος, πλεῖστον μέντοι [τὸ] τῶν θεοφορήτων πλῆθος καὶ τὸ τῶν ἱεροδούλων ἐν αὐτῇ. Κατάονές δέ εἰσιν οἱ ἐνοικοῦντες, ἄλλως μὲν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τεταγμένοι, τοῦ δὲ ἱερέως ὑπακούοντες τὸ πλέον· [ὁ] δὲ τοῦ θ' ἱεροῦ κύριός ἐστι καὶ τῶν ἱεροδούλων, οἳ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιδημίαν πλείους ἦσαν τῶν ἑξακισχιλίων, ἄνδρες ὁμοῦ γυναιξί. πρόσκειται δὲ τῷ ἱερῷ καὶ χώρα πολλή, καρποῦται δ' ὁ ἱερεὺς τὴν πρόσοδον, καὶ ἔστιν οὗτος δεύτερος κατὰ τιμὴν [ἐν] τῇ Καππαδοκίᾳ μετὰ τὸν βασιλέα· ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦ αὐτοῦ γένους ἦσαν οἱ ἱερεῖς τοῖς βασιλεῦσι. τὰ δὲ ἱερὰ ταῦτα δοκεῖ Ὀρέστης μετὰ τῆς ἀδελφῆς Ἰφιγενείας κομίσαι δεῦρο ἀπὸ τῆς Ταυρικῆς Σκυθίας, τὰ τῆς Ταυροπόλου Ἀρτέμιδος, ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν πένθιμον κόμην ἀποθέσθαι, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῇ πόλει. διὰ μὲν οὖν τῆς πόλεως ταύτης ὁ Σάρος ῥεῖ ποταμός, καὶ διὰ τῶν συναγκειῶν τοῦ Ταύρου διεκπεραιοῦται πρὸς τὰ τῶν Κιλίκων πεδία καὶ τὸ ὑποκείμενον πέλαγος.

4. Διὰ δὲ τῆς Καταονίας ὁ Πύραμος πλωτός, ἐκ μέσου τοῦ πεδίου τὰς πηγὰς ἔχων· ἔστι δὲ βόθρος ἀξιόλογος, δι' οὗ καθορᾶν ἔστι τὸ ὕδωρ ὑποφερόμενον κρυπτῶς μέχρι πολλοῦ διαστήματος ὑπὸ γῆς, εἶτ' ἀνατέλλον εἰς τὴν ἐπιφάνειαν· τῷ δὲ καθιέντι ἀκόντιον ἄνωθεν εἰς τὸν βόθρον ἡ βία τοῦ ὕδατος ἀντιπράττει τοσοῦτον, ὥστε μόλις βαπτίζεσθαι· † ἁπλώτῳ δὲ βάθει καὶ πλάτει πολὺς ἐνεχθεὶς ἐπειδὰν συνάψῃ τῷ Ταύρῳ, παράδοξον λαμβάνει τὴν συναγωγήν, παράδοξος δὲ καὶ ἡ διακοπὴ τοῦ ὄρους ἐστί, δι' ἧς ἄγεται τὸ ῥεῖθρον· καθάπερ γὰρ ἐν ταῖς ῥῆγμα λαβούσαις πέτραις καὶ σχισθείσαις δίχα τὰς κατὰ τὴν ἑτέραν ἐξοχὰς ὁμολόγους εἶναι συμβαίνει ταῖς κατὰ τὴν ἑτέραν εἰσοχαῖς, ὥστε κἂν συναρμοσθῆναι δύνασθαι, οὕτως εἴδομεν καὶ τὰς ὑπερκειμένας τοῦ ποταμοῦ πέτρας ἑκατέρωθεν σχεδόν τι μέχρι τῶν ἀκρωρειῶν ἀνατεινούσας ἐν διαστάσει δυεῖν ἢ τριῶν πλέθρων, ἀντικείμενα ἐχούσας τὰ κοῖλα ταῖς ἐξοχαῖς· τὸ δὲ ἔδαφος τὸ μεταξὺ πᾶν πέτρινον, βαθύ τι καὶ στενὸν τελέως ἔχον διὰ μέσου ῥῆγμα, ὥστε καὶ κύνα καὶ λαγὼ διάλλεσθαι. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ῥεῖθρον τοῦ ποταμοῦ ἄχρι χείλους πλῆρες, † ὀχετοῦ πλάτει προσεοικός, διὰ δὲ τὴν σκολιότητα καὶ τὴν ἐκ τοσούτου συναγωγὴν καὶ διὰ τὸ τῆς φάραγγος βάθος εὐθὺς τοῖς πόρρωθεν προσιοῦσιν ὁ ψόφος βροντῇ προσπίπτει παραπλήσιος· διεκβαίνων δὲ τὰ ὄρη τοσαύτην κατάγει χοῦν ἐπὶ θάλατταν, τὴν μὲν ἐκ τῆς Καταονίας, τὴν δὲ ἐκ τῶν Κιλίκων πεδίων, ὥστε ἐπ' αὐτῷ καὶ χρησμὸς ἐκπεπτωκὼς φέρεται τοιοῦτος·

Ἔσσεται ἐσσομένοις, ὅτε Πύραμος εὐρυοδίνης,
ἠιόνα προχέων, ἱερὴν ἐς Κύπρον ἵκηται.

παραπλήσιον γάρ τι κἀκεῖ συμβαίνει καὶ ἐν Αἰγύπτῳ,

taurus ad septentriones inclinat, ac nonnihil etiam ad ortum, deinde in mediterranea desinit.

3. In hoc Antitauro profundæ sunt et angustæ convalles, in quibus sita sunt Comana et Enyûs sive Bellonæ templum quod (*quam?*) Ma illi vocant. Urbs est memorabilis; maxima autem ibi multitudo eorum, qui divino instinctu corripiuntur, atque templorum servi. Incolæ Cataones sunt, regi quidem alias subditi, sed pontificis tamen dicto audientes maxima e parte: hic et templi dominus est, et templi servorum, qui, quum nos ibi peregre essemus, plures erant sex millibus, viri una cum mulieribus. Multum etiam agri est, quod ad templum pertinet, cujus fructus percipit pontifex; isque secundum regem in summo est inter Cappadoces honore; plerumque ex eadem familia sunt pontifices et reges. Ista sacra putatur Orestes ejusque soror Iphigenia eo attulisse e Scythia Taurica, quibus Tauropolus Diana celebratur; ibidemque lugubrem deposuisse comam, unde Comana urbi nomen factum. Per eam fluit Sarus amnis, ac per convalles Tauri in campos Ciliciæ se evolvens in subjectum huic mare exit.

4. Per Cataoniam Pyramus navigabile flumen decurrit, mediis in campis scaturiens: est autem fossa memorabilis, per quam aquam longo spatio infra terram labentem, ac deinde in superficiem erumpentem videre est. Si quis jaculum in fossam contorqueat, adeo resistit vis aquæ, ut ægre id mergatur (βαπτίζεσθαι αὐτό. τῷ δὲ β.). Is fluvius magna profunditate et latitudine lapsus, ubi Taurum attingit, mirabilem in modum coarctatur; mirabilis est etiam fissura montis, quam alveus fluvii penetrat. Sicut enim in saxis, quæ rimis fatiscunt ac bifariam finduntur, evenit, ut unius partis eminentia æqualis sit alterius cavitati, adeo ut concinnari etiam inque unum compingi possint: ita nos vidimus illa quoque saxa, quæ utrinque supra fluvium sita fere usque ad vertices per intervalla duorum aut trium jugerum porriguntur, cavitates eminentiis habere oppositas. Quidquid soli interjacet, id omne saxosum est, et profunda prorsusque angusta in eo ruptura, quam transilire canis lepusve possit; atque is est alveus fluvii ad labra usque aquæ plenus, fossæ non admodum latæ (ὀχετῷ οὐ πλ.?) similis. Propter obliquitatem autem ac tantam coarctationem et convallis profunditatem vel e longinquo accedentibus sonitus tonitrui similis occurrit. Per montes elapsus Pyramus tantum secum terræ in mare effert e Cataonia partim, partim e Cilicum campis, ut oraculum quoque de eo editum feratur:

Tempus erit, rapido quum vortice Pyramus olim,
tellure aggesta, sacram Cyprum quoque tanget.

Etenim simile aliquid ibi usu venit ejus, quod in Ægypto

τοῦ Νείλου προσεξηπειροῦντος ἀεὶ τὴν θάλατταν τῇ προσχώσει· καθὸ καὶ Ἡρόδοτος μὲν δῶρον τοῦ ποταμοῦ τὴν Αἴγυπτον εἶπεν, ὁ ποιητὴς δὲ τὴν Φάρον πελαγίαν ὑπάρξαι πρότερον † οὕτω, νυνὶ πρόσγειον οὖσαν τῇ Αἰγύπτῳ.

5. Τρίτη δ' ἐστὶν ἱερωσύνη Διὸς Δακίη (οὗ) λειπομένη ταύτης, ἀξιόλογος δ' ὅμως. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ λάκκος ἁλμυροῦ ὕδατος, ἀξιολόγου λίμνης ἔχων περίμετρον, ὀφρύσι κλειόμενος ὑψηλαῖς τε καὶ ὀρθίαις, ὥστ' ἔχειν κατάβασιν κλιμακώδη· τὸ δ' ὕδωρ οὔτ' αὔξεσθαί φασιν, οὔτ' ἀπόρρυσιν ἔχειν οὐδαμοῦ φανεράν.

6. Πόλιν δ' οὔτε τὸ τῶν Καταόνων ἔχει πεδίον οὔθ' ἡ Μελιτηνή, φρούρια δ' ἐρυμνὰ ἐπὶ τῶν ὀρῶν, τά τε Ἀζάμορα καὶ τὸ Δάσταρχον, ὃ περιρρεῖται τῷ Καρμάλᾳ ποταμῷ. ἔχει δὲ καὶ ἱερὸν τὸ τοῦ Κατάονος Ἀπόλλωνος, καθ' ὅλ.ν τιμώμενον τὴν Καππαδοκίαν, ποιησαμένων ἀφιδρύματα ἀπ' αὐτοῦ. οὐδὲ αἱ ἄλλαι στρατηγίαι πόλεις ἔχουσι πλὴν δυεῖν· τῶν δὲ λοιπῶν στρατηγιῶν ἐν μὲν τῇ Σαργαραυσηνῇ πολίχνιόν ἐστιν Ἥρπα καὶ ποταμὸς Καρμάλας, ὃς καὶ αὐτὸς εἰς τὴν Κιλικίαν ἐκδίδωσιν· ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ὅ τε Ἄργος, ἔρυμα ὑψηλὸν πρὸς τῷ Ταύρῳ, καὶ τὰ Νῶρα, ὃ νῦν καλεῖται Νηροασσός, ἐν ᾧ Εὐμένης πολιορκούμενος ἀντέσχε πολὺν χρόνον· καθ' ἡμᾶς δὲ Σισίνου ὑπῆρξε χρηματοφυλάκιον τοῦ ἐπιθεμένου τῇ Καππαδόκων ἀρχῇ. τούτου δ' ἦν καὶ τὰ Κάδηνα, βασίλειον καὶ πόλεως κατασκευὴν ἔχον· ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὅρων τῶν Λυκαονικῶν τὰ Γαρσαύιρα κωμόπολις· λέγεται ὑπάρξαι ποτὲ καὶ αὕτη μητρόπολις τῆς χώρας. ἐν δὲ τῇ Μοριμηνῇ τὸ ἱερὸν τοῦ ἐν Οὐηνάσοις Διός, ἱεροδούλων κατοικίαν ἔχον τρισχιλίων σχεδόν τι καὶ χώραν ἱερὰν εὔκαρπον, παρέχουσαν πρόσοδον ἐνιαύσιον ταλάντων πεντεκαίδεκα τῷ ἱερεῖ· καὶ οὗτός ἐστι διὰ βίου, καθάπερ καὶ ὁ ἐν Κομάνοις, καὶ δευτερεύει κατὰ τιμὴν μετ' ἐκεῖνον.

7. Δύο δὲ ἔχουσι μόνον στρατηγίαι πόλεις, ἡ μὲν Τυανῖτις τὰ Τύανα, ὑποπεπτωκυῖαν τῷ Ταύρῳ τῷ κατὰ τὰς Κιλικίας πύλας, καθ' ἃς εὐπετέσταται καὶ κοινόταται πᾶσίν εἰσιν αἱ εἰς τὴν Κιλικίαν καὶ τὴν Συρίαν ὑπερβολαί· καλεῖται δὲ Εὐσέβεια ἡ πρὸς τῷ Ταύρῳ· ἀγαθὴ δὲ καὶ πεδιὰς ἡ πλείστη. τὰ δὲ Τύανα ἐπίκειται χώματι Σεμιράμιδος τετειχισμένῳ καλῶς. οὐ πολὺ δ' ἄπωθεν ταύτης ἐστὶ τά τε Καστάβαλα καὶ τὰ Κύβιστρα, ἔτι μᾶλλον τῷ ὄρει πλησιάζοντα πολίσματα· ὧν ἐν τοῖς Κασταβάλοις ἐστὶ τὸ τῆς Περασίας Ἀρτέμιδος ἱερόν, ὅπου φασὶ τὰς ἱερείας γυμνοῖς τοῖς ποσὶ δι' ἀνθρακιᾶς βαδίζειν ἀπαθεῖς· κἀνταῦθα δέ τινες τὴν αὐτὴν θρυλοῦσιν ἱστορίαν τὴν περὶ τοῦ Ὀρέστου καὶ τῆς Ταυροπόλου, Περασίαν κεκλῆσθαι φάσκοντες διὰ τὸ πέραθεν κομισθῆναι. ἐν μὲν δὴ τῇ Τυανίτιδι στρατηγίᾳ τῶν λεχθεισῶν δέκα ἔστι πόλισμα τὰ Τύανα (τὰς δ' ἐπικτήτους οὐ συναριθμῶ ταύταις, τὰ Καστάβαλα καὶ τὰ Κύβιστρα καὶ τὰ ἐν τῇ τραχείᾳ Κιλικίᾳ, ἐν ᾗ τὴν Ἐλαιοῦσσαν νησίον εὔκαρπον συνέκτισεν Ἀρ-

fit, ubi mare subinde terra aggesta a Nilo in continentem vertitur: unde et Herodotus (2, 5) Nili donum eam appellat: et sic Homerus (*Od.* 4, 354. 357) Pharum quondam in alto sitam fuisse tradit, non, ut nunc (οὐχ ὡς νυνὶ) continenti Ægypto adjacentem.

5. [Tertio loco est pontificatus Jovis *Daciei* (Δακιήου?; *fort. leg.* Asbamei *ex Ammian.* 23, 6), priore minor quidem, sed memorabilis tamen. (*Transponenda in finem* § 6.)] Ibi lacus est aquæ salsæ, ambitu nequaquam parvæ paludis, qui superciliis clauditur sublimibus et rectis, ita ut descensus sit per gradus; aquæ ejus neque incrementum esse ullum aiunt, neque defluxum usquam conspicuum.

6. Urbem neque Cataoniæ planities ullam habet, neque Melitene, sed castella in montibus munita, Azamora et Dastarcum, quod Carmala amne circumfluitur. Habet et fanum Apollinis Cataonis, qui totam per Cappadociam colitur, exempla ejus simulacri desumentibus gentilibus. Reliquæ quoque præfecturæ nullas habent urbes, duabus demptis. Nam, quod ceteras præfecturas attinet, in Sargarausena nonnisi oppidulum est Herpa et Carmalas fluvius, qui et ipse in Ciliciam defluit; in reliquis autem est Argus castellum excelsum ad Taurum, et Nora, *quæ nunc Neroassus dicuntur*, ubi Eumenes *diu obsidionem pertulit*. Nostra ætate Sisinus thesaurum suum ibi asservavit, qui Cappadociæ imperium affectarat. Is Cadena etiam pro regia habuit, urbis in morem instructa; præterea in finibus (*codd.* ὀρῶν) Lycaonicis est Garsauira (*codd.* γὰρ Σαύειρα s. Σαύαρα), pagus instar oppidi. Ferunt aliquando fuisse primariam regionis urbem. In Morimena templum est Jovis Venasis culti, domicilium habens hierodulorum ter mille propemodum, agrumque bonæ frugis, ex quo ad pontificem redeunt quotannis talenta quindecim. Is præest per totam vitam, sicut is, qui apud Comana, a quo proximus honore est. (*Huc transpone quæ initio* § 5 *leguntur.*)

7. Duæ modo præfecturæ urbes habent: Tyanitis urbem nimirum Tyana, sub Tauro sitam ad portas Cilicias, per quas facillimi sunt omnibusque communissimi in Ciliciam et Syriam transcensus. Vocatur *etiam* (καὶ) Eusebia ad Taurum, fertilis et maxima sui parte plana. Tyana imposita sunt aggeri Semiramidis, probe muris substructo. Haud procul inde Castabala sunt et Cybistra, oppida montibus jam propinquiora. Castabalis Perasiæ Dianæ fanum est, ubi aiunt sacrificas mulieres illæsis pedibus per prunas ambulare; atque ibi quoque nonnulli eandem istam celebrant de Oreste et Diana Tauropolo historiam, dictamque Dianam Perasiam aiunt quod trans mare eo allata sit. Ergo in Tyanitide præfectura, una de decem quas diximus, urbs est Tyana (nam postmodo adjectas non annumero, Castabala et Cybistra et quæ in aspera sunt Cilicia, in qua Elæussam condidit Archelaus præclare, insulam non ma-

χέλαος ἀξιολόγως, καὶ τὸ πλέον ἐνταῦθα διέτριβεν), ἐν δὲ τῇ Κιλικίᾳ καλουμένῃ τὰ Μάζακα, ἡ μητρόπολις τοῦ ἔθνους· καλεῖται δ' Εὐσέβεια καὶ αὐτη, ἐπίκλησιν ἡ πρὸς τῷ Ἀργαίῳ· κεῖται γὰρ ὑπὸ τῷ Ἀργαίῳ ὄρει πάντων ὑψηλοτάτῳ καὶ ἀνέκλειπτον χιόνι τὴν ἀκρώρειαν ἔχοντι, ἀφ' ἧς φασιν οἱ ἀναβαίνοντες (οὗτοι δ' εἰσὶν ὀλίγοι) κατοπτεύεσθαι ταῖς αἰθρίαις ἄμφω τὰ πελάγη, τό τε Ποντικὸν καὶ τὸ Ἰσσικόν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἀφυῆ πρὸς συνοικισμὸν ἔχει πόλεως· ἄνυδρός τε γάρ ἐστι καὶ ἀνώχυρος διά (τε) τὴν ὀλιγωρίαν τῶν ἡγεμόνων καὶ ἀτείχιστος (τάχα δὲ καὶ ἐπίτηδες, ἵνα μή, ὡς ἐρύματι πεποιθότες τῷ τείχει σφόδρα, λῃστεύοιεν πεδίον οἰκοῦντες λόφους ὑπερδεξίους ἔχον καὶ [οὐκ] ἐμβελεῖς) καὶ τὰ κύκλῳ δὲ χωρία ἔχει τελέως ἄφορα καὶ ἀγεώργητα, καίπερ ὄντα πεδινά· ἀλλ' ἔστιν ἀμμώδη καὶ ὑπόπετρα. μικρὸν δ' ἔτι προϊοῦσι καὶ πυρίληπτα πεδία καὶ μεστὰ βόθρων πυρὸς ἐπὶ σταδίους πολλούς, ὥστε πόρρωθεν ἡ κομιδὴ τῶν ἐπιτηδείων. καὶ τὸ δοκοῦν δὲ πλεονέκτημα παρακείμενον ἔχει κίνδυνον· ἀξύλου γὰρ ὑπαρχούσης σχεδόν τι τῆς συμπάσης Καππαδοκίας, ὁ Ἀργαῖος ἔχει περικείμενον δρυμόν, ὥστε ἐγγύθεν ὁ ξυλισμὸς πάρεστιν, ἀλλ' οἱ ὑποκείμενοι τῷ δρυμῷ τόποι καὶ αὐτοὶ πολλαχοῦ πυρὰ ἔχουσιν, ἅμα δὲ καὶ ὕφυδροί εἰσι ψυχρῷ ὕδατι, οὔτε τοῦ πυρὸς οὔτε τοῦ ὕδατος εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐκκύπτοντος, ὥστε καὶ ποάζειν τὴν πλείστην· ἔστι δ' ὅπου καὶ ἑλῶδές ἐστι τὸ ἔδαφος, καὶ νύκτωρ ἐξάπτονται φλόγες ἀπ' αὐτοῦ. οἱ μὲν οὖν ἔμπειροι φυλαττόμενοι τὸν ξυλισμὸν ποιοῦνται, τοῖς δὲ πολλοῖς κίνδυνός ἐστι, καὶ μάλιστα τοῖς κτήνεσιν, ἐμπίπτουσιν εἰς ἀδήλους βόθρους πυρός.

8. Ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς ἐν τῷ πεδίῳ τῷ πρὸ τῆς πόλεως, Μέλας καλούμενος, ὅσον τετταράκοντα σταδίους διέχων τῆς πόλεως, ἐν ταπεινοτέρῳ τῆς πόλεως χωρίῳ τὰς πηγὰς ἔχων. ταύτῃ μὲν οὖν ἄχρηστος αὐτοῖς ἐστιν, οὐχ ὑπερδέξιον ἔχων τὸ ῥεῦμα, εἰς ἕλη δὲ καὶ λίμνας διαχεόμενος κακοῖ τὸν ἀέρα τοῦ θέρους τὸν περὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸ λατομεῖον δὲ ποιεῖ δύσχρηστον, καίπερ εὔχρηστον ὄν· πλαταμῶνες γάρ εἰσιν, ἀφ' ὧν τὴν λιθίαν ἔχειν ἄφθονον συμβαίνει τοῖς Μαζακηνοῖς πρὸς τὰς οἰκοδομίας, καλυπτόμεναι δ' ὑπὸ τῶν ὑδάτων αἱ πλάκες ἀντιπράττουσι. καὶ ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ ἕλη πανταχοῦ πυρίληπτα. Ἀριαράθης δ' ὁ βασιλεύς, τοῦ Μέλανος κατά τινα στενὰ ἔχοντος τὴν εἰς τὸν † Εὐφράτην διέξοδον, ἐμφράξας ταῦτα λίμνην πελαγίαν ἀπέδειξε τὸ πλησίον πεδίον, ἐνταῦθα δὲ νησῖδάς τινας, ὡς τὰς Κυκλάδας, ἀπολαβόμενος διατριβὰς ἐν αὐταῖς ἐποιεῖτο μειρακιώδεις· ἐκραγὲν δ' ἀθρόως τὸ ἔμφραγμα, ἐξέκλυσε πάλιν τὸ ὕδωρ, πληρωθεὶς δ' ὁ † Εὐφράτης τῆς τε τῶν Καππαδόκων πολλὴν παρέσυρε καὶ κατοικίας καὶ φυτείας ἠφάνισε πολλάς, τῆς τε τῶν Γαλατῶν τῶν τὴν Φρυγίαν ἐχόντων οὐκ ὀλίγην ἐλυμήνατο, ἀντὶ δὲ τῆς βλάβης ἐπράξαντο ζημίαν αὐτὸν τάλαντα τριακόσια, Ῥωμαίοις

gnam, sed fertilem, ac plerumque ibi vixit), in præfectura autem, quæ Cilicia dicitur, Mazaca sunt gentis metropolis. Hæc quoque Eusebia cognominatur ad Argæum; sita est enim sub Argæo omnium altissimo monte, cujusque vertex nunquam nivibus privatur; de quo aiunt qui conscenderunt (paucis vero contigit), sudo cœlo utrumque cerni mare, Euxinum scilicet atque Issicum. Locus Mazacorum urbis cetera ad cohabitationem minime accommodatus est; aquis enim caret, et immunitus est ob ducum negligentiam, nullosque habet muros (fortasse vero etiam de industria id curarunt, ne muro tanquam castello fidentes nimis, prædationi incumberent, campum habitantes, qui colles habet altitudine eminentes et missilibus [*non*] expositos), porro etiam circumjacentia loca prorsus sterilia sunt agriculturæque expertia, quantumvis in planitie; sunt enim sabulosa et subtus saxosa. Ubi paulum processeris, campos multorum stadiorum invenies, igni occupatos, in foveis delitescente, ita ut ad victum necessaria procul ipsis sint petenda. Vel id denique quod summum videtur commodum, habet adjunctum periculum. Quum enim universa fere Cappadocia ligno careat, mons Argæus circumpositum habet nemus, ut e vicinia ligna petere liceat: sed loca silvæ illi subjecta, ipsa quoque passim ignem continent, simul et aqua frigida ibi latet, neque igni neque aqua in superficiem erumpente, quæ majori ex parte herbosa est; alicubi vero etiam palustre est solum, et noctu flammæ ex eo exardescunt. Itaque periti quidem caute lignantur, vulgo autem et maxime pecori periculum est, quod sæpe incidunt in latentes ignis foveas.

8. Est et fluvius in planitie, quæ urbi adjacet, nomine Melas, quadraginta circiter stadia ab urbe distans, fontesque in loco qui est urbe humilior, habens. Itaque eo ipso inutilis est oppidanis, quod non e sublimi profluit; sed in lacus et paludes diffusus, aerem circa urbem æstate vitiat, et difficilem reddit usum lapicidinæ, quæ ceteroquin perutilis est. Lata enim ibi sunt saxorum tabulata, ex quibus ad ædificandum copia lapidum suppeditat Mazacenis; sed aquis occultatæ istæ tabulæ operi resistunt. Atqui hæ quoque paludes ignem ubique concipiunt. Ariarathes autem rex fauces, per quas Melas in Euphraten (*Halyn?*) exit, obstruxit, effecitque, ut campus proximus lacus quasi marinus esset; atque minutas ibi quasdam insulas, Cycladum instar, absumens, puerilem in morem commorabatur. At enim ea obstructione confertim perrupta, aqua rursum eluviem fecit, impletusque Euphrates (*Halys?*) quum Cappadocibus multam terram avulsit, multosque pagos et consita delevit, tum Galatarum terræ, Phrygiam incolentium, magnum damnum dedit. Pro hoc detrimento incolæ ab Ariarathe trecenta talenta exegerunt, Romanis ju-

ἐπιτρέψαντες τὴν κρίσιν. τὸ δ' αὐτὸ συνέβη καὶ περὶ Ἥρπα· καὶ γὰρ ἐκεῖ τὸ τοῦ Καρμάλα ῥεῦμα ἐνέφραξεν, εἶτ' ἐκραγέντος τοῦ στομίου καὶ τῶν Κιλίκων τινὰ χωρία τὰ περὶ Μαλλὸν διαφθείραντος τοῦ ὕδατος, δίκας ἔτισεν τοῖς ἀδικηθεῖσιν.

9. Ἀφυὲς δ' οὖν κατὰ πολλὰ τὸ τῶν Μαζακηνῶν χωρίον ὂν πρὸς κατοικίαν μάλιστα οἱ βασιλεῖς ἑλέσθαι δοκοῦσιν, ὅτι τῆς χώρας ἁπάσης τόπος ἦν μεσαίτατος οὗτος τῶν ξύλα ἐχόντων ἅμα καὶ λίθον πρὸς τὰς οἰκοδομίας καὶ χόρτον, οὗ πλεῖστον ἐδέοντο κτηνοτροφοῦντες· τρόπον γάρ τινα στρατόπεδον ἦν αὐτοῖς ἡ πόλις. τὴν δ' ἄλλην ἀσφάλειαν τήν αὐτῶν τε καὶ σωμάτων ἐκ τῶν ἐρυμάτων εἶχον τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις, ἃ πολλὰ ὑπάρχει, τὰ μὲν βασιλικά, τὰ δὲ τῶν φίλων. ἀφέστηκε δὲ τὰ Μάζακα τοῦ μὲν Πόντου περὶ ὀκτακοσίους σταδίους πρὸς νότον, τοῦ δ' Εὐφράτου μικρὸν ἐλάττους ἢ διπλασίους, τῶν Κιλικίων δὲ πυλῶν ὁδὸν ἡμερῶν ἓξ καὶ τοῦ Κυρίνου στρατοπέδου διὰ Τυάνων· κατὰ μέσην δὲ τὴν ὁδὸν κεῖται τὰ Τύανα, διέχει δὲ Κυβίστρων τριακοσίους σταδίους. χρῶνται δὲ οἱ Μαζακηνοὶ τοῖς Χαρώνδα νόμοις, αἱρούμενοι καὶ νομῳδόν, ὅς ἐστιν αὐτοῖς ἐξηγητὴς τῶν νόμων, καθάπερ οἱ παρὰ Ῥωμαίοις νομικοί. διέθηκε δὲ φαύλως αὐτοὺς Τιγράνης ὁ Ἀρμένιος, ἡνίκα τὴν Καππαδοκίαν κατέδραμεν· ἅπαντας γὰρ ἀναστάτους ἐποίησεν εἰς τὴν Μεσοποταμίαν καὶ τὰ Τιγρανόκερτα ἐκ τούτων συνῴκισε τὸ πλέον· ὕστερον δ' ἐπανῆλθον οἱ δυνάμενοι μετὰ τὴν τῶν Τιγρανοκέρτων ἅλωσιν.

10. Μέγεθος δὲ τῆς χώρας κατὰ πλάτος μὲν τὸ ἀπὸ τοῦ Πόντου πρὸς τὸν Ταῦρον ὅσον χίλιοι καὶ ὀκτακόσιοι στάδιοι, μῆκος δὲ ἀπὸ τῆς Λυκαονίας καὶ Φρυγίας μέχρι Εὐφράτου πρὸς τὴν ἕω καὶ τὴν Ἀρμενίαν περὶ τρισχιλίους. ἀγαθὴ δὲ καὶ καρποῖς, μάλιστα δὲ σίτῳ καὶ βοσκήμασι παντοδαποῖς, νοτιωτέρα δ' οὖσα τοῦ Πόντου ψυχροτέρα ἐστίν· ἡ δὲ Βαγαδανία, καίπερ πεδιὰς οὖσα καὶ νοτιωτάτη πασῶν (ὑποπέπτωκε γὰρ τῷ Ταύρῳ), μόλις τῶν καρπίμων τι φέρει δένδρων, ὀναγροβότος δ' ἐστὶ καὶ αὕτη καὶ ἡ πολλὴ τῆς ἄλλης, καὶ μάλιστα ἡ περὶ Γαρσαύιρα καὶ Λυκαονίαν καὶ Μοριμηνήν. ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ γίνεται καὶ ἡ λεγομένη Σινωπικὴ μίλτος, ἀρίστη τῶν πασῶν· ἐνάμιλλος δ' ἐστὶν αὐτῇ καὶ ἡ Ἰβηρική· ὠνομάσθη δὲ Σινωπική, διότι κατάγειν ἐκεῖσε εἰώθεσαν οἱ ἔμποροι, πρὶν ἢ τὸ τῶν Ἐφεσίων ἐμπόριον μέχρι τῶν ἐνθάδε ἀνθρώπων διϊχθαι. λέγεται δὲ καὶ κρυστάλλου πλάκας καὶ ὀνυχίτου λίθου πλησίον τῆς τῶν Γαλατῶν ὑπὸ τῶν Ἀρχελάου μεταλλευτῶν εὑρῆσθαι. ἦν δέ τις τόπος καὶ λίθου λευκοῦ, τῷ ἐλέφαντι κατὰ τὴν χρόαν ἐμφεροῦς, ὥσπερ ἀκόνας τινὰς οὐ μεγάλας ἐκφέρων, ἐξ ὧν τὰ λαβία τοῖς μαχαιρίοις κατεσκεύαζον· ἄλλος δ' [εἰς] τὰς διόπτρας βώλους μεγάλας ἐκδιδούς, ὥστε καὶ ἔξω κομίζεσθαι. ὅριον δ' ἐστὶ τοῦ Πόντου καὶ τῆς Καππαδοκίας ὀρεινή τις παράλληλος τῷ Ταύρῳ, τὴν ἀρχὴν ἔχουσα ἀπὸ τῶν ἑσπερίων ἄκρων τῆς Χαμμανηνῆς,

dicio delato. Simile etiam apud Herpa evenit. Nam ibi quoque Carmalæ alveum obturavit, atque faucibus deinde perruptis, quum aqua Cilicum quædam circa Mallum loca perdidisset, pœnas damno affectis luit.

9. Mazaca ergo situm habent multis de causis incommodum. Videntur autem reges eam habitationem delegisse, quia locus totius regionis medius est ex iis, qui et ligna habeant, et lapides ad ædificia et pabulum, quo plurimo indigebant, utpote pecus alentes. Nam quodammodo urbs iis pro castris erat. Reliquam securitatem tum ipsorum tum *thesaurorum* (τῶν χρημάτων) præstabant munitiones castellorum, quæ multa sunt, alia regis, alia amicorum. Absunt Mazaca a Ponto versus meridiem stadiis circiter octingentis, ab Euphrate paulo minus duplo, a Ciliciis portis itinere sex dierum, et a *Cyri* (Κύρου) castris per Tyana, quæ medio sita sunt itinere, a Cybistris distantia stadiis trecentis. Utuntur Mazaceni legibus Charondæ, *et legum* decantatorem deligunt, qui ipsis est *legum interpres*, ut Romanorum sunt jureconsulti. *Afflixit* eos graviter Tigranes, Armeniæ rex, quo tempore Cappadociam incursionibus vastavit; omnes enim suis ejectos sedibus in Mesopotamiam transtulit, et majorem Tigranocertorum partem iis habitatoribus frequentavit: qua tamen urbe a Romanis capta, qui poterant, postliminio domum redierunt.

10. Magnitudo Cappadociæ in latum a Ponto Euxino ad Taurum, mille et octingenta circiter stadia; longitudo a Lycaonia et Phrygia usque ad Euphratem ortum versus et Armeniam, ad tria stadiorum millia. Frugum est ferax, maxime tritici, et omnis generis pecus alit. Quanquam autem magis versus meridiem jacet, quam Pontus, frigidior tamen est; ac Bagadania (*codd.* Gabadania *et* Gabania) quanquam plana est, omniumque maxime meridiem spectat, utpote Tauro subjecta, ægre tamen ullam frugiferam arborem fert, verum onagros alit et hæc et reliquæ regionis partes plurimæ, in primis quæ sunt circa Garsauira et Lycaoniam ac Morimenam. In Cappadocia nascitur etiam Sinopica quæ vocatur rubrica omnium præstantissima; certat tamen cum ea etiam Iberica. Cappadocia rubrica Sinopensis cognomentum tulit, quia Sinopam solebant avehere mercatores, antequam Ephesiorum negotiatio usque ad hujus regionis homines prorogaretur. Dicitur etiam crystalli tabulas et onychitis lapidis prope Galatiam inventas fuisse ab iis, qui Archelao metalla effodiebant. Fuit etiam locus lapidis albi, eburneo colore, quasi cotes quasdam efferens non magnas, unde cultrorum faciebant manubria: præterea alius locus magnas ex quibus specularia conficiuntur lapidis glebas edens, ut etiam exportarentur. A Cappadocia Pontum dirimunt montes quidam, æquali semper a Tauro spatio procurrentes, quorum initium est ab extremis Chammanenæ, ubi castellum est conditum loco

ἐφ' ἧς ἵδρυται φρούριον ἀπότομον Δασμένδα, μέχρι τῶν ἑωθινῶν τῆς Λαουιανσηνῆς. στρατηγίαι δ' εἰσὶ τῆς Καππαδοκίας ἥ τε Χαμμανηνὴ καὶ ἡ Λαουιανσηνή.

11. Συνέβη δέ, ἡνίκα πρῶτον Ῥωμαῖοι τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν διῴκουν, νικήσαντες Ἀντίοχον, καὶ φιλίας καὶ συμμαχίας ἐποιοῦντο πρός τε τὰ ἔθνη καὶ τοὺς βασιλέας, τοῖς μὲν ἄλλοις βασιλεῦσιν αὐτοῖς καθ' ἑαυτοὺς δοθῆναι τὴν τιμὴν ταύτην, τῷ δὲ Καππάδοκι καὶ αὐτῷ δὲ τῷ ἔθνει κοινῇ. ἐκλιπόντος δὲ τοῦ βασιλικοῦ γένους, οἱ μὲν Ῥωμαῖοι συνεχώρουν αὐτοῖς αὐτονομεῖσθαι κατὰ τὴν συγκειμένην φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν πρὸς τὸ ἔθνος, οἱ δὲ πρεσβευσάμενοι τὴν μὲν ἐλευθερίαν παρῃτοῦντο (οὐ γὰρ δύνασθαι φέρειν αὐτὴν ἔφασαν), βασιλέα δ' ἠξίουν αὐτοῖς ἀποδειχθῆναι. οἱ δέ, θαυμάσαντες εἴ τινες οὕτως εἶεν ἀπειρηκότες πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἐπέτρεψαν † δ' οὖν αὐτοῖς ἐξ ἑαυτῶν ἑλέσθαι κατὰ χειροτονίαν, ὃν ἂν βούλωνται· καὶ εἵλοντο Ἀριοβαρζάνην, εἰς τριγονίαν δὲ προελθόντος τοῦ γένους ἐξέλιπε· κατεστάθη δ' ὁ Ἀρχέλαος, οὐδὲν προσήκων αὐτοῖς, Ἀντωνίου καταστήσαντος. ταῦτα καὶ περὶ τῆς μεγάλης Καππαδοκίας· περὶ δὲ τῆς τραχείας Κιλικίας, τῆς προστεθείσης αὐτῇ, βέλτιόν ἐστιν ἐν τῷ περὶ τῆς ὅλης Κιλικίας λόγῳ διελθεῖν.

## ΚΕΦ. Γ'.

Τοῦ δὲ Πόντου καθίστατο μὲν Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ βασιλεύς. εἶχε δὲ τὴν ἀφοριζομένην τῷ Ἅλυϊ μέχρι Τιβαρανῶν καὶ Ἀρμενίων καὶ τῆς ἐντὸς Ἅλυος τὰ μέχρι Ἀμάστρεως καί τινων τῆς Παφλαγονίας μερῶν. προσεκτήσατο δ' οὗτος καὶ τὴν μέχρι Ἡρακλείας παραλίαν ἐπὶ τὰ δυσμικὰ μέρη, τῆς Ἡρακλείδου τοῦ Πλατωνικοῦ πατρίδος, ἐπὶ δὲ τἀναντία μέχρι Κολχίδος καὶ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας, ἃ δὴ καὶ προσέθηκε τῷ Πόντῳ. καὶ δὴ καὶ Πομπήιος καταλύσας ἐκεῖνον ἐν τούτοις τοῖς ὅροις οὖσαν τὴν χώραν ταύτην παρέλαβε· τὰ μὲν πρὸς Ἀρμενίαν καὶ τὰ περὶ τὴν Κολχίδα τοῖς συναγωνισαμένοις δυνάσταις κατένειμε, τὰ δὲ λοιπὰ εἰς ἕνδεκα πολιτείας διεῖλε καὶ τῇ Βιθυνίᾳ προσέθηκεν, ὥστ' ἐξ ἀμφοῖν ἐπαρχίαν γενέσθαι μίαν· μεταξύ τε τῶν Παφλαγόνων τῶν μεσογαίων τινὰς βασιλεύεσθαι παρέδωκε τοῖς ἀπὸ Πυλαιμένους, καθάπερ καὶ τοὺς Γαλάτας τοῖς ἀπὸ γένους τετράρχαις. ὕστερον δ' οἱ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνες ἄλλους καὶ ἄλλους ἐποιήσαντο μερισμούς, βασιλέας τε καὶ δυνάστας καθιστάντες καὶ πόλεις τὰς μὲν ἐλευθεροῦντες, τὰς δὲ ἐγχειρίζοντες τοῖς δυνάσταις, τὰς δ' ὑπὸ τῷ δήμῳ τῷ Ῥωμαίων ἐῶντες. ἡμῖν δ' ἐπιοῦσι τὰ καθ' ἕκαστα, ὡς νῦν ἔχει, λεγέσθω, μικρὰ καὶ τῶν προτέρων ἐφαπτομένοις, ὅπου τοῦτο χρήσιμον. ἀρξόμεθα δὲ ἀπὸ Ἡρακλείας, ἥπερ δυσμικωτάτη ἐστὶ τούτων τῶν τόπων.

2. Εἰς δὴ τὸν Εὔξεινον πόντον εἰσπλέουσιν ἐκ τῆς Προποντίδος ἐν ἀριστερᾷ μὲν τὰ προσεχῆ τῷ Βυζαντίῳ κεῖται, Θρᾳκῶν δ' ἐστί, καλεῖται δὲ τὰ Ἀριστερὰ τοῦ Πόντου· ἐν δεξιᾷ δὲ τὰ προσεχῆ Χαλκηδόνι, Βιθυνῶν

prærupto Dasmenda, usque ad orientalia Laviansenes. Præfecturæ autem sunt Cappadociæ et Chammanena et Laviansena.

11. Quo tempore post victum Antiochum Romani primum rebus Asiæ moderari cœperant, et amicitiam ac fœdera cum istis gentibus regibusque paciscebantur, evenit ut reliquis quidem regibus pro se hoc honoris tribueretur, Cappadoci vero communiter cum gente. Quum autem genus defecisset regium, Romani ratione fœderis et initæ cum Cappadocibus amicitiæ iis permiserunt, ut libere suis viverent legibus : hi autem missis legatis libertatem repudiaverunt, ut quam sibi dicerent esse intolerabilem, ac regem sibi dari postulaverunt. Romani mirati, homines esse, qui adeo de libertate animum despondissent, permiserunt eis, ut de ipsorum corpore regem suis, quem vellent, suffragiis crearent. Ita rex ab iis factus est Ariobarzanes, cujus in tertia stirpe genus defecit. Exinde Archelaus ab Antonio rex est constitutus, nulla propinquitate ipsos attingens. Atque hactenus de magna Cappadocia. De aspera autem Cilicia, quæ ei adjuncta est, commodius in totius Ciliciæ expositione dicetur.

## CAP. III.

Ponti vero rex fuit creatus Mithridates, cognomento Eupator. Possedit autem regionem, quæ Haly fluvio determinatur, usque ad Tibarenos et Armenios, atque intra Halyn regionem tenuit usque ad Amastrin ac Paphlagoniæ quasdam partes. Adjecit autem ditioni suæ etiam oram maritimam versus occasum usque ad Heracleam, quæ Heraclidæ est patria Platonici : ab opposita vero parte Ponto adjecit quæ sunt usque ad Colchidem et Armeniam minorem. Atque Pompeius, illo dejecto, his ipsis finibus conclusam ditionem accepit. Is quæ ad Armeniam sunt et Colchidem regulis divisit, quorum opera in bello usus fuerat : reliqua in undecim civitates distribuit, et Bithyniæ addidit, ut ex utrisque una constaret provincia; interjectæ inter Pontum et Bithyniam Paphlagoniæ mediterraneæ partem posteris Pylæmenis attribuit, ut et Galatas tetrarchis e stirpe. Postea temporis Romani principes alias aliasque divisiones fecerunt, reges regulosque constituendo, urbesque alias liberas faciendo, alias regulis subdendo, quasdam sub populi Romani potestate relinquendo. Nos singula, uti nunc habent, recensebimus, verum ubi res poscet, pauca etiam de antiquioribus commemorabimus. Initium erit Heraclea, quæ de his locis maxime occidentem versus est.

2. Quum e Propontide in Euxinum mare intratur, ad sinistram sunt Byzantio contiguæ partes Thraciæ; eæque appellantur Sinistra Ponti; ad dextram autem sunt, quæ sequuntur post Chalcedonem. Prima in hac parte Bithy-

δ' ἐστὶ τὰ πρῶτα, εἶτα Μαριανδυνῶν (τινὲς δὲ καὶ Καυκώνων φασίν), εἶτα Παφλαγόνων μέχρι Ἅλυος, εἶτα Καππαδόκων τῶν πρὸς τῷ Πόντῳ καὶ τῶν ἑξῆς μέχρι Κολχίδος· ταῦτα δὲ πάντα καλεῖται τὰ Δεξιὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου. ταύτης δὲ τῆς παραλίας ἁπάσης ἐπῆρξεν Εὐπάτωρ, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Κολχίδος μέχρι Ἡρακλείας, τὰ δ' ἐπέκεινα τὰ μέχρι τοῦ στόματος καὶ τῆς Χαλκηδόνος τῷ Βιθυνῶν βασιλεῖ συνέμενε. καταλυθέντων δὲ τῶν βασιλέων, ἐφύλαξαν οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς αὐτοὺς ὅρους, ὥστε τὴν Ἡράκλειαν προσκεῖσθαι τῷ Πόντῳ, τὰ δ' ἐπέκεινα Βιθυνοῖς προσχωρεῖν.

3. Οἱ μὲν οὖν Βιθυνοὶ διότι πρότερον Μυσοὶ ὄντες μετωνομάσθησαν οὕτως ἀπὸ τῶν Θρᾳκῶν τῶν ἐποικησάντων, Βιθυνῶν τε καὶ Θυνῶν, ὁμολογεῖται παρὰ τῶν πλείστων, καὶ σημεῖα τίθενται τοῦ μὲν τῶν Βιθυνῶν ἔθνους τὸ μέχρι νῦν ἐν τῇ Θρᾴκῃ λέγεσθαί τινας Βιθυνούς, τοῦ δὲ τῶν Θυνῶν τὴν Θυνιάδα ἀκτὴν τὴν πρὸς Ἀπολλωνίᾳ καὶ Σαλμυδησσῷ. καὶ οἱ Βέβρυκες δὲ οἱ τούτων προεποικήσαντες τὴν Μυσίαν Θρᾷκες, ὡς εἰκάζω ἐγώ. εἴρηται δ', ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ Μυσοὶ Θρᾳκῶν ἄποικοί εἰσι τῶν νῦν λεγομένων Μοισῶν. ταῦτα μὲν οὕτω λέγεται.

4. Τοὺς δὲ Μαριανδυνοὺς καὶ τοὺς Καύκωνας οὐχ ὁμοίως ἅπαντες λέγουσι· τὴν γὰρ δὴ Ἡράκλειαν ἐν τοῖς Μαριανδυνοῖς ἱδρῦσθαί φασι, Μιλησίων κτίσμα, τίνες δὲ καὶ πόθεν, οὐδὲν εἴρηται, οὐδὲ διάλεκτος, οὐδ' ἄλλη διαφορὰ ἐθνικὴ περὶ τοὺς ἀνθρώπους φαίνεται, παραπλήσιοι δ' εἰσὶ τοῖς Βιθυνοῖς· ἔοικεν οὖν καὶ τοῦτο Θρᾴκιον ὑπάρξαι τὸ φῦλον. Θεόπομπος δὲ Μαριανδυνόν φησι μέρους τῆς Παφλαγονίας ἄρξαντα ὑπὸ πολλῶν δυναστευομένης, ἐπελθόντα τὴν τῶν Βεβρύκων κατασχεῖν, ἣν δ' ἐξέλιπεν, ἐπώνυμον ἑαυτοῦ καταλιπεῖν. εἴρηται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι πρῶτοι τὴν Ἡράκλειαν κτίσαντες Μιλήσιοι τοὺς Μαριανδυνοὺς εἱλωτεύειν ἠνάγκασαν τοὺς προκατέχοντας τὸν τόπον, ὥστε καὶ πιπράσκεσθαι ὑπ' αὐτῶν, μὴ εἰς τὴν ὑπερορίαν δέ (συμβῆναι γὰρ ἐπὶ τούτοις), καθάπερ Κρησὶ μὲν ἐθήτευεν ἡ Μνῴα καλουμένη σύνοδος, Θετταλοῖς δὲ οἱ Πενέσται.

5. Τοὺς δὲ Καύκωνας, οὓς ἱστοροῦσι τὴν ἐφεξῆς οἰκῆσαι παραλίαν τοῖς Μαριανδυνοῖς μέχρι τοῦ Παρθενίου ποταμοῦ, πόλιν ἔχοντας τὸ Τίειον, οἱ μὲν Σκύθας φασίν, οἱ δὲ τῶν Μακεδόνων τινάς, οἱ δὲ τῶν Πελασγῶν· εἴρηται δέ που καὶ περὶ τούτων πρότερον. Καλλισθένης δὲ καὶ ἔγραφε τὰ ἔπη ταῦτα εἰς τὸν Διάκοσμον, μετὰ τὸ

Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους

τιθεὶς

Καύκωνας [δ'] αὖτ' ἦγε Πολυκλέος υἱὸς ἀμύμων,
οἳ περὶ Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον·

παρήκειν γὰρ ἀφ' Ἡρακλείας καὶ Μαριανδυνῶν μέχρι Λευκοσύρων, οὓς (καὶ) ἡμεῖς Καππάδοκας προσαγορεύομεν, τό τε τῶν Καυκώνων γένος τὸ περὶ τὸ Τίειον

norum sunt, proxima Mariandynorum (quidam etiam Cauconum aiunt), deinde Paphlagonum usque ad Halyn, post Cappadocum ad Pontum, ac eorum qui sunt deinceps usque ad Colchos. Hæc omnia Dextra Ponti appellantur. Oræ huic universæ a Colchide Heracleam usque imperavit Mithridates Eupator; ulteriora usque ad os Ponti et Chalcedonem regi Bithyniæ paruerunt. Regum potestate abolita, fines eosdem servaverunt Romani, ita ut Heraclea Ponto adjungeretur, ulteriora versus occasum Bithyniæ.

3. Bithynos, quum ante Mysi essent, sic denominatos esse a Thracibus, Bithynis atque Thynis, qui eo commigraverunt, plerique uno ore affirmant; indiciumque afferunt de Bithynis, quod etiamnum in Thracia Bithyni quidam dicantur; de Thynis, quia Thynias est ora ad Apolloniam et Salmydessum. Sed et Bebryces, qui ante hos Mysiam incoluerunt, Thraces fuisse ego conjicio. Dixi etiam (7, 3, 2) ipsos Mysos Thracum coloniam esse eorum, qui nunc Mœsi dicuntur. *Hæc quidem ita perhibentur.*

4. De Mariandynis et Cauconibus non idem omnes dicunt. Heracleam quidem in Mariandynis sitam aiunt, a Milesiis conditam, qui vero fuerint illi, aut unde, non ostendunt; neque linguæ, neque gentile aliquod discrimen Mariandynorum apparet, sed similes omnino sunt Bithynis: itaque hæc quoque stirps Thracia esse videtur. Theopompus scribit, Mariandynum, quum Paphlagoniæ in multas ditiones divisæ partem possideret, invasisse Bebrycum regionem atque occupasse; nomen vero suum reliquisse ei regioni quam ante tenuerat. Id quoque traditum est, a Milesiis, qui Heracleam condiderunt, Mariandynos fuisse in servitutem redactos, qui ante istum incoluerant locum, atque etiam divenditos, non tamen extra fines (ea nempe conditione pactos esse), sicuti Cretensibus serviverunt ii quorum classis Mnoa dicebatur, et Thessalis Penestæ.

5. Caucones, quos narrant accoluisse oram maritimam, quæ deinceps est a Mariandynis usque ad Parthenium fluvium, urbemque habuisse Tieum, alii Scythas faciunt, alii Macedonum quosdam, nonnulli etiam Pelasgorum. Dictum est de his etiam ante quodam loco (8, 3, 17). Callisthenes vero etiam in Homericam copiarum Trojanarum expositionem post versum (*Il.* 2, 855)

Cromnamque Ægialumque et sublimes Erithynos,

ista posuit:

Cauconas duxit proles generosa Polyclis,
circa Parthenium sedes quibus obtigit amnem:

nam ab Heraclea et Mariandynis porrigi usque ad Leucosyros, quos nos Cappadoces appellamus, Cauconum gentem circa Tieum usque ad Parthenium flumen: et post Parthe-

μέχρι Παρθενίου καὶ τὸ τῶν Ἑνετῶν τὸ συνεχὲς μετὰ τὸν Παρθένιον τῶν ἐχόντων τὸ Κύτωρον, καὶ νῦν δ' ἔτι Καυκωνίτας εἶναί τινας περὶ τὸν Παρθένιον.

6. Ἡ μὲν οὖν Ἡράκλεια πόλις ἐστὶν εὐλίμενος καὶ ἄλλως ἀξιόλογος, ἥ γε καὶ ἀποικίας ἔστελλεν· ἐκείνης γὰρ ἥ τε Χερρόνησος ἄποικος καὶ ἡ Κάλλατις· ἦν τε αὐτόνομος, εἶτ' ἐτυραννήθη χρόνους τινάς, εἶτ' ἠλευθέρωσεν ἑαυτὴν πάλιν· ὕστερον δ' ἐβασιλεύθη, γενομένη ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις· ἐδέξατο δ' ἀποικίαν Ῥωμαίων ἐπὶ μέρει τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας. λαβὼν δὲ παρ' Ἀντωνίου τὸ μέρος τοῦτο τῆς πόλεως Ἀδιατόριξ ὁ Δομνεκλείου, τετράρχου Γαλατῶν, υἱός, ὃ κατεῖχον οἱ Ἡρακλειῶται, μικρὸν πρὸ τῶν Ἀκτιακῶν ἐπέθετο νύκτωρ τοῖς Ῥωμαίοις καὶ ἀπέσφαξεν αὐτούς, ἐπιτρέψαντος, ὡς ἔφασκεν ἐκεῖνος, Ἀντωνίου· θριαμβευθεὶς δὲ μετὰ τὴν ἐν Ἀκτίῳ νίκην, ἐσφάγη μεθ' υἱοῦ. ἡ δὲ πόλις ἐστὶ τῆς Ποντικῆς ἐπαρχίας τῆς συντεταγμένης τῇ Βιθυνίᾳ.

7. Μεταξὺ δὲ Χαλκηδόνος καὶ Ἡρακλείας ῥέουσι ποταμοὶ πλείους, ὧν εἰσιν ὅ τε Ψίλλις καὶ ὁ Κάλπας καὶ ὁ Σαγγάριος, οὗ μέμνηται καὶ ὁ ποιητής. ἔχει δὲ τὰς πηγὰς κατὰ Σαγγίαν κώμην ἀφ' ἑκατὸν καὶ πεντήκοντά που σταδίων οὗτος Πεσσινοῦντος· διέξεισι δὲ τῆς ἐπικτήτου Φρυγίας τὴν πλείω, μέρος δέ τι καὶ τῆς Βιθυνίας, ὥστε καὶ τῆς Νικομηδείας ἀπέχειν μικρὸν πλείους ἢ τριακοσίους σταδίους, καθ' ὃ συμβάλλει ποταμὸς αὐτῷ Γάλλος, ἐκ Μόδρων τὰς ἀρχὰς ἔχων τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας. αὕτη δ' ἐστὶν ἡ αὐτὴ τῇ ἐπικτήτῳ, καὶ εἶχον αὐτὴν οἱ Βιθυνοὶ πρότερον. αὐξηθεὶς δὲ καὶ γενόμενος πλωτός, καίπερ πάλαι ἄπλωτος ὤν, τὴν Βιθυνίαν ὁρίζει πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς. πρόκειται δὲ τῆς παραλίας ταύτης καὶ ἡ Θυνία νῆσος. ἐν δὲ τῇ Ἡρακλειώτιδι γίνεται τὸ ἀκόνιτον· διέχει δὲ ἡ πόλις αὕτη τοῦ ἱεροῦ τοῦ Χαλκηδονίου σταδίους χιλίους που καὶ πεντακοσίους, τοῦ δὲ Σαγγαρίου πεντακοσίους.

8. Τὸ δὲ Τίειόν ἐστι πολίχνιον οὐδὲν ἔχον μνήμης ἄξιον, πλὴν ὅτι Φιλέταιρος ἐντεῦθεν ἦν, ὁ ἀρχηγέτης τοῦ τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων γένους· εἶθ' ὁ Παρθένιος ποταμὸς διὰ χωρίων ἀνθηρῶν φερόμενος καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ὀνόματος τούτου τετυχηκώς, ἐν αὐτῇ τῇ Παφλαγονίᾳ τὰς πηγὰς ἔχων· ἔπειτα ἡ Παφλαγονία καὶ οἱ Ἐνετοί. ζητοῦσι δέ, τίνας λέγει τοὺς Ἐνετοὺς ὁ ποιητής, ὅταν φῇ·

> Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ
> ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων.

οὐ γὰρ δείκνυσθαί φασι νῦν Ἐνετοὺς ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ· οἱ δὲ κώμην ἐν τῷ Αἰγιαλῷ φασι δέκα σχοίνους ἀπὸ Ἀμάστρεως διέχουσαν. Ζηνόδοτος δὲ ἐξ Ἐνετῆς γράφει, καί φησι δηλοῦσθαι τὴν νῦν Ἀμισόν· ἄλλοι δὲ φῦλόν τι τοῖς Καππάδοξιν ὅμορον στρατεῦσαι μετὰ Κιμμερίων, εἶτ' ἐκπεσεῖν εἰς τὸν Ἀδρίαν. τὸ δὲ μάλισθ' ὁμολογούμενόν ἐστιν, ὅτι ἀξιολογώτατον ἦν τῶν



nium deinceps esse gentem Henetorum, qui Cytorum obtinerent; quin etiam nunc esse Cauconitas quosdam apud Parthenium.

6. Heraclea urbs est portu commodo, et alias etiam memorabilis, utpote quæ etiam colonias deduxerit: nam ejus coloniæ sunt Cherronesus ac Callatis. Libera primum fuit, deinde aliquamdiu tyrannos passa, rursum sese in libertatem vindicavit: postea in Romanorum redacta potestatem, reges habuit; coloniam quoque Romanorum accepit in partem urbis et agri. Quum urbis eam partem accepisset ab Antonio Adiatorix Domneclii, Galatarum tetrarchæ, filius, quam Heracleotæ habitabant, paulo ante Actiacam pugnam, noctu Romanos adortus interfecit, permissu (ut aiebat) Antonii: sed post Actiacam victoriam in triumpho ductus, una cum filio est occisus. Urbs est Ponticæ provinciæ, quæ ad Bithyniam est adjuncta.

7. Inter Chalcedonem et Heracleam amnes labuntur complures: quorum e numero sunt Psillis, Calpas et Sangarius, cujus etiam Homerus facit mentionem (*Il.* 16, 719). Fontes habet hic apud Sangiam pagum, centum quinquaginta circiter stadiis a Pessinunte, et majorem Phrygiæ Epicteti (id est adquisitæ) partem perlabitur, ac partem etiam Bithyniæ aliquam, ita ut a Nicomedia absit paulo plus trecentis stadiis, quo loco ei occurrit Gallus fluvius, ortus apud Modra in Phrygia Hellespontica quæ eadem Epictetus dicitur, quondam a Bithynis possessa. Sic auctus et navigabilis factus, quamquam olim naves non veheret, Bithyniam ostiis suis definit. Ante hanc maritimam oram etiam Thynias insula jacet. In Heracleotide nascitur aconitum. Abest urbs ea a Chalcedonio templo stadia circiter mille quingenta, a Sangario quingenta.

8. Tieum oppidulum nihil habet memoratu dignum, nisi quod Philetærus inde ortus fuit, princeps generis Attalicorum regum. Deinceps est Parthenius fluvius, per florida delabens loca, indeque id nomen consecutus, quasi virgineum diceres, fontes in ipsa habens Paphlagonia. Sequitur Paphlagonia et Eneti. Quæstio autem est, quosnam Enetos poeta dicat his versibus (*Il.* 2, 851):

> Paphlagonum hinc ibant ductore Pylæmene turmæ,
> ex Enetis, mulas quæ terra enutrit agrestes.

Neque enim nunc in Paphlagonia Enetos inveniri aiunt: alii dicunt pagum esse in Ægialo sive Litorali tractu, decem schœnis ab Amastri dissitum. Zenodotus *ex Eneta* scribit, aitque urbem notari, quæ nunc Amisus dicitur. Alii gentem quandam Cappadocibus conterminam expeditionem cum Cimmeriis fecisse, deinde vero in Adriam excidisse ferunt. Plurimi vero consentiunt, primariam Paphla-

Παφλαγόνων φῦλον οἱ Ἐνετοί, ἐξ οὗ ὁ Πυλαιμένης ἦν· καὶ δὴ καὶ συνεστράτευσαν οὗτοι αὐτῷ πλεῖστοι, ἀποβαλόντες δὲ τὸν ἡγεμόνα διέβησαν εἰς τὴν Θρᾴκην μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν, πλανώμενοι δ' εἰς τὴν νῦν Ἐνετικὴν ἀφίκοντο. τινὲς δὲ καὶ Ἀντήνορα καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ κοινωνῆσαι τοῦ στόλου τούτου φασὶ καὶ ἱδρυθῆναι κατὰ τὸν μυχὸν τοῦ Ἀδρίου, καθάπερ ἐμνήσθημεν ἐν τοῖς Ἰταλικοῖς. τοὺς μὲν οὖν Ἐνετοὺς διὰ τοῦτ' ἐκλιπεῖν εἰκὸς καὶ μὴ δείκνυσθαι ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ.

9. Τοὺς δὲ Παφλαγόνας πρὸς ἕω μὲν ὁρίζει ὁ Ἅλυς ποταμός, [ὃς] ῥέων ἀπὸ μεσημβρίας μεταξὺ Σύρων τε καὶ Παφλαγόνων (καὶ) ἐξίησι κατὰ τὸν Ἡρόδοτον εἰς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον πόντον, Σύρους λέγοντα τοὺς Καππάδοκας· καὶ γὰρ ἔτι καὶ νῦν Λευκόσυροι καλοῦνται, Σύρων καὶ τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου λεγομένων· κατὰ δὲ τὴν πρὸς τοὺς ἐντὸς τοῦ Ταύρου σύγκρισιν, ἐκείνων ἐπικεκαυμένων τὴν χρόαν, τούτων δὲ μή, τοιαύτην τὴν ἐπωνυμίαν γενέσθαι συνέβη· καὶ Πίνδαρός φησιν, ὅτι αἱ Ἀμαζόνες Σύριον εὐρυαίχμαν διεῖπον στρατόν, τὴν ἐν τῇ Θεμισκύρᾳ κατοικίαν οὕτω δηλῶν. ἡ δὲ Θεμίσκυρά ἐστιν (ἡ) τῶν Ἀμισηνῶν, αὕτη δὲ Λευκοσύρων τῶν μετὰ τὸν Ἅλυν. πρὸς ἕω μὲν τοίνυν ὁ Ἅλυς ὅριον τῶν Παφλαγόνων, πρὸς νότον δὲ Φρύγες καὶ οἱ ἐποικήσαντες Γαλάται, πρὸς δύσιν δὲ Βιθυνοὶ καὶ Μαριανδυνοί ( τὸ γὰρ τῶν Καυκώνων γένος ἐξέφθαρται τελέως πάντοθεν ), πρὸς ἄρκτον δὲ ὁ Εὔξεινός ἐστι. τῆς δὲ χώρας ταύτης διῃρημένης εἴς τε τὴν μεσόγαιαν καὶ τὴν ἐπὶ θαλάττῃ, διατείνουσαν ἀπὸ τοῦ Ἅλυος μέχρι Βιθυνίας ἑκατέραν, τὴν μὲν παραλίαν ἕως τῆς Ἡρακλείας εἶχεν ὁ Εὐπάτωρ, τῆς δὲ μεσογαίας τὴν μὲν ἐγγυτάτω ἔσχεν, ἧς τινα καὶ πέραν τοῦ Ἅλυος διέτεινε· καὶ μέχρι δεῦρο τοῖς Ῥωμαίοις ἡ Ποντικὴ ἐπαρχία ἀφώρισται· τὰ λοιπὰ δ' ἦν ὑπὸ δυνάσταις καὶ μετὰ τὴν Μιθριδάτου κατάλυσιν. περὶ μὲν δὴ τῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ Παφλαγόνων ἐροῦμεν ὕστερον τῶν μὴ ὑπὸ τῷ Μιθριδάτῃ, νῦν δὲ πρόκειται τὴν ὑπ' ἐκείνῳ χώραν, κληθεῖσαν δὲ Πόντον διελθεῖν.

10. Μετὰ δὴ τὸν Παρθένιον ποταμόν ἐστιν Ἄμαστρις, ὁμώνυμος τῆς συνῳκικυίας πόλις· ἵδρυται δ' ἐπὶ χερρονήσου λιμένας ἔχουσα τοῦ ἰσθμοῦ ἑκατέρωθεν· ἦν δ' ἡ Ἄμαστρις γυνὴ μὲν Διονυσίου, τοῦ Ἡρακλείας τυράννου, θυγάτηρ δὲ Ὀξυάθρου, τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ τοῦ κατὰ Ἀλέξανδρον· ἐκείνη μὲν οὖν ἐκ τεττάρων κατοικιῶν συνῴκισε τὴν πόλιν, ἔκ τε Σησάμου καὶ Κυτώρου καὶ Κρώμνης (ὧν καὶ Ὅμηρος μέμνηται ἐν τῷ Παφλαγονικῷ διακόσμῳ), τετάρτης δὲ τῆς Τιείου· ἀλλ' αὕτη μὲν ταχὺ ἀπέστη τῆς κοινωνίας, αἱ δὲ ἄλλαι συνέμειναν, ὧν ἡ Σήσαμος ἀκρόπολις τῆς Ἀμάστρεως λέγεται. τὸ δὲ Κύτωρον ἐμπόριον ἦν ποτε Σινωπέων, ὠνόμασται δ' ἀπὸ Κυτώρου, τοῦ Φρίξου παιδός, ὡς Ἔφορός φησι. πλείστη δὲ καὶ ἀρίστη πύξος φύεται κατὰ τὴν Ἀμαστριανήν, καὶ μάλιστα περὶ τὸ Κύτωρον. ὁ δὲ Αἰγιαλός ἐστι μὲν ἠιὼν μακρὰ πλειόνων

gonum gentem fuisse Enetos, e qua fuerit Pylæmenes, quem et plurimi Enetorum ad bellum sint secuti, qui eversa Troia, amisso duce, in Thraciam abierint, vagatique deinde in Venetiam pervenerint. Nonnulli Antenorem etiam et filios ejus socios ejus profectionis fuisse perhibent, et ad intimum Adriæ sinus recessum consedisse; cujus rei fecimus mentionem in Italiæ descriptione (5, 1, 4). Probabile est ergo, hac de causa Enetos defecisse, ut in Paphlagonia nulli reperiantur.

9. Paphlagones versus ortum finiuntur Haly fluvio, qui a meridie labens inter Syros ac Paphlagones, exit in Euxinum mare, ut ait Herodotus (1, 6), Syrorum nomen Cappadocibus tribuens; nam hi etiamnum Leucosyri, id est albi Syri, dicuntur, quum Syri dicantur etiam qui extra Taurum sunt; inde autem, quod illi comparati cum iis, qui intra Taurum degunt, adusti corporis colorem gerunt, hi vero non item, Leucosyri cognominati sunt. Porro Pindarus dicit, Amazones Syrium late armis potentem exercitum regimine tenere, de sedibus earum loquens, quæ erant Themiscyræ. Hæc enim Amiseni est agri; Amisum autem *Leucosyri trans Halyn* incolunt. Ergo versus *orientem Halys* est Paphlagoniæ terminus, ad meridiem Phryges et qui eo commigrarunt Galatæ, ad occasum Bithyni et Mariandyni (nam Cauconum genus funditus ubique periit), ad septentrionem est mare Euxinum. Jam quum hæc tota regio dividatur in mediterraneam et in oram maritimam quæ utraque ab Haly usque ad Bithyniam pertinet, maritimam usque ad Heracleam Mithridates Eupator possedit, de mediterraneis autem proximas solummodo partes, quarum nonnullæ etiam ultra Halyn excurrebant (atque eo usque Romani Ponticam provinciam extenderunt), reliqua vero etiam dejecto Mithridate regulis paruere. De Paphlagonibus mediterraneis, qui non erant Mithridati subjecti, dicemus postea; nunc propositum est, regionem Mithridati olim subditam, quæ Pontus vocatur, describere.

10. Post amnem ergo Parthenium Amastris est, urbs ejusdem cum ea, a qua condita est, nominis; sita est in peninsula, cujus isthmus utrinque portum habet. Fuit autem Amastris uxor Dionysii, Heracleæ tyranni, filia Oxyathræ, qui Darii frater fuit ab Alexandro debellati; hæc igitur urbem e quattuor pagis composuit, Sesamo, Cytoro, Cromna (quorum etiam in Paphlagonum recensione meminit Homerus [*Il.* 2, 853]), ac Tieo (*codd.* Τηίου): verum Tieus cito defecit a societate, reliqui in uno corpore permanserunt; de quibus Sesamus arx Amastris dicitur. Cytorum emporium aliquando fuit Sinopensium; nomen habere a Cytoro, Phrixi filio, Ephorus ait. Plurima autem et optima buxus apud Amastrin nascitur, maxime ad Cytorum. Ægialus est, id quod vox notat, litus longius centum stadiis:

(μὲν) ἢ ἑκατὸν σταδίων· ἔχει δὲ καὶ κώμην ὁμώνυμον, ἧς μέμνηται ὁ ποιητής, ὅταν φῇ,

Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.

γράφουσι δέ τινες,

Κρῶμναν Κωβίαλόν τε.

Ἐρυθίνους δὲ λέγεσθαί φασι τοὺς νῦν Ἐρυθρίνους ἀπὸ τῆς χρόας· δύο δ' εἰσὶ σκόπελοι. μετὰ δὲ Αἰγιαλὸν Κάραμβις, ἄκρα μεγάλη πρὸς τὰς ἄρκτους ἀνατεταμένη καὶ τὴν Σκυθικὴν χερρόνησον. ἐμνήσθημεν δ' αὐτῆς πολλάκις καὶ τοῦ ἀντικειμένου αὐτῇ Κριοῦ μετώπου, διθάλαττον ποιοῦντος τὸν Εὔξεινον πόντον. μετὰ δὲ Κάραμβιν Κίνωλις καὶ Ἀντικίνωλις καὶ Ἀβώνου τεῖχος, πολίχνιον, καὶ Ἀρμένη, ἐφ' ᾗ παροιμιάζονται,

Ὅστις ἔργον οὐδὲν εἶχεν Ἀρμένην ἐτείχισεν.

ἔστι δὲ κώμη τῶν Σινωπέων ἔχουσα λιμένα.

11. Εἶτ' αὐτὴ Σινώπη, σταδίους πεντήκοντα τῆς Ἀρμένης διέχουσα, ἀξιολογωτάτη τῶν ταύτῃ πόλεων. ἔκτισαν μὲν οὖν αὐτὴν Μιλήσιοι· κατασκευασαμένη δὲ ναυτικὸν ἐπῆρχε τῆς ἐντὸς Κυανέων θαλάττης, καὶ ἔξω δὲ πολλῶν ἀγώνων μετεῖχε τοῖς Ἕλλησιν· αὐτονομηθεῖσα δὲ πολὺν χρόνον οὐδὲ διὰ τέλους ἐφύλαξε τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ἐκ πολιορκίας ἑάλω καὶ ἐδούλευσε Φαρνάκῃ πρῶτον, ἔπειτα τοῖς διαδεξαμένοις ἐκεῖνον μέχρι τοῦ Εὐπάτορος καὶ τῶν καταλυσάντων Ῥωμαίων ἐκεῖνον. ὁ δὲ Εὐπάτωρ καὶ ἐγεννήθη ἐκεῖ καὶ ἐτράφη· διαφερόντως δὲ ἐτίμησεν αὐτὴν μητρόπολίν τε τῆς βασιλείας ὑπέλαβεν. ἔστι δὲ καὶ φύσει καὶ προνοίᾳ κατεσκευασμένη καλῶς· ἵδρυται γὰρ ἐπὶ αὐχένι χερρονήσου τινός, ἑκατέρωθεν δὲ τοῦ ἰσθμοῦ λιμένες καὶ ναύσταθμα καὶ πηλαμυδεῖα θαυμαστά, περὶ ὧν εἰρήκαμεν, ὅτι δευτέραν θήραν οἱ Σινωπεῖς ἔχουσι, τρίτην δὲ Βυζάντιοι· καὶ κύκλῳ δ' ἡ χερρόνησος προβέβληται ῥαχιώδεις ἀκτάς, ἐχούσας καὶ κοιλάδας τινάς, ὡσανεὶ βόθρους πετρίνους, οὓς καλοῦσι χοινικίδας· πληροῦνται δὲ οὗτοι μετεωρισθείσης τῆς θαλάττης, ὡς καὶ διὰ τοῦτο οὐκ εὐπρόσιτον τὸ χωρίον, καὶ διὰ τὸ πᾶσαν τὴν τῆς πέτρας ἐπιφάνειαν ἐχινώδη καὶ ἀνεπίβατον εἶναι γυμνῷ ποδί· ἄνωθεν μέντοι καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως εὔγεών ἐστι τὸ ἔδαφος καὶ ἀγροκηπίοις κεκόσμηται πυκνοῖς, πολὺ δὲ μᾶλλον τὰ προάστεια. αὐτὴ δ' ἡ πόλις τετείχισται καλῶς, καὶ γυμνασίῳ δὲ καὶ ἀγορᾷ καὶ στοαῖς κεκόσμηται λαμπρῶς. τοιαύτη δὲ οὖσα δὶς ὅμως ἑάλω, πρότερον μὲν τοῦ Φαρνάκου παρὰ δόξαν αἰφνιδίως ἐπιπεσόντος, ὕστερον δὲ ὑπὸ Λευκόλλου καὶ τοῦ ἐγκαθημένου τυράννου καὶ ἐντὸς ἅμα καὶ ἐκτὸς πολιορκουμένη· ὁ γὰρ ἐγκατασταθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως φρούραρχος Βακχίδης, ὑπονοῶν ἀεί τινα προδοσίαν ἐκ τῶν ἔνδοθεν, καὶ πολλὰς αἰκίας καὶ σφαγὰς ποιῶν, ἀπαγορεῦσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησε πρὸς ἄμφω, μήτ' ἀμύνασθαι δυναμένους γενναίως μήτε προσθέσθαι κατὰ συμβάσεις. ἑάλωσαν δ' οὖν· καὶ τὸν μὲν ἄλλον κόσμον

habet vero etiam cognominem pagum, cujus Homerus meminit hoc versu (*Il.* 1, 855):

Cromnamque Ægialumque et sublimes Erythinos.

Scribunt tamen quidam:

Cromnam Cobialumque (Crobialum *ap. al.*).

Erythinos autem dici aiunt eos qui nunc vocantur Erythrini a rubro colore: duo sunt scopuli. Post Ægialum est Carambis, promontorium magnum versus septentrionem porrectum et Scythicam Cherronesum. Sæpe facta est hujus mentio, et oppositi ei Kriumetopi, quibus Euxinus pontus in duo maria dividitur. Post Carambin sequitur Cinolis et Anticinolis et Abonu tichos, oppidulum, et Armene, de qua proverbium fertur:

Qui negotio carebat, muro cinxit Armenam.

Est vero Sinopensium pagus portu præditus.

11. Sequitur quinquaginta post hanc stadiis ipsa Sinope, omnium quæ istic sunt urbium præstantissima. Hanc Milesii condiderunt; et classe urbs instructa mare totum, quod intra petras Cyaneas est, in sua habuit potestate, atque extra illud etiam Græcos in multis certaminibus adjuvit. Quanquam vero diu suis vixit libera legibus, non tamen ad finem usque libertatem suam conservavit, sed expugnata servivit Pharnaci primum, ac ejus deinceps successoribus usque ad Mithridatem Eupatorem et Romanos, qui eum oppresserunt. Is quidem Mithridates ibi et natus fuit et educatus, et in eximio eam habuit honore, caputque totius regni fecit. Est autem urbs ea tum natura tum humana prudentia præclare instructa. Nam incumbit cervici cujusdam peninsulæ; a cujus isthmi utraque parte portus sunt, et navalia ac pelamydum capturæ mirabiles; de quibus diximus (7, 6, 2) secundam capturam esse penes Sinopenses, tertiam penes Byzantios. In orbem peninsula projecta habet scopulosa litora, in quibus cavernæ quædam, veluti foveæ saxosæ sunt, quas Chœnicides ipsi, quasi modiolos, appellant; eæ implentur mari intumescente, ut propter hanc quoque causam difficulter accedi ad locum istum possit, et quia omnis petræ superficies in echini morem horrens, nudo pedi aditum non præbet. Mediterranea autem versus ac supra urbem solum est bonum et agris hortisque crebris excultum, ac multo magis præstant suburbia. Ipsa urbs muris est egregie munita, ac splendide etiam ornata gymnasio, foro atque porticibus. Talis tamen quum esset, bis capta nihilominus fuit: prius a Pharnace, quum is eam de improviso obrueret, posterius a Lucullo et tyranno intus desidente, quum et foris et intus oppugnaretur. Nam custodiæ urbis præfectus a rege Bacchides subinde aliquam ab incolis metuens proditionem, ac multas cædes edens, multosque fœde mulcans civium, eo rem deduxit, ut neque ad propugnandum fortiter civibus animus, neque ad deditionem initis pactis faciendam facultas esset. Expugnata igitur est urbs. Lucullus, conservatis reliquis Sinopes orna-

τῆς πόλεως διεφύλαξεν ὁ Λεύκολλος, τὴν δὲ τοῦ Βιλλάρου σφαῖραν ἦρε καὶ τὸν Αὐτόλυκον, Σθένιδος ἔργον, ὃν ἐκεῖνοι οἰκιστὴν ἐνόμιζον καὶ ἐτίμων ὡς θεόν· ἦν δὲ καὶ μαντεῖον αὐτοῦ· δοκεῖ δὲ τῶν Ἰάσονι συμπλευσάντων εἶναι καὶ κατασχεῖν τοῦτον τὸν τόπον. εἶθ' ὕστερον Μιλήσιοι τὴν εὐφυΐαν ἰδόντες καὶ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἐνοικούντων ἐξιδιάσαντο καὶ ἐποίκους ἔστειλαν· νυνὶ δὲ καὶ Ῥωμαίων ἀποικίαν δέδεκται καὶ μέρος τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας ἐκείνων ἐστί. διέχει δὲ τοῦ μὲν Ἱεροῦ τρισχιλίους καὶ πεντακοσίους, ἀφ' Ἡρακλείας δὲ δισχιλίους, Καράμβεως δὲ ἑπτακοσίους σταδίους. ἄνδρας δὲ ἐξήνεγκεν ἀγαθούς, τῶν μὲν φιλοσόφων Διογένη τὸν Κυνικὸν καὶ Τιμόθεον τὸν Πατρίωνα, τῶν δὲ ποιητῶν Δίφιλον τὸν κωμικόν, τῶν δὲ συγγραφέων Βάτωνα τὸν πραγματευθέντα τὰ Περσικά.

12. Ἐντεῦθεν δ' ἐφεξῆς ἡ τοῦ Ἅλυος ἐκβολὴ ποταμοῦ· ὠνόμασται δ' ἀπὸ τῶν ἁλῶν, ἃς παραρρεῖ· ἔχει δὲ τὰς πηγὰς ἐν τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᾳ τῆς Ποντικῆς πλησίον κατὰ τὴν Καμισηνήν, ἐνεχθεὶς δ' ἐπὶ δύσιν πολύς, εἶτ' ἐπιστρέψας πρὸς τὴν ἄρκτον διά τε Γαλατῶν καὶ Παφλαγόνων ὁρίζει τούτους τε καὶ τοὺς Λευκοσύρους. ἔχει δὲ καὶ ἡ Σινωπῖτις καὶ πᾶσα ἡ μέχρι Βιθυνίας ὀρεινὴ ὑπερκειμένη τῆς λεχθείσης παραλίας ναυπηγήσιμον ὕλην ἀγαθὴν καὶ εὐκατακόμιστον. ἡ δὲ Σινωπῖτις καὶ σφένδαμνον φύει καὶ ὀροκάρυον, ἐξ ὧν τὰς τραπέζας τέμνουσιν· ἅπασα δὲ καὶ ἐλαιόφυτός ἐστιν ἡ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης γεωργουμένη.

13. Μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἅλυος ἡ Γαδιλωνῖτίς ἐστι μέχρι τῆς Σαραμηνῆς, εὐδαίμων χώρα καὶ πεδιὰς πᾶσα καὶ πάμφορος· ἔχει δὲ καὶ προβατείαν ὑποδιφθέρου καὶ μαλακῆς ἐρέας, ἧς καθ' ὅλην τὴν Καππαδοκίαν καὶ τὸν Πόντον σφόδρα πολλὴ σπάνις ἐστί· γίνονται δὲ καὶ ζόρκες, ὧν ἀλλαχοῦ σπάνις ἐστί. ταύτης δὲ τῆς χώρας τὴν μὲν ἔχουσιν Ἀμισηνοί, τὴν δ' ἔδωκε Δηιοτάρῳ Πομπήιος, καθάπερ καὶ τὰ περὶ Φαρνακίαν καὶ τὴν Τραπεζουσίαν μέχρι Κολχίδος καὶ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας· καὶ τούτων ἀπέδειξεν αὐτὸν βασιλέα, ἔχοντα καὶ τὴν πατρῴαν τετραρχίαν τῶν Γαλατῶν, τοὺς Τολιστοβωγίους. ἀποθανόντος δ' ἐκείνου, πολλαὶ διαδοχαὶ τῶν ἐκείνου γεγόνασι.

14. Μετὰ δὲ τὴν Γαδιλῶνα ἡ Σαραμηνὴ καὶ Ἀμισός, πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα τῆς Σινώπης περὶ ἐνναχοσίους σταδίους. φησὶ δ' αὐτὴν Θεόπομπος πρώτους Μιλησίους κτίσαι,...... Καππαδόκων ἄρχοντα, τρίτον δ' ὑπ' Ἀθηνοκλέους καὶ Ἀθηναίων ἐποικισθεῖσαν, Πειραιᾶ μετονομασθῆναι. καὶ ταύτην δὲ κατέσχον οἱ βασιλεῖς, ὁ δ' Εὐπάτωρ ἐκόσμησεν ἱεροῖς καὶ προσέκτισε μέρος. Λεύκολλος δὲ καὶ ταύτην ἐπολιόρκησεν, εἶθ' ὕστερον Φαρνάκης, ἐκ Βοσπόρου διαβάς· ἐλευθερωθεῖσαν δ' ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ παρέδωκεν Ἀντώνιος βασιλεῦσιν· εἶθ' ὁ τύραννος Στράτων κακῶς αὐτὴν διέθηκεν· εἶτ' ἠλευθερώθη πάλιν μετὰ τὰ Ἀκτιακὰ ὑπὸ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, καὶ νῦν εὖ συνέστηκεν. ἔχει δὲ τήν τε ἄλλην χώραν καλὴν καὶ τὴν

mentis, Billari tamen sphæram abstulit, et Sthenidis opus Autolyci statuam, quem illi urbis conditorem existimantes divinis colebant honoribus; fuit etiam oraculum ejus; ipse autem Autolycus videtur unus eorum fuisse, qui cum Iasone navigaverunt, et locum istum occupasse. Postea Milesii, opportunitate loci animadversa, et imbecillitate inhabitantium, suum fecerunt, colonosque miserunt. Nunc etiam Romanorum recepit coloniam, quæ in partem urbis agrique venit. Distat a fano Chalcedonensi stadia ter mille quingenta, ab Heraclea bis mille, a Carambi septingenta. Viros præstantes protulit Sinope, philosophos Diogenem Cynicum et Timotheum Patrionem; poetam comicum Diphilum; historiæ scriptorem Batonem, qui Persica composuit.

12. Deinceps sunt ostia Halyos fluvii, cui a salibus, quos præterlabitur, nomen est. Fontes habet in magna Cappadocia, prope Ponticam, in Camisena regione. Inde magno alveo versus occasum lapsus, ad septentrionem se convertit per Galatas et Paphlagones, hos a Leucosyris distinguens. Montana, quæ supra *Sinopensem et reliquam* maris oram usque ad Bithyniam sita sunt, navibus fabricandis aptam et deportatu facilem habent materiam. Sinopensia etiam acer habent et nucem montanam, ex quibus mensæ fiunt. Universa et oleis consita est regio, quæ paululum supra mare colitur.

13. Post ostia Halyos fluvii Gadilonitis est usque ad Saramenam, fertilis admodum ac beata regio, tota campestris. Oves nutrit pellitas, ac lana molli, qualis per totam Cappadociam et Pontum magna est penuria : nascuntur ibi etiam capreæ, raræ alibi. Hujus regionis partem Amiseni habent, partem Pompejus Dejotaro dedit, ut etiam quæ sunt ad Pharnaciam et Trapezuntiam ditionem usque ad Colchos et minorem Armeniam, ac regem ejus ditionis eum constituit, quum etiam paternam tetrarchiam haberet Tolistobogiorum Galatarum. Eo mortuo, multæ harum possessionum fuerunt successiones.

14. Post Gadilonem est Saramena, urbsque Amisus illustris a Sinopa distans stadia circiter nongenta. Theopompus narrat, initio eam a Milesiis fuisse conditam ; [ *deinde a* ] Cappadocum principe ; tertium autem ab Athenocle et Atheniensibus frequentatam colonis, et Piræeum fuisse denominatam. Hanc quoque reges tenuerunt; et Eupator templis ornavit, partemque urbi de integro adjecit. Lucullus hanc quoque obsedit, ac deinde Pharnaces, e Bosporo transgressus. Liberatam autem a divo Cæsare Antonius regibus subjecit; deinde male eam tractavit Strato tyrannus; rursum deinde libertas eis reddita est a Cæsare Augusto post Actiacam victoriam; et nunc in bono est statu.

Θεμίσκυραν, τὸ τῶν Ἀμαζόνων οἰκητήριον, καὶ τὴν Σιδηνήν.

15. Ἔστι δὲ ἡ Θεμίσκυρα πεδίον, τῇ μὲν ὑπὸ τοῦ πελάγους κλυζόμενον, ὅσον ἑξήκοντα σταδίους τῆς πόλεως διέχον, τῇ δ' ὑπὸ τῆς ὀρεινῆς εὐδένδρου καὶ διαρρύτου ποταμοῖς, αὐτόθεν τὰς πηγὰς ἐχούσιν. ἐκ μὲν οὖν τούτων πληρούμενος ἁπάντων εἷς ποταμὸς διέξεισι τὸ πεδίον, Θερμώδων καλούμενος· ἄλλος δὲ τούτῳ πάρισος, ῥέων ἐκ τῆς καλουμένης Φαναροίας, τὸ αὐτὸ διέξεισι πεδίον, καλεῖται δὲ Ἶρις. ἔχει δὲ τὰς πηγὰς ἐν αὐτῷ τῷ Πόντῳ, ῥυεὶς δὲ διὰ πόλεως μέσης Κομάνων τῶν Ποντικῶν καὶ διὰ τῆς Δαζιμωνίτιδος, εὐδαίμονος πεδίου, πρὸς δύσιν, εἶτ' ἐπιστρέφει πρὸς τὰς ἄρκτους παρ' αὐτὰ τὰ Γαζίουρα, παλαιὸν βασίλειον, νῦν δ' ἔρημον· εἶτα ἀνακάμπτει πάλιν πρὸς ἕω, παραλαβὼν τόν τε Σκύλακα καὶ ἄλλους ποταμούς, καὶ παρ' αὐτὸ τὸ τῆς Ἀμασείας ἐνεχθεὶς τεῖχος, τῆς ἡμετέρας πατρίδος, πόλεως ἐρυμνοτάτης, εἰς τὴν Φανάροιαν πρόεισιν· ἐνταῦθα δὲ συμβαλὼν ὁ Λύκος αὐτῷ, τὰς ἀρχὰς ἐξ Ἀρμενίας ἔχων, γίνεται καὶ αὐτὸς Ἶρις· εἶθ' ἡ Θεμίσκυρα ὑποδέχεται τὸ ῥεῦμα καὶ τὸ Ποντικὸν πέλαγος. διὰ δὲ τοῦτο ἔνδροσόν ἐστι καὶ ποάζον ἀεὶ τὸ πεδίον τοῦτο τρέφειν ἀγέλας βοῶν τε ὁμοίως καὶ ἵππων δυνάμενον, σπόρον δὲ πλεῖστον δέχεται τὸν ἐκ τῆς ἐλύμου καὶ κέγχρου, μᾶλλον δὲ ἀνέκλειπτον· αὐχμοῦ γάρ ἐστι κρείττων ἡ εὐυδρία παντός, ὥστ' οὐδὲ λιμὸς καθικνεῖται τῶν ἀνθρώπων τούτων οὐδ' ἅπαξ· τοσαύτην δ' ὀπώραν ἐκδίδωσιν ἡ παρόρειος τὴν αὐτοφυῆ καὶ ἀγρίαν σταφυλῆς τε καὶ ὄχνης καὶ μήλου καὶ τῶν καρυωδῶν, ὥστε κατὰ πᾶσαν τοῦ ἔτους ὥραν ἀφθόνως εὐπορεῖν τοὺς ἐξιόντας ἐπὶ τὴν ὕλην· τοτὲ μὲν ἔτι κρεμαμένων τῶν καρπῶν ἐν τοῖς δένδρεσι, τοτὲ δ' ἐν τῇ πεπτωκυίᾳ φυλλάδι καὶ ὑπ' αὐτῇ κειμένων βαθείᾳ καὶ πολλῇ κεχυμένῃ. συχναὶ δὲ καὶ θῆραι παντοίων ἀγρευμάτων διὰ τὴν εὐφορίαν τῆς τροφῆς.

16. Μετὰ δὲ τὴν Θεμίσκυράν ἐστιν ἡ Σιδηνή, πεδίον εὔδαιμον, οὐχ ὁμοίως δὲ καὶ κατάρρυτον, ἔχον χωρία ἐρυμνὰ ἐπὶ τῇ παραλίᾳ, τήν τε Σίδην, ἀφ' ἧς ὠνομάσθη Σιδηνή, καὶ Χάβακα καὶ Φάβδα· μέχρι μὲν δὴ δεῦρο Ἀμισηνή. ἄνδρες δὲ γεγόνασιν ἄξιοι μνήμης κατὰ παιδείαν ἐνταῦθα, μαθηματικοὶ μὲν Δημήτριος ὁ τοῦ Ῥαθηνοῦ καὶ Διονυσόδωρος, ὁμώνυμος τῷ † Ἴκενι γεωμέτρῃ, γραμματικὸς δὲ Τυραννίων, οὗ ἡμεῖς ἠκροασάμεθα.

17. Μετὰ δὲ τὴν Σιδηνὴν ἡ Φαρνακία ἐστίν, ἐρυμνὸν πόλισμα, καὶ μετὰ ταῦτα ἡ Τραπεζοῦς, πόλις Ἑλληνίς, εἰς ἣν ἀπὸ τῆς Ἀμισοῦ περὶ δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους ἐστὶν ὁ πλοῦς· εἶτ' ἔνθεν εἰς Φᾶσιν χίλιοί που καὶ τετρακόσιοι, ὥστε οἱ σύμπαντες ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ μέχρι Φάσιδος περὶ ὀκτακισχιλίους σταδίους εἰσὶν ἢ μικρῷ πλείους ἢ ἐλάττους. ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ ταύτῃ ἀπὸ Ἀμισοῦ πλέουσιν ἡ Ἡράκλειος ἄκρα πρῶτόν ἐστιν, εἶτ' ἄλλη ἄκρα Ἰασόνιον καὶ ὁ Γενήτης, εἶτα † Κύτωρος πολίχνη, ἐξ ἧς συνῳκίσθη ἡ Φαρνακία, εἶτ'

Habet autem quum aliam regionem bonam, tum Themiscyram, Amazonum olim domicilium, et Sidenam.

15. Themiscyra planities est, quæ ab altera parte mari alluitur, ad sexaginta stadia ab Amiso dissidens; ab altera montanis subjecta nemorosis probe et perfluis amnium alveis, qui indidem scaturiunt: e quibus omnibus impletus unus fluvius planitiem percurrit, Thermodon nomine; alius autem huic fere æqualis, Iris nomine, per Phanarœam quam vocant fluit, eandem perlabens planitiem. Oritur in ipsa Pontica regione, ac postquam Comana, Ponti urbem, pertransiit, ac Dazimonitidem (*codd.* Daxim.), felicem campum, versus occasum labens, inde ad septentriones se inflectit apud ipsa Gaziura, antiquam regiam, nunc desertam: hinc rursus revertitur versus ortum, assumpto Scylace aliisque amnibus, murosque Amasiæ, patriæ nostræ, urbis munitissimæ, prætervectus, in Phanarœam effertur. Ibi in eum Lycus incidit, cujus origo in Armenia est, et ipse quoque fit Iris; deinde Themiscyra fluvium excipit, et mare tandem Ponticum. Hac de causa planities hæc semper roscida est et herbis viret, sufficitque alendis boum et equorum armentis; sementem plurimam vel potius perpetuam excipit elymi atque milii: nam aquarum copia quavis siccitate est valentior: itaque fames nunquam ad istos homines pertingit, quum montana etiam tantam abundantiam præbeant sponte sua nascentium et silvestrium fructuum, vitis, piri, mali et eorum quæ sunt de genere nucum, ita ut toto anni tempore largiter decerpere fructus possint, qui in silvas eunt, quum alii etiamnum de arboribus pendeant, alii in foliorum, quæ defluxerunt, strue copiosa et densa jacentia inveniantur. Omnis etiam generis venationes in frequentissimo sunt usu ob copiam (εὐπορίαν) alimentorum.

16. Themiscyram subsequitur Sidena, felix quidem, sed non æque aquis irrigua regio, castellis in ora maritima munitis prædita, quæ sunt Side, a qua nomen habet Sidena, et Chabaca, et Phabda (*var. l.* Phauda). Atque hactenus Amisena ditio pertinet. Amisus protulit viros doctrina insignes. Mathematicos quidem Demetrium Ratheni, et Dionysodorum (*codd.* Dionysiodorum) ejusdem nominis cum Hicene (Ione *sec. cod. Escor.*; Melio *ex Plin.* 2, 119?) geometra: grammaticum autem Tyrannionem, quem nos audivimus.

17. Secundum Sidenam Pharnacia est, munitum oppidum: ac post Trapezûs, Græcanica urbs, ad quam ab Amiso navigatio est stadiorum circiter bis mille et ducentorum; inde Phasin usque mille fere et quadringentorum, ita ut tota navigatio a Fano Chalcedonio usque ad Phasidem octies mille stadia impleat, non multis vel additis vel demptis. Hanc oram maritimam legentes ab Amiso primo ad Heracleum perveniunt promontorium; inde aliud, Iasonium nomine, et Genetes. Tum Cytorus (*Cotyorus* vel *Cotyora*) oppidum, e quo incolis frequentata est Pharna-

Ἰσχόπολις κατερηριμμένη, εἶτα κόλπος, ἐν ᾧ Κερασοῦς τε καὶ Ἑρμώνασσα, κατοικίαι μέτριαι, εἶτα τῆς Ἑρμωνάσσης πλησίον ἡ Τραπεζοῦς, εἶθ' ἡ Κολχίς· ἐνταῦθα δέ που ἐστὶ καὶ Ζυγόπολίς τις λεγομένη κατοικία. περὶ μὲν οὖν τῆς Κολχίδος εἴρηται καὶ τῆς ὑπερκειμένης παραλίας.

18. Τῆς δὲ Τραπεζοῦντος ὑπέρκεινται καὶ τῆς Φαρνακίας Τιβαρανοί τε καὶ Χαλδαῖοι καὶ Σάννοι, οὓς πρότερον ἐκάλουν Μάκρωνας, καὶ ἡ μικρὰ Ἀρμενία, καὶ οἱ Ἀππαῖται δέ πως πλησιάζουσι τοῖς χωρίοις τούτοις, οἱ πρότερον Κερκῖται. διήκει δὲ διὰ τούτων ὅ τε Σκυδίσης, ὄρος τραχύτατον, συνάπτον τοῖς Μοσχικοῖς ὄρεσι τοῖς ὑπὲρ τῆς Κολχίδος, οὗ τὰ ἄκρα κατέχουσιν οἱ Ἑπτακωμῆται, καὶ ὁ Παρυάδρης ὁ μέχρι τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας ἀπὸ τῶν κατὰ Σιδηνὴν καὶ Θεμίσκυραν τόπων διατείνων καὶ ποιῶν τὸ ἑωθινὸν τοῦ Πόντου πλευρόν. Εἰσὶ δ' ἅπαντες μὲν οἱ ὄρειοι τούτων ἄγριοι τελέως, ὑπερβέβληνται δὲ τοὺς ἄλλους οἱ Ἑπτακωμῆται· τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ δένδρεσιν ἢ πυργίοις οἰκοῦσι, διὸ καὶ Μοσυνοίκους ἐκάλουν οἱ παλαιοί, τῶν πύργων μοσύνων λεγομένων. ζῶσι δ' ἀπὸ θηρείων σαρκῶν καὶ τῶν ἀκροδρύων, ἐπιτίθενται δὲ καὶ τοῖς ὁδοιποροῦσι, καταπηδήσαντες ἀπὸ τῶν ἰκρίων. οἱ δὲ Ἑπτακωμῆται τρεῖς Πομπηίου σπείρας κατέκοψαν διεξιούσας τὴν ὀρεινήν, κεράσαντες κρατῆρας ἐν ταῖς ὁδοῖς τοῦ μαινομένου μέλιτος, ὃ φέρουσιν οἱ ἀκρέμονες τῶν δένδρων· πιοῦσι γὰρ καὶ παρακόψασιν ἐπιθέμενοι ῥᾳδίως διεχειρίσαντο τοὺς ἀνθρώπους. ἐκαλοῦντο δὲ τούτων τινὲς τῶν βαρβάρων καὶ Βύζηρες.

19. Οἱ δὲ νῦν Χαλδαῖοι Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο, καθ' οὓς μάλιστα ἡ Φαρνακία ἵδρυται, κατὰ θάλατταν μὲν ἔχουσα εὐφυΐαν τὴν ἐκ τῆς πηλαμυδείας (πρώτιστα γὰρ ἁλίσκεται ἐνταῦθα τὸ ὄψον τοῦτο), ἐκ δὲ τῆς γῆς τὰ μέταλλα, νῦν μὲν σιδήρου, πρότερον δὲ καὶ ἀργύρου. ὅλως δὲ κατὰ τοὺς τόπους τούτους ἡ παραλία στενὴ τελέως ἐστίν· ὑπέρκειται γὰρ εὐθὺς τὰ ὄρη μετάλλων πλήρη καὶ δρυμῶν, γεωργεῖται δ' οὐ πολλά· λείπεται δὲ τοῖς μὲν μεταλλευταῖς ἐκ τῶν μετάλλων ὁ βίος, τοῖς δὲ θαλαττουργοῖς ἐκ τῆς ἁλιείας, καὶ μάλιστα τῶν πηλαμύδων καὶ τῶν δελφίνων· ἐπακολουθοῦντες γὰρ ταῖς ἀγέλαις τῶν ἰχθύων, κορδύλης τε καὶ θύννης καὶ αὐτῆς τῆς πηλαμύδος, πιαίνονταί τε καὶ εὐάλωτοι γίνονται διὰ τὸ πλησιάζειν τῇ γῇ προαλέστερον· δελεαζομένους μόνοι οὗτοι κατακόπτουσι τοὺς δελφῖνας καὶ τῷ στέατι πολλῷ χρῶνται πρὸς ἅπαντα.

20. Τούτους οὖν οἶμαι λέγειν τὸν ποιητὴν Ἁλιζώνους ἐν τῷ μετὰ τοὺς Παφλαγόνας καταλόγῳ·

> αὐτὰρ Ἁλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον
> τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη·

ἤτοι τῆς γραφῆς μετατεθείσης ἀπὸ τοῦ τηλόθεν ἐκ Χαλύβης, ἢ τῶν ἀνθρώπων πρότερον Ἀλύβων λεγομένων ἀντὶ Χαλύβων· οὐ γὰρ νῦν μὲν δυνατὸν γέγονεν ἐκ Χαλύβων Χαλδαίους λεχθῆναι, πρότερον δ' οὐχ ἐνῆν

cia; post Ischopolis destructa. Sinus porro sequitur, in quo jacent Cerasûs et Hermonassa, oppida mediocria; deinceps Hermonassae propinqua est Trapezûs; hinc Colchis, atque illic alicubi etiam habitatio quædam est, cui Zygopolis nomen. Ceterum de Colchide et ora maritima supra eam jacente jam diximus (11, 2, 12).

18. Supra Trapezuntem vero et Pharnaciam Tibareni sunt, et Chaldæi et Sanni, qui olim Macrones dicebantur, ac minor Armenia : sed et Appaitæ qui quondam vocati sunt Cercitæ, his vicini sunt locis. Per hos transit tum Scydises mons asperrimus, qui conjungitur Moschicis montibus supra Colchidem sitis, cujusque summas partes Heptacometæ sive septempagani tenent, tum Paryadres, qui usque ad minorem Armeniam a locis Sidenæ et Cappadociæ finitimis porrectus orientale Ponti latus conficit. Universi, qui montana ista incolunt, plane sunt feri, sed Septempagani reliquos omnes feritate superant; quidam etiam in arboribus aut turriculis habitant; quæ cum Mosyni dicantur, ipsis Mosynœcorum appellatio inde apud veteres obtigit. Carnibus ferinis et glandibus arborum victitant; insidiantur etiam iter facientibus, in eos de suis desilientes contignationibus. Septempagani tres Pompeii cohortes conciderunt, quum eæ per montes istos iter facerent : nam quum in viis miscuissent crateres mellis, quod in ramis arborum proveniens insaniam injicit, milites eo poto mente abalienatos adorti facile interfecerunt. Horum barbarorum quidam etiam Byzeres vocabantur.

19. Ceterum qui nunc vocantur Chaldæi, Chalybes antiquitus fuerunt nominati : penes quos potissimum Pharnacia est. Huic a mari commodat pelamydum captura (qui pisces ibi primum capiuntur), in terra autem ei prosunt metalla, nunc quidem ferri, prioribus vero temporibus etiam argenti. Omnino autem istis in locis ora maritima prorsus arcta est : statim enim imminent montes metallorum pleni ac silvarum; agri parum colitur; itaque victus relinquitur metallorum fossoribus ex venis eorum, mare autem versantibus e piscatura, pelamydum maxime et delphinorum, qui dum greges piscium sectantur, cordylæ potissimum, thunni ac pelamydis, pingues redduntur ac facile capiuntur, dum petulantius ad terram accedunt. Inescatos igitur (οὖν οὗτ.) concidunt delphinos, et adipem eorum copiosum ad omnis generis usus adhibent.

20. Hos itaque censeo a poeta vocari Halizonos, in recensione post Paphlagones (*Il.* 2, 856) :

> Duxit Halizones Odiusque et Epistrophus una
> ex Alyba procul, argenti qua vena secatur :

sive scriptura mutata ex Chalyba est in Alybam, sive homines isti olim Alybes pro Chalybibus dicti sunt. Neque enim dicet aliquis nunc quidem pro Chalybibus Chaldæos potuisse dici, olim autem non potuisse ex Alybibus Cha-

ἀντὶ Ἀλύϐων Χάλυϐας, καὶ ταῦτα τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις πολλὰς δεχομένων, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς βαρϐάροις· Σίντιες γὰρ ἐκαλοῦντό τινες τῶν Θρᾳκῶν, εἶτα Σιντοί, εἶτα Σάϊοι, παρ' οἷς φησιν Ἀρχίλοχος τὴν ἀσπίδα ῥῖψαι·

ἀσπίδα μὲν Σαΐων τις ἀνείλετο, τὴν παρὰ θάμνῳ
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων·

οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι Σαπαῖοι νῦν ὀνομάζονται· πάντες γὰρ οὗτοι περὶ Ἄϐδηρα τὴν οἴκησιν εἶχον καὶ τὰς περὶ Λῆμνον νήσους· ὁμοίως δὲ καὶ Βρύγοι καὶ Βρύγες καὶ Φρύγες οἱ αὐτοί, καὶ Μυσοὶ (καὶ Μέρονες) καὶ Μαίονες καὶ Μῄονες· οὐ χρεία δὲ πλεονάζειν. ὑπονοεῖ δὲ καὶ ὁ Σκήψιος τὴν τοῦ ὀνόματος μετάπτωσιν ἐξ Ἀλύϐων εἰς Χάλυϐας, τὰ δ' ἑξῆς καὶ τὰ συνῳδὰ οὐ νοῶν, καὶ μάλιστα ἐκ τίνος Ἁλιζώνους εἴρηκε τοὺς Χάλυϐας, ἀποδοκιμάζει τὴν δόξαν· ἡμεῖς δ' ἀντιπαραθέντες τῇ ἡμετέρᾳ τὴν ἐκείνου καὶ τὰς τῶν ἄλλων ὑπολήψεις σκοπῶμεν.

21. Οἱ μὲν μεταγράφουσιν Ἀλαζώνων, οἱ δ' Ἀμαζώνων ποιοῦντες, τὸ δ' ἐξ Ἀλύϐης ἐξ Ἀλόπης [ἢ] ἐξ Ἀλόϐης, τοὺς μὲν Σκύθας Ἀλαζῶνας φάσκοντες ὑπὲρ τὸν Βορυσθένη καὶ Καλλιπίδας καὶ ἄλλα ὀνόματα, ἅπερ Ἑλλάνικός τε καὶ Ἡρόδοτος καὶ Εὔδοξος κατεφλυάρησαν ἡμῶν, τοὺς δ' Ἀμαζῶνας μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας καὶ Λυδίας, καθάπερ Ἔφορος νομίζει, πλησίον Κύμης τῆς πατρίδος αὐτοῦ· καὶ τοῦτο μὲν ἔχεταί τινος λόγου τυχὸν ἴσως· εἴη γὰρ ἂν λέγων τὴν ὑπὸ τῶν Αἰολέων καὶ Ἰώνων οἰκισθεῖσαν ὕστερον, πρότερον δ' ὑπὸ Ἀμαζόνων· καὶ ἐπωνύμους πόλεις τινὰς εἶναί φασι, καὶ γὰρ Ἔφεσον καὶ Σμύρναν καὶ Κύμην καὶ Μύριναν. ἡ δὲ Ἀλύϐη [ἤ], ὥς τινες, Ἀλόπη ἢ Ἀλόϐη πῶς ἂν ἐν τοῖς τόποις τούτοις ἐξητάζετο; πῶς δὲ τηλόθεν; πῶς δ' ἡ τοῦ ἀργύρου γενέθλη;

22. Ταῦτα μὲν ἀπολύεται τῇ μεταγραφῇ· γράφει γὰρ οὕτως·

αὐτὰρ Ἀμαζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης, ὅθ' Ἀμαζονίδων γένος ἐστί.

ταῦτα δ' ἀπολυσάμενος εἰς ἄλλο ἐμπέπτωκε πλάσμα· οὐδαμοῦ γὰρ ἐνθάδε εὑρίσκεται Ἀλόπη, καὶ ἡ μεταγραφὴ δὲ παρὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων τῶν ἀρχαίων πίστιν καινοτομουμένη ἐπὶ τοσοῦτον σχεδιασμῷ ἔοικεν. ὁ δὲ Σκήψιος οὔτε τὴν τούτου δόξαν ἔοικεν ἀποδεξάμενος οὔτε τῶν περὶ τὴν Παλλήνην τοὺς Ἁλιζώνους ὑπολαϐόντων, ὧν ἐμνήσθημεν ἐν τοῖς Μακεδονικοῖς· ὁμοίως διαπορεῖ καὶ πῶς ἐκ τῶν ὑπὲρ τὸν Βορυσθένην νομάδων ἀφῖχθαι συμμαχίαν τοῖς Τρωσί τις νομίσειεν· ἐπαινεῖ δὲ μάλιστα τὴν Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου καὶ Μενεκράτους τοῦ Ἐλαΐτου, τῶν Ξενοκράτους γνωρίμων ἀνδρός, δόξαν καὶ τὴν Παλαιφάτου, ὧν ὁ μὲν ἐν γῆς περιόδῳ φησίν· « Ἐπὶ δ' Ἀλαζίᾳ πόλι ποταμὸς Ὀδρύσσης ῥέων διὰ Μυγδονίης πεδίου ἀπὸ δύσιος ἐκ τῆς λίμνης τῆς Δασκυλίτιδος ἐς Ῥύνδακον ἐσϐάλλει · » ἔρημον δὲ εἶναι νῦν τὴν Ἀλαζίαν λέγει, κώμας δὲ πολλὰς τῶν

lybes fieri, præsertim quum vocabula multis sint obnoxia mutationibus, maxime barbarica; nam Sinties Thraces quidam dicti fuerunt, post Sinti, inde Saii, apud quos Archilochus se scutum abjecisse dicit :

Nunc aliquis clypeum, quod ego sine labe reliqui,
ad veprem fugiens, eripuit Saius.

qui iidem nunc Sapæi (*codd.* Sapæ) dicuntur. Nam omnes hi circa Abdera habitabant et [*Lemnum et?*] insulas ad Lemnum adjacentes tenebant. Similiter etiam Brigi et Briges et Phryges iidem sunt : nec non Mysi et Mæones et Meones. Neque est operæ alia complura ejus generis congerere. Demetrius Scepsius quoque nomen ex Alybibus in Chalybas mutatum esse suspicatur; sed sequentia et his consonantia non intelligens, præcipue qua de causa poeta Halizones Chalybas dixerit, improbavit hanc sententiam. Nos, nostra cum illius opinione comparata, etiam aliorum considerabimus conjecturas.

21. Quidam scriptura mutata Alazonas legunt, alii Amazonas, et pro Alyba scribunt Alopa [*vel*] Aloba, illosque esse aiunt Scythas Alazonas supra Borysthenem habitantes et Callipidas aliaque ejus generis nomina, quæ Hellanicus, Herodotus et Eudoxus nobis confinxerunt; hos autem Amazônas (*codd.* Ἀμαζόνας) habitantes inter Mysiam, Cariam, et Lydiam, ut Ephorus putat, ad Cumam patriam suam. Atque hoc quidem aliqua fortassis defendi ratione potest. Dicere enim videtur regionem olim ab Amazonibus, deinde ab Æolensibus et Ionibus habitatam; et aiunt urbes quasdam Amazonum esse cognomines, Ephesum, Smyrnam, Cumam, Myrinam. Alybe autem, aut, ut alii legunt, Alope vel Alobe, quonam pacto in his locis censebitur? quomodo de his locis illud *procul* dici potest? quomodo argenti venæ locum habebunt?

22. Hanc quidem difficultatem mutanda scriptura diluit. Ita enim scribit :

Duxit Amazones Odius et Epistrophus una
ex Alopa, pridem unde et Amazonidum genus exstat.

Verum hac ille solutione in aliud commentum incidit : nusquam enim ibi locorum Alopa exstat, et hæc lectio, contra veterum librorum auctoritatem ita novata, temeritatem sapit. Scepsius autem neque hujus opinionem videtur probare, neque eorum, qui Halizones circa Pallenam ponunt, de quibus in Macedoniæ descriptione diximus; id quoque dubitationem magnam habere docet, quomodo e nomadibus ultra Borysthenem degentibus suppetias venisse Trojanis credi possit. Maxime autem laudat Hecatæi Milesii, et Menecratis Elaitæ, qui Xenocratis fuit discipulus, opinionem, ac Palæphati. Hecatæus in terræ circuitione ita scribit : « Ad Alaziam urbem fluvius est Odrysses (*codd.* δὲ ὁ ῥύμος, δρυμος, ὀρρύμος, ὀδρύσιος), qui per Mygdonium campum ab occasu labitur et lacu Dascylitide, et in Rhyndacum exit, » aitque nunc desertam esse Alaziam, multos autem Alazonum (*codd.* Ἀμαζόνων) pagos habitari, quos

Ἀλαζώνων οἰκεῖσθαι, δι' ὧν Ὀδρύσσης ῥεῖ, ἐν δὲ ταύταις τὸν Ἀπόλλωνα τιμᾶσθαι διαφερόντως, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἐφορίαν τῶν Κυζικηνῶν. ὁ δὲ Μενεκράτης ἐν τῇ Ἑλλησποντιακῇ περιόδῳ ὑπερκεῖσθαι λέγει τῶν περὶ τὴν Μύρλειαν τόπων ὀρεινὴν συνεχῆ, ἣν κατῴκει τὸ τῶν Ἀλιζώνων ἔθνος· δεῖ δέ, φησί, γράφειν ἐν τοῖς δύο λάβδα, τὸν δὲ ποιητὴν ἐν τῷ ἑνὶ γράφειν διὰ τὸ μέτρον. ὁ δὲ Παλαίφατός φησιν, ἐξ Ἀμαζόνων τῶν ἐν τῇ Ἀλόπῃ οἰκούντων, νῦν δ' ἐν Ζελείᾳ, τὸν Ὀδίον καὶ τὸν Ἐπίστροφον στρατεῦσαι. τί οὖν ἄξιον ἐπαινεῖν τὰς τούτων δόξας; χωρὶς γὰρ τοῦ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν καὶ τούτους κινεῖν οὔτε τὰ ἀργυρεῖα δεικνύουσιν, οὔτε ποῦ τῆς Μυρλεάτιδος Ἀλόπη ἐστίν, οὔτε πῶς οἱ ἐνθένδε ἀφιγμένοι εἰς Ἴλιον τηλόθεν ἦσαν, εἰ καὶ δοθείη Ἀλόπην τινὰ γεγονέναι ἢ Ἀλαζίαν· πολὺ γὰρ δὴ ταῦτα ἐγγυτέρω ἐστὶ τῇ Τρῳάδι ἢ τὰ περὶ Ἔφεσον. ἀλλ' ὅμως τοὺς περὶ Πύγελα λέγοντας τοὺς Ἀμαζῶνας μεταξὺ Ἐφέσου καὶ Μαγνησίας καὶ Πριήνης φλυαρεῖν φησιν ὁ Δημήτριος· τὸ γὰρ τηλόθεν οὐχ ἐφαρμόττειν τῷ τόπῳ· ὁπόσῳ οὖν μᾶλλον οὐχ ἐφαρμόττει τῷ περὶ Μυσίαν καὶ Τευθρανίαν;

23. Νὴ Δία, ἀλλά φησι δεῖν ἔνια καὶ ἀκύρως προστιθέμενα δέχεσθαι, ὡς καὶ·

τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης·

καὶ

Ἀρναῖος δ' ὄνομ' ἔσκε, τὸ γὰρ θέτο πότνια μήτηρ·

καὶ

εἵλετο δὲ κληῖδ' εὐκαμπέα χειρὶ παχείῃ
Πηνελόπη.

δεδόσθω δὴ καὶ τοῦτο· ἀλλ' ἐκεῖνα οὐ δοτέα, οἷς προσέχων ὁ Δημήτριος οὐδὲ τοῖς ὑπολαβοῦσι δεῖν ἀκούειν τηλόθεν ἐκ Χαλύβης πιθανῶς ἀντείρηκε. συγχωρήσας γάρ, ὅτι, εἰ καὶ μὴ ἔστι νῦν ἐν τοῖς Χάλυψι τὰ ἀργυρεῖα, ὑπάρξαι γε ἐνεδέχετο, ἐκεῖνό γε οὐ συγχωρεῖ, ὅτι καὶ ἔνδοξα ἦν καὶ ἄξια μνήμης, καθάπερ τὰ σιδηρεῖα. τί δὲ κωλύει, φαίη τις ἄν, (ἢ) καὶ ἔνδοξα εἶναι, καθάπερ καὶ τὰ σιδηρεῖα; ἢ σιδήρου μὲν εὐπορία τόπον ἐπιφανῆ δύναται ποιεῖν, ἀργύρου δ' οὔ; τί [δ'] εἰ μὴ κατὰ τοὺς ἥρωας, ἀλλὰ καθ' Ὅμηρον εἰς δόξαν ἀφῖκτο τὰ ἀργυρεῖα, ἆρα μέμψαιτό τις ἂν τὴν ἀπόφασιν τοῦ ποιητοῦ; πῶς οὖν εἰς τὸν ποιητὴν ἡ δόξα ἀφίκετο; πῶς δ' ἡ τοῦ ἐν τῇ Τεμέσῃ χαλκοῦ τῇ Ἰταλιώτιδι; πῶς δ' ἡ τοῦ Θηβαϊκοῦ πλούτου τοῦ κατ' Αἴγυπτον; καίτοι διπλάσιον σχεδόν τι διέχοντα τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν ἢ τῶν Χαλδαίων. ἀλλ' οὐδ' οἷς συνηγορεῖ, τούτοις ὁμολογεῖ· τὰ γὰρ περὶ τὴν Σκῆψιν τοποθετῶν, τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, πλησίον τῆς Σκήψεως καὶ τοῦ Αἰσήπου Ἐνέαν κώμην καὶ Ἀργυρίαν λέγει καὶ Ἀλαζονίαν· ταῦτα μὲν οὖν εἰ καὶ ἔστι, πρὸς ταῖς πηγαῖς ἂν εἴη τοῦ Αἰσήπου. ὁ δὲ Ἑκαταῖος λέγει ἐπέκεινα τῶν ἐκβολῶν αὐτοῦ, ὅ τε Παλαίφατος πρότερον μὲν Ἀλόπην οἰκεῖν φήσας, νῦν δὲ Ζέλειαν, οὐδὲν ὅμοιον λέγει τούτοις. εἰ δ' ἄρα ὁ Μενεκράτης, καὶ

Odrysses perfluat: in quibus Apollo studiosissime colatur, maxime ad confinia Cyzicenorum. Menecrates autem in Hellesponti circuitione imminere ait locis Myrleam circumjacentibus montana continentia, quæ Halizones habitaverint; debet vero, ait, duplici *l* litera vocem scribi; poetam alterum *l* metri causa omisisse. Palæphatus ait ex Amazonibus, Alopen tunc, nunc Zeliam habitantibus, Odium et Epistrophum duxisse exercitum. Cur igitur horum sententiæ laude dignæ sint? Nam præterquam quod hi quoque veterem scripturam convellunt, neque argenti metalla monstrant, neque ubinam in Myrleatide regione Alope (*codd.* λίμνη) sita fuerit, neque quomodo ii qui hinc ad Trojam profecti sint, e longinquo advenerint, etiam si quis fuisse Alopen aut Alaziam aliquam concedat: multo enim hæc viciniora Troadi sunt, quam quæ Epheso sunt propinqua. Et tamen eos qui Amazônas apud Pygela fuisse aiunt inter Magnesiam, Ephesum et Prienam, nugari dicit Demetrius: verbum enim Homericum *procul* isti loco non congruere. Quanto magis igitur haud congruit locis circa Mysiam et Teuthraniam?

23. Sane quidem; at debere, ait, quædam *Homerica ita* accipi, ut otiose apposita sint, sicuti etiam illud (*Il.* 2, 863):

procul ex Ascania;

et (*Od.* 18, 5):

Arnæus ei nomen erat; hoc enim imposuerat alma mater;

et (*Od.* 21, 6):

sumpsit clavem bene flexam manu crassa
Penelope.

Concedamus sane hoc; illa tamen non danda sunt, quibus animum advertens Demetrius, ne iis quidem probabiliter contradixit, qui putant legendum, *e Chalyba*. Concedens enim quod, etsi nunc non exstent argenti metalla apud Chalybes, tamen potuerint aliquando fuisse: id non concedit, ea nobilia fuisse et digna memoratu, sicuti ferri venas. Quid vero impedit, diceret aliquis, quominus, ut ferri, sic etiam argenti metalla celebrarentur? aut potest ferri quidem copia locum nobilitare, argenti vero nequit? Quid denique, si non heroum, sed Homeri demum ætate argenti ista metalla celebritatem nacta sunt, num propterea reprehendere licebit verba poetæ? At quo tandem pacto, dicas, hæc fama in notitiam venit Homero? Quomodo autem, ego quæro, æris fama in Temesa Italica? quomodo divitiarum Thebaicarum in Ægypto? Quanquam duplo fere longius poeta a Thebis Ægyptiis quam a Chaldæis aberat. Immo ne cum his quidem Demetrius consentit, quibus patrocinatur. Nam de Scepsi patria sua scribens, prope eam et Æsepum ait esse Eneam (Neam *pag.* 603 *Cas.*) pagum et Argyriam et Alazoniam (*infra* Alazonium). Hæc igitur loca, si quidem sunt, ad fontes Æsepi esse debent; at Hecatæus ultra ejus ostia ponit, et Palæphatus Amazones prius Alopam, post Zeleiam incoluisse dicens, nihil cum istis concordans dicit. Quodsi for-

οὐδ' οὗτος τὴν Ἀλόπην ἢ Ἀλόϐην ἢ ὅπως ποτὲ βούλονται γράφειν φράζει, ἥτις ἐστίν, οὔθ' αὐτὸς ὁ Δημήτριος.

24. Πρὸς Ἀπολλόδωρον δὲ περὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ Τρωικῷ διακόσμῳ διαλεγόμενον πολλὰ μὲν εἴρηται πρότερον, καὶ νῦν δὲ λεκτέον. οὐ γὰρ οἴεται δεῖν δέχεσθαι τοὺς Ἁλιζώνους ἐκτὸς τοῦ Ἅλυος· μηδεμίαν γὰρ συμμαχίαν ἀφῖχθαι τοῖς Τρωσὶν ἐκ τῆς περαίας τοῦ Ἅλυος. πρῶτον τοίνυν ἀπαιτήσομεν αὐτόν, τίνες εἰσὶν οἱ ἐντὸς τοῦ Ἅλυος Ἁλίζωνοι, [οἱ] καὶ

τηλόθεν ἐξ Ἀλύϐης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη·

οὐ γὰρ ἕξει λέγειν· ἔπειτα τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐ συγχωρεῖ καὶ ἐκ τῆς περαίας ἀφῖχθαί τινα συμμαχίαν· καὶ γὰρ εἰ τὰς ἄλλας ἐντὸς εἶναι τοῦ ποταμοῦ πάσας συμϐαίνει πλὴν τῶν Θρᾳκῶν, μίαν γε ταύτην οὐδὲν ἐκώλυε πέραθεν ἀφῖχθαι ἐκ τῆς ἐπέκεινα τῶν Λευκοσύρων. ἢ πολεμήσαντας μὲν ἦν δυνατὸν διαϐαίνειν ἐκ τῶν τόπων τούτων καὶ τῶν ἐπέκεινα, καθάπερ τὰς Ἀμαζόνας καὶ Τρῆρας καὶ Κιμμερίους φασί, συμμαχήσαντας δ' ἀδύνατον; αἱ μὲν οὖν Ἀμαζόνες οὐ συνεμάχουν, διὰ τὸ τὸν Πρίαμον πολεμῆσαι πρὸς αὐτὰς συμμαχοῦντα τοῖς Φρυξίν,

† οἵ ῥα τότ' ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι

(φησὶν ὁ Πρίαμος),

καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκουρος ἐὼν μετὰ τοῖσιν ἐλέγμην.

οἱ δ' ὁμοροῦντες αὐταῖς, οὐδ' οὕτως ἄπωθεν ὄντες, ὥστε χαλεπὴν εἶναι τὴν ἐκεῖθεν μετάπεμψιν, οὐδ' ἔχθρας ὑποκειμένης, οὐδὲν ἐκωλύοντο, οἶμαι, συμμαχεῖν.

25. Ἀλλ' οὐδὲ δόξαν ἔχει τοιαύτην τῶν παλαιῶν εἰπεῖν, ὡς συμφωνούντων ἁπάντων, μηδένας ἐκ τῆς περαίας τοῦ Ἅλυος κοινωνῆσαι τοῦ Τρωικοῦ πολέμου. πρὸς τοὐναντίον δὲ μᾶλλον εὕροι τις ἂν μαρτυρίας· Μαιάνδριος γοῦν ἐκ τῶν Λευκοσύρων φησὶ τοὺς Ἐνετοὺς ὁρμηθέντας συμμαχῆσαι τοῖς Τρωσίν, ἐκεῖθεν δὲ μετὰ τῶν Θρᾳκῶν ἀπᾶραι καὶ οἰκῆσαι περὶ τὸν τοῦ Ἀδρίου μυχόν, τοὺς δὲ μὴ μετασχόντας τῆς στρατείας Ἐνετοὺς Καππάδοκας γενέσθαι. συνηγορεῖν δ' ἂν δόξειε τῷ λόγῳ τούτῳ, διότι πᾶσα ἡ πλησίον τοῦ Ἅλυος Καππαδοκία, ὅση παρατείνει τῇ Παφλαγονίᾳ, ταῖς δυσὶ χρῆται διαλέκτοις καὶ τοῖς ὀνόμασι πλεονάζει τοῖς Παφλαγονικοῖς, Βάγας καὶ Βιάσας καὶ Αἰνιάτης καὶ Ῥατώτης καὶ Ζαρδώκης καὶ Τίϐιος καὶ Γάσυς καὶ Ὀλίγασυς καὶ Μάνης· ταῦτα γὰρ ἔν τε τῇ Βαμωνίτιδι καὶ τῇ Πιμολίτιδι καὶ τῇ Γαζαλουίτιδι καὶ Γαζακηνῇ καὶ ἄλλαις πλείσταις χώραις ἐπιπολάζει τὰ ὀνόματα. αὐτὸς δὲ ὁ Ἀπολλόδωρος παρατίθησι τὸ τοῦ Ζηνοδότου, ὅτι γράφει·

ἐξ Ἐνετῆς, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων.

ταύτην δέ φησιν Ἑκαταῖον τὸν Μιλήσιον δέχεσθαι τὴν Ἀμισόν· ἡ δ' Ἀμισὸς εἴρηται, διότι τῶν Λευκοσύρων ἐστὶ καὶ ἐκτὸς τοῦ Ἅλυος.

tasse Menecrates, tamen ne hic quidem Alopo ista aut Alobe, aut quocunque modo scribi velint, quæ sit, explicat, et ne ipse quidem Demetrius.

24. Contra Apollodorum autem de iisdem in Trojani exercitus recensione disserentem, etsi jam multa diximus (7, 3, 6. 1, 2, 23), tamen etiamnunc dicendum est. *Nec enim putat Halizonos esse extra Halyn intelligendos; nulla enim auxilia Trojanis venisse ex iis quæ sunt trans Halyn regionibus. Primum ergo ex ipso quæremus, quinam sint intra Halyn Halizoni, profecti illi

ex Alyba procul, argenti qua vena secatur.

Non enim habebit quod dicat. Causam deinde jubebimus reddere cur non concedat, suppetias etiam ex ulteriore regione missas fuisse. Nam ut reliqui omnes, Thracibus exceptis, intra Halyn sedes habuerint, nihil tamen impedit quominus hæcce una gens e regione, quæ trans Leucosyros est, auxilio Trojanis venerit. An belligerantes gentes transire ex istis locis in citeriora potuerunt (quod de Amazonibus, Treribus et Cimmeriis traditum est), opitulatum venire non potuerunt? Amazones quidem auxilium non tulerunt, quia Priamus Pryges (*codd.* Τρωσίν) adjuvans contra illas in bello fuerat,

die illo quando (ἤματι τῷ ὅτε) venerunt Amazones viragines.

(Priamus ait, *Il.* 3, 189)

ego auxiliaris eram et cum illis numerabar.

Qui vero contermini erant, neque ita longe remoti, ut inde arcessendi incideret difficultas, neque hostili dissidio interveniente, nihil, puto, impediebantur, quin auxilio venirent.

25. Sed neque etiam contendere potest Apollodorus, omnes veteres in id consentire, neminem eorum, qui trans Halyn habitarent, Trojanis in belli societatem se adjunxisse. Immo in contrariam sententiam invenire licet testimonia. Certe Mæandrius Enetos e Leucosyris profectos Trojanis in bello opem tulisse ait; inde cum Thracibus avectos sedes posuisse in Adriæ sinus angulo; eos autem Enetos, qui expeditioni non interfuerint, Cappadoces esse factos. Ac videtur adstipulari huic sententiæ id, quod omnis Cappadocia, quæ appropinquat ad Halyn et juxta Paphlagoniam porrigitur, ea utroque sermonis utitur genere, vocabulisque Paphlagonicis abundat; quod genus sunt Bagas, Biasas, Æniates, Ratotes, Zardoces, Tibius, Gasys, Oligasys, Manes: quæ nomina in Bamonitide, Pimolitide, Gazaluitide, Gazacena aliisque plurimis partibus in frequentissimo sunt usu. Ipse adeo Apollodorus Zenodoti istud adducit, quod scribat:

Ex Eneta, mulas regio quæ gignit agrestes.

Et asserit Henetam ab Hecatæo Milesio accipi urbem Amisum. Demonstravimus autem Leucosyrorum esse Amisum, et extra Halyn.

26. Εἴρηται δ' αὐτῷ που, καὶ διότι ὁ ποιητὴς ἱστορίαν εἶχε τῶν Παφλαγόνων τῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ παρὰ τῶν πεζῇ διελθόντων τὴν χώραν, τὴν παραλίαν δ' ἠγνόει, καθάπερ καὶ τὴν ἄλλην τὴν Ποντικήν· ὠνόμαζε γὰρ [ἂν] αὐτήν. τοὐναντίον δ' ἐστὶν ἀναστρέψαντα εἰπεῖν, ἐκ τῆς περιοδείας ὁρμηθέντα τῆς ἀποδοθείσης νυνί, ὡς τὴν μὲν παραλίαν πᾶσαν ἐπελήλυθε καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων τότε ἀξίων μνήμης παραλέλοιπεν. εἰ δ' Ἡράκλειαν καὶ Ἄμαστριν καὶ Σινώπην οὐ λέγει, τὰς μήπω συνῳκισμένας, οὐδὲν θαυμαστόν· τὴν δὲ μεσόγαιαν οὐδὲν ἄτοπον εἰ μὴ εἴρηκε. καὶ τὸ μὴ ὀνομάζειν δὲ πολλὰ τῶν γνωρίμων οὐκ ἀγνοίας ἐστὶ σημεῖον, ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεσημηνάμεθα· ἀγνοεῖν γὰρ αὐτὸν πολλὰ τῶν ἐνδόξων ἔφη περὶ τὸν Πόντον, οἷον ποταμοὺς καὶ ἔθνη· ὀνομάσαι γὰρ ἄν. τοῦτο δ' ἐπὶ μέν τινων σφόδρα σημειωδῶν δοίη τις ἄν, οἷον Σκύθας καὶ Μαιῶτιν καὶ Ἴστρον. οὐ γὰρ [ἂν] διὰ σημείων μὲν τοὺς νομάδας εἴρηκε Γαλακτοφάγους Ἀβίους τε, δικαιοτάτους τ' ἀνθρώπους, καὶ ἔτι ἀγαυοὺς Ἱππημολγούς, Σκύθας δὲ οὐκ ἂν εἶπεν ἢ Σαυρομάτας ἢ Σαρμάτας, εἰ δὴ οὕτως ὠνομάζοντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων· οὐδ' ἂν Θρᾳκῶν τε καὶ Μυσῶν μνησθεὶς τῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ αὐτὸν παρεσίγησε, μέγιστον τῶν ποταμῶν ὄντα, καὶ ἄλλως ἐπιφόρως ἔχων πρὸς τὸ τοῖς ποταμοῖς ἀφορίζεσθαι τοὺς τόπους· οὐδ' ἂν Κιμμερίους λέγων παρῆκε τὸν Βόσπορον ἢ τὴν Μαιῶτιν.

27. Ἐπὶ δὲ τῶν μὴ οὕτω σημειωδῶν ἢ μὴ τότε ἢ μὴ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τί ἄν τις μέμφοιτο; οἷον τὸν Τάναϊν, δι' οὐδὲν ἄλλο γνωριζόμενον, ἢ διότι τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης ὅριόν ἐστιν· ἀλλ' οὔτε τὴν Ἀσίαν οὔτε τὴν Εὐρώπην ὠνόμαζόν πω οἱ τότε, οὐδὲ διῄρητο οὕτως εἰς τρεῖς ἠπείρους ἡ οἰκουμένη· ὠνόμασε γὰρ ἄν που διὰ τὸ λίαν σημειῶδες, ὡς καὶ τὴν Λιβύην καὶ τὸν Λίβα τὸν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τῆς Λιβύης πνέοντα· τῶν δ' ἠπείρων μήπω διωρισμένων, οὐδὲ τοῦ Τανάιδος ἔδει καὶ τῆς μνήμης αὐτοῦ. πολλὰ δὲ καὶ ἀξιομνημόνευτα μέν, οὐχ ὑπέδραμε δέ· πολὺ γὰρ δὴ καὶ τὸ ἐπελευστικὸν εἶδος ἔν τε τοῖς λόγοις καὶ ἐν ταῖς πράξεσίν ἐστιν. ἐκ πάντων δὲ τῶν τοιούτων δῆλόν ἐστιν, ὅτι μοχθηρῷ σημείῳ χρῆται πᾶς ὁ ἐκ τοῦ μὴ λέγεσθαί τι ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ τὸ ἀγνοεῖσθαι ἐκεῖνο ὑπ' αὐτοῦ τεκμαιρόμενος. καὶ δεῖ διὰ πλειόνων παραδειγμάτων ἐξελέγχειν αὐτὸ μοχθηρὸν ὄν (πολλῷ γὰρ αὐτῷ κέχρηνται πολλοί)· ἀνακρουστέον οὖν αὐτοὺς προφέροντας τὰ τοιαῦτα, εἰ καὶ ταυτολογήσομεν (τὸν λόγον)· οἷον ἐπὶ τῶν ποταμῶν εἴ τις λέγοι, τῷ μὴ ὠνομάσθαι ἀγνοεῖσθαι, εὐήθη φήσομεν τὸν λόγον· ὅπου γε οὐδὲ Μέλητα τὸν παρὰ τὴν Σμύρναν ῥέοντα ὠνόμακε ποταμόν, τὴν ὑπὸ τῶν πλείστων λεγομένην αὐτοῦ πατρίδα, Ἕρμον ποταμὸν καὶ Ὕλλον ὀνομάζων, οὐδὲ Πακτωλὸν τὸν εἰς ταὐτὸ τούτοις ῥεῖθρον ἐμβάλλοντα, τὴν δ' ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Τμώλου ἔχοντα, οὗ μέμνηται· οὐδ' αὐτὴν Σμύρναν λέγει, οὐδὲ τὰς ἄλλας τῶν Ἰώνων πόλεις καὶ τῶν Αἰολέων τὰς πλείστας, Μίλητον λέγων

26. Idem alicubi dicit, poetæ Paphlagonum mediterranea tantum cognita fuisse de narratione eorum qui ista peragrassent; maritimam æque ut et reliquam Ponticam, ignotam ei fuisse; alioqui nomina editurum nimirum fuisse. Contra hoc invertere licet, descriptione oræ maritimæ, quam nunc explicavimus, principii loco sumpta, et pronunciare, fuisse ab eo totum litus obitum, nihilque eorum, quæ ista tempestate mentionem merebantur, præteritum. Quod autem Heracleam, Amastrin et Sinopen haud nominavit, nondum conditas, mirum non est; neque absurdum, quod etiam mediterranea non recensuit. Jam quod multa eorum non nominavit, quæ valde sunt nota, id non statim ignorationis signum est; qua de re etiam supra monuimus. Ait eum multa nobilia ignorasse de iis, quæ sunt circa Pontum, utpote flumina et populos, quos alioqui fuerit nominaturus. Hoc de quibusdam valde insignibus concedi potest, ut de Scythis et Mæotide et Istro. Non enim per notas solummodo descripsisset Nomades tanquam lacte vescentes et opibus carentes et justissimos homines et claros equimulgos, nec Scytharum Sauromatarum sive Sarmatarum nomen obticuisset, si [*tum*] jam *ita appellabantur* a Græcis; neque Thracum *facta et Mysorum mentione*, qui ad Istrum accolunt, ipsius fluvii nomen suppressisset, fluminum maximi, præsertim alioqui multus in distinguendis amnium notatione regionibus; neque de Cimmeriis loquens, Mæotin omisisset et Bosporum.

27. Quæ vero adeo insignia aut non sunt, aut ipsius ætate non erant, aut ad propositum nihil pertinebant, ea si omisit, quis eum culpet? Verbi gratia, Tanais aliam nullam ob causam, quam quod limes Europæ et Asiæ est, innotuit : at neque Europam neque Asiam nominabant Homero vivente, necdum divisus erat in tres continentes orbis terrarum; alioqui enim, ut valde insignes, nominasset reliquas itidem, ut Africam nominavit, et ab occidua ejus spirantem parte Africum : verum continentibus nondum divisis, ne Tanaidis quidem opus habuit mentione. Sunt porro multa commemoratione digna, sed *de quibus ei nihil* succurrebat. Nam et in actionibus et in sermonibus multa sunt de eorum genere, quæ subito ad animum accidunt. Proinde ex hisce omnibus liquet, vitioso duci indicio, quicunque ex eo, quod præteritum ab Homero est aliquid, ignotum id ei fuisse colligit. Estque in rem pluribus exemplis demonstrare, quam pravum sit hoc signum, quum eo multi sint frequenter usi, qui hoc modo ratiocinantes refutandi sunt, etiamsi videri possimus eadem sæpius inculcare. Exempli causa, si quis dicat, ignoratum aliquem ab Homero esse fluvium, eo argumento, quia nomen ejus non retulerit, fatue eum loqui affirmabimus; quando ne Meletem quidem nominavit, qui amnis labitur præter Smyrnam, quæ a plurimis poetæ patria assignatur. Hermum et Hyllum nominavit, Pactolum non item, qui tamen a Tmolo delapsus, cujus meminit, in eundem incidat alveum. Ipsius quoque Smyrnæ nomen obticuit, et aliarum Ionicarum urbium, neque reliquas Ionum urbes et Æolensium plurimas commemorat, quum nominet Mile-

καὶ Σάμον καὶ Λέσβον καὶ Τένεδον, οὐδὲ Ληθαῖον τὸν παρὰ Μαγνησίαν ῥέοντα, οὐδὲ δὴ Μαρσύαν, τοὺς εἰς τὸν Μαίανδρον ἐκδιδόντας, ἐκεῖνον ὀνομάζων καὶ πρὸς τούτοις

Ῥῆσόν θ' Ἑπτάπορόν τε Κάρησόν τε Ῥοδίον τε,

καὶ τοὺς ἄλλους, ὧν οἱ πλείους ὀχετῶν οὐκ εἰσι μείζους. πολλάς τε χώρας ὀνομάζων καὶ πόλεις τοτὲ μὲν καὶ τοὺς ποταμοὺς καὶ ὄρη συγκαταλέγει, τοτὲ δ' οὔ· τοὺς γοῦν κατὰ τὴν Αἰτωλίαν καὶ τὴν Ἀττικὴν οὐ λέγει, οὐδ' ἄλλους πλείους· ἔτι καὶ τῶν πόρρω μεμνημένος τῶν ἐγγὺς σφόδρα οὐ μέμνηται, οὐ δήπου ἀγνοῶν αὐτούς, γνωρίμους τοῖς ἄλλοις ὄντας· οὐδὲ δὴ τοὺς ἐγγὺς ἐπίσης, ὧν τοὺς μὲν ὀνομάζει, τοὺς δὲ οὔ, οἷον Λυκίους μὲν καὶ Σολύμους, Μιλύας δ' οὔ, οὐδὲ Παμφύλους οὐδὲ Πισίδας· καὶ Παφλαγόνας μὲν καὶ Φρύγας καὶ Μυσούς, Μαριανδυνοὺς δ' οὔ, οὐδὲ Θυνοὺς οὐδὲ Βιθυνοὺς οὐδὲ Βέβρυκας· Ἀμαζόνων τε μέμνηται, Λευκοσύρων δ' οὔ, οὐδὲ Σύρων οὐδὲ Καππαδόκων οὐδὲ Λυκαόνων, Φοίνικας καὶ Αἰγυπτίους καὶ Αἰθίοπας θρυλῶν· καὶ Ἀλήιον μὲν πεδίον λέγει καὶ Ἀρίμους, τὸ δὲ ἔθνος, ἐν ᾧ ταῦτα, σιγᾷ. ὁ μὲν δὴ τοιοῦτος ἔλεγχος ψευδής ἐστιν, ὁ δ' ἀληθής, ὅταν δείκνυται ψεῦδος λεγόμενόν τι. ἀλλ' οὐδ' ἐν τῷ τοιούτῳ κατορθῶν ἐδείχθη, ὅτε γε ἐθάρρησε πλάσματα λέγειν τοὺς ἀγαυοὺς Ἱππημολγοὺς [καὶ] Γαλακτοφάγους. τοσαῦτα καὶ πρὸς Ἀπολλόδωρον· ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὴν ἑξῆς περιήγησιν.

28. Ὑπὲρ μὲν δὴ τῶν περὶ Φαρνακίαν καὶ Τραπεζοῦντα τόπων οἱ Τιβαρηνοὶ καὶ Χαλδαῖοι μέχρι τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας εἰσίν. αὕτη δ' ἐστὶν εὐδαίμων ἱκανῶς χώρα· δυνάσται δ' αὐτὴν κατεῖχον ἀεί, καθάπερ τὴν Σωφηνήν, τοτὲ μὲν φίλοι τοῖς ἄλλοις Ἀρμενίοις ὄντες, τοτὲ δὲ ἰδιοπραγοῦντες· ὑπηκόους δ' εἶχον καὶ τοὺς Χαλδαίους καὶ Τιβαρηνούς, ὥστε μέχρι Τραπεζοῦντος καὶ Φαρνακίας διατείνειν τὴν ἀρχὴν αὐτῶν. αὐξηθεὶς δὲ Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ καὶ τῆς Κολχίδος κατέστη κύριος καὶ τούτων ἁπάντων, Ἀντιπάτρου τοῦ Σίσιδος παραχωρήσαντος αὐτῷ. ἐπεμελήθη δὲ οὕτω τῶν τόπων τούτων, ὥστε πέντε καὶ ἑβδομήκοντα φρούρια ἐν αὐτοῖς κατεσκευάσατο, οἷσπερ τὴν πλείστην γάζαν ἐνεχείρισε. τούτων δ' ἦν ἀξιολογώτατα ταῦτα· Ὕδαρα καὶ Βασγοιδάριζα καὶ Σινορία, ἐπιπεφυκὸς τοῖς ὁρίοις τῆς μεγάλης Ἀρμενίας χωρίον, διόπερ Θεοφάνης Συνορίαν παρωνόμασεν. ἡ γὰρ τοῦ Παρυάδρου πᾶσα ὀρεινὴ τοιαύτας ἐπιτηδειότητας ἔχει πολλάς, εὔυδρός τε οὖσα καὶ ὑλώδης καὶ ἀποτόμοις φάραγξι καὶ κρημνοῖς διειλημμένη πολλαχόθεν· ἐτετείχιστο γοῦν ἐνταῦθα τὰ πλεῖστα τῶν γαζοφυλακίων, καὶ δὴ καὶ τὸ τελευταῖον εἰς ταύτας κατέφυγε τὰς ἐσχατιὰς τῆς Ποντικῆς βασιλείας ὁ Μιθριδάτης, ἐπιόντος Πομπηίου, καὶ τῆς Ἀκιλισηνῆς κατὰ Δάστειρα εὔυδρον ὄρος καταλαβόμενος (πλησίον δ' ἦν καὶ ὁ Εὐφράτης ὁ διορίζων τὴν Ἀκιλισηνὴν ἀπὸ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας) διέτριψέ (τε) τέως, ἕως πολιορκούμενος ἠναγκάσθη φυγεῖν διὰ τῶν

tum, Samum, Lesbum, Tenedum. Non nominat Lethæum, qui Magnesiam præterfluit, neque Marsyam, qui in Mæandrum influunt, quanquam Mæandrum nominat et præterea (*Il.* 12, 20)

Rhesumque Heptaporumque Caresumque Rhodiumque,

et alios, quorum plerique rivi modum non superant. Multas etiam regiones urbesve nominans, aliquando simul fluvios et montes refert, aliquando omittit : nam Ætoliæ quidem et Atticæ non exprimit, itemque plures alios. Porro longinquorum facta mentione, admodum propinqua præterit, non utique quod ignoraret ea, quæ ceteris omnibus nota erant. Neque gentes ex æquo propinquas omnes commemorat, sed alias nominat, alias reticet. Ita Lycios et Solymos refert : Milyas non, neque Pamphylos, neque Pisidas. Item Paphlagones habet, et Phryges et Mysos : at Mariandynos, Thynos, Bithynos, Bebryces non habet. Amazonum meminit, tacitis Leucosyris. Syros, Cappadocas, Lycaones omisit, de Phœnicibus, Ægyptiis et Æthiopibus sæpe loquens. Aleium campum et Arimos nominat, at gentem, in qua sunt, dissimulat. Hæc ergo falsa est reprehensio : vera, si quid ostendat poetam falsi dixisse. At in hoc quoque genere male rem Apollodoro cessisse demonstravimus (7, 3, 6), siquidem ausus est commentum vocare claros illos Equimulgos [*et*] Lactivoros. Hæc ergo Apollodoro sint responsa; nos ad historiam institutam revertamur.

28. Supra Pharnaciæ ergo et Trapezuntis regionem sunt Tibareni et Chaldæi usque ad parvam Armeniam. Ea est satis felix regio, quam semper, sicuti etiam Sophenam, reguli tenuerunt, aliquando fœdere reliquis Armeniis juncti, aliquando rem suam privatim administrantes : paruerunt eis et Tibareni et Chaldæi, ita ut Trapezuntem usque et Pharnaciam ipsorum imperium proferrent. Verum Mithridates Eupator, potentia auctus, quum Colchidem sibi adjunxit, tum istæc omnia, Antipatro Sisidis filio dominium ei cedente. Eam autem curam istorum locorum gessit, ut septuaginta quinque castella in iis exstruxerit, inque iis plurimam gazam recondiderit, de quibus præcipua sunt Hydara, Basgœdariza, Sinoria, finibus majoribus Armeniæ inhærens castellum, unde et Synoriam Theophanes appellavit. Nam totus mons Paryadres multas tales habet opportunitates, quum aquæ dives sit et silvosus, ac præruptis convallibus et præcipitiis passim divellatur. Itaque hic plurima gazophylaciorum condita sunt, atque etiam ad extremum in hanc ultimam Pontici regni marginem confugit, ingruente Pompeio, Mithridates, et montem aqua præditum apud Dastira Acilisenes occupans (haud procul inde etiam Euphrates erat, qui dividit minorem Armeniam ab Acilisena) ibi duravit usquedum obsessus cogere-

ὀρῶν εἰς Κολχίδα, κἀκεῖθεν εἰς Βόσπορον. Πομπήιος δὲ περὶ τὸν τόπον τοῦτον πόλιν ἔκτισεν ἐν τῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ Νικόπολιν, [ἣ] καὶ νῦν συμμένει καὶ οἰκεῖται καλῶς.

29. Τὴν μὲν οὖν μικρὰν Ἀρμενίαν ἄλλοτ' ἄλλων ἐχόντων, ὡς ἐβούλοντο Ῥωμαῖοι, τὸ τελευταῖον εἶχεν ὁ Ἀρχέλαος. τοὺς δὲ Τιβαρηνοὺς καὶ Χαλδαίους μέχρι Κολχίδος καὶ Φαρνακίας καὶ Τραπεζοῦντος ἔχει Πυθοδωρίς, γυνὴ σώφρων καὶ δυνατὴ προΐστασθαι πραγμάτων. ἔστι δὲ θυγάτηρ Πυθοδώρου τοῦ Τραλλιανοῦ, γυνὴ δ' ἐγένετο Πολέμωνος καὶ συνεβασίλευσεν ἐκείνῳ χρόνον τινά, εἶτα διεδέξατο τὴν ἀρχήν, τελευτήσαντος ἐν τοῖς Ἀσπουργιανοῖς καλουμένοις τῶν περὶ τὴν Σινδικὴν βαρβάρων· δυεῖν δ' ἐκ τοῦ Πολέμωνος ὄντων υἱῶν καὶ θυγατρός, ἡ μὲν ἐδόθη Κότυϊ τῷ Σαπαίῳ, δολοφονηθέντος δὲ ἐχήρευσε, παῖδας ἔχουσα ἐξ αὐτοῦ· δυναστεύει δ' ὁ πρεσβύτατος αὐτῶν· τῶν δὲ τῆς Πυθοδωρίδος υἱῶν ὁ μὲν ἰδιώτης συνδιῴκει τῇ μητρὶ τὴν ἀρχήν, ὁ δὲ νεωστὶ καθέσταται τῆς μεγάλης Ἀρμενίας βασιλεύς. αὐτὴ δὲ συνῴκησεν Ἀρχελάῳ καὶ συνέμεινεν ἐκείνῳ μέχρι τέλους, νῦν δὲ χηρεύει, τά τε λεχθέντα ἔχουσα χωρία καὶ ἄλλα ἐκείνων χαριέστερα, περὶ ὧν ἐφεξῆς ἐροῦμεν.

30. Τῇ γὰρ Φαρνακίᾳ συνεχής ἐστιν ἡ Σιδηνὴ καὶ ἡ Θεμίσκυρα. τούτων δ' ἡ Φανάροια ὑπέρκειται, μέρος ἔχουσα τοῦ Πόντου τὸ κράτιστον· καὶ γὰρ ἐλαιόφυτός ἐστι καὶ εὔοινος καὶ τὰς ἄλλας ἔχει πάσας ἀρετάς, ἐκ μὲν τῶν ἑῴων μερῶν προβεβλημένη τὸν Παρυάδρην, παράλληλον αὐτῇ κατὰ μῆκος, ἐκ δὲ τῶν πρὸς δύσιν τὸν Λίθρον καὶ τὸν Ὄφλιμον. ἔστι δ' αὐλὼν καὶ μῆκος ἔχων ἀξιόλογον καὶ πλάτος, διαρρεῖ δ' αὐτὴν ἐκ μὲν τῆς Ἀρμενίας ὁ Λύκος, ἐκ δὲ τῶν περὶ Ἀμάσειαν στενῶν ὁ Ἶρις· συμβάλλουσι δ' ἀμφότεροι κατὰ μέσον που τὸν αὐλῶνα, ἐπὶ τῇ συμβολῇ δ' ἵδρυται πόλις, ἣν ὁ μὲν πρῶτος ὑποβεβλημένος Εὐπατορίαν ἀφ' αὑτοῦ προσηγόρευσε, Πομπήιος δ' ἡμιτελῆ καταλαβών, προσθεὶς χώραν καὶ οἰκήτορας, Μαγνόπολιν προσεῖπεν. αὕτη μὲν οὖν ἐν μέσῳ κεῖται τῷ πεδίῳ, πρὸς αὐτῇ δὲ τῇ παρωρείᾳ τοῦ Παρυάδρου Κάβειρα ἵδρυται, σταδίοις ἑκατὸν καὶ πεντήκοντά που νοτιωτέρα τῆς Μαγνοπόλεως, ὅσον καὶ Ἀμάσεια δυσμικωτέρα αὐτῆς ἐστιν· ἐν δὲ τοῖς Καβείροις τὰ βασίλεια Μιθριδάτου κατεσκεύαστο καὶ ὁ ὑδραλέτης καὶ τὰ ζωγρεῖα καὶ αἱ πλησίον θῆραι καὶ τὰ μέταλλα.

31. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ Καινὸν χωρίον προσαγορευθέν, ἐρυμνὴ καὶ ἀπότομος πέτρα, διέχουσα τῶν Καβείρων ἔλαττον ἢ διακοσίους σταδίους· ἔχει δ' ἐπὶ τῇ κορυφῇ πηγὴν ἀναβάλλουσαν πολὺ ὕδωρ, περί τε τῇ ῥίζῃ ποταμὸν καὶ φάραγγα βαθεῖαν, τὸ δ' ὕψος ἐξαίσιον τῆς πέτρας ἐστὶ † τοῦ αὐχένος, ὥστ' ἀπολιόρκητός ἐστι, τετείχισται δὲ θαυμαστῶς, πλὴν ὅσον οἱ Ῥωμαῖοι κατέσπασαν· οὕτω δ' ἐστὶν ἅπασα ἡ κύκλῳ κατάδρυμος καὶ ὀρεινὴ καὶ ἄνυδρος, ὥστ' ἐντὸς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων μὴ εἶναι δυνατὸν στρατοπεδεύσα-

tur per montes in Colchidem atque inde in Bosporum fugere. Pompeius vero ibi locorum in minore Armenia condidit Nicopolin, quæ etiamnum constat, et commode habitatur.

29. Enimvero minorem Armeniam quum alias alii Romanorum arbitratu habuissent, ultimo loco Archelaus tenuit: Tibarenos vero et Chaldæos usque ad Colchidem et Pharnaciam ac Trapezuntem possidet Pythodoris, prudens mulier et præesse rebus gnara. Filia est Pythodori Tralliani; uxor fuit Polemonis, et cum eo regnavit per aliquod tempus; marito autem apud Aspurgianos, unam de barbaris quæ circa Sindicen sunt gentibus, mortuo, ipsa in regnum successit; quumque haberet duos e Polemone filios et unam filiam, hæc nuptum data fuit Cotyi Sapæo, et per insidias eo necato, vidua permansit, quum liberos ex eo haberet: de quibus natu maximus rerum nunc potitur. Pythodoridis filiorum alter cum matre privatus regnum administrabat, alter recens Armeniæ majoris rex est creatus. Ipsa Archelao nupsit, et cum eo, dum is in vivis permansit, vitam exegit; nunc vidua est, et possidet quæ diximus loca, iisque alia etiam venustiora, de quibus deinceps dicemus.

30. Est enim Pharnaciæ contigua Sidena et Themiscyra. Supra hæc jacet Phanaræa, Ponti partem occupans optimam; nam et olei ferax est, et boni vini, et reliquas omnes habet dotes. Versus ortum ei prætenditur Paryadres mons, in longitudinem æquis ab ea spatiis porrectus; ab occasu Lithrus et Ophlimus. Convallis est satis magnæ longitudinis et latitudinis, quam perfluunt ex Armenia Lycus, ex angustiis apud Amasiam Iris; ambo fluvii coeunt in media fere convalle; ad eorum confluentes urbs sita est, quam primus conditor a se vocavit Eupatoriam: eam Pompeius quum semiperfectam offendisset, agro et civibus additis, Magnopolin appellavit. Atque hæc quidem in media jacet planitie; ad ipsum autem montis Paryadris latus Cabira sita sunt, a Magnopoli versus meridiem stadiis circiter centum quinquaginta distantia; [eodem spatio versus occasum a Cabiris dissita est Amasia. *Hæc ex Epit. inserta*]. In Cabiris regia Mithridatis fuit exstructa, et mola aquaria et vivaria, et in vicinia venationes ac metalla.

31. Ibi etiam Novum, quod vocatur, castellum est, munita et prærupta petra minus quam ducentis stadiis a Cabiris; habet in vertice fontem, qui multum aquæ sursum ejicit, in radice autem fluvium et fauces profundas. Altitudo petræ [*supra*, ἄνω?] collum immensa est, adeo ut expugnari nequeat; mirabiliter muris cincta est, nisi qua eos Romani dejecerunt. Quicquid in orbem circa petram eam jacet, id silvosum omne, montosum et aquæ expers est, ut intra centum viginti stadia non liceat castra ponere.

σθαι. ἐνταῦθα μὲν ἦν τῷ Μιθριδάτῃ τὰ τιμιώτατα τῶν κειμηλίων, ἃ νῦν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κεῖται, Πομπηίου ἀναθέντος. ταύτην δὴ τὴν χώραν ἔχει πᾶσαν ἡ Πυθοδωρίς, προσεχῆ οὖσαν τῇ βαρβάρῳ τῇ ὑπ' αὐτῆς κατεχομένῃ, καὶ τὴν Ζηλῖτιν καὶ Μεγαλοπολῖτιν. τὰ δὲ Κάβειρα, Πομπηίου σκευάσαντος εἰς πόλιν, καὶ καλέσαντος Διόσπολιν, ἐκείνη προσκατεσκεύασε καὶ Σεβαστὴν μετωνόμασε, βασιλείῳ τε τῇ πόλει χρῆται. ἔχει δὲ καὶ τὸ ἱερὸν Μηνὸς Φαρνάκου καλούμενον, τὴν Ἀμερίαν κωμόπολιν πολλοὺς ἱεροδούλους ἔχουσαν καὶ χώραν ἱεράν, ἣν ὁ ἱερώμενος ἀεὶ καρποῦται. ἐτίμησαν δ' οἱ βασιλεῖς τὸ ἱερὸν τοῦτο οὕτως εἰς ὑπερβολήν, ὥστε τὸν βασιλικὸν καλούμενον ὅρκον τοῦτον ἀπέφηναν Τύχην βασιλέως καὶ Μῆνα Φαρνάκου· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τῆς Σελήνης τὸ ἱερόν, καθάπερ τὸ ἐν Ἀλβανοῖς καὶ τὰ ἐν Φρυγίᾳ, τό τε τοῦ Μηνὸς ἐν τῷ ὁμωνύμῳ τόπῳ καὶ τὸ τοῦ Ἀσκαίου τὸ πρὸς Ἀντιοχείᾳ τῇ πρὸς Πισιδίαν καὶ τὸ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀντιοχέων.

32. Ὑπὲρ δὲ τῆς Φαναροίας ἐστὶ τά (τε) Κόμανα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ, ὁμώνυμα τοῖς ἐν τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᾳ καὶ τῇ αὐτῇ θεῷ καθιερωμένα, ἀφιδρυθέντα ἐκεῖθεν, σχεδὸν δέ τι καὶ τῇ ἀγωγῇ παραπλησίᾳ κεχρημένα τῶν τε ἱερουργιῶν καὶ τῶν θεοφοριῶν καὶ τῆς περὶ τοὺς ἱερέας τιμῆς, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν πρὸ τοῦ βασιλέων· ἡνίκα δὶς τοῦ ἔτους κατὰ τὰς ἐξόδους λεγομένας τῆς θεοῦ διάδημα φορῶν ἐτύγχανεν ὁ ἱερεύς, καὶ ἦν δεύτερος κατὰ τιμὴν μετὰ τὸν βασιλέα.

33. Ἐμνήσθημεν δὲ πρότερον Δορυλάου τε τοῦ τακτικοῦ, ὃς ἦν πρόπαππος τῆς μητρὸς ἡμῶν, καὶ ἄλλου Δορυλάου, ὃς ἦν ἐκείνου ἀδελφιδοῦς, υἱὸς δὲ Φιλεταίρου, καὶ διότι ἐκεῖνος τῶν ἄλλων τιμῶν παρὰ τοῦ Εὐπάτορος τῶν μεγίστων τυχὼν καὶ δὴ καὶ τῆς ἐν Κομάνοις ἱερωσύνης ἐφωράθη τὴν βασιλείαν ἀφιστὰς Ῥωμαίοις· καταλυθέντος δ' ἐκείνου, συνδιεβλήθη καὶ τὸ γένος. ὀψὲ δὲ Μοαφέρνης, ὁ θεῖος τῆς μητρὸς ἡμῶν, εἰς ἐπιφάνειαν ἦλθεν ἤδη πρὸς καταλύσει τῆς βασιλείας, καὶ πάλιν τῷ βασιλεῖ συνητύχησαν καὶ αὐτὸς καὶ οἱ ἐκείνου φίλοι, πλὴν εἴ τινες ἔφθησαν προαποστάντες αὐτοῦ, καθάπερ ὁ πάππος ἡμῶν ὁ πρὸς (πατρὸς) αὐτῆς, ὃς ἰδὼν τὰ τοῦ βασιλέως κακῶς φερόμενα ἐν τῷ πρὸς Λεύκολλον πολέμῳ, καὶ ἅμα ἠλλοτριωμένος αὐτοῦ δι' ὀργήν, ὅτι ἀνεψιὸν αὐτοῦ Τίβιον καὶ υἱὸν ἐκείνου Θεόφιλον ἐτύγχανεν ἀπεκτονὼς νεωστί, ὥρμησε τιμωρεῖν ἐκείνοις τε καὶ ἑαυτῷ, καὶ λαβὼν παρὰ τοῦ Λευκόλλου πίστεις ἀφίστησιν αὐτῷ πεντεκαίδεκα φρούρια, καὶ ἐπαγγελίαι μὲν ἐγένοντο ἀντὶ τούτων μεγάλαι· ἐπελθὼν δὲ Πομπήιος ὁ διαδεξάμενος τὸν πόλεμον πάντας τοὺς ἐκείνῳ τι χαρισαμένους ἐχθροὺς ὑπέλαβε διὰ τὴν γενομένην αὐτῷ πρὸς ἐκεῖνον ἀπέχθειαν, διαπολεμήσας δὲ καὶ ἐπανελθὼν οἴκαδε ἐξενίκησεν, ὥστε τὰς τιμάς, ἃς ὑπέσχετο ὁ Λεύκολλος τῶν Ποντικῶν τισι, μὴ κυρῶσαι τὴν σύγκλητον· ἄδικον γὰρ εἶναι, κατορθώσαντος ἑτέρου τὸν πόλεμον, τὰ βραβεῖα ἐπ' ἄλλῳ γενέσθαι καὶ τὴν τῶν ἀριστείων διανομήν.

Ibi Mithridates pretiosissima quæque habebat deposita, quæ nunc in Capitolio jacent, a Pompeio dedicata. Hanc ergo regionem omnem possidet Pythodoris, contiguam barbaricæ, quam item obtinet, et Zelitin prætere ac Magnopolitidem. Quum autem Cabira Pompeius in urbis formam adornasset, ac Diospolin nominasset, addidit ipsa operi aliquid et Augustam nuncupavit, eoque loco regiæ utitur. Habet etiam templum Menis, quod Pharnacis dicitur, nempe pagum oppido similem Ameriam, quæ multos continet hierodulos, atque agrum sacrum, cujus fructus pontifex percipit. Usque adeo autem id fanum reges sunt venerati, ut jusjurandum, quod regium dicitur, pronunciarent: « per regis fortunam et Menem Pharnacis. » Est autem hoc quoque templum Lunæ, ut et quod in Albanis est, et quæ in Phrygia sunt, nempe Menis [ *Cari*, Κάρου? ] in loco cognomine ( *Carura* v. *Caropoli* v. *Caride?* ), et Menis Ascæi ( *e. q.* Asceni ) apud Antiochiam quæ juxta Pisidiam sita est, et quod est in agro Antiocheno.

32. Super Phanarœam sunt Comana Ponti, ejusdem nominis cum his, quæ in magna sunt Cappadocia, eidemque deæ consecrata, atque adeo inde imitata; et iisdem fere etiam ritibus utuntur sacrorum, divinorum instinctuum et honoribus sacerdotum, olim maxime sub regibus, quum bis quotannis in deæ exitu, quem vocabant, diadema pontifex gestaret, et honore secundus a rege esset.

33. Fecimus etiam supra mentionem tum Dorylai tactici, qui proavus fuit matris nostræ, tum alterius Dorylai, qui ipsius sorore natus, Philetæri fuit filius, et quod hic quum aliis maximis honoribus ab Eupatore affectus, tum etiam Comanensi sacerdotio, deprehensus fuerit, ut qui regnum ad Romanos sollicitatione defectionis cuperet traducere. Eo dejecto, tota nostra gens male audivit. Sero tandem Moaphernes, matris nostræ patruus, illustris evasit, instante jam regni Mithridatis interitu; tum rursus una cum rege adversam senserunt fortunam et ipse et amici ejus, nisi qui a rege maturius defecerant: de quibus fuit avus noster maternus, qui quum regis res in bello contra Lucullum videret successibus carere, simulque animo esset ab eo abalienato ob iram, quod is sobrinum ipsius Tibium hujusque filium Theophilum nuper necasset, ad ulciscendum eorum et suas injurias animum adjecit, pactusque cum Lucullo, et fide accepta, quindecim castella a Mithridate ad ipsum convertit; quo nomine magnifice ei pollicitus fuit Lucullus. Sed hujus successor Pompeius quum supervenisset, omnes, qui aliqua re Lucullo gratificati fuerunt, pro inimicis habuit, propter inimicitias, quæ ipsi cum eo intercedebant. Belloque finito Romam reversus, pervicit, ne senatus honores, quos Ponticis quibusdam Lucullus promiserat, ratos haberet, quod iniquum esse diceret, bello alterius opera confecto, alterius in potestate præmiorum et honorum distributionem poni.

34. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν βασιλέων οὕτω τὰ Κόμανα διῳκεῖτο, ὡς εἴρηται, παραλαβὼν δὲ Πομπήιος τὴν ἐξουσίαν Ἀρχέλαον ἐπέστησεν ἱερέα καὶ προσώρισεν αὐτῷ χώραν δίσχοινον κύκλῳ ( τοῦτο δ' ἐστὶν ἑξήκοντα στάδιοι ), πρὸς τῇ ἱερᾷ προστάξας τοῖς ἐνοικοῦσι πειθαρχεῖν αὐτῷ· τούτων μὲν οὖν ἡγεμὼν ἦν καὶ τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων ἱεροδούλων κύριος πλὴν τοῦ πιπράσκειν· ἦσαν δὲ οὐκ ἐλάττους οὐδ' ἐνταῦθα τῶν ἑξακισχιλίων. ἦν δ' οὗτος Ἀρχέλαος υἱὸς μὲν τοῦ ὑπὸ Σύλλα καὶ τῆς συγκλήτου τιμηθέντος, φίλος δὲ Γαβινίου τῶν ὑπατικῶν τινος. ἐκείνου δὲ πεμφθέντος εἰς Συρίαν ἧκε καὶ αὐτὸς ἐπ' ἐλπίδι τοῦ κοινωνήσειν αὐτῷ παρασκευαζομένῳ πρὸς τὸν Παρθικὸν πόλεμον, οὐκ ἐπιτρεπούσης δὲ τῆς συγκλήτου, ταύτην ἀφεὶς τὴν ἐλπίδα, ἄλλην εὕρατο μείζω. ἐτύγχανε γὰρ Πτολεμαῖος ὁ τῆς Κλεοπάτρας πατὴρ ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἐκβεβλημένος, θυγάτηρ δ' αὐτοῦ κατεῖχε τὴν βασιλείαν, ἀδελφὴ πρεσβυτέρα τῆς Κλεοπάτρας· ταύτῃ ζητουμένου ἀνδρὸς βασιλικοῦ γένους, ἐνεχείρισεν ἑαυτὸν τοῖς συμπράττουσι, προσποιησάμενος Μιθριδάτου τοῦ Εὐπάτορος υἱὸς [εἶναι], καὶ παραδεχθεὶς ἐβασίλευσεν ἓξ μῆνας. τοῦτον μὲν οὖν ὁ Γαβίνιος ἀνεῖλεν ἐν παρατάξει, κατάγων τὸν Πτολεμαῖον.

35. Υἱὸς δ' αὐτοῦ τὴν ἱερωσύνην παρέλαβεν· εἶθ' ὕστερον Λυκομήδης, ᾧ καὶ τετράσχοινος ἄλλη προσετέθη· καταλυθέντος δὲ καὶ τούτου, νῦν ἔχει Δύτευτος, υἱὸς Ἀδιατόριγος, ὃς δοκεῖ ταύτης τυγχάνειν τῆς τιμῆς παρὰ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ δι' ἀρετήν. ὁ μὲν γὰρ Καῖσαρ, θριαμβεύσας τὸν Ἀδιατόριγα μετὰ παίδων καὶ γυναικός, ἔγνω ἀναιρεῖν μετὰ τοῦ πρεσβυτάτου τῶν παίδων ( ἦν δὲ πρεσβύτατος οὗτος ), τοῦ δὲ δευτέρου τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ φήσαντος εἶναι πρεσβυτάτου πρὸς τοὺς ἀνάγοντας στρατιώτας, ἔρις ἦν ἀμφοτέροις πολὺν χρόνον, ἕως οἱ γονεῖς ἔπεισαν τὸν Δύτευτον, παραχωρῆσαι τῷ νεωτέρῳ τῆς νίκης· αὐτὸν γὰρ ἐν ἡλικίᾳ μᾶλλον ὄντα ἐπιτηδειότερον κηδεμόνα τῇ μητρὶ ἔσεσθαι καὶ τῷ λειπομένῳ ἀδελφῷ· οὕτω δὲ τὸν μὲν συναποθανεῖν τῷ πατρί, τοῦτον δὲ σωθῆναι καὶ τυχεῖν τῆς τιμῆς ταύτης. αἰσθόμενος γάρ, ὡς ἔοικε, Καῖσαρ ἤδη τῶν ἀνθρώπων ἀνῃρημένων ἠχθέσθη, καὶ τούς γε σωζομένους εὐεργεσίας καὶ ἐπιμελείας ἀξίους ὑπέλαβε, δοὺς αὐτοῖς ταύτην τὴν τιμήν.

36. Τὰ μὲν οὖν Κόμανα εὐανδρεῖ καὶ ἔστιν ἐμπόριον τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ἀξιόλογον, συνέρχονται δὲ κατὰ τὰς ἐξόδους τῆς θεοῦ πανταχόθεν ἔκ τε τῶν πόλεων καὶ τῆς χώρας ἄνδρες ὁμοῦ γυναιξὶν ἐπὶ τὴν ἑορτήν· καὶ ἄλλοι δὲ κατ' εὐχὴν ἀεί τινες ἐπιδημοῦσι, θυσίας ἐπιτελοῦντες τῇ θεῷ. καί εἰσιν ἁβροδίαιτοι οἱ ἐνοικοῦντες, καὶ οἰνόφυτα τὰ κτήματα αὐτῶν ἐστι πάντα, καὶ πλῆθος γυναικῶν τῶν ἐργαζομένων ἀπὸ τοῦ σώματος, ὧν αἱ πλείους εἰσὶν ἱεραί. τρόπον γὰρ δή τινα μικρὰ Κόρινθός ἐστιν ἡ πόλις· καὶ γὰρ ἐκεῖ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἑταιρῶν, αἳ τῆς Ἀφροδίτης ἦσαν ἱεραί, πολὺς ἦν ὁ ἐπιδημῶν καὶ ἐνεορτάζων τῷ τόπῳ· οἱ δ' ἐμπορικοὶ

34. Comana ergo sub regibus ita, ut dixi, gubernabantur. Pompeius autem accepta potestate Archelaum pontificem creavit, adjecitque ei ad templi ditionem agrum ambitu duorum schœnorum, id est stadiorum sexaginta, ac mandavit inhabitantibus ut Archelao parerent. Horum ergo is princeps fuit, et hierodulorum in urbe degentium dominus, nisi quod vendendi eos non habebat potestatem : qui hic quoque non pauciores erant sex millibus. Fuit hic Archelaus filius ejus, cui a Sylla et senatu honor est habitus, amicus Gabinii, viri consularis. Qui quum esset missus in Syriam, in spem venit Archelaus, se ei socium in bello Parthico, quod ille parabat, futurum; id autem senatu Romano non permittente, hac spe omissa aliam potiorem reperit. Ptolemæum enim, Cleopatræ patrem, regno ejecerant Ægyptii, regnabatque filia, soror Cleopatræ natu major. Ei quum quæreretur maritus regio sanguine natus, Archelaus ipse se obtulit id negotium curantibus, simulans se filium esse Mithridatis Eupatoris : itaque receptus, sex menses regno potitus est. Sed eum *Gabinius*, *Ptolemæum* reducens, in pugna occidit.

35. Filius ejus sacerdotium accepit : deinde Lycomedes, cui et quattuor schœnorum adjectus est ager. Hoc quoque dejecto, nunc pontificatum obtinet Dyteutus Adiatorigis filius, qui putatur hunc honorem ab Augusto sua virtute consecutus. Nam quum Augustus in triumpho Adiatorigem cum uxore et filiis duxisset, eumque cum maximo natu filio ( is erat Dyteutus ) interficere decrevisset : minor natu ad milites, qui ad cædem ducebant, professus est, se esse majorem; diuque altercati sunt fratres, donec parentes Dyteuto persuaserunt, ut juniori victoriam concederet : ipsum, ut ætate provectiorem, matri et reliquo fratri magis idoneum tutorem futurum : ita junior cum patre periit, Dyteutus vero superstes in hunc pervenit honorem. Nam Cæsar, comperta, ut videtur, re, jam istis necatis, ægre id tulit, superstitesque beneficio et tutela dignos arbitratus, hoc honore affecit.

36. Abundant Comana hominibus, estque hoc emporium ex Armenia venientibus præclarum. Conveniunt eo homines sub exitus deæ undique ex urbibus et agro, viri et mulieres, ad festivitatem; semperque etiam alii multi peregrini causa votorum et sacrificia deæ exhibendi gratia ibi degunt. Delicato victu utuntur incolæ, et omnia ipsorum prædia vitibus sunt consita. Multæ ibi sunt mulieres corpore quæstum facientes, pleræque sacræ. Nam urbs hæc quasi parva quædam est Corinthus, quod hic quoque ob multitudinem meretricum Veneri sacrarum plurimi peregre agebant ac festos dies agitabant; et mercatores atque

καὶ στρατιωτικοὶ τελέως ἐξανηλίσκοντο, ὥστ' ἐπ' αὐτῶν καὶ παροιμίαν ἐκπεσεῖν τοιαύτην·

οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς.

τὰ μὲν δὴ Κόμανα τοιαῦτα.

37. Τὴν δὲ κύκλῳ πᾶσαν ἔχει Πυθοδωρίς, ἧς ἥ τε Φαναροιά ἐστι καὶ ἡ Ζηλῖτις καὶ ἡ Μεγαλοπολῖτις. περὶ μὲν Φαναροίας εἴρηται· ἡ δὲ Ζηλῖτις ἔχει πόλιν Ζῆλα ἐπὶ χώματι Σεμιράμιδος τετειχισμένην, ἔχουσαν τὸ ἱερὸν τῆς Ἀναΐτιδος, ἥνπερ καὶ οἱ Ἀρμένιοι σέβονται. αἱ μὲν οὖν ἱεροποιίαι μετὰ μείζονος ἁγιστείας ἐνταῦθα συντελοῦνται, καὶ τοὺς ὅρκους περὶ τῶν μεγίστων ἐνταῦθα Ποντικοὶ πάντες ποιοῦνται· τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἱεροδούλων καὶ αἱ τῶν ἱερέων τιμαὶ παρὰ μὲν τοῖς βασιλεῦσι τὸν αὐτὸν εἶχον τύπον, ὅνπερ προείπομεν, νυνὶ δὲ ἐπὶ τῇ Πυθοδωρίδι πάντ' ἐστίν. ἐκάκωσαν δὲ πολλοὶ καὶ ἐμείωσαν τό τε πλῆθος τῶν ἱεροδούλων καὶ τὴν ἄλλην εὐπορίαν. ἐμειώθη δὲ καὶ ἡ παρακειμένη χώρα μερισθεῖσα εἰς πλείους δυναστείας, ἡ λεγομένη Ζηλῖτις (ἣ ἔχει πόλιν Ζῆλα ἐπὶ χώματι). τὸ παλαιὸν μὲν γὰρ οἱ βασιλεῖς οὐχ ὡς πόλιν, ἀλλ' ὡς ἱερὸν διῴκουν τῶν Περσικῶν θεῶν τὰ Ζῆλα, καὶ ἦν ὁ ἱερεὺς κύριος τῶν πάντων· ᾠκεῖτο δ' ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἱεροδούλων καὶ τοῦ ἱερέως, ὄντος ἐν περιουσίᾳ μεγάλῃ, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγοις χώρα τε ὑπέκειτο ἱερὰ καὶ ἡ τοῦ ἱερέως. Πομπήιος δὲ πολλὰς ἐπαρχίας προσώρισε τῷ τόπῳ καὶ πόλιν ὠνόμασε καὶ ταύτην καὶ τὴν Μεγαλόπολιν· συνθεὶς ταύτην τε εἰς ἓν τήν τε Κουλουπηνὴν καὶ τὴν Καμισηνήν, ὁμόρους οὔσας τῇ τε μικρᾷ Ἀρμενίᾳ καὶ τῇ Λαουιανσηνῇ, ἐχούσας ὀρυκτοὺς ἅλας καὶ ἔρυμα ἀρχαῖον τὰ Κάμισα, νῦν κατεσπασμένον· οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ἡγεμόνες τῶν Ῥωμαίων τῶν δυεῖν πολιτευμάτων τούτων τὰ μὲν τοῖς Κομάνων ἱερεῦσι προσένειμαν, τὰ δὲ τῷ Ζήλων ἱερεῖ, τὰ δ' Ἀτεπόριγι, δυνάστῃ τινὶ τοῦ τετραρχικοῦ γένους τῶν Γαλατῶν ἀνδρί· τελευτήσαντος δ' ἐκείνου, ταύτην μὲν τὴν μερίδα, οὐ πολλὴν οὖσαν, ὑπὸ Ῥωμαίοις εἶναι συμβαίνει καλουμένην ἐπαρχίαν (καὶ ἔστι σύστημα καθ' αὑτὸ τὸ πολίχνιον συνοικισάντων τὰ Κάρανα, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα Καρανῖτις λέγεται), τὰ δὲ λοιπὰ ἔχει Πυθοδωρὶς καὶ ὁ Δύτευτος.

38. Λείπεται δὲ τοῦ Πόντου [τὰ] μεταξὺ ταύτης τε τῆς χώρας καὶ τῆς Ἀμισηνῶν καὶ Σινωπέων, πρός τε τὴν Καππαδοκίαν συντείνοντα καὶ Γαλάτας καὶ Παφλαγόνας. μετὰ μὲν οὖν τὴν Ἀμισηνῶν μέχρι τοῦ Ἅλυος ἡ Φαζημωνῖτίς ἐστιν, ἣν Πομπήιος Νεαπολῖτιν ὠνόμασε, κατὰ Φαζημῶνα κώμην † ἀποδείξας τὴν κατοικίαν καὶ προσαγορεύσας Νεάπολιν. ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν προσάρκτιον πλευρὸν ἡ † Γαζηλωτὸς συγκλείει καὶ ἡ τῶν Ἀμισηνῶν, τὸ δὲ ἑσπέριον ὁ Ἅλυς, τὸ δ' ἑῷον ἡ Φανάροια, τὸ δὲ λοιπὸν ἡ ἡμετέρα χώρα ἡ τῶν Ἀμασέων, πολὺ πασῶν πλείστη καὶ ἀρίστη. τὸ μὲν οὖν πρὸς τῇ Φαναροίᾳ μέρος τῆς Φαζημωνίτιδος λίμνη κατέχει πελαγία τὸ μέγεθος, ἡ Στι-

milites plane exhauriebantur sumptibus, adeo ut proverbium inde ortum sit,

Non cuivis hominum contingit adire Corinthum.

Talia ergo sunt Comana.

37. Circumjacens in orbem regio omnis paret Pythodoridi : cujus sunt Phanaroea, Zelitis et Megalopolitis. De Phanaroea dictum est; Zelitis urbem habet Zela in aggere Semiramidis exstructam, cum Anaitidis templo, quam Armenii quoque colunt. Sacrificia hic majori cum sanctimonia peraguntur, et jusjurandum de summis rebus ibi Pontici (*codd.* πολιτικοὶ) omnes facere solent. Hierodulorum multitudo et honores sacerdotum sub regibus eundem in modum fuerunt, quem supra exposuimus: nunc vero omnia sunt in potestate Pythodoridis. Multi autem affixerunt atque imminuerunt quum sacrorum servorum multitudinem tum reliquas opes. Etiam adjacens Zelitica regio imminuta est, divisa in complura dominia. Antiquitus enim non ut urbem, sed ut Persicorum templum deorum Zela gubernabant reges, et omnia erant in potestate sacerdotis. Habitabatur autem a multitudine hierodulorum et pontifice, qui magnas opes habebat, atque a ministris ejus, haud paucis numero, et sacra templi ditio et ea quæ ipsi sacerdoti tributa erat, administrabatur. Pompeius autem multas præfecturas loco adjecit, urbemque nominavit, ut et Megalopolin; hanc et Culupenam et Camisenam in unam contrahens urbem, confines minori Armeniæ et Laviansenæ (*codd.* Laviasenæ *et* Laniasenæ) et fossilem habentes salem, antiquumque olim castellum Camisa, quod nunc est subversum. Romanorum autem præfecti postmodo de his duabus urbibus partes alias Comanensium sacerdotibus attribuerunt, alias Zelorum pontifici, alias Ateporigi (*codd.* δὲ τέποργι), cuidam regulo tetrarchici generis Galatarum : quo mortuo pars ista non magna Romanis provinciæ nomine cessit (ac sane oppidum illud per se corpus quoddam est, contractis in id etiam Caranis, unde regio Caranitis dicitur); cetera Pythodoris et Dyteutus habent.

38. Restat ea Ponti pars, quæ est inter hanc regionem et Amisenam ac Sinopensem, pertinens versus Cappadociam, Galatiam et Paphlagoniam. Proinde post Amisum usque ad Halyn Phazemonitis est, quam Pompeius Neapolitin (*codd.* Megalopolin) appellavit, *et* Phazemonem pagum [*urbem*] declara[*vit au*]gens eam habitationem ac Neapolim vocans. Hujus regionis septentrionale latus Gazelonitis (Γαζηλωνῖτις) et ager Amisenus includunt, occiduum Halys, ortivum Phanaroea, reliquum nostra Amasensium terra, omnium multo amplissima et optima. Partem Phazemonitidis, quæ est versus Phanaroeam, palus tenet marina magnitudine, Stiphane quæ vocatur, piscosa,

φάνη καλουμένη, πολύοψος καὶ κύκλῳ νομὰς ἀφθόνους ἔχουσα καὶ παντοδαπάς· ἐπίκειται δ' αὐτῇ φρούριον ἐρυμνόν, ἔρημον νῦν, † ἡ Κίζαρι, καὶ πλησίον βασίλειον κατεσκαμμένον· ἡ δὲ λοιπὴ ψιλὴ τὸ πλέον καὶ σιτοφόρος χώρα. ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν Ἀμασέων τά τε θερμὰ ὕδατα τῶν Φαζημωνιτῶν, ὑγιεινὰ σφόδρα, καὶ τὸ Σαγύλιον ἐπὶ ὄρους ὀρθίου καὶ ὑψηλοῦ, πρὸς ὀξεῖαν ἀνατείνοντος ἄκραν, ἔρυμα ἱδρυμένον ἔχον καὶ ὑδρεῖον δαψιλές, ὃ νῦν ὠλιγώρηται· τοῖς δὲ βασιλεῦσιν ἦν χρήσιμον εἰς πολλά. ἐνταῦθα δὲ ἑάλω καὶ διεφθάρη ὑπὸ τῶν Φαρνάκου τοῦ βασιλέως παίδων Ἀρσάκης, δυναστεύων καὶ νεωτερίζων, ἐπιτρέψαντος οὐδενὸς τῶν ἡγεμόνων· ἑάλω δὲ οὐ βίᾳ, τοῦ ἐρύματος ληφθέντος ὑπὸ Πολέμωνος καὶ Λυκομήδους, βασιλέων ἀμφοῖν, ἀλλὰ λιμῷ· ἀνέφυγε γὰρ εἰς τὸ ὄρος παρασκευῆς χωρίς, εἰργόμενος τῶν πεδίων, εὗρε δὲ καὶ τὰ ὑδρεῖα ἐμπεφραγμένα πέτραις ἠλιβάτοις· οὕτω γὰρ διετέτακτο Πομπήιος, κατασπᾶν κελεύσας τὰ φρούρια καὶ μὴ ἐᾶν χρήσιμα τοῖς ἀναφεύγειν εἰς αὐτὰ βουλομένοις λῃστηρίων χάριν. ἐκεῖνος μὲν οὖν οὕτω διέταξε τὴν Φαζημωνῖτιν, οἱ δ' ὕστερον βασιλεῦσι καὶ ταύτην ἔνειμαν.

39. Ἡ δ' ἡμετέρα πόλις κεῖται μὲν ἐν φάραγγι βαθείᾳ καὶ μεγάλῃ, δι' ἧς ὁ Ἶρις φέρεται ποταμός, κατεσκεύασται δὲ θαυμαστῶς προνοίᾳ τε καὶ φύσει, πόλεως ἅμα τε καὶ φρουρίου παρέχεσθαι χρείαν δυναμένη· πέτρα γὰρ ὑψηλὴ καὶ περίκρημνος, κατερρωγυῖα ἐπὶ τὸν ποταμόν, τῇ μὲν ἔχουσα τὸ τεῖχος ἐπὶ τῷ χείλει τοῦ ποταμοῦ, καθ' ὃ ἡ πόλις συνῴκισται, τῇ δ' ἀνατρέχον ἑκατέρωθεν ἐπὶ τὰς κορυφάς· δύο δ' εἰσὶ συμφυεῖς ἀλλήλαις, πεπυργωμέναι παγκάλως· ἐν δὲ τῷ περιβόλῳ τούτῳ βασίλειά τ' ἐστὶ καὶ μνήματα βασιλέων· αἱ κορυφαὶ δ' ἔχουσιν αὐχένα παντάπασι στενόν, πέντε ἢ ἓξ σταδίων ἑκατέρωθεν τὸ ὕψος, ἀπὸ τῆς ποταμίας ἀναβαίνοντι καὶ τῶν προαστείων· ἀπὸ δὲ τοῦ αὐχένος ἐπὶ τὰς κορυφὰς ἄλλη σταδιαία λείπεται πρόσβασις ὀξεῖα καὶ πάσης βίας κρείττων· ἔχει δὲ καὶ ὑδρεῖα ἐντὸς ἀναφαίρετα, συρίγγων τετμημένων δυεῖν, τῆς μὲν ἐπὶ τὸν ποταμόν, τῆς δ' ἐπὶ τὸν αὐχένα· ἐπέζευκται δὲ γέφυρα τῷ ποταμῷ μία μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ προάστειον, ἄλλη δ' ἀπὸ τοῦ προαστείου πρὸς τὴν ἔξω χώραν· κατὰ γὰρ τὴν γέφυραν ταύτην ἀπολήγει τὸ ὄρος τὸ τῆς πέτρας ὑπερκείμενον. αὐλὼν δ' ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ διήκων, οὐ πλατὺς τὸ πρῶτον τελέως, ἔπειτα πλατύνεται καὶ ποιεῖ τὸ Χιλιόκωμον καλούμενον πεδίον· εἶθ' ἡ Διακοπηνὴ καὶ ἡ Πιμωλισηνὴ χώρα πᾶσα εὐδαίμων μέχρι τοῦ Ἅλυος. ταῦτα μὲν τὰ ἀρκτικὰ μέρη τῆς τῶν Ἀμασέων χώρας, μῆκος ὅσον πεντακοσίων σταδίων· ἔπειθ' ἑξῆς ἡ λοιπὴ πολὺ ταύτης ἐπιμηκεστέρα μέχρι τοῦ Βαβανόμου καὶ τῆς Ξιμηνῆς, ἥπερ καὶ αὐτὴ καθήκει μέχρι πρὸς τὸν Ἅλυν· τοῦτο μὲν δὴ τὸ μῆκος, πλάτος δὲ τὸ ἀπὸ τῶν ἄρκτων πρὸς νότον ἐπί τε τὴν Ζηλῖτιν καὶ τὴν μεγάλην Καππαδοκίαν μέχρι τῶν Τρόκμων. εἰσὶ δ' ἐν τῇ Ξιμηνῇ ἅλαι ὀρυκτῶν ἁλῶν, ἀφ' ὧν

et cincta opimis omnis generis pascuis. Impositum ei est castellum natura munitum, nunc desertum, nomine Cizari (*v. l.* Icizari), ac juxta id regia nunc diruta (*codd.* κατεσκευασμένον). Reliquum solum fere nudum est et frumenti ferax. Supra Amasenum agrum sunt thermae Phazemonitarum, admodum salubres, et Sagylium in erecto admodumque excelso monte, inque acutum tendente cacumen, habens arcem aqua copiosa præditam. Id nunc negligitur: magnos autem usus regibus præbuit. Ibi etiam captus est et interfectus a regis Pharnacis filiis Arsaces, quum res novas agitaret, regnumque sibi injussu principum sumeret. Captus est autem, non vi expugnata arce a Polemone et Lycomede regibus, sed fame: nam planitie pulsus in montem sine apparatu confugerat; invenit etiam aquas obturatas ingentibus saxis: ita enim mandaverat Pompeius, jubens ut dejicerentur castella, neque sinerentur utilia iis, qui prædandi causa ea occuparent. Sic ergo Pompeius instituit Phazemonitidem; posteriores hanc quoque regibus attribuerunt.

39. Nostra autem urbs sita est in convalle profunda ac magna, per quam Iris fluvius labitur. Mirum in modum apparata est, quum providentia hominum, tum natura loci, ac potest urbis æque ac castelli usum præbere: nam petra sublimis et circumquaque præceps versus fluvium prærupta est, ab una parte murum habens ad ripam fluminis, qua urbs est condita, ab altera utrinque excurrens sursum ad vertices: duo autem sunt, inter se proximi, turribus præclare instructi. In his mœnibus regia est, et regum monumenta. Vertices autem habent cervicem admodum angustam, utrinque quinque aut sex stadiorum altitudine, qua a flumine et qua a suburbio adscenditur. Ab ea cervice ad cacumina ipsa alius restat adscensus, stadii fere longitudine, acutus et contra omnem vim tutus; habet etiam aquas intus, quæ intercipi nequeunt, duabus excisis fistulis, una ad fluvium, altera ad cervicem. Amni pons est instratus, unus ab urbe in suburbium, alius a suburbio in exteriorem regionem: nam ad hunc pontem desinit mons, qui saxo superne imminet. A fluvio convallis porrigitur ab initio non lata, sed deinde in latum deducitur, planitiemque efficit Chiliocomon, quasi Millepagorum. Sequitur Diacopena et Pimolisena regio, tota felix, usque ad Halyn. Hæc sunt septentrionalia Amasenæ regionis, longitudine ad quingenta stadia. Reliqua quæ deinceps est pars, multo est longior, usque ad Babanomum et Ximenam, quæ et ipsa ad Halyn pertingit: hæc est longitudo. Latitudo a septentrione versus austrum ad Zelitin et magnam Cappadociam usque ad Trocmos. In Ximena sunt salis fodinæ:

εἰκάζουσιν εἰρῆσθαι Ἅλυν τὸν ποταμόν. ἔστι δὲ καὶ ἐρύματα πλείω κατεσκαμμένα ἐν τῇ ἡμετέρᾳ χώρᾳ καὶ ἔρημος γῆ πολλὴ διὰ τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον. ἔστι μέντοι πᾶσα μὲν εὔδενδρος, ἡ δ' ἱππόβοτος καὶ τοῖς ἄλλοις θρέμμασι πρόσφορος· ἅπασα δ' οἰκήσιμος καλῶς. ἐδόθη δὲ καὶ ἡ Ἀμάσεια βασιλεῦσι· νῦν δ' ἐπαρχία ἐστί.

40. Λοιπὴ δ' ἐστὶν ἡ ἐκτὸς Ἅλυος χώρα τῆς Ποντικῆς ἐπαρχίας, ἡ περὶ τὸν Ὄλγασσυν, συναφὴς τῇ Σινωπίδι. ἔστι δ' ὁ Ὄλγασσυς ὄρος σφόδρα ὑψηλὸν καὶ δύσβατον· καὶ ἱερὰ τοῦ ὄρους τούτου πανταχοῦ καθιδρυμένα ἔχουσιν οἱ Παφλαγόνες· περίκειται δ' ἱκανῶς χώρα ἀγαθή, ἥ τε Βλαηνὴ καὶ ἡ Δομανῖτις, δι' ἧς Ἀμνίας ῥεῖ ποταμός. ἐνταῦθα Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ τὰς Νικομήδους τοῦ Βιθυνοῦ δυνάμεις ἄρδην ἠφάνισεν, οὐδ' αὐτὸς παρατυχών, ἀλλὰ διὰ τῶν στρατηγῶν· καὶ ὁ μὲν φεύγων μετ' ὀλίγων εἰς τὴν οἰκείαν ἐσώθη, κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν ἔπλευσεν, ὁ δ' ἠκολούθησε καὶ τήν τε Βιθυνίαν εἷλεν ἐξ ἐφόδου καὶ τὴν Ἀσίαν κατέσχε μέχρι Καρίας καὶ Λυκίας. κἀνταῦθα δ' ἀπεδείχθη πόλις ἡ Πομπηιούπολις· ἐν δὲ τῇ πόλει ταύτῃ τὸ Σανδαρακούργιον οὐ πολὺ ἄπωθεν Πιμωλίσων, φρουρίου βασιλικοῦ κατεσκαμμένου, ἀφ' οὗ ἡ χώρα ἡ ἑκατέρωθεν τοῦ ποταμοῦ καλεῖται Πιμωλισηνή. τὸ δὲ Σανδαρακούργιον ὄρος κοῖλόν ἐστιν ἐκ τῆς μεταλλείας, ὑπεληλυθότων αὐτὸ τῶν ἐργαζομένων διώρυξι μεγάλαις· εἰργάζοντο δὲ δημοσιῶναι, μεταλλευταῖς χρώμενοι τοῖς ἀπὸ κακουργίας ἀγοραζομένοις ἀνδραπόδοις· πρὸς γὰρ τῷ ἐπιπόνῳ τοῦ ἔργου καὶ θανάσιμον καὶ δύσοιστον εἶναι τὸν ἀέρα φασὶ τὸν ἐν τοῖς μετάλλοις διὰ τὴν βαρύτητα τῆς τῶν βώλων ὀδμῆς, ὥστε ὠκύμορα εἶναι τὰ σώματα. καὶ δὴ καὶ ἐκλείπεσθαι συμβαίνει πολλάκις τὴν μεταλλείαν διὰ τὸ ἀλυσιτελές, πλειόνων μὲν ἢ διακοσίων ὄντων τῶν ἐργαζομένων, συνεχῶς δὲ νόσοις καὶ φθοραῖς δαπανωμένων. τοσαῦτα καὶ περὶ τοῦ Πόντου εἰρήσθω.

41. Μετὰ δὲ τὴν Πομπηιούπολιν ἡ λοιπὴ τῆς Παφλαγονίας ἐστὶ τῆς μεσογαίας μέχρι Βιθυνίας ἰοῦσι πρὸς δύσιν. ταύτης δέ, καίπερ ὀλίγης οὔσης, μικρὸν μὲν πρὸ ἡμῶν ἦρχον πλείους, νῦν δ' ἔχουσι Ῥωμαῖοι, τοῦ γένους τῶν βασιλέων ἐκλιπόντος. ὀνομάζουσι δ' οὖν τὴν ὅμορον τῇ Βιθυνίᾳ Τιμωνῖτιν καὶ τὴν Γεζατόριγος καὶ Μαρμωλῖτίν τε καὶ Σανισηνὴν καὶ Ποταμίαν· ἦν δέ τις καὶ Κιμιατηνή, ἐν ᾗ τὰ Κιμίατα, φρούριον ἐρυμνόν, ὑποκείμενον τῇ τοῦ Ὀλγάσσυος ὀρεινῇ· ᾧ χρησάμενος ὁρμητηρίῳ Μιθριδάτης, ὁ Κτίστης προσαγορευθείς, κατέστη τοῦ Πόντου κύριος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ τὴν διαδοχὴν ἐφύλαξαν μέχρι τοῦ Εὐπάτορος. ὕστατος δὲ τῆς Παφλαγονίας ἦρξε Δηιόταρος, Κάστορος υἱός, ὁ προσαγορευθεὶς Φιλάδελφος, τὸ Μορζέου βασίλειον ἔχων τὰ Γάγγρα, πολισμάτιον ἅμα καὶ φρούριον.

42. Εὔδοξος δ' ὀρυκτοὺς ἰχθῦς ἐν Παφλαγονίᾳ λέγων ἐν ξηροῖς τόποις οὐ διορίζει τὸν τόπον, ἐν ὑγροῖς δὲ

unde Halyn fluvium dictum opinantur. Sunt in nostra regione plura castella diruta, multumque soli deserti propter Mithridaticum bellum. Ceterum tota est consita arboribus, et partim etiam equis reliquoque pecori alendo commoda : tota autem habitationibus perapta. Regibus Amasea quoque data fuit; nunc est provincia.

40. Restat ea Ponti pars, quæ extra Halyn circa Olgassyn contermina est Sinopidi regioni. Olgassys mons est admodum altus et accessu difficilis : habentque Paphlagones templa undique in hoc monte exstructa. Circumjacet solum satis bonum, Blaena et Domanitis, quam Amnias flumen perlabitur. Ibi Mithridatis Eupatoris duces (ipse enim non interfuit) Nicomedis Bithyni copias deleverunt funditus : isque cum paucis fuga domum elapsus, inde in Italiam navigavit. Mithridates autem persequens, quum Bithyniam primo aditu occupavit, tum Asiam omnem usque ad Cariam et Lyciam. Ibi quoque urbs facta est Pompeiopolis, in qua est Sandaracurgion sive officina sandaracæ, non procul a Pimolisis, quod est castellum regium dirutum : a quo regio utrinque fluvio adjacens dicitur Pimolisena. Sandaracurgion mons est cavus, quippe quem magnis fossis actis operarii subiverunt : fiebat autem opus a publicanis, qui fossores adhibebant servos ob facinora venditos; nam præterquam quod laboriosum est opus, lethalem etiam atque intolerabilem ferunt esse aerem in fodinis illis, ob gravem glebarum odorem, adeo ut corpora morti celeri sint obnoxia. Itaque sæpe etiam intermittitur opus, quod emolumento careat; nam etsi plures ducentis sint operarii, continenter tamen morbis et exitiis consumuntur. Hæc ergo de Ponto sint dicta.

41. Post Pompeiopolin sequitur reliqua pars Paphlagoniæ mediterraneæ usque ad Bithyniam, itinere versus occasum instituto. Ejus, quantumvis exiguæ, multi fuerunt ante nostram ætatem domini; nunc Romani tenent, quia stirps regia defecit. Partem, quæ Bithyniæ est contermina, Timonitin vocant et Gezatorigis ditionem, et Marmolitin et Sanisenam et Potamiam seu fluvialem : fuit etiam Cimiatene (*codd.* Cinistene) quædam, in qua Cimiata castellum munitum, Olgassys montanis subjectum : qua arce belli usus Mithridates, is qui Ctistes, id est conditor, cognominabatur, Ponti dominus est factus, ac duravit successio posterorum ejus usque ad Eupatorem. Ultimus Paphlagoniæ rex fuit Deiotarus, Castoris filius, cognomento Philadelphus, Morzei (*codd.* Μορζέους) regiam habens Gangra, oppidulum simul ac castellum.

42. Eudoxus fossiles esse pisces in Paphlagoniæ siccis locis dicens, locum non exprimit; in humidis locis circa

περὶ τὴν Ἀσκανίαν λίμνην φησὶ τὴν ὑπὸ Κίῳ, λέγων οὐδὲν σαφές. ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν ὅμορον τῷ Πόντῳ Παφλαγονίαν ἐκτιθέμεθα, τοῖς δὲ Παφλαγόσιν ὁμοροῦσιν οἱ Βιθυνοὶ πρὸς δύσιν, πειρασόμεθα καὶ τὰ τούτων ἐπελθεῖν· ἔπειτα λαβόντες ἀρχὴν ἄλλην ἔκ τε τούτων καὶ τῶν Παφλαγόνων τὰ ἑξῆς τούτων τὰ πρὸς νότον μέχρι τοῦ Ταύρου συνυφανοῦμεν, τὰ παράλληλα τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Καππαδοκίᾳ· τοιαύτην γάρ τινα ὑπογράφει τάξιν καὶ μερισμὸν ἡ τῶν τόπων φύσις.

## ΚΕΦ. Δ΄.

Τὴν δὲ Βιθυνίαν ἀπὸ μὲν τῆς ἀνατολῆς ὁρίζουσι Παφλαγόνες τε καὶ Μαριανδυνοὶ καὶ τῶν Ἐπικτήτων τινές, ἀπὸ δὲ τῶν ἄρκτων ἡ Ποντικὴ θάλασσα ἡ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Σαγγαρίου μέχρι τοῦ στόματος τοῦ κατὰ Βυζάντιον καὶ Χαλκηδόνα, ἀπὸ δὲ δύσεως ἡ Προποντίς, πρὸς νότον δ' ἥ τε Μυσία καὶ ἡ Ἐπίκτητος καλουμένη Φρυγία, ἡ δ' αὐτὴ καὶ Ἑλλησποντιακὴ Φρυγία καλουμένη.

2. Ταύτης δ' ἐπὶ μὲν τῷ στόματι τοῦ Πόντου Χαλκηδὼν ἵδρυται, Μεγαρέων κτίσμα, καὶ κώμη Χρυσόπολις καὶ τὸ ἱερὸν τὸ Χαλκηδόνιον, ἔχει δ' ἡ χώρα μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης κρήνην Ἀζαριτίαν, τρέφουσαν κροκοδείλους μικρούς· ἔπειτ' ἐκδέχεται τὴν τῶν Χαλκηδονίων ἠιόνα ὁ Ἀστακηνὸς καλούμενος κόλπος, μέρος ὢν τῆς Προποντίδος, ἐν ᾧ ἡ Νικομήδεια ἔκτισται ἐπώνυμος ἑνὸς τῶν Βιθυνικῶν βασιλέων, τοῦ κτίσαντος αὐτήν· πολλοὶ δ' ὁμωνύμως ὠνομάσθησαν, καθάπερ Πτολεμαῖοι διὰ τὴν τοῦ πρώτου δόξαν. ἦν δ' ἐν αὐτῷ τῷ κόλπῳ καὶ Ἀστακὸς πόλις, Μεγαρέων κτίσμα καὶ Ἀθηναίων καὶ μετὰ ταῦτα Δοιδαλσοῦ, ἀφ' ἧς καὶ ὁ κόλπος ὠνομάσθη· κατεσκάφη δ' ὑπὸ Λυσιμάχου· τοὺς δ' οἰκήτορας μετήγαγεν εἰς Νικομήδειαν ὁ κτίσας αὐτήν.

3. Τῷ δ' Ἀστακηνῷ κόλπος ἄλλος συνεχής ἐστιν, εἰσέχων μᾶλλον πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον, ἐν ᾧ Προυσιάς ἐστιν, ἡ Κίος πρότερον ὀνομασθεῖσα· κατέσκαψε δὲ τὴν Κίον Φίλιππος, ὁ Δημητρίου μὲν υἱός, Περσέως δὲ πατήρ, ἔδωκε δὲ Προυσίᾳ τῷ Ζήλα, συγκατασκάψαντι καὶ ταύτην καὶ Μύρλειαν ἀστυγείτονα πόλιν, πλησίον δὲ καὶ Προύσης οὖσαν· ἀναλαβὼν δ' ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἐρειπίων αὐτὰς ἐπωνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν Προυσιάδα πόλιν τὴν Κίον, τὴν δὲ Μύρλειαν Ἀπάμειαν ἀπὸ τῆς γυναικός. οὗτος δ' ἐστὶν ὁ Προυσίας ὁ καὶ Ἀννίβαν δεξάμενος, ἀναχωρήσαντα δεῦρο μετὰ τὴν Ἀντιόχου ἧτταν, καὶ τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας ἀναστὰς κατὰ συμβάσεις τοῖς Ἀτταλικοῖς, ἣν οἱ μὲν πρότερον ἐκάλουν μικρὰν Φρυγίαν, ἐκεῖνοι δ' Ἐπίκτητον ὠνόμασαν· ὑπέρκειται δὲ τῆς Προυσιάδος ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἀργανθώνιον. ἐνταῦθα δὲ μυθεύουσι, τὸν Ὕλαν, ἕνα τῶν Ἡρακλέους ἑταίρων συμπλεύσαντα ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς αὐτῷ, ἐξιόντα δὲ ἐπὶ ὑδρείαν ὑπὸ νυμφῶν ἁρπαγῆναι· Κίον δέ, καὶ τοῦτον Ἡρακλέους ἑταῖρον καὶ

Ascanium lacum sub Cio idem fieri dicit, nihil aperte scribens. Quoniam vero confinem Ponto Paphlagoniam exposuimus, Paphlagones autem versus occasum attingit Bithynia: hanc etiam conabimur describere; deinde novo ab his duabus regionibus sumpto initio, attexemus quæ meridiem versus ab his ad Taurum usque sita juxta Pontum et Cappadociam æqualibus intervallis porriguntur; nam hunc ordinem ipsa locorum divisio et natura nobis præscribit.

## CAP. IV.

Bithyniam ab ortu definiunt Paphlagones et Mariandyni atque Epictetorum quidam, a septentrione Ponticum mare ab ostio Sangarii usque ad fauces intra Byzantium et Chalcedonem, ab occasu Propontis, a meridie Mysia et Phrygia Epictetus, quæ etiam Hellespontiaca dicitur.

2. Ibi in ore Ponti Chalcedon sita est, Bithyniæ urbs, condita a Megarensibus, et pagus *Chrysopolis, ac fanum* Chalcedonicum. Habet ea regio paulo supra mare fontem Azaritium, qui crocodilos parvos alit. Chalcedonicum litus subsequitur sinus Astacenus, pars Propontidis, in quo Nicomedia condita est, nomen habens a conditore suo, aliquo Bithyniæ rege: multi autem eodem sunt usi nomine, ut'et Ptolemæi, ob gloriam principis. Fuit in eo sinu etiam Astacus urbs, a Megarensibus et Atheniensibus condita, et a Dœdalso instaurata, unde sinui nomen; eam Lysimachus delevit: cives Nicomediam traduxit urbis ejus auctor.

3. Astaceno sinui alius est contiguus, magis versus ortum solis penetrans; in eo Prusias est, quæ olim *Cius dicebatur.* Cium evertit Philippus Demetrii filius, Persei pater, deditque Prusiæ, Zelæ filio, qui ipsum juverat in evertendo et hanc et Myrleam, urbem vicinam, nec procul a Prusa dissitam. Is Prusias has urbes e ruderibus excitatas, Cium Prusiadem a se, Myrleam ab uxore Apameam denominavit. Hic est, qui Annibalem recepit, quum is ad ipsum post Antiochi cladem veniret; et qui ex pacto Attalicis Phrygia ad Hellespontum sita decessit, quam priores parvam, hi Epictetum, quasi adquisitam, dixerunt. Supra Prusiadem mons est, Arganthonius nomine. Ibi fabulæ tradunt Hylam, Herculis socium, qui Argo navi cum eo vectus fuit, dum aquatum exit, raptum fuisse a nymphis. Cium vero, ipsum quoque in illa navigatione de

σύμπλουν, ἐπανελθόντα ἐκ Κόλχων αὐτόθι καταμεῖναι καὶ κτίσαι τὴν πόλιν ἐπώνυμον αὑτοῦ. Καὶ νῦν δ' ἔτι ἑορτή τις ἄγεται παρὰ τοῖς Προυσιεῦσιν καὶ ὀρειβασία, θιασευόντων καὶ καλούντων Ὕλαν, ὡς ἂν κατὰ ζήτησιν τὴν ἐκείνου πεποιημένων τὴν ἐπὶ τὰς ὕλας ἔξοδον. πολιτευσάμενοι δὲ πρὸς Ῥωμαίους οἱ Προυσιεῖς εὐνοϊκῶς ἐλευθερίας ἔτυχον. οἱ δ' Ἀπαμεῖς ἀποικίαν ἐδέξαντο Ῥωμαίων. Προῦσα δὲ ἐπὶ τῷ Ὀλύμπῳ ἵδρυται τῷ Μυσίῳ, πόλις εὐνομουμένη, τοῖς τε Φρυξὶν ὅμορος καὶ τοῖς Μυσοῖς, κτίσμα † Προυσίου τοῦ πρὸς Κροῖσον πολεμήσαντος.

4. Διορίσαι δὲ τοὺς ὅρους χαλεπὸν τούς τε Βιθυνῶν καὶ Φρυγῶν καὶ Μυσῶν καὶ ἔτι Δολιόνων τῶν περὶ Κύζικον καὶ Μυγδόνων καὶ Τρώων· καὶ διότι μὲν εἶναι δεῖ ἕκαστον τὸ φῦλον χωρίς, ὁμολογεῖται. καὶ ἐπί γε τῶν Φρυγῶν καὶ τῶν Μυσῶν καὶ παροιμιάζονται·

* χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα·

διορίσαι δὲ χαλεπόν. αἴτιον δὲ τὸ τοὺς ἐπήλυδας βαρβάρους καὶ στρατιώτας ὄντας μὴ βεβαίως κατέχειν τὴν κρατηθεῖσαν, ἀλλὰ πλανήτας εἶναι τὸ πλέον, ἐκβάλλοντας καὶ ἐκβαλλομένους. ἅπαντα δὲ τὰ ἔθνη ταῦτα Θρᾴκιά τις εἰκάζοι ἄν, διὰ τὸ τὴν περαίαν νέμεσθαι τούτους, καὶ διὰ τὸ μὴ πολὺ ἐξαλλάττειν ἀλλήλων ἑκατέρους.

5. Ὅμως δ' ἐφ' ὅσον εἰκάζειν οἷόν τε, τῆς μὲν Βιθυνίας μέσην ἄν τις θείη καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Αἰσήπου τὴν Μυσίαν, ἁπτομένην τῆς θαλάττης καὶ διήκουσαν μέχρι τοῦ Ὀλύμπου σχεδὸν παντός· κύκλῳ δὲ τὴν Ἐπίκτητον κειμένην ἐν τῇ μεσογαίᾳ, θαλάττης οὐδαμοῦ ἁπτομένην, διατείνουσαν δὲ μέχρι τῶν ἑῴων μερῶν τῆς Ἀσκανίας λίμνης τε καὶ χώρας· ὁμωνύμως γὰρ τῇ λίμνῃ καὶ ἡ χώρα ἐλέγετο, καὶ ἦν αὐτῆς τὸ μὲν Φρύγιον, τὸ δὲ Μύσιον, ἀπωτέρω δὲ τῆς Τροίας τὸ Φρύγιον. καὶ δὴ καὶ οὕτω δεκτέον τὸ παρὰ τῷ ποιητῇ, ὅταν φῇ·

Φόρκυς δ' αὖ Φρύγας ἦγε καὶ Ἀσκάνιος θεοειδής,
τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης,

τῆς Φρυγιακῆς, ὡς οὔσης ἐγγυτέρω ἄλλης Ἀσκανίας Μυσιακῆς τῆς πρὸς τῇ νῦν Νικαίᾳ, ἧς μέμνηται, ὅταν φῇ·

Πάλμυν [τ'] Ἀσκάνιόν τε Μόρυν θ', υἱ' Ἱπποτίωνος,
Μυσῶν ἀγχεμάχων ἡγήτορα,
οἵ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί.

οὐ θαυμαστὸν δ', εἰ τῶν Φρυγῶν εἰπών τινα ἡγεμόνα Ἀσκάνιον καὶ ἐξ Ἀσκανίας ἥκοντα, καὶ Μυσῶν τινα λέγει ἡγεμόνα Ἀσκάνιον καὶ ἐξ Ἀσκανίας ἥκοντα· πολλὴ γὰρ ἡ ὁμωνυμία παρ' αὐτῷ, καὶ ἡ ἀπὸ τῶν ποταμῶν καὶ λιμνῶν καὶ χωρίων ἐπίκλησις.

6. Καὶ τὸν Αἴσηπον δὲ τῶν Μυσῶν ὅριον παραδίδωσιν αὐτὸς ὁ ποιητής· τὴν γὰρ ὑπὲρ τοῦ Ἰλίου παρώρειαν τῆς Τροίας καταλέξας τὴν ὑπ' Αἰνείᾳ, ἣν Δαρδανίαν ἐκάλεσε, τίθησιν ἐφεξῆς πρὸς ἄρκτον καὶ

sociis Herculis unum, revertentem a Colchis mansisse ibi atque urbem sibi cognominem condidisse. Et nunc quoque apud Prusienses festivitas quædam celebratur, et montes cum thiasorum choris conscenduntur, qui Hylæ nomen clamant quasi ad eum requirendum in silvas exeuntes. Prusienses, quod rempublicam suam amice Romanis gessissent, libertatem sunt consecuti. Apamenses vero coloniam Romanorum acceperunt. Prusa autem ad Olympum Mysiæ posita est urbs, quæ legibus bonis gubernatur, Phrygibus Mysisque finitima, condita a Prusia (?), qui bellum contra Crœsum ( Cyrum *Steph. Byz.* ) gessit.

4. Difficile est distinguere fines Bithynorum, Mysorum, Phrygum, Dolionum circa Cyzicum, Mygdonum et Troum, quamvis in confesso est gentes istas a se invicem esse dividendas. Ac de Phrygibus quidem et Mysis etiam proverbium fertur,

Mysorum sunt seorsim fines, et Phrygum :

definire autem eos difficile est. Causa est quod advenæ, qui milites erant et barbari, haud constanter occupatam possidebant terram, sed ut plurimum vagabantur, ejiciebantque et ejiciebantur. Omnes vero istos populos Thraces esse existimaverit aliquis, quod et oppositam his continentem tenent, neque magna inter eos victus cultusque est diversitas.

5. Tamen quantum conjectura licet consequi, Mysiam possis medio loco ponere inter Bithyniam et Æsepi ostia, ita ut et mare tangat et ad Olympum fere totum pertineat. In orbem autem sitam circum esse Epictetum in mediterraneis, quæ nusquam mare attingat, sed usque ad orientales porrigatur partes Ascaniæ quum paludis tum regionis: nam communi cum palude nomine etiam regio appellabatur, cujus pars Phrygia erat, alia Mysia; sed Phrygia pars longius a Troja aberat. Atque ita etiam accipienda sunt Homerica illa ( *Il.* 2, 862 ) :

Phorcus ducebat Phrygas, Ascaniusque superbus
Usque ex Ascania procul.

Nimirum ex Ascania Phrygia, quum alia sit propior Ascania Mysiæ, ad hodiernam Nicæam sita, cujus meminit his versibus ( *Il.* 13, 792 ) :

Palmyn Ascaniumque, Moryn genus Hippotionis,
Mysis, depugnant qui cominus, imperitantem,
Ascania auxilio quos miserat ubere gleba.

Mirum autem videri non debet, quum quendam Phrygum ducem facit Ascanium, et qui ex Ascania venerit, si faciat etiam Ascanium quendam ducem Mysorum, ex Ascania eundem profectum; multi enim ejusdem nominis viri apud eum occurrunt, et frequentia sunt indita a fluviis, paludibus et locis nomina.

6. Æsepum quidem Mysorum limitem facit ipse Homerus; quum enim montibus adjacentem Trojæ partem exposuisset, Æneæ parentem, quam Dardaniam appellavit, ponit deinceps sitam versus septentriones Lyciam, Pan-

( εἰς ) τὴν Λυκίαν, τὴν ὑπὸ Πανδάρῳ, ἐν ᾗ ἡ Ζέλεια· καί φησιν·

> οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης,
> ἀφνειοὶ πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο
> Τρῶες.

τῇ δὲ Ζελείᾳ ὑποπέπτωκε πρὸς θαλάττῃ † ἐπὶ δὲ τὸ τοῦ Αἰσήπου τὸ τῆς Ἀδραστείας πεδίον καὶ Τήρεια καὶ ἡ Πιτύα καὶ καθόλου ἡ νῦν Κυζικηνὴ ἡ πρὸς Πριάπῳ, ἣν ἐφεξῆς καταλέγει· εἶτα ἀνακάμπτει πάλιν ἐπὶ τὰ πρὸς ἕω μέρη καὶ τὰ ἐπέκεινα, ὥστε ἐμφαίνει τὴν μέχρι Αἰσήπου πέρας ἡγούμενος τῆς Τρωάδος τὸ ἀρκτικὸν καὶ ἑῷον. ἀλλὰ μὴν μετά γε τὴν Τρωάδα ἡ Μυσία ἐστὶ καὶ ὁ Ὄλυμπος. ἡ μὲν οὖν παλαιὰ μνήμη τοιαύτην τινὰ ὑπαγορεύει τὴν τῶν ἐθνῶν θέσιν. αἱ δὲ νῦν μεταβολαὶ τὰ πολλὰ ἐξήλλαξαν, ἄλλοτ' ἄλλων ἐπικρατούντων, καὶ τὰ μὲν συγχεόντων, τὰ δὲ διασπώντων. καὶ γὰρ Φρύγες ἐπεκράτησαν καὶ Μυσοὶ μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν, εἶθ' ὕστερον Λυδοὶ καὶ μετ' ἐκείνων Αἰολεῖς καὶ Ἴωνες, ἔπειτα Πέρσαι καὶ Μακεδόνες, τελευταῖοι δὲ Ῥωμαῖοι, ἐφ' ὧν ἤδη καὶ τὰς διαλέκτους καὶ τὰ ὀνόματα ἀποβεβλήκασιν οἱ πλεῖστοι, γεγονότος ἑτέρου τινὸς μερισμοῦ τῆς χώρας, οὗ μᾶλλον φροντίσαι δεῖ τὰ νῦν † οἴεται λέγοντας, τῇ δὲ ἀρχαιολογίᾳ μετρίως προσέχοντας.

7. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῆς Βιθυνίας τό τε Βιθύνιόν ἐστιν, ὑπερκείμενον τοῦ Τιείου καὶ ἔχον τὴν περὶ Σάλωνα χώραν ἀρίστην βουβοσίοις, ὅθεν ἐστὶν ὁ Σαλωνίτης τυρός, καὶ Νίκαια, ἡ μητρόπολις τῆς Βιθυνίας ἐπὶ τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ ( περίκειται δὲ κύκλῳ πεδίον μέγα καὶ σφόδρα εὔδαιμον, οὐ πάνυ δὲ ὑγιεινὸν τοῦ θέρους ), κτίσμα Ἀντιγόνου μὲν πρῶτον τοῦ Φιλίππου, ὃς αὐτὴν Ἀντιγονίαν προσεῖπεν, εἶτα Λυσιμάχου, ὃς ἀπὸ τῆς γυναικὸς μετωνόμασε Νίκαιαν· ἦν δ' αὕτη θυγάτηρ Ἀντιπάτρου. ἔστι δὲ τῆς πόλεως ἑκκαιδεκαστάδιος ὁ περίβολος ἐν τετραγώνῳ σχήματι· ἔστι δὲ καὶ τετράπυλος ἐν πεδίῳ κείμενος ἐρρυμοτομημένος πρὸς ὀρθὰς γωνίας, ὥστ' ἀφ' ἑνὸς λίθου κατὰ μέσον ἱδρυμένου τὸ γυμνάσιον τὰς τέτταρας ὁρᾶσθαι πύλας. μικρὸν δ' ὑπὲρ τῆς Ἀσκανίας λίμνης Ὀτροία πολίχνη, πρὸς τοῖς ὅροις ἤδη τῆς Βιθυνίας τοῖς πρὸς ἕω· εἰκάζουσι δ' ἀπὸ Ὀτρέως Ὀτροίαν καλεῖσθαι ( πρότερον ).

8. Ὅτι δ' ἦν κατοικία Μυσῶν ἡ Βιθυνία, πρῶτον μαρτυρήσει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς, φήσας περιοικεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Φρύγας καὶ Μυσούς, ἔπειτα Διονύσιος ὁ τὰς κτίσεις συγγράψας, ὃς τὰ κατὰ Χαλκηδόνα καὶ Βυζάντιον στενά, ἃ νῦν Θράκιος Βόσπορος καλεῖται, πρότερόν φησι Μύσιον Βόσπορον προσαγορεύεσθαι· τοῦτο δ' ἄν τις καὶ τοῦ Θρᾷκας εἶναι τοὺς Μυσοὺς μαρτύριον θείη· ὅ τε Εὐφορίων,

> Μυσοῖο παρ' ὕδασιν Ἀσκανίοιο

λέγων, καὶ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος

> ( οἳ καὶ ἐπ' Ἀσκανίων δώματ' ἔχουσι ῥοῶν
> λίμνης Ἀσκανίης ἐπὶ χείλεσιν, ἔνθα Δολίων
> υἱὸς Σιληνοῦ νάσσατο καὶ Μελίης )

daro subjectam, in qua esset Zelea, dicitque (*Il.* 2, 824) :

> Quique Zelean habent imæ radice sub Idæ,
> dites quique bibunt nigri latices Æsepi
> Troes.

Subjacet autem Zeleæ ad mare citra ( ἐπιτάδε? ) Æsepum Adrasteæ campus, Teria, Pitya et omnino Cyzicena regio ad Priapum, quam deinceps recenset; inde reflectens orientalia commemorat et ulteriora, quo ostendit se finem Troadis existimare septentrionalem et ortivum ea quæ usque ad Æsepum pertinent. Enimvero Mysia et Olympus post Troadem sunt. Ac vetus quidem memoria talem gentium dictat situm. Recentiores autem mutationes pleraque inverterunt, aliis atque aliis subinde regionem obtinentibus, et alia confundentibus, alia divellentibus. Nam Phryges ista occupaverunt loca et Mysi post Trojæ excidium, deinde Lydi ac cum his Æolenses et Iones, secundum hos Persæ et Macedones, denique Romani, sub quibus jam et linguam et nomina amiserunt plerique, nova quadam regionum instituta divisione : cujus præ ceteris ratio habenda nobis est, quæ nunc sunt ( νῦν οἷά ἐστι ) describentibus, ad antiqua autem mediocriter solummodo attendentibus.

**Amorium Eumeniamque et Synnada, deinde Apamea, cognomento Cibotus, et Laodicea, quæ sunt maximæ Phrygiarum urbium. His circumposita sunt oppida et *** Aphrodisias, Colossæ, Themisonium, Sanaus, Metropolis, Apollonias, longius deinde ab his dissitæ Peltæ, Tabæ (*codd.* Tabeæ), Eucarpia, Lysias.**

**14. Parorios Phrygia montanum habet dorsum, ab ortu versus occasum productum; ei utrimque subjecta est magna planities, dorsoque vicina urbs septentrionem versus Philomelium, ad meridiem Antiochia, ad Pisidiam quæ vocatur: illa omnis in campo, hæc in colle sita et coloniam habens Romanam; hanc Magnetes condiderunt qui ad Mæandrum habitabant; liberaverunt a regibus Romani, quo tempore Asiam reliquam Eumeni tradiderunt, quæ intra Taurum jacet. Fuit ibi etiam sacerdotium Menis Arcæi, multitudinem hierodulorum habens et agrorum sacrorum; sed eversum est post mortem Amyntæ ab iis qui in hereditatem ejus missi sunt. Synnada urbs est non magna; ante eam campus jacet *oleis consitus, stadiorum* circiter sexaginta; ultra eam est Docimia pagus, et lapicidinæ Synnadici lapidis (ut quidem Romani appellant; nam incolæ Docimiten et Docimæum vocant); eæ fodinæ ab initio exiguas glebas ediderunt, sed ob sumptuum magnitudinem, quam nunc faciunt Romani, eruuntur magnæ columnæ solidi lapidis, varietate ad alabastriten accedentes lapidem, ita ut, quanquam difficilis sit hujusmodi onerum ad mare vectura, tamen et columnæ et tabulæ Romam perferantur magnitudine atque pulchritudine admiranda.**

**15. Apamea emporium est magnum ejus, quæ proprie dicitur Asia, proxima post Ephesum dignitate; hæc enim commune est receptaculum eorum, qui et ab Italia et e Græcia veniunt. Sita est Apamea ad Marsyæ fluvii ostia, qui mediam eam perfluit initium sumens ab * urbe; postquam suburbium vehemente atque præcipite fluxu percurrit, cum Mæandro coit, qui jam alium recepit suo alveo fluvium Organ, per æquabile leviter molliterque delatum solum; hinc jam auctus aquis Mæander aliquamdiu per Phrygiam fluit, deinde Cariam a Lydia disterminat, in campo, qui Mæandrius dicitur, nimis quam obliquus, ita ut ab eo etiam omnes obliquitates Mæandri appellentur; tandem ipsam Cariam, quam nunc Iones obtinent, perfluit, et inter Miletum et Prienam in mare exit. Oritur a Celænis, quodam tumulo, ubi urbs tumulo fuit cognominis; hinc cives transtulit Antiochus Soter in eam, quæ nunc dicitur, Apameam, cui a matre Apama ipse nomen fecit, filia Artabazi, quæ nuptum data fuerat Seleuco Nicatori. Isti**

πρὸς γάμον Σελεύκῳ τῷ Νικάτορι. ἐνταῦθα δὲ μυθεύεται τὰ περὶ τὸν Ὄλυμπον καὶ τὸν Μαρσύαν καὶ τὴν ἔριν, ἣν ἤρισεν ὁ Μαρσύας πρὸς Ἀπόλλωνα. ὑπέρκειται δὲ καὶ λίμνη φύουσα κάλαμον τὸν εἰς τὰς γλώττας τῶν αὐλῶν ἐπιτήδειον, ἐξ ἧς ὑπολείβεσθαί φασι τὰς πηγὰς ἀμφοτέρας, τήν τε τοῦ Μαρσύου καὶ τὴν τοῦ Μαιάνδρου.

16. Ἡ δὲ Λαοδίκεια, μικρὰ πρότερον οὖσα, αὔξησιν ἔλαβεν ἐφ' ἡμῶν καὶ τῶν ἡμετέρων πατέρων, καίτοι κακωθεῖσα ἐκ πολιορκίας ἐπὶ Μιθριδάτου τοῦ Εὐπάτορος· ἀλλ' ἡ τῆς χώρας ἀρετὴ καὶ τῶν πολιτῶν τινες εὐτυχήσαντες μεγάλην ἐποίησαν αὐτήν, Ἱέρων μὲν πρότερον, ὃς πλειόνων ἢ δισχιλίων ταλάντων κληρονομίαν κατέλιπε τῷ δήμῳ πολλοῖς τ' ἀναθήμασιν ἐκόσμησε τὴν πόλιν, Ζήνων δὲ ὁ ῥήτωρ ὕστερον καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Πολέμων, ὃς καὶ βασιλείας ἠξιώθη διὰ τὰς ἀνδραγαθίας ὑπ' Ἀντωνίου μὲν πρότερον, ὑπὸ Καίσαρος δὲ τοῦ Σεβαστοῦ μετὰ ταῦτα. φέρει δ' ὁ περὶ τὴν Λαοδίκειαν τόπος προβάτων ἀρετὰς οὐκ εἰς μαλακότητα μόνον τῶν ἐρίων, ᾗ καὶ τῶν Μιλησίων διαφέρει, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν κοραξὴν χρόαν, ὥστε καὶ προσοδεύονται λαμπρῶς ἀπ' αὐτῶν· ὥσπερ καὶ οἱ Κολοσσηνοὶ ἀπὸ τοῦ ὁμωνύμου χρώματος πλησίον οἰκοῦντες. ἐνταῦθα δὲ καὶ ὁ Κάπρος καὶ ὁ Λύκος συμβάλλει τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ποταμὸς εὐμεγέθης, ἀφ' οὗ καὶ ἡ πρὸς τῷ Λύκῳ Λαοδίκεια λέγεται. ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ὄρος Κάδμος, ἐξ οὗ καὶ ὁ Λύκος ῥεῖ, καὶ ἄλλος ὁμώνυμος τῷ ὄρει. τὸ πλέον δ' οὗτος ὑπὸ γῆς ῥυείς, εἶτ' ἀνακύψας συνέπεσεν εἰς ταὐτὸ τοῖς ἄλλοις ποταμοῖς, ἐμφαίνων ἅμα καὶ τὸ πολύτρητον τῆς χώρας καὶ τὸ εὔσειστον· εἰ γάρ τις ἄλλη, καὶ ἡ Λαοδίκεια εὔσειστος, καὶ τῆς πλησιοχώρου δὲ Κάρουρα.

17. Ὅριον δέ ἐστι τῆς Φρυγίας καὶ τῆς Καρίας τὰ Κάρουρα· κώμη δ' ἐστὶν αὕτη πανδοχεῖα ἔχουσα καὶ ζεστῶν ὑδάτων ἐκβολάς, τὰς μὲν ἐν τῷ ποταμῷ Μαιάνδρῳ, τὰς δ' ὑπὲρ τοῦ χείλους. καὶ δή ποτέ φασι πορνοβοσκὸν αὐλισθέντα ἐν τοῖς πανδοχείοις σὺν πολλῷ πλήθει γυναικῶν, νύκτωρ γενομένου σεισμοῦ, συναφανισθῆναι πάσαις. σχεδὸν δέ τι καὶ πᾶσα εὔσειστός ἐστιν ἡ περὶ τὸν Μαίανδρον χώρα, καὶ ὑπόνομος πυρί τε καὶ ὕδατι μέχρι τῆς μεσογαίας. διατέτακε γὰρ ἀπὸ τῶν πεδίων ἀρξαμένη πᾶσα ἡ τοιαύτη κατασκευὴ τῆς χώρας εἰς τὰ Χαρώνια, τό τε ἐν Ἱεραπόλει καὶ τὸ ἐν Ἀχαράκοις τῆς Νυσαΐδος καὶ τὸ περὶ Μαγνησίαν καὶ Μυοῦντα· εὔθρυπτός τε γάρ ἐστιν ἡ γῆ καὶ ψαθυρά, πλήρης τε ἁλμυρίδων καὶ εὐεκπύρωτός ἐστι. τάχα δὲ καὶ ὁ Μαίανδρος διὰ τοῦτο σκολιός, ὅτι πολλὰς μεταπτώσεις λαμβάνει τὸ ῥεῖθρον, καὶ πολλὴν χοῦν κατάγων ἄλλοτ' ἄλλῳ μέρει τῶν αἰγιαλῶν προστίθησι· τὸ δὲ πρὸς τὸ πέλαγος βιασάμενος ἐξωθεῖ. καὶ δὴ καὶ τὴν Πριήνην ἐπὶ θαλάττῃ πρότερον οὖσαν μεσόγαιαν πεποίηκε τετταράκοντα σταδίων προσχώματι.

18. Καὶ ἡ Κατακεκαυμένη δέ, ἥπερ ὑπὸ Λυδῶν καὶ Μυσῶν κατέχεται, διὰ τοιαῦτά τινα τῆς προσηγορίας

loco assignant etiam fabulam Olympi et Marsyæ, ac concertationem Marsyæ adversus Apollinem. Superne est palus calamum edens ad tibiarum lingulas aptum; ex hac palude aiunt utrumque scaturire amnem, Marsyam inquam et Mæandrum.

16. Laodicea quum ante esset exilis, nostra et parentum nostrorum ætate crevit, quamvis oppugnatione Mithridratis Eupatoris damnum accepisset; sed soli præstantia et læta civium quorundam fortuna eam amplificaverunt; prior Hiero duobus millibus talentûm ampliorem hereditatem legavit civitati, multisque urbem donariis exornavit; Zeno deinde rhetor atque hujus filius Polemo, qui etiam ob res præclare gestas regno dignatus est, primum ab Antonio, deinde a Cæsare Augusto. Loca quæ sunt circum Laodiceam, oves alunt excellentes non mollitie modo lanarum, qua etiam Milesiis præstant, sed etiam coraxino earum colore, adeo ut amplos inde habeant reditus, sicut etiam Colosseni a cognomini colore, in vicinia habitantes. Ibi etiam Caprus et Lycus in Mæandrum incidunt. Lycus fluvius est satis magnus, a quo et Laodicea cognomen habet, ut ad Lycum sita dicatur. Supra urbem situs est mons Cadmus, e quo Lycus defluit; item alius fluvius monti cognominis. Lycus plurimum sub terra lapsus, deinde rursus emergens reliquis miscetur fluminibus, simul et multis foraminibus pervium declarat solum et obnoxium facile terræ motibus; si qua enim alia terra, tum maxime Laodicea his motibus concuti solet, et vicina regio Carura.

17. Carura limes est Phrygiæ et Cariæ. Is est pagus habens diversoria seu receptacula peregrinorum, et eruptiones ferventium aquarum, partim in Mæandro fluvio, partim supra ripam. Et quidem narrant lenonem quendam, quum in istarum cauponarum quandam cum multitudine meretricum divertisset, noctu terræ motu exsistente, cum universis esse deletum. Fere autem tota ad Mæandrum regio facile terræ motibus concutitur, et cuniculos habet igni aut aqua plenos usque in mediterraneos tractus. Nam tota ista illius terræ constitutio a planitie protenditur usque ad Charonia, quorum aliud est Hierapoli, aliud ad Nysææ regionis Acharaca (*codd.* Χαράκοις), aliud ad Magnesiam et Myuntem. Solum enim est friabile et attritu facile, plenum salsuginis, et quod nullo negotio inflammetur. Ac fortassis etiam Mæander ita curvus est, quod alveus ejus varie intercipitur, et multum limi deferens alias aliis litoris partibus apponit, reliquum autem vi in mare expellit. Sic Prienam antea ad mare sitam, aggere quadraginta stadiorum urbem mediterraneam fecit.

18. Sed Catakekaumene quoque sive Combusta, quam Lydi et Mysi possident, hanc appellationem tali de causa

τετύχηκε ταύτης· ἥ τε Φιλαδέλφεια, ἡ πρὸς αὐτῇ πόλις, οὐδὲ τοὺς τοίχους ἔχει πιστούς, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν τρόπον τινὰ σαλεύονται καὶ διίστανται· διατελοῦσι δὲ προσέχοντες τοῖς πάθεσι τῆς γῆς καὶ ἀρχιτεκτονοῦντες πρὸς αὐτά. καὶ τῶν ἄλλων δὲ πόλεων Ἀπάμεια μὲν καὶ πρὸ τῆς Μιθριδάτου στρατείας ἐσείσθη πολλάκις, καὶ ἔδωκεν ἐπελθὼν ὁ βασιλεὺς ἑκατὸν τάλαντα εἰς ἐπανόρθωσιν, ὁρῶν ἀνατετραμμένην τὴν πόλιν. λέγεται δὲ καὶ ἐπ' Ἀλεξάνδρου παραπλήσια συμβῆναι· διόπερ εἰκός ἐστι καὶ τὸν Ποσειδῶ τιμᾶσθαι παρ' αὐτοῖς, καίπερ μεσογαίοις οὖσι, καὶ ἀπὸ Κελαινοῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἐκ Κελαινοῦς, μιᾶς τῶν Δαναΐδων, γενομένου κεκλῆσθαι τὴν πόλιν ἐπώνυμον, ἢ διὰ τὸν λίθον καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἐκπυρώσεων μελανίαν. καὶ τὰ περὶ Σίπυλον δὲ καὶ τὴν ἀνατροπὴν αὐτοῦ μῦθον οὐ δεῖ τίθεσθαι· καὶ γὰρ νῦν τὴν Μαγνησίαν τὴν ὑπ' αὐτῷ κατέβαλον σεισμοί, ἡνίκα καὶ Σάρδεις καὶ τῶν ἄλλων τὰς ἐπιφανεστάτας κατὰ πολλὰ μέρη διελυμήναντο· ἐπηνώρθωσε δ' ὁ ἡγεμών, χρήματα ἐπιδούς, καθάπερ καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς γενομένης συμφορᾶς Τραλλιανοῖς (ἡνίκα τὸ γυμνάσιον καὶ ἄλλα μέρη συνέπεσεν) ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ τούτοις καὶ Λαοδικεῦσιν.

19. Ἀκούειν δ' ἐστὶ καὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων, οἷά φησιν ὁ τὰ Λύδια συγγράψας Ξάνθος, διηγούμενος, οἷαι μεταβολαὶ κατέσχον πολλάκις τὴν χώραν ταύτην, ὧν ἐμνήσθημέν που καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν. καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα πάθη ἐνταῦθα μυθεύουσι καὶ τοὺς Ἀρίμους καὶ τὴν Κατακεκαυμένην ταύτην εἶναί φασιν· οὐκ ὀκνοῦσι δὲ καὶ τὰ μεταξὺ Μαιάνδρου καὶ Λυδῶν ἅπανθ' ὑπονοεῖν τοιαῦτα καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν λιμνῶν καὶ ποταμῶν καὶ τοὺς πολλαχοῦ κευθμῶνας τῆς γῆς. ἡ δὲ μεταξὺ Λαοδικείας καὶ Ἀπαμείας λίμνη καὶ βορβορώδη καὶ † ὑπόνομον τὴν ἀποφορὰν ἔχει, πελαγία οὖσα· φασὶ δὲ καὶ δίκας εἶναι τῷ Μαιάνδρῳ, μεταφέροντι τὰς χώρας, ὅταν περικρουσθῶσιν οἱ ἀγκῶνες, ἁλόντος δὲ τὰς ζημίας ἐκ τῶν πορθμικῶν διαλύεσθαι τελῶν.

20. Μεταξὺ δὲ τῆς Λαοδικείας καὶ τῶν Καρούρων ἱερόν ἐστι Μηνὸς Κάρου καλούμενον, τιμώμενον ἀξιολόγως. συνέστηκε δὲ καθ' ἡμᾶς διδασκαλεῖον Ἡροφιλείων ἰατρῶν μέγα ὑπὸ Ζεύξιδος, καὶ μετὰ ταῦτα Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλαλήθους, καθάπερ ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἡμετέρων ἐν Σμύρνῃ τὸ τῶν Ἐρασιστρατείων ὑπὸ Ἱκεσίου, νῦν δ' οὐχ ὁμοίως † τι συμβαίνει.

21. Λέγεται δέ τινα φῦλα Φρύγια οὐδαμοῦ δεικνύμενα, ὥσπερ οἱ Βερέκυντες· καὶ Ἀλκμὰν λέγει,

Φρύγιον ηὔλησε μέλος τὸ Κερβήσιον.

καὶ βόθυνός τις λέγεται Κερβήσιος ἔχων ὀλεθρίους ἀποφοράς· ἀλλ' οὗτός γε δείκνυται, οἱ δ' ἄνθρωποι οὐκέθ' οὕτω λέγονται. Αἰσχύλος δὲ συγχεῖ ἐν τῇ Νιόβῃ· φησὶ γὰρ ἐκείνη μνησθήσεσθαι τῶν περὶ Τάνταλον,

οἷς ἐν Ἰδαίῳ πάγῳ
Διὸς πατρῴου βωμός ἐστι

obtinuit; ac Philadelphia, urbs juxta eam sita, ne muros quidem tutos habet, quum quotidie fere quodammodo succutiantur ac fatiscant; at oppidani assiduo intenti istis terræ affectionibus contra moliuntur. De ceteris urbibus Apamea etiam ante Mithridaticum bellum sæpe motu terræ concussa fuit: et rex quum adveniens videret urbem eversam, ad instaurationem centum largitus est talenta. Similia etiam Alexandri ætate accidisse ferunt: quapropter nihil mirum est etiam Neptunum ab iis coli, quanquam mediterraneis, et a Celæno, Neptuni ex Celæno, Danaidum una, filia, urbem fuisse denominatam, aut propter nigredinem lapidum, quæ fit ab adustione. Neque ea pro fabulis habenda sunt, quæ de *Sipylo* et subversione ejus dicuntur; nam et nostra ætate tremores terræ Magnesiam ad eum sitam dejecerunt, quando et Sardes et aliæ nobilissimæ urbes ab iisdem sunt gravissime afflictæ multis partibus. Imperator tamen instauravit, pecuniam largitus; quod beneficii ante etiam *Trallianis* præstiterat pater ejus (quum eorum gymnasium *aliæque* urbis partes corruissent), itemque *Laodicensibus*.

19. Audienda etiam sunt quæ veteres tradunt historici, ut Xanthus Lydiarum rerum scriptor, narrans ille quantæ ac quotæ in ista regione acciderint mutationes, quarum etiam superius alicubi (1, 3, 4) facta est mentio. Quin etiam Typhoni quæ evenerunt, ad ista loca referunt, et Arimos; et hanc esse Catakekaumenen dicunt; audent etiam omnia quæ sunt inter Lydos ac Mæandrum, talia repræsentare, quum ob paludum et fluviorum multitudinem, tum ob crebras terræ cavernas. Palus quæ Laodiceam et Apameam interjacet, quanquam maris in morem alta est, cœnosum tamen quidpiam et quasi e cuniculo elisum (ὑπονόμου, *vel fort.* καὶ ἐπίνοσον), exhalat. Aiunt etiam in jus vocari Mæandrum, quum prorutis alvei angulis agrorum fines mutat, multamque ab eo criminis convicto exigi, atque sumi e vectigalibus trajectuum.

20. Inter Laodiceam et Carura fanum est *Menis qui* Carus dicitur, magna veneratione cultum. Nostra ætate fuit ibi schola magna medicinæ Herophiliæ operam navantium, a Zeuxide gubernata, ac deinde ab Alexandro Philaletha, sicut patrum nostrorum tempestate Smyrnæ Erasistratea schola fuit, præside Hicesio; nunc vero hæc non amplius constat (ἔτι συμμένει).

21. Memorantur etiam nationes quædam Phrygiæ nusquam hodie exstantes: ut Berecyntes [*et Cerbesii*?]; Alcman ait:

Phrygium tibia cecinit melos Cerbesium;

ac fossa quædam Cerbesia memoratur, pestilentiam exhalans: hæc sane adhuc monstratur, sed homines non amplius sic vocantur. Æschylus vero in Nioba diversa confundit; ait enim Niobe se memorem futuram Tantali ejusque familiæ,

quibus in Idæo vertice
Jovis patrii ara exstat;

καὶ πάλιν,

Σίπυλον Ἰδαίαν ἀνὰ χθόνα·

καὶ ὁ Τάνταλος λέγει,

σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδόν,
Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος,
Ἴδη τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασιν
† ἔρπουσι μήλων, πᾶν † δ' ἐρεχθεῖ πέδον.

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

# ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

## ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

### ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ τρισκαιδέκατον περιέχει τῆς Ἀσίας τὰ ἀπὸ τῆς Προποντίδος κάτωθεν, ἀπὸ Κυζίκου ἀρχόμενον, καὶ ἐφεξῆς τὴν ταύτῃ παραλίαν πᾶσαν καὶ εἴ τινες νῆσοι ὑπάρχουσιν· ἐγχρονίζει δὲ μάλιστα τῇ Τροίᾳ, εἰ καὶ ἔρημος, διὰ τὸ ἐπίσημον αὐτῆς καὶ πολυθρύλητον ἐκ τοῦ πολέμου.

### ΚΕΦ. Α'.

Μέχρι μὲν δεῦρο ἀφωρίσθω τὰ περὶ τῆς Φρυγίας· ἐπανιόντες δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν Προποντίδα καὶ τὴν ἐφεξῆς τῷ Αἰσήπῳ παραλίαν τὴν αὐτὴν τῆς περιοδείας τάξιν ἀποδώσομεν. ἔστι δὲ Τρωὰς πρώτη τῆς παραλίας ταύτης, ἧς τὸ πολυθρύλητον, καίπερ ἐν ἐρειπίοις καὶ ἐν ἐρημίᾳ λειπομένης, ὅμως πολυλογίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν παρέχει τῇ γραφῇ. πρὸς τοῦτο δὲ συγγνώμης δεῖ καὶ παρακλήσεως, ὅπως τὴν αἰτίαν τοῦ μήκους μὴ ἡμῖν μᾶλλον ἀνάπτωσιν οἱ ἐντυγχάνοντες ἢ τοῖς σφόδρα ποθοῦσι τὴν τῶν ἐνδόξων καὶ παλαιῶν γνῶσιν· προσλαμβάνει δὲ τῷ μήκει καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐποικησάντων τὴν χώραν Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, καὶ οἱ συγγραφεῖς, οὐχὶ τὰ αὐτὰ γράφοντες περὶ τῶν αὐτῶν, οὐδὲ σαφῶς πάντα· ὧν ἐν τοῖς πρώτοις ἐστὶν Ὅμηρος, εἰκάζειν περὶ τῶν πλείστων παρέχων. δεῖ δὲ καὶ τὰ τούτου διαιτᾶν καὶ τὰ τῶν ἄλλων, ὑπογράψαντας πρότερον ἐν κεφαλαίῳ τὴν τῶν τόπων φύσιν.

2. Ἀπὸ δὴ τῆς Κυζικηνῆς καὶ τῶν περὶ Αἴσηπον τόπων καὶ Γράνικον μέχρι Ἀβύδου καὶ Σηστοῦ τὴν τῆς Προποντίδος παραλίαν εἶναι συμβαίνει, ἀπὸ δὲ Ἀβύδου μέχρι Λεκτοῦ τὰ περὶ Ἴλιον καὶ Τένεδον καὶ Ἀλεξάνδρειαν τὴν Τρωάδα· πάντων δὴ τούτων ὑπέρκειται ἡ Ἴδη τὸ ὄρος, μέχρι Λεκτοῦ καθήκουσα· ἀπὸ Λεκτοῦ δὲ μέχρι Καΐκου ποταμοῦ καὶ τῶν Κανῶν λεγομένων ἐστὶ τὰ περὶ Ἄσσον καὶ Ἀδραμύττιον καὶ Ἀταρνέα καὶ Πιτάνην καὶ τὸν Ἐλαϊτικὸν κόλπον· οἷς πᾶσιν ἀντι-

et rursus,

Sipylum in Idæa terra;

atque Tantalus ait :

Sero arvum quantum est duodecim dierum iter
Berecyntium agrum, ubi Adrasteæ sedes,
Idaque mugitibus et balatibus [πᾶν τ' Ἐρεχθεῖον π.]
resonant (πρέπουσι) ovium totusque Erectheus campus

# STRABONIS

# GEOGRAPHICORUM

## LIBER DECIMUS TERTIUS.

### ARGUMENTUM.

Tertius decimus liber continet Asiæ partem inde a Propontide inferiorem, sumpto a Cyzico exordio, deinceps oram omnem ab hac parte maritimam, et si quæ adjectæ sunt insulæ; maxime immoratur Trojæ, quamquam sit deserta, propter claritatem celebritatemque, quam bellum ei peperit.

### CAP. I.

Hactenus ergo descripta nobis esto Phrygia. Revertamur nunc ad Propontidem et oram maritimam, quæ deinceps ab Æsepo est, ac eodem ordine omnia peragremus. Troas prima est in hac ora, cujus celeberrima fama, quanquam dirutæ et desertæ, non levem tamen multa dicendi materiam suggerit. Quo loco venia nobis petenda est, monendusque lector, ne causam prolixitatis imputet nobis potius, quam iis, qui vehementi tenentur desiderio nobilia et antiqua cognoscendi; conferunt ad eam aliquid etiam quum multitudo eorum, qui in istis locis sedes posuerunt Græci atque barbari, tum scriptores, qui neque eadem omnes, neque perspicue omnia perhibuerunt; quorum inter primos est Homerus, conjectandi de plerisque ansam præbens; nobis vero et hujus et aliorum dicta censenda sunt, ubi prius in summa locorum eorum naturam descripserimus.

2. A Cyzicena igitur regione locisque et Æsepo et Granico vicinis usque ad Abydum et Sestum ora Propontidis maritima porrigitur, ab Abydo autem usque ad Lectum regio est circa Ilium et Tenedum et Alexandriam Troadem; his omnibus imminet Ida mons, usque ad Lectum pertinens; a Lecto autem usque ad Caicum fluvium et Canas, quæ [*nunc?*] vocantur, Assus sunt et Adramyttium et Atarneus et Pitane et Elaiticus sinus; quibus omnibus ex

παρήκει ἡ τῶν Λεσβίων νῆσος· εἶθ' ἑξῆς τὰ περὶ Κύμην μέχρι Ἕρμου καὶ Φωκαίας, ἥπερ ἀρχὴ μὲν τῆς Ἰωνίας ἐστί, πέρας δὲ τῆς Αἰολίδος. τοιούτων δὲ τῶν τόπων ὄντων, ὁ μὲν ποιητὴς ἀπὸ τῶν περὶ Αἴσηπον τόπων καὶ τῶν περὶ τὴν νῦν Κυζικηνὴν χώραν ὑπαγορεύει μάλιστα τοὺς Τρῶας ἄρξαι μέχρι τοῦ Καΐκου ποταμοῦ διῃρημένους κατὰ δυναστείας εἰς ὀκτὼ μερίδας ἢ καὶ ἐννέα· τὸ δὲ τῶν ἄλλων ἐπικούρων πλῆθος ἐν τοῖς συμμάχοις διαριθμεῖται.

3. Οἱ δ' ὕστερον τοὺς ὅρους οὐ τοὺς αὐτοὺς λέγουσι καὶ τοῖς ὀνόμασι χρῶνται διηλλαγμένως, αἱρέσεις † νέμοντες πλείους. μάλιστα δὲ αἱ τῶν Ἑλλήνων ἀποικίαι παρεσχήκασι λόγον· ἧττον μὲν ἡ Ἰωνική· πλείονι γὰρ διέστηκε τῆς Τρῳάδος· ἡ δὲ τῶν Αἰολέων παντάπασι· καθ' ὅλην γὰρ ἐσκεδάσθη ἀπὸ τῆς Κυζικηνῆς μέχρι τοῦ Καΐκου καὶ ἐπέλαβεν ἔτι πλέον τὴν μεταξὺ τοῦ Καΐκου καὶ τοῦ Ἕρμου ποταμοῦ. τέτρασι γὰρ δὴ γενεαῖς πρεσβυτέραν φασὶ τὴν Αἰολικὴν ἀποικίαν τῆς Ἰωνικῆς, διατριβὰς δὲ λαβεῖν καὶ χρόνους μακροτέρους. Ὀρέστην μὲν γὰρ ἄρξαι τοῦ στόλου, τούτου δ' ἐν Ἀρκαδίᾳ τελευτήσαντος τὸν βίον, διαδέξασθαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πενθίλον καὶ προελθεῖν μέχρι Θρᾴκης ἑξήκοντα ἔτεσι τῶν Τρωικῶν ὕστερον, ὑπ' αὐτὴν τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν εἰς Πελοπόννησον κάθοδον· εἶτ' Ἀρχέλαον, υἱὸν ἐκείνου, περαιῶσαι τὸν Αἰολικὸν στόλον εἰς τὴν νῦν Κυζικηνὴν τὴν περὶ τὸ Δασκύλιον· Γρᾶν δέ, τὸν υἱὸν τούτου τὸν νεώτατον, προελθόντα μέχρι τοῦ Γρανίκου ποταμοῦ καὶ παρεσκευασμένον ἄμεινον περαιῶσαι τὸ πλέον τῆς στρατιᾶς εἰς Λέσβον καὶ κατασχεῖν αὐτήν· Κλεύην δέ, τὸν Δώρου, καὶ Μαλαόν, καὶ αὐτοὺς ἀπογόνους ὄντας Ἀγαμέμνονος, συναγαγεῖν μὲν τὴν στρατιὰν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, καθ' ὃν καὶ Πενθίλος· ἀλλὰ τὸν μὲν τοῦ Πενθίλου στόλον φθῆναι περαιωθέντα ἐκ τῆς Θρᾴκης εἰς τὴν Ἀσίαν, τούτους δὲ περὶ τὴν Λοκρίδα καὶ τὸ Φρίκιον ὄρος διατρῖψαι πολὺν χρόνον, ὕστερον δὲ διαβάντας κτίσαι τὴν Κύμην τὴν Φρικωνίδα κληθεῖσαν ἀπὸ τοῦ Λοκρικοῦ ὄρους.

4. Τῶν Αἰολέων τοίνυν καθ' ὅλην σκεδασθέντων τὴν χώραν, ἣν ἔφαμεν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγεσθαι Τρωικήν, οἱ (δ') ὕστερον οἱ μὲν πᾶσαν Αἰολίδα προσαγορεύουσιν, οἱ δὲ μέρος, καὶ Τροίαν οἱ μὲν ὅλην, οἱ δὲ μέρος αὐτῆς, οὐδὲν ὅλως ἀλλήλοις ὁμολογοῦντες. εὐθὺς γὰρ ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν Προποντίδα τόπων ὁ μὲν Ὅμηρος ἀπὸ Αἰσήπου τὴν ἀρχὴν ποιεῖται τῆς Τρῳάδος· Εὔδοξος δὲ ἀπὸ Πριάπου καὶ Ἀρτάκης, τοῦ ἐν τῇ Κυζικηνῶν νήσῳ χωρίου ἀνταίροντος τῷ Πριάπῳ, συστέλλων ἐπ' ἔλαττον τοὺς ὅρους· Δαμάστης δ' ἔτι μᾶλλον συστέλλει ἀπὸ Παρίου· καὶ γὰρ οὗτος μὲν ἕως Λεκτοῦ προάγει, ἄλλοι δ' ἄλλως· Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς τριακοσίους ἄλλους ἀφαιρεῖ σταδίους, ἀπὸ Πρακτίου ἀρχόμενος· τοσοῦτοι γάρ εἰσιν ἀπὸ Παρίου εἰς Πράκτιον· ἕως μέντοι Ἀδραμυττίου πρόεισι· Σκύλαξ δὲ ὁ Καρυανδεὺς ἀπὸ Ἀβύδου ἄρχεται· ὁμοίως δὲ τὴν Αἰολίδα Ἔφορος μὲν λέγει ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Κύμης, ἄλλοι δ' ἄλλως.

adverso Lesbus insula protenditur; deinde est circa Cumam regio usque ad Hermum fluvium et Phocæam, ubi initium est Ioniæ, finis Æolidis. Hic quum sit regionis situs, Homerus inde a locis quæ Æsepo et Cyzicenæ nunc dictæ regioni vicina sunt, Troes potissimum imperasse innuit usque ad Caicum amnem, divisa secundum imperia ditione in octo vel etiam novem portiones; reliqua autem auxiliariorum multitudo in sociorum recensione dinumeratur.

3. Posteriores vero non eosdem fines commemorant, ac nomina usurpant significatione diversa, dum plures sectiones (διαιρέσεις) distinguunt. Cujus rei causam præcipue Græcorum præbuerunt coloniæ; minus quidem Ionica (hæc enim longius a Troade distabat), Æolica autem quam plurimum; per totam enim dispersa est oram inde a Cyzico usque ad Caicum, et ulterius etiam mediam inter Caicum et Hermum fluvios regionem assumpsit. Quattuor enim ætatibus Æolicam coloniam Ionica dicunt priorem fuisse, attamen moras interposuisse et tempora duxisse longius. Scilicet principem deducendæ coloniæ fuisse Orestem; ei in Arcadia vivis exempto Penthilum filium successisse, et progressum esse usque in Thraciam sexaginta annis post Troica, quo ipso tempore in Peloponnesum redierunt Heraclidæ; deinde Archelaum, Penthili filium, coloniam Æolicam traduxisse in regionem quæ nunc Cyzicena est circa Dascylium; Gran porro, filium hujus natu minimum, usque ad Granicum flumen progressum, quumque se melius instruxisset, majorem exercitus partem in Lesbum trajecisse, atque hanc obtinuisse; Cleuam vero, Dori filium, et Malaum, ipsos quoque Agamemnonis stirpis, exercitum quidem eodem quo Penthilus tempore conduxisse, sed Penthili copias transitum ex Thracia in Asiam anticipasse; hos in Locride ad Phricium montem multum temporis traxisse, et postea demum in Asiam transvectos Cumam condidisse, a Locridis monte Phriconidem dictam.

4. Ergo quum Æolenses per totam sint dispersi eam regionem, quam a poeta Troicam vocari diximus, posteriorum alii universam eam Æolidis nomine afficiunt, alii partem ejus, itemque Trojam alii totam, alii partem, neque inter se quidquam iis convenit. Homerus enim statim de ipsis ad Propontidem locis, ab Æsepo scilicet, Troadis facit initium; Eudoxus autem a Priapo et Artace, qui locus in Cyzicenorum insula Priapo opponitur, arctius contractis finibus, sumit; Damastes etiam magis contrahens (συστέλλων), a Pario Troadem incipit; atque hic quidem usque ad Lectum producit, alii aliter; Charon Lampsacenus alia trecenta stadia aufert, a Practio initium ei ponens, quod tot abest a Pario, quot dixi, stadiis, sed ad Adramyttium usque producit; Scylax Caryandensis Abydum initium facit. Idem de Æolide est factum, quam Ephorus Abydo et Cuma terminat, alii aliter.

5. Τοπογραφεῖ δὲ κάλλιστα τὴν ὄντως λεγομένην Τροίαν ἡ τῆς Ἴδης θέσις, ὄρους ὑψηλοῦ βλέποντος πρὸς δύσιν καὶ τὴν ταύτῃ θάλατταν, μικρὰ δ' ἐπιστρέφοντος καὶ πρὸς ἄρκτον καὶ τὴν ταύτῃ παραλίαν. Ἔστι δὲ αὕτη μὲν τῆς Προποντίδος ἀπὸ τῶν περὶ Ἄβυδον στενῶν ἐπὶ τὸν Αἴσηπον καὶ τὴν Κυζικηνήν· ἡ δ' ἑσπερία θάλαττα ὅ τε Ἑλλήσποντός ἐστιν [ὁ] ἔξω καὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος. πολλοὺς δ' ἔχουσα πρόποδας ἡ Ἴδη καὶ σκολοπενδρώδης οὖσα τὸ σχῆμα ἐσχάτοις ἀφορίζεται τούτοις, τῷ τε περὶ τὴν Ζέλειαν ἀκρωτηρίῳ καὶ τῷ καλουμένῳ Λεκτῷ, τῷ μὲν τελευτῶντι εἰς τὴν μεσόγαιαν μικρὸν ὑπὲρ τῆς Κυζικηνῆς· καὶ δὴ καὶ ἔστι νῦν ἡ Ζέλεια τῶν Κυζικηνῶν· τὸ δὲ Λεκτὸν εἰς τὸ πέλαγος καθήκει τὸ Αἰγαῖον, ἐν παράπλῳ κείμενον τοῖς ἐκ Τενέδου πλέουσιν εἰς Λέσβον.

Ἴδην δ' ἵκανον πολυπίδακα μητέρα θηρῶν,
Λεκτόν, ὅθι πρῶτον λιπέτην ἅλα

Ὕπνος καὶ ἡ Ἥρα. τοῖς οὖσιν οἰκείως τοῦ ποιητοῦ φράζοντος τὸ Λεκτόν· καὶ γὰρ ὅτι τῆς Ἴδης ἐστὶ τὸ Λεκτὸν καὶ διότι πρώτη ἀπόβασις ἐκ θαλάττης αὕτη τοῖς ἐπὶ τὴν Ἴδην ἀνιοῦσιν, εἴρηκεν ὀρθῶς, καὶ τὸ πολυπίδακον· εὐυδρότατον γὰρ κατὰ ταῦτα μάλιστα τὸ ὄρος, δηλοῖ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ποταμῶν,

ὅσσοι ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων ἅλαδε προρέουσι,
Ῥῆσός θ' Ἑπτάπορός τε

καὶ οἱ ἑξῆς, οὓς ἐκεῖνος εἴρηκε καὶ ἡμῖν νυνὶ πάρεστιν ὁρᾶν. Τοὺς δὴ πρόποδας τοὺς ἐσχάτους ἐφ' ἑκάτερα † ὁρᾷ οὕτως τὸ Λεκτὸν καὶ τὴν Ζέλειαν, οἰκείως τούτων καὶ ἀκρώρειαν ἀφορίζει Γάργαρον, ἄκρον λέγων· καὶ γὰρ νῦν Γάργαρον ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι τῆς Ἴδης δείκνυται τόπος, ἀφ' οὗ τὰ νῦν Γάργαρα πόλις Αἰολική. ἐντὸς μὲν οὖν τῆς Ζελείας καὶ τοῦ Λεκτοῦ πρῶτά ἐστιν ἀπὸ τῆς Προποντίδος ἀρξαμένοις [τὰ] μέχρι τῶν κατ' Ἄβυδον στενῶν· εἶτ' ἔξω τῆς Προποντίδος τὰ μέχρι Λεκτοῦ.

6. Κάμψαντι δὲ τὸ Λεκτὸν ἀναχεῖται κόλπος μέγας, ὃν ἡ Ἴδη ποιεῖ πρὸς τὴν ἤπειρον ἀποχωροῦσα ἀπὸ τοῦ Λεκτοῦ καὶ αἱ Κάναι, τὸ ἐκ θατέρου μέρους ἀντικείμενον ἀκρωτήριον τῷ Λεκτῷ· καλοῦσι δ' οἱ μὲν Ἰδαῖον κόλπον, οἱ δ' Ἀδραμυττηνόν. ἐν τούτῳ δὲ αἱ τῶν Αἰολέων πόλεις μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἕρμου, καθάπερ εἰρήκαμεν. εἴρηται δὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι τοῖς ἐκ Βυζαντίου πλέουσι πρὸς νότον ἐπ' εὐθείας ἐστὶν ὁ πλοῦς, πρῶτον ἐπὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον διὰ μέσης τῆς Προποντίδος, ἔπειτα τῆς παραλίας τῆς Ἀσίας μέχρι Καρίας. ταύτην δὴ φυλάττοντας χρὴ τὴν ὑπόθεσιν ἀκούειν τῶν ἑξῆς, κἂν λέγωμεν κόλπους τινὰς ἐν τῇ παραλίᾳ, τάς τε ἄκρας δεῖ νοεῖν τὰς ποιούσας αὐτούς, ἐπὶ τῆς αὐτῆς γραμμῆς κειμένας, ὥσπερ τινὸς μεσημβρινῆς.

7. Ἐκ δὴ τῶν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένων εἰκάζουσιν οἱ φροντίσαντες περὶ τούτων πλέον τι, πᾶσαν τὴν παραλίαν ταύτην ὑπὸ τοῖς Τρωσὶ γεγονέναι, διῃρημένην

5. Regionis quæ vere Troja dicitur, optime describit situm Ida, mons excelsus, qui occasum spectat et mare, quod ab ea est parte, paululum vero se convertit etiam versus septentrionem et oram quæ ibi est maritimam. Hæc est Propontidis ora a faucibus Abydenis usque ad Æsepum et Cyzicenam: occiduum vero mare est situs extra Propontidem Hellespontus et Ægæum pelagus. Quum autem multos pedes habeat Ida prominentes, et scolopendram forma referat, his duobus extremis terminatur promontoriis: uno, quod ad Zeliam pertinet, altero Lecto; prius in mediterranea desinit haud multum supra Cyzicenum agrum (et hodie quidem ipsorum Cyzicenorum Zelia est), posterius in mare Ægæum exit, legiturque ab iis, qui a Tenedo in Lesbum navigant (*Il.* 14, 283):

Ad Idam venerunt fontibus irriguam, matrem ferarum,
ad Lectum, ubi primum liquerunt mare,

nimirum Somnus et Juno. In quibus veritati consentanea de Lecto poeta dicit; nam tum quod Idæ sit Lectum, tum quod e mari ad Idam ituris ibi prima sit exscensio recte dixit, sicuti etiam quod multas habeat scaturigines; nam hac maxime sui parte mons aquis abundat: idque docet copia fluviorum (*Il.* 12, 19),

quotquot ab Idæis montibus in mare profluunt,
Rhesus et Heptaporus

et alii, quos ille commemorat, et nobis quoque etiamnunc videre licet. [***] Jam quum extremos ab utraque parte pedes Idæ Lectum et Zeliam (*Il.* 2, 824) recte Homerus dixerit (φράζων οὕτος?), convenienter his etiam verticem definit Gargarum, summitatem vocans (*Il.* 14, 292). Nam etiamnum in superioribus Idæ partibus Gargarum locus monstratur, de quo nunc Gargara urbs Æolica vocatur. Sitæ igitur inter Zeliam et Lectum Troadis prima est pars a Propontide usque ad fauces prope Abydum; inde altera est extra Propontidem sita usque ad Lectum.

6. Ubi cursum circa Lectum flexeris, magnus effunditur sinus, quem Ida facit a Lecto versus continentem declinans, et Canæ, ab altera sinus parte oppositum Lecto promontorium; sinum alii Idæum vocant, alii Adramyttenum. In hoc sitæ sunt urbes Æolensium usque ad ostia Hermi, ut diximus. Id quoque supra dictum est, iis, qui a Byzantio navigant versus meridiem, iter esse ad rectam lineam, initio ad Sestum et Abydum per mediam Propontidem, deinde juxta oram Asiæ usque ad Cariam. Atque observare oportet quod nunc ponimus eos qui sequentia legunt, adeo ut, quum sinuum faciemus mentionem in hac ora, promontoria intelligant dici, a quibus isti conficiuntur, in eadem sita linea veluti quodam meridiano.

7. Ex iis igitur quæ poeta dixit, scrutantes has res curiosius, conjiciunt totam istam oram Troibus fuisse subditam, in novem distinctam provincias, quæ tempore belli

μὲν εἰς δυναστείας ἐννέα, ὑπὸ δὲ τῷ Πριάμῳ τεταγμένην κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον καὶ λεγομένην Τροίαν· δῆλον δὲ ἐκ τῶν κατὰ μέρος. οἱ γὰρ περὶ τὸν Ἀχιλλέα τειχήρεις ὁρῶντες τοὺς Ἰλιέας κατ' ἀρχάς, ἔξω ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον ἐπεχείρησαν, καὶ περιιόντες ἀφαιρεῖσθαι τὰ κύκλῳ·

δώδεκα δὴ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων,
πεζὸς δ' ἕνδεκά φημι κατὰ Τροίην ἐρίβωλον.

Τροίαν γὰρ λέγει τὴν πεπορθημένην ἤπειρον· πεπόρθηται δὲ σὺν ἄλλοις τόποις καὶ τὰ ἀντικείμενα τῇ Λέσβῳ τὰ περὶ Θήβην καὶ Λυρνησσὸν καὶ Πήδασον τὴν τῶν Λελέγων καὶ ἔτι ἡ τοῦ Εὐρυπύλου τοῦ Τηλέφου παιδός·

ἀλλ' οἷον τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ

ὁ Νεοπτόλεμος,

ἥρω Εὐρύπυλον.

ταῦτα δὴ πεπορθῆσθαι λέγει καὶ αὐτὴν τὴν Λέσβον·

ὅτε Λέσβον ἐϋκτιμένην ἕλεν αὐτός·

καὶ

πέρσε δὲ Λυρνησσὸν καὶ Πήδασον·

καὶ

Λυρνησσὸν διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης.

ἐκ μὲν Λυρνησσοῦ ἡ Βρισηὶς ἑάλω

τὴν ἐκ Λυρνησσοῦ ἐξείλετο·

ἧς ἐν τῇ ἁλώσει τὸν Μύνητα καὶ τὸν Ἐπίστροφον πεσεῖν φησιν, ὡς ἡ Βρισηὶς θρηνοῦσα τὸν Πάτροκλον δηλοῖ·

οὐδὲ μὲν οὐδέ μ' ἔασκες, ὅτ' ἄνδρ' ἐμὸν ὠκὺς Ἀχιλλεὺς
ἔκτεινεν, πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο Μύνητος,
κλαίειν·

ἐμφαίνει γὰρ τὴν Λυρνησσὸν λέγων πόλιν θείοιο Μύνητος, ὡς ἂν δυναστευομένην ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐνταῦθα πεσεῖν αὐτὸν μαχόμενον· ἐκ δὲ τῆς Θήβης ἡ Χρυσηὶς ἐλήφθη·

ᾠχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος·

ἐκ δὲ τῶν ἀχθέντων ἐκεῖθεν φησὶν εἶναι τὴν Χρυσηΐδα. [ἐνθένδε δ' ἦν καὶ ἡ Ἀνδρομάχη (Ex epitome)·]

Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος·
Ἠετίων, ὃς ἔναιεν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ,
Θήβῃ ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων.

δευτέρα οὖν αὕτη δυναστεία Τρωικὴ μετὰ τὴν ὑπὸ Μύνητι. οἰκείως δὲ τούτοις καὶ τὸ ὑπὸ τῆς Ἀνδρομάχης λεχθὲν οὕτως,

Ἕκτορ, ἐγὼ δύστηνος· ἰῇ ἄρα γεινόμεθ' αἴσῃ
ἀμφότεροι, σὺ μὲν ἐν Τροίῃ Πριάμου ἐνὶ οἴκῳ,
αὐτὰρ ἐγὼ Θήβησιν,

οὐκ οἴονται δεῖν ἐξ εὐθείας ἀκούειν, σὺ μὲν ἐν Τροίῃ, αὐτὰρ ἐγὼ Θήβησιν ἢ Θήβηθεν, ἀλλὰ καθ' ὑπερβατόν· ἀμφότεροι ἐν Τροίῃ, σὺ μὲν Πριάμου ἐνὶ οἴκῳ, αὐτὰρ ἐγὼ Θήβησι. τρίτη δ' ἐστὶν ἡ τῶν Λελέγων, καὶ αὕτη Τρωική,

Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει·

Trojani omnes paruerint Priamo, ac Trojæ nomen gesserint; id liquere ex iis quæ de singulis afferuntur. Nam Achilles cum suis ab initio videns muris defendi Ilienses, aggressus est foris bellum facere, et eo in orbem circumlato singula diripere (*Il.* 9, 328):

Duodecim cum navibus urbes vastavi hominum,
pedester vero undecim numero per Trojam glebosam.

Trojam hic appellat continentem ab eo populatam. Vastata præter alia loca sunt etiam ea quæ Lesbo objacent, circa Theben, Lyrnessum et Pedasum, quæ Lelegum erat, et ditio Eurypyli, Telepho nati (*Od.* 18, 518):

Sed qualem Telephi filium interfecit ferro

Neoptolemus scilicet,

heroem Eurypylum.

Hæc igitur vastata esse dicit et ipsam quoque Lesbum (*Il.* 9, 129):

quando Lesbum bene habitatam cepit ipse;

et (*Il.* 20, 92):

vastavit Lyrnessum et Pedasum;

et (*Il.* 2, 691):

Lyrnessum populatus et mœnia Thebæ.

E Lyrnesso Briseis abducta est (*Il.* 2, 690):

quam e Lyrnesso ceperat,

cujus urbis in expugnatione Mynetem et Epistrophum cecidisse ait ut Briseis Patroclum lamentans indicat (*Il.* 19, 295):

Haud tu me sinebas, quando virum meum velox Achilles
interfecit, evertitque urbem divini Mynetis,
flere.

Etenim Lyrnessum dicens *urbem divini Mynetis*, utpote quæ imperio ejus paruerit, ibidem etiam cecidisse eum propugnantem indicat. E Thebe autem Chryseis abducta fuit (*Il.* 1, 366):

Proficiscebamur contra Theben, sacram urbem Eetionis;

inter captivas autem hinc abductas fuisse dicit Chryseidem. [*Inde orta etiam Andromache*] (*Il.* 6, 395):

Andromache filia magnanimi Eetionis;
Eetionis, qui habitabat sub Placo silvosa,
in Thebe Hypoplacia, Cilicibus viris imperans.

Hæc ergo secunda est Troum ditio post eam quæ Myneti paruit. Congruit iis etiam ista vox Andromachæ (*Il.* 22, 477):

Hector, me miseram! eodem sane nati sumus fato
ambo, tu quidem in Troja Priami in domo,
ego autem Thebis;

in quibus illa: *tu quidem in Troja, ego vero Thebis* seu *ex Thebis,* non recto verborum ordine intelligenda putant, sed transpositis verbis hunc in modum: *Ambo nos in Troja, tu quidem Priami in domo, ego vero Thebis.* Tertia autem ditio est Lelegum, ipsa quoque Trojæ pars (*Il.* 21, 86):

Altæ, qui Lelegibus bellicosis imperat

οὗ τῇ θυγατρὶ συνελθὼν Πρίαμος γεννᾷ τὸν Λυκάονα καὶ Πολύδωρον. καὶ μὴν οἵ γε ὑπὸ τῷ Ἕκτορι ἐν τῷ καταλόγῳ ταττόμενοι λέγονται Τρῶες·

Τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευε μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ.

εἶθ' οἱ ὑπὸ τῷ Αἰνείᾳ·

Δαρδανίων αὖτ' ἦρχεν ἐῢς παῖς Ἀγχίσαο·

καὶ οὗτοι Τρῶες· φησὶ γοῦν·

Αἰνεία, Τρώων βουληφόρε.

εἶθ' οἱ ὑπὸ Πανδάρῳ Λύκιοι, οὓς καὶ αὐτοὺς καλεῖ Τρῶας·

οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης,
Ἀφνειοί, πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο,
Τρῶες· τῶν αὖτ' ἦρχε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός,
Πάνδαρος.

ἕκτη δ' αὕτη δυναστεία. καὶ μὴν οἵ γε μεταξὺ τοῦ Αἰσήπου καὶ Ἀβύδου Τρῶες· ὑπὸ μὲν γὰρ τῷ Ἀσίῳ ἐστὶ τὰ περὶ Ἄβυδον·

οἳ δ' ἄρα Περκώτην καὶ Πράκτιον ἀμφενέμοντο,
καὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον ἔχον καὶ δῖαν Ἀρίσβην,
τῶν αὖθ' Ὑρτακίδης ἦρχ' Ἄσιος·

ἀλλ' ἐν Ἀβύδῳ μὲν υἱὸς τοῦ Πριάμου διέτριβεν, ἵππους νέμων, πατρῴας δηλονότι·

ἀλλ' υἱὸν Πριάμοιο νόθον βάλε Δημοκόωντα,
ὅς οἱ Ἀβυδόθεν ἦλθε παρ' ἵππων ὠκειάων·

ἐν δὲ Περκώτῃ υἱὸς Ἱκετάονος ἐβουνόμει, οὐκ ἀλλοτρίας οὐδ' οὗτος βοῦς·

πρῶτον δ' Ἱκεταονίδην ἐνένιπτεν,
ἴφθιμον Μελάνιππον· ὁ δ' ὄφρα μὲν εἰλίποδας βοῦς
βόσκ' ἐν Περκώτῃ·

ὥστε καὶ αὕτη ἂν εἴη Τρωὰς καὶ ἡ ἐφεξῆς ἕως Ἀδραστείας· ἦρχον γὰρ αὐτῆς

υἷε δύω Μέροπος Περκωσίου.

πάντες μὲν δὴ Τρῶες οἱ ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Ἀδραστείας, δίχα μέντοι διῃρημένοι, οἱ μὲν ὑπὸ τῷ Ἀσίῳ, οἱ δ' ὑπὸ τοῖς Μεροπίδαις· καθάπερ καὶ ἡ τῶν Κιλίκων διττή, ἡ μὲν Θηβαϊκή, ἡ δὲ Λυρνησσίς· ἐν αὐτῇ δ' ἂν λεχθείη ἡ ὑπὸ Εὐρυπύλῳ ἐφεξῆς οὖσα τῇ Λυρνησσίδι. ὅτι δὲ τούτων ἁπάντων ἦρχεν ὁ Πρίαμος, οἱ τοῦ Ἀχιλλέως λόγοι πρὸς τὸν Πρίαμον σαφῶς ἐμφανίζουσι·

καί σε, γέρον, τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι,
ὅσσον Λέσβος ἄνω Μάκαρος πόλις ἐντὸς ἐέργει,
καὶ Φρυγίη καθύπερθε, καὶ Ἑλλήσποντος ἀπείρων,
[τῶν σε, γέρον, πλούτῳ τε καὶ υἱάσι φασὶ κεκάσθαι.]

8. Τότε μὲν οὖν τοιαῦτα ὑπῆρχεν, ὕστερον δὲ ἠκολούθησαν μεταβολαὶ παντοῖαι. τὰ μὲν γὰρ περὶ Κύζικον Φρύγες ἐπῴκησαν ἕως Πρακτίου, τὰ δὲ περὶ Ἄβυδον Θρᾷκες· ἔτι δὲ πρότερον τούτων ἀμφοῖν Βέβρυκες καὶ Δρύοπες· τὰ δ' ἑξῆς Τρῆρες, καὶ οὗτοι Θρᾷκες· τὸ δὲ Θήβης πεδίον Λυδοί, οἱ τότε Μῄονες, καὶ Μυσῶν οἱ περιγενόμενοι τῶν ὑπὸ Τηλέφῳ πρότερον καὶ Τεύθραντι. οὕτω δὴ τοῦ ποιητοῦ τὴν Αἰολίδα καὶ τὴν Τροίαν εἰς ἓν συντιθέντος, καὶ τῶν Αἰολέων τὴν

cujus Altæ ex filia Priamus genuit Lycaonem ac Polydorum. Jam qui sub Hectore in copiarum recensu ponuntur, ipso Trojanorum nomine memorantur (*Il.* 2, 816):

Trojanis dux erat magnus galeam motans Hector.

Tum qui sub Ænea erant, ita (*Il.* 2, 819):

Dardaniis porro imperabat strenuus filius Anchisæ;

hi quoque Troes erant. Dicit enim (*Il.* 20, 83):

Æneas, Troum consiliator.

Sequuntur Lycii sub Pandaro, quos et ipsos vocat Troes (*Il.* 2, 824):

Qui vero Zeliam habitabant sub pedem imum Idæ,
Aphnei, bibentes aquam nigram Æsepi,
Troes: his præerat Lycaonis clarus filius
Pandarus.

Hæc sexta est Trojæ ditio. Porro etiam ii, qui inter Æsepum et Abydum degunt, Troes sunt; nam vicina Abydo regio subjecta est Asio (*Il.* 2, 835):

Qui autem Percoten et Practium circumhabitabant,
et Sestum et Abydum tenebant et divinam Arisben,
his Hyrtacides præerat Asius.

Jam vero apud Abydum filius Priami degebat, equas pascens, paternas scilicet (*Il.* 4, 499):

Sed Priami filium spurium percussit, Democoontem,
qui ei ex Abydo venerat ab equabus velocibus;

ad Percoten autem Hicetaonis filius boves pascebat, nec alienas ne hic quidem (*Il.* 15, 546):

Primum vero Hicetaonidem appellabat,
fortem Melanippum, qui prius flexipedes boves
pascebat in Percote,

adeo ut hæc quoque Troas sit, sicuti sequens regio usque ad Adrasteam; huic enim præerant (*Il.* 2, 831)

filii duo Meropis Percosii.

Omnes ergo qui ab Abydo usque ad Adrasteam habitant, Troes sunt, in duas divisi tamen partes, quarum alteri Asius præerat, alteri Meropis filii; sicut Cilicia quoque duplex fuit, una Thebaica, altera Lyrnessis, cui accenseri possit etiam Eurypyli ditio Lyrnessidi contigua. His autem omnibus imperasse Priamum, verba quibus Achilles Priamum alloquitur, aperte demonstrant (*Il.* 24, 543):

Te quoque, senex, olim audimus fuisse felicem;
quotquot Lesbus in alto, Macaris sedes, intus continet
et Phrygia superior et Hellespontus immensus,
[*horum te, senex, divitiis et filiis aiunt fuisse ornatum.*]

8. Ista igitur tempestate Troja talis fuit; postea mutationes subsecutæ sunt omnis generis. Nam quæ circa Cyzicum sunt Phryges occupaverunt usque ad Practium; quæ circa Abydum, Thraces, atque ante utrosque Bebryces et Dryopes; quæ deinceps sunt, Treres, ipsi quoque Thraces; Thebes campum Lydi, qui tunc dicebantur Mæones, et Mysorum, qui olim sub Telepho et Teuthrante fuerant, reliquiæ. Quum ergo poeta hoc pacto Æolidem et Trojam

ἀπὸ τοῦ Ἕρμου πᾶσαν μέχρι τῆς κατὰ Κύζικον παραλίας κατασχόντων καὶ πόλεις κτισάντων, οὐδ' ἂν ἡμεῖς ἀτόπως περιοδεύσαιμεν, εἰς ταὐτὸ συντιθέντες τήν τε Αἰολίδα νῦν ἰδίως λεγομένην, τὴν ἀπὸ τοῦ Ἕρμου μέχρι Λεκτοῦ καὶ τὴν ἐφεξῆς μέχρι τοῦ Αἰσήπου. ἐν γὰρ τοῖς καθ' ἕκαστα διακρινοῦμεν πάλιν, παρατιθέντες ἅμα τοῖς νῦν οὖσι τὰ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ καὶ τῶν ἄλλων λεγόμενα.

9. Ἔστιν οὖν μετὰ τὴν τῶν Κυζικηνῶν πόλιν καὶ τὸν Αἴσηπον ἀρχὴ τῆς Τρωάδος καθ' Ὅμηρον. λέγει δ' ἐκεῖνος μὲν οὕτω περὶ αὐτῆς·

οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης
Ἀφνειοί, πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο,
Τρῶες· τῶν αὖθ' ἦρχε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός,
Πάνδαρος.

τούτους δὲ ἐκάλει καὶ Λυκίους· Ἀφνειοὺς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀφνίτιδος νομίζουσι λίμνης· καὶ γὰρ οὕτω καλεῖται ἡ Δασκυλῖτις.

10. Ἡ μὲν δὴ Ζέλεια ἐν τῇ παρωρείᾳ τῇ ὑστάτῃ τῆς Ἴδης ἐστίν, ἀπέχουσα Κυζίκου μὲν σταδίους ἐνενήκοντα καὶ ἑκατόν, τῆς δ' ἐγγυτάτω θαλάττης, καθ' ἣν ἐκδίδωσιν Αἴσηπος, ὅσον ὀγδοήκοντα. ἐπιμερίζει δὲ συνεχῶς τὰ κατὰ τὴν παραλίαν τὴν μετὰ τὸν Αἴσηπον·

οἳ δ' Ἀδρήστειάν τ' εἶχον καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ,
καὶ Πιτύαν εἶχον καὶ Τηρείης ὄρος αἰπύ,
τῶν ἦρχ' Ἄδρηστός τε καὶ Ἄμφιος λινοθώρηξ,
υἷε δύω Μέροπος Περκωσίου.

ταῦτα δὲ τὰ χωρία τῇ Ζελείᾳ μὲν ὑποπέπτωκε, ἔχουσι δὲ Κυζικηνοί τε καὶ Πριαπηνοὶ μέχρι καὶ τῆς παραλίας. Περὶ μὲν οὖν τὴν Ζέλειαν ὁ Τάρσιός ἐστι ποταμός, εἴκοσιν ἔχων διαβάσεις τῇ αὐτῇ ὁδῷ, καθάπερ ὁ Ἑπτάπορος, ὅν φησιν ὁ ποιητής· ὁ δ' ἐκ Νικομηδείας εἰς Νίκαιαν τέτταρας καὶ εἴκοσι, πολλοὺς δὲ καὶ ὁ ἐκ Φολόης εἰς τὴν Ἠλείαν † Σκάρθων πέντε καὶ εἴκοσι, πολλοὺς δὲ καὶ ὁ ἐκ Κοσκινίων εἰς Ἀλάβανδα, πέντε δὲ καὶ ἑβδομήκοντα ὁ ἐκ Τυάνων εἰς Σόλους διὰ τοῦ Ταύρου.

11. Ὑπὲρ δὲ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Αἰσήπου σχεδόν τι... σταδίοις κολωνός ἐστιν, ἐφ' ᾧ τάφος δείκνυται Μέμνονος τοῦ Τιθωνοῦ· πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ἡ Μέμνονος κώμη. τοῦ δὲ Αἰσήπου καὶ τοῦ Πριάπου μεταξὺ ὁ Γράνικος ῥεῖ, τὰ πολλὰ δι' Ἀδραστείας πεδίου· ἐφ' ᾧ Ἀλέξανδρος τοὺς Δαρείου σατράπας ἀνὰ κράτος ἐνίκησε συμβαλών, καὶ πᾶσαν τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου καὶ τοῦ Εὐφράτου παρέλαβεν. ἐπὶ δὲ Γρανίκῳ πόλις ἦν Σιδηνή, χώραν ἔχουσα πολλὴν ὁμώνυμον, κατέσπασται δὲ νῦν. ἐν δὲ τῇ μεθορίᾳ τῆς Κυζικηνῆς καὶ τῆς Πριαπηνῆς ἐστι τὰ Ἁρπάγια τόπος, ἐξ οὗ τὸν Γανυμήδην μυθεύουσιν ἡρπάχθαι· ἄλλοι δὲ περὶ Δαρδάνιον ἄκραν, πλησίον Δαρδάνου.

12. Πρίαπος δ' ἐστὶ πόλις ἐπὶ θαλάττῃ καὶ λιμήν· κτίσμα δ' οἱ μὲν Μιλησίων φασίν, οἵπερ καὶ Ἄβυδον καὶ Προκόννησον συνῴκισαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν, οἱ δὲ Κυζικηνῶν· ἐπώνυμος δ' ἐστὶ τοῦ Πριάπου τιμω-

in unum contraxerit, et Æolenses totam regionem ab Hermo usque ad Cyzicenum litus occupaverint urbesque in ea condiderint, ne nos quidem inepte conjunctim ista descripserimus, componentes eam, quæ nunc Æolis proprie dicitur ab Hermo usque ad Lectum, cum ea, quæ deinceps est usque ad Æsepum. Singulis enim exponendis rursum eas distinguemus, conferentes cum iis, quæ nunc sunt, ea quæ ab Homero et ceteris dicuntur.

9. Proinde post Cyzicenorum urbem et Æsepum initium est Troadis de Homeri sententia. Sic enim de ea loquitur (*Il.* 2, 824):

Qui vero Zeliam habitabant sub pedem imum Idæ,
Aphnei, bibentes aquam nigram Æsepi,
Trojani: his præerat Lycaonis clarus filius
Pandarus.

Eosdem autem etiam Lycios vocat. Aphneos dici censent ab Aphnitide lacu; nam sic quoque vocatur lacus Dascylitis.

10. Zelia in ultimis Idæ radicibus sita a Cyzico abest stadia centum nonaginta, a proximo mari, in quod se exonerat Æsepus, ad stadia ducenta. Statim deinde loca regionis, quæ post Æsepum est, singillatim recenset (*Il.* 2, 828):

Qui vero Adrasteam tenebant et civitatem Apæsi,
et Pityam tenebant et Tereæ montem altum:
his imperabat Adrastus et Amphius lineum gestans thoracem,
filii duo Meropis Percosii.

Hæc loca Zeliæ sunt subjecta; obtinentur autem a Cyzicenis et Priapenis usque ad litus. Apud Zeliam fluvius est Tarsius, viginti habens in eadem via transitus, sicuti *septem* habet qui ab Homero nominatur Heptaporus; alius a Nicomedia Nicæam fluens (*Gallus sive Dracon*) viginti quattuor habet transitus; multos etiam (*Selleis*) qui e Pholoe in Eleam labitur (*καταρρέων?*), nimirum viginti quisque; multos item qui e Cosciniis versus Alabanda fluit (*Harpasus*); quinque autem et septuaginta is qui Tyanis Solos per Taurum labitur (*Lamus*).

11. Supra Æsepi ostia ad stadia circiter ** tumulus est, in quo sepulcrum ostenditur Memnonis Tithono nati; prope etiam Memnonis est pagus. Inter Æsepum et Priapum Granicus fluit, majori parte per Adrasteæ campum. Ad hunc amnem Alexander satrapas Darii prœlio devicit, ac quidquid Asiæ est intra Taurum atque Euphratem, suum fecit. Ad Granicum sita fuit urbs Sidene, multum habens agri cognominis; nunc diruta est. In confinio Cyziceni ac Priapeni agri locus est Harpagia, unde abreptum Ganymedem fabulantur; alii raptum perhibent prope Dardanium promontorium, quod Dardano est vicinum.

12. Priapus urbs est maritima cum portu; quidam a Milesiis conditam aiunt eodem quo Abydum et Proconnesum tempore, alii a Cyzicenis; nomen habet a Priapo qui ibi colitur; sive id sacrum ab Orneis Corintho vicinis

μένου παρ' αὐτοῖς, εἴτ' ἐξ Ὀρνεῶν τῶν περὶ Κόρινθον μετενηνεγμένου τοῦ ἱεροῦ, εἴτε τῷ λέγεσθαι Διονύσου καὶ Νύμφης τὸν θεὸν ὁρμησάντων ἐπὶ τὸ τιμᾶν αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὴ σφόδρα εὐάμπελός ἐστιν ἡ χώρα καὶ αὕτη καὶ ἐφεξῆς ὅμορος ἥ τε τῶν Παριανῶν καὶ ἡ τῶν Λαμψακηνῶν· ὁ γοῦν Ξέρξης τῷ Θεμιστοκλεῖ εἰς οἶνον ἔδωκε τὴν Λάμψακον. ἀπεδείχθη δὲ θεὸς οὗτος ὑπὸ τῶν νεωτέρων· οὐδὲ γὰρ Ἡσίοδος οἶδε Πρίαπον, ἀλλ' ἔοικε τοῖς Ἀττικοῖς Ὀρθάνῃ καὶ Κονισάλῳ καὶ Τύχωνι καὶ τοῖς τοιούτοις.

huc delatum est, sive eo quod deus ille Bacchi ac Nymphæ filius dicitur, ad venerandum eum homines inducebantur, quandoquidem vitibus et hæc regio abundat et deinceps finitima Parianorum atque Lampsacenorum. Itaque Xerxes Lampsacum Themistocli dedit, ut vinum inde perciperet. Ceterum recentiores demum Priapum deorum in censum retulerunt; non enim noverat Hesiodus Priapum, sed similis Atticorum videtur diis, Orthanæ et Conisalo et Tychoni et similibus.

13. Ἐκαλεῖτο δ' ἡ χώρα αὕτη Ἀδράστεια καὶ Ἀδραστείας πεδίον, κατὰ ἔθος τι οὕτω λεγόντων τὸ αὐτὸ χωρίον διττῶς, ὡς καὶ Θήβην καὶ Θήβης πεδίον, καὶ Μυγδονίαν καὶ Μυγδονίας πεδίον. φησὶ δὲ καὶ Καλλισθένης ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, ὃς πρῶτος Νεμέσεως ἱερὸν ἱδρύσατο, καλεῖσθαι Ἀδράστειαν. ἡ μὲν οὖν πόλις μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου, ἔχουσα ὑποκείμενον πεδίον ἐπώνυμον, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν Ἀπόλλωνος Ἀκταίου καὶ Ἀρτέμιδος κατὰ τὴν † Πυκάτην· εἰς δὲ Πάριον μετηνέχθη πᾶσα ἡ κατασκευὴ καὶ λιθία κατασπασθέντος τοῦ ἱεροῦ, καὶ ᾠκοδομήθη ἐν τῷ Παρίῳ βωμός, Ἑρμοκρέοντος ἔργον, πολλῆς μνήμης ἄξιον κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος· τὸ δὲ μαντεῖον ἐξελείφθη, καθάπερ καὶ τὸ ἐν Ζελείᾳ. ἐνταῦθα μὲν οὖν οὐδὲν ἱερὸν Ἀδραστείας δείκνυται, οὐδὲ δὴ Νεμέσεως, περὶ δὲ Κύζικόν ἐστιν Ἀδραστείας ἱερόν. Ἀντίμαχος δ' οὕτω φησίν·

ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεός, ἣ τάδε πάντα
πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος
Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο,
ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

13. Regio ea vocabatur Adrastea et campus Adrasteæ, more quodam recepto, ut duo uni loco nomina essent, sicut Thebe dicitur et Thebes campus, ac Mygdonia et Mygdoniæ campus. Callisthenes Adrasteam ab Adrasto rege denominatam ait, qui primus Nemesi templum posuit. Sita est urbs inter Priapum et Parium, subjecto ejusdem nominis campo, in quo etiam oraculum fuit Apollinis Actæi et Dianæ, e regione Pactyæ (κατὰ τ. Πακτύην); sed in Parium omnis apparatus ac saxa translata sunt, templo destructo, et ædificata Parii ara, Hermocreontis opus, mole ac pulchritudine admodum memorabili; oraculum defecit, ut illud quoque quod Zeliæ fuit. Ceterum hic nullum neque Adrasteæ neque Nemesis templum visitur, apud Cyzicum autem est Adrasteæ fanum; de quo ita habet Antimachus:

Est quædam Nemesis magna dea, quæ hæc omnia
a cœlestibus sortita est; aram ei posuit primus
Adrastus juxta Æsepi amnis fluenta,
ubi sacris colitur et Adrastea vocatur.

14. Ἔστι δὲ καὶ τὸ Πάριον πόλις ἐπὶ θαλάττῃ, λιμένα ἔχουσα μείζω τῆς Πριάπου, καὶ ηὐξημένη γε ἐκ ταύτης· θεραπεύοντες γὰρ οἱ Παριανοὶ τοὺς Ἀτταλικούς, ὑφ' οἷς ἐτέτακτο ἡ Πριαπηνή, πολλὴν αὐτῆς ἀπετέμοντο, ἐπιτρεπόντων ἐκείνων. ἐνταῦθα μυθεύουσι τοὺς Ὀφιογενεῖς συγγένειάν τινα ἔχειν πρὸς τοὺς ὄφεις· φασὶ δ' αὐτῶν τοὺς ἄρρενας τοῖς ἐχιοδήκτοις ἄκος εἶναι συνεχῶς ἐφαπτομένους, ὥσπερ τοὺς ἐπῳδούς, πρῶτον μὲν τὸ πελίωμα εἰς ἑαυτοὺς μεταφέροντας, εἶτα καὶ τὴν φλεγμονὴν παύοντας καὶ τὸν πόνον. μυθεύουσι δὲ τὸν ἀρχηγέτην τοῦ γένους ἥρωά τινα ἐξ ὄφεως μεταβαλεῖν· τάχα δὲ τῶν Ψύλλων τις ἦν τῶν Λιβυκῶν, εἰς δὲ τὸ γένος διέτεινεν ἡ δύναμις μέχρι ποσοῦ. κτίσμα δ' ἐστὶ τὸ Πάριον Μιλησίων καὶ Ἐρυθραίων καὶ Παρίων.

14. Parium quoque urbs est ad mare, portum habens quam Priapus majorem, et quidem rebus Priapenis aucta est; nam Pariani Attalicis regibus operam suam navantes, quibus suberat Priapena, illorum permissu multa hujus ad se traxerunt. Ibi locorum fabulantur Ophiogenes seu Serpentigenas esse, qui cum serpentibus quandam habeant cognationem; nam mares eorum medicari aiunt iis qui a vipera morsi sunt, continenter tangendo, tanquam incantatores solent, ac primum in se transferre livorem, deinde inflammationem etiam doloremque sedare. Ferunt principem ejus generis e serpente in heroem fuisse mutatum; fortasse unus e Psyllis Afris fuit, facultas autem illa aliquamdiu eo in genere mansit. Ceterum Parium condiderunt Milesii, Erythræi et Parii insulares.

15. Πιτύα δ' ἐστὶν ἐν Πιτυοῦντι τῆς Παριανῆς, ὑπερκείμενον ἔχουσα πιτυῶδες ὄρος· μεταξὺ δὲ κεῖται Παρίου καὶ Πριάπου κατὰ Λίνον, χωρίον ἐπὶ θαλάττῃ, ὅπου οἱ Λινούσιοι κοχλίαι ἄριστοι τῶν πάντων ἁλίσκονται.

15. Pitya est in agro Pityunte ditionis Parianæ, supraque eam mons est pinuum ferax; sita est inter Parium et Priapum, juxta Linum, maritimum locum, ubi cochleæ Linusiæ omnium præstantissimæ capiuntur.

16. Ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τῷ ἀπὸ Παρίου εἰς Πρίαπον ἥ τε παλαιὰ Προκόννησός ἐστι καὶ ἡ νῦν Προκόννησος, πόλιν ἔχουσα καὶ μέταλλον μέγα λευκοῦ λίθου σφόδρα ἐπαινούμενον· τὰ γοῦν κάλλιστα τῶν ταύτῃ πόλεων

16. In mari, quod a Priapo Parum euntes navigant, antiqua est Proconnesus, itemque nova, urbem habens et magnam fodinam lapidis albi valde laudati; itaque earum, quæ istic sunt, urbium opera, ac præcipue Cyzici, ex

ἔργα, ἐν δὲ τοῖς πρῶτα τὰ ἐν Κυζίκῳ ταύτης ἐστὶ τῆς λίθου. ἐντεῦθέν ἐστιν Ἀριστέας, ὁ ποιητὴς τῶν Ἀριμασπείων καλουμένων ἐπῶν, ἀνὴρ γόης, εἴ τις ἄλλος.

17. Τὸ δὲ Τηρείης ὄρος οἱ μὲν τὰ ἐν Πειρωσσῷ ὄρη φασίν, ἃ ἔχουσιν οἱ Κυζικηνοὶ τῇ Ζελείᾳ προσεχῆ, ἐν οἷς βασιλικὴ θήρα κατεσκεύαστο τοῖς Λυδοῖς, καὶ Πέρσαις ὕστερον· οἱ δ' ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων Λαμψάκου δεικνύουσι λόφον, ἐφ' ᾧ Μητρὸς θεῶν ἱερόν ἐστιν ἅγιον, Τηρείης ἐπικαλούμενον.

18. Καὶ ἡ Λάμψακος δ' ἐπὶ θαλάττῃ πόλις ἐστὶν εὐλίμενος καὶ ἀξιόλογος, συμμένουσα καλῶς, ὥσπερ καὶ ἡ Ἄβυδος· διέχει δ' αὐτῆς ὅσον ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Πιτυοῦσσα, καθάπερ καὶ τὴν Χίον φασίν· ἐν δὲ τῇ περαίᾳ τῆς Χερρονήσου πολίχνιόν ἐστι Καλλίπολις· κεῖται δ' ἐπ' ἀκτῆς, ἐκκειμένη πολὺ πρὸς τὴν Ἀσίαν κατὰ τὴν Λαμψακηνῶν πόλιν, ὥστε τὸ δίαρμα μὴ πλέον εἶναι τετταράκοντα σταδίων.

19. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Λαμψάκου καὶ Παρίου Παισὸς ἦν πόλις καὶ ποταμός· κατέσπασται δ' ἡ πόλις· οἱ δὲ Παισηνοὶ μετῴκησαν εἰς Λάμψακον, Μιλησίων ὄντες ἄποικοι καὶ αὐτοί, καθάπερ καὶ οἱ Λαμψακηνοί· ὁ δὲ ποιητὴς εἴρηκεν ἀμφοτέρως, καὶ προσθεὶς τὴν πρώτην συλλαβήν,

καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ,

καὶ ἀφελών,

ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ
ναῖε πολυκτήμων.

καὶ ὁ ποταμὸς νῦν οὕτω καλεῖται. Μιλησίων δ' εἰσὶ καὶ αἱ Κολωναὶ αἱ ὑπὲρ Λαμψάκου ἐν τῇ μεσογαίᾳ τῆς Λαμψακηνῆς· ἄλλαι δ' εἰσὶν ἐπὶ τῇ ἐκτὸς Ἑλλησποντίᾳ θαλάττῃ, Ἰλίου διέχουσαι σταδίους τετταράκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν· ἐξ ὧν τὸν Κύκνον φασίν. Ἀναξιμένης δὲ καὶ ἐν τῇ Ἐρυθραίᾳ φησὶ λέγεσθαι Κολωνὰς καὶ ἐν τῇ Φωκίδι καὶ ἐν Θετταλίᾳ· ἐν δὲ τῇ Παριανῇ ἐστιν Ἰλιοκολώνη. ἐν δὲ τῇ Λαμψακηνῇ τόπος εὐάμπελος Γεργίθιον· ἦν δὲ καὶ πόλις Γέργιθα, ἐκ τῶν ἐν τῇ Κυμαίᾳ Γεργίθων· ἦν γὰρ κἀκεῖ πόλις πληθυντικῶς καὶ θηλυκῶς λεγομένη αἱ Γέργιθες, ὅθενπερ ὁ Γεργίθιος ἦν Κεφάλων· καὶ νῦν ἔτι δείκνυται τόπος ἐν τῇ Κυμαίᾳ Γεργίθιον πρὸς Λαρίσσῃ. ἐκ Παρίου μὲν οὖν ὁ γλωσσογράφος κληθεὶς ἦν Νεοπτόλεμος μνήμης ἄξιος, ἐκ Λαμψάκου δὲ Χάρων τε ὁ συγγραφεὺς καὶ Ἀδείμαντος καὶ Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ καὶ Μητρόδωρος, ὁ τοῦ Ἐπικούρου ἑταῖρος, καὶ αὐτὸς δ' Ἐπίκουρος τρόπον τινὰ Λαμψακηνὸς ὑπῆρξε, διατρίψας ἐν Λαμψάκῳ καὶ φίλοις χρησάμενος τοῖς ἀρίστοις τῶν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, τοῖς περὶ Ἰδομενέα καὶ Λεοντέα. ἐντεῦθεν δὲ μετήνεγκεν Ἀγρίππας τὸν πεπτωκότα λέοντα, Λυσίππου ἔργον· ἀνέθηκε δὲ ἐν τῷ ἄλσει τῷ μεταξὺ τῆς λίμνης καὶ τοῦ εὐρίπου.

20. Μετὰ δὲ Λάμψακόν ἐστιν Ἄβυδος καὶ τὰ μεταξὺ χωρία, περὶ ὧν οὕτως εἴρηκε συλλαβὼν ὁ ποιητὴς

eo sunt lapide. Proconnesius fuit Aristeas, auctor carminum quæ Arimaspea dicuntur, præstigiator ille, si quis alius.

17. Tereæ montem Homericum alii montes aiunt esse in Pirosso, quos Zeliæ contiguos habent Cyziceni; in quibus regia venatio parata fuit Lydis ac deinde Persis; alii quadraginta a Lampsaco stadiis collem ostendunt, ubi sacrum matris deorum templum est, quod Tereæ cognominatur.

18. Lampsacus quoque mari imminet, egregio portu prædita urbs insignis, bene adhuc constans, sic ut etiam Abydus, a qua distat ad stadia centum septuaginta; ante Pityussa vocabatur, quod nomen Chio quoque fuisse aiunt. Objacet ei in Cherroneso Callipolis oppidulum, situm in acta, quæ longe extenditur versus Asiam et Lampsacum, ita ut trajectus non sit amplior quadraginta stadiis.

19. Inter Lampsacum et Parium Pæsus fuit urbs ac fluvius. Urbe diruta, Pæsani Lampsacum commigraverunt, quum ipsi quoque sicut Lampsaceni *Milesiorum essent* coloni. Homerus duobus modis nomen effert, alio loco proponens syllabam primam (*Il.* 2, 328):

et civitatem Apæsi,

alio detrahens (*Il.* 5, 612):

qui in Pæso
habitabat prædives.

Atque sic nunc fluvius vocatur Pæsus. Milesiorum colonia etiam sunt Colonæ supra Lampsacum in Lampsaceni agri mediterraneis. Aliæ Colonæ sunt ad exterum Hellesponti mare, ab Ilio distantes stadia centum quadraginta, unde Cycnum oriundum fuisse tradunt. Anaximenes etiam in Erythræa haberi Colonas perhibet, et in Phocide inque Thessalia; in agro Pariano autem est Iliocolone. In Lampsacena ditione locus est vitibus bene consitus, nomine Gergithium; fuit etiam urbs Gergitha, a Gergithis in agro Cumano oriunda; nam ibi quoque fuit urbs plurali numero ac feminino genere dicta Gergithes, patria Cephalonis Gergithii; atque etiamnum in Cumano solo monstratur Gergithium ad Larissam. Parium protulit Neoptolemum, cognomento glossographum, virum memoria dignum; Lampsaceni fuerunt Charon, historiæ conscriptor, Adimantus, Anaximenes rhetor et Epicuri discipulus Metrodorus; quin et ipse Epicurus quodammodo Lampsacenus fuit, qui et commoraretur Lampsaci, et præstantissimorum ibi virorum uteretur amicitia, Idomenei et Leontei. Hinc transtulit Agrippa leonem prostratum, Lysippi opus, reposuitque in luco qui inter paludem est et euripum.

20. Post Lampsacum Abydus est et interjacentia loca, de quibus poeta, simul Lampsacenum agrum et Pariani partem

καὶ τὴν Λαμψακηνὴν καὶ τῆς Παριανῆς τινα (οὔπω γὰρ ἦσαν αὗται αἱ πόλεις κατὰ τὰ Τρωικά)·

οἳ δ' ἄρα Περκώτην καὶ Πράκτιον ἀμφενέμοντο,
καὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον ἔχον καὶ δῖαν Ἀρίσβην·
τῶν αὖθ' Ὑρτακίδης ἦρχ' Ἄσιος,

φησίν,

ὃν Ἀρίσβηθεν φέρον ἵπποι
αἴθωνες μεγάλοι ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος.

οὕτω δ' εἰπὼν ἔοικε τὸ βασίλειον ἀποφαίνειν τοῦ Ἀσίου τὴν Ἀρίσβην, ὅθεν ἥκειν αὐτόν φησιν·

ὃν Ἀρίσβηθεν φέρον ἵπποι
ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος.

οὕτω δ' ἀφανῆ τὰ χωρία ταῦτά ἐστιν, ὥστε οὐδ' ὁμολογοῦσι περὶ αὐτῶν οἱ ἱστοροῦντες, πλὴν ὅτι περὶ Ἄβυδον καὶ Λάμψακόν ἐστι καὶ Πάριον, καὶ ὅτι ἡ πάλαι † Περκώτη μετωνομάσθη ὁ(τόπος.)

21. Τῶν δὲ ποταμῶν τὸν μὲν Σελλήεντά φησιν ὁ ποιητὴς πρὸς τῇ Ἀρίσβῃ ῥεῖν· εἴπερ ὁ Ἄσιος Ἀρίσβηθέν τε ἦκε καὶ ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος. ὁ δὲ Πράκτιος ποταμὸς μέν ἐστι, πόλις δ' οὐχ εὑρίσκεται, ὥς τινες ἐνόμισαν· ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος μεταξὺ Ἀβύδου καὶ Λαμψάκου· τὸ οὖν

καὶ Πράκτιον ἀμφενέμοντο,

οὕτω δεκτέον, ὡς περὶ ποταμοῦ, καθάπερ κἀκεῖνα·

οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον,

καὶ

ἀμφί τε Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ ἔργ' ἐνέμοντο.

ἦν δὲ καὶ ἐν Λέσβῳ πόλις Ἀρίσβα, ἧς τὴν χώραν ἔχουσι Μηθυμναῖοι· ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς Ἄρισβος ἐν Θρᾴκῃ, ὥσπερ εἴρηται, καὶ τούτου πλησίον οἱ Κεβρήνιοι Θρᾷκες. πολλαὶ δ' ὁμωνυμίαι Θρᾳξὶ καὶ Τρωσίν, οἷον Σκαιοὶ Θρᾷκές τινες καὶ Σκαιὸς ποταμὸς καὶ Σκαιὸν τεῖχος καὶ ἐν Τροίᾳ Σκαιαὶ πύλαι· Ξάνθιοι Θρᾷκες, Ξάνθος ποταμὸς ἐν Τροίᾳ· Ἄρισβος ὁ ἐμβάλλων εἰς τὸν Ἕβρον, Ἀρίσβη ἐν Τροίᾳ· Ῥῆσος ποταμὸς ἐν Τροίᾳ, Ῥῆσος δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν Θρᾳκῶν. ἔστι δὲ καὶ τῷ Ἀσίῳ ὁμώνυμος ἕτερος παρὰ τῷ ποιητῇ Ἄσιος,

ὃς μήτρως ἦν Ἕκτορος ἱπποδάμοιο,
αὐτοκασίγνητος Ἑκάβης, υἱὸς δὲ Δύμαντος,
ὃς Φρυγίην ναίεσκε ῥοῇς ἐπὶ Σαγγαρίοιο.

22. Ἄβυδος δὲ Μιλησίων ἐστὶ κτίσμα, ἐπιτρέψαντος Γύγου, τοῦ Λυδῶν βασιλέως· ἦν γὰρ ἐπ' ἐκείνῳ τὰ χωρία καὶ ἡ Τρῳὰς ἅπασα, ὀνομάζεται δὲ καὶ ἀκρωτήριόν τι πρὸς Δαρδάνῳ Γύγας· ἐπίκειται δὲ τῷ στόματι τῆς Προποντίδος καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, διέχει δὲ τὸ ἴσον Λαμψάκου καὶ Ἰλίου, σταδίους περὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατόν. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ τὸ ἑπταστάδιον, ὅπερ ἔζευξε Ξέρξης, τὸ διορίζον τὴν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν. καλεῖται δ' ἡ ἄκρα τῆς Εὐρώπης Χερρόνησος διὰ τὸ σχῆμα, ἡ ποιοῦσα τὰ στενὰ τὰ κατὰ τὸ ζεῦγμα· ἀντίκειται δὲ τὸ ζεῦγμα τῇ Ἀβύδῳ. Σηστὸς δὲ ἀρίστη

comprehendens (nondum enim urbes illæ erant tempore belli Trojani) ita loquitur (*Il.* 2, 835) :

Qui vero Percoten et Practium circumhabitabant,
et Sestum et Abydum tenebant et divinam Arisben :
his Hyrtacides præerat Asius,

ait,

quem ex Arisba ferebant equi
fulvi et magni a flumine Selleente;

quibus verbis videtur Arisbam Asii regiam facere, inde eum profectum dicens :

quem ex Arisba ferebant equi
a fluvio Selleente.

Hæc autem loca ita nunc sunt in obscuro, ut minime conveniat inter eos, qui de iis narrant, nisi hoc, fuisse ea circa Abydum, Lampsacum et Parium, atque *Percoten* postea Palæpercoten denominatam esse.

21. De fluviis Selleentem quidem ad Arisbam fluere dicit poeta, siquidem Arisba profectus est Asius a flumine Selleente. Practius vero amnis est (urbs eo nomine non invenitur, quod falso quidam putaverunt) inter Abydum fluens et Lampsacum; illud ergo

Practium circumhabitabant

de flumine accipiendum est, ut et illa (*Il*, 4, 522) :

quique ad Cephisum fluvium divinum habitabant,

et (*Il.* 2, 254) :

circa Parthenium fluvium inclytos agros colebant.

Fuit etiam in Lesbo urbs Arisba, cujus agrum Methymnæi tenent; est et Arisbus fluvius Thraciæ, ut suo loco dixi, ac prope eum Cebrenii Thraces (*Troadis Cebreniis cognomines*). Multa enim sunt nomina Thracibus cum Troibus communia, ut Scæi sunt Thraces quidam et Scæus fluvius et Scæus murus et in Troja Scææ portæ, Xanthii Thraces et Xanthus Trojæ amnis, Arisbus in Hebrum incidens et Arisba in Troja, Rhesus Trojæ fluvius et Thracum rex Rhesus. Est etiam Asio cognominis alius apud Homerum Asius (*Il.* 16, 717) :

qui avunculus erat Hectoris equûm domitoris,
frater germanus Hecubæ, filiusque Dymantis,
qui Phrygiam habitabat fluenta ad Sangarii.

22. Abydus a Milesiis condita est, permissu Gygæ, Lydorum regis, cujus potestati ista loca et Troas universa suberant; sed etiam promontorium quoddam apud Dardanum Gygas nominatur. Abydus imminet ori Propontidis et Hellesponti; distat eodem spatio a Lampsaco et Ilio, stadiis circiter centum septuaginta. Ibi fretum est septem stadiorum, quod Xerxes ponte junxit, quoque Asia ab Europa dirimitur. Europæ extremitas quæ fauces ad juncturam illam efficit, ob figuram Chersonesus sive peninsula dicitur; junctura autem Abydo est opposita. Sestus optime

τῶν ἐν Χερρονήσῳ πόλεων· διὰ δὲ τὴν γειτοσύνην ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἡγεμόνι καὶ αὕτη ἐτέτακτο, οὔπω ταῖς ἠπείροις διοριζόντων τῶν τότε τὰς ἡγεμονίας. ἡ μὲν οὖν Ἄβυδος καὶ ἡ Σηστὸς διέχουσιν ἀλλήλων τριάκοντά που σταδίους ἐκ λιμένος εἰς λιμένα, τὸ δὲ ζεῦγμά ἐστι μικρὸν ἀπὸ τῶν πόλεων παραλλάξαντι ἐξ Ἀβύδου μὲν ὡς ἐπὶ τὴν Προποντίδα, ἐκ δὲ Σηστοῦ εἰς τοὐναντίον· ὀνομάζεται δὲ πρὸς τῇ Σηστῷ τόπος Ἀποβάθρα, καθ' ὃν ἐζεύγνυτο ἡ σχεδία· ἔστι δὲ ἡ Σηστὸς ἐνδοτέρω κατὰ τὴν Προποντίδα ὑπερδέξιος τοῦ ῥοῦ τοῦ ἐξ αὐτῆς· διὸ καὶ εὐπετέστερον ἐκ τῆς Σηστοῦ διαίρουσι παραλεξάμενοι μικρὸν ἐπὶ τὸν τῆς Ἡροῦς πύργον, κἀκεῖθεν ἀφιέντες τὰ πλοῖα συμπράττοντος τοῦ ῥοῦ πρὸς τὴν περαίωσιν· τοῖς δ' ἐξ Ἀβύδου περαιουμένοις παραλεκτέον ἐστὶν εἰς τἀναντία ὀκτώ που σταδίους ἐπὶ πύργον τινὰ κατ' ἀντικρὺ τῆς Σηστοῦ, ἔπειτα διαίρειν πλάγιον καὶ μὴ τελέως ἐναντίον ἔχουσιν τὸν ῥοῦν. ᾤκουν δὲ τὴν Ἄβυδον μετὰ τὰ Τρωικὰ Θρᾷκες, εἶτα Μιλήσιοι. τῶν δὲ πόλεων ἐμπρησθεισῶν ὑπὸ Δαρείου, τοῦ Ξέρξου πατρός, τῶν κατὰ τὴν Προποντίδα, ἐκοινώνησε καὶ ἡ Ἄβυδος τῆς αὐτῆς συμφορᾶς· ἐνέπρησε δὲ πυθόμενος μετὰ τὴν ἀπὸ τῶν Σκυθῶν ἐπάνοδον, τοὺς νομάδας παρασκευάζεσθαι διαβαίνειν ἐπ' αὐτὸν κατὰ τιμωρίαν ὧν ἔπαθον, δεδιὼς μὴ αἱ πόλεις πορθμεῖα παράσχοιεν τῇ στρατιᾷ. συνέβη δὲ πρὸς ταῖς ἄλλαις μεταβολαῖς καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τοῦτο αἴτιον τῆς συγχύσεως τῶν τόπων. περὶ δὲ Σηστοῦ καὶ τῆς ὅλης Χερρονήσου προείπομεν ἐν τοῖς περὶ τῆς Θρᾴκης τόποις) φησὶ δὲ τὴν Σηστὸν Θεόπομπος βραχεῖαν μέν, εὐερκῆ δέ, καὶ σκέλει διπλέθρῳ συνάπτειν πρὸς τὸν λιμένα, καὶ διὰ ταῦτ' οὖν καὶ διὰ τὸν ῥοῦν κυρίαν εἶναι τῶν παρόδων.

23. Ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν Ἀβυδηνῶν χώρας ἐν τῇ Τρωάδι τὰ Ἄστυρα, ἃ νῦν μὲν Ἀβυδηνῶν ἐστι, κατεσκαμμένη πόλις, πρότερον δὲ ἦν καθ' αὑτά, χρυσεῖα ἔχοντα, ἃ νῦν σπάνιά ἐστιν ἐξαναλωμένα, καθάπερ τὰ ἐν τῷ Τμώλῳ τὰ περὶ τὸν Πακτωλόν. ἀπὸ Ἀβύδου δ' ἐπὶ Αἴσηπον περὶ ἑπτακοσίους φασὶ σταδίους, εὐθυπλοίᾳ δὲ ἐλάττους.

24. Ἔξω δὲ Ἀβύδου τὰ περὶ τὸ Ἴλιόν ἐστι, τά τε παράλια ἕως Λέκτου καὶ τὰ ἐν τῷ Τρωικῷ πεδίῳ καὶ τὰ παρώρεια τῆς Ἴδης τὰ ὑπὸ τῷ Αἰνείᾳ. διττῶς δὲ ταῦτ' ὀνομάζει ὁ ποιητής, τοτὲ μὲν οὕτω λέγων·

> Δαρδανίων αὖτ' ἦρχεν ἐὺς παῖς Ἀγχίσαο,

Δαρδανίους καλῶν, τοτὲ δὲ Δαρδάνους,

> Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι ἀγχιμαχηταί.

εἰκὸς δ' ἐνταῦθα ἱδρῦσθαι τὸ παλαιὸν τὴν λεγομένην ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ Δαρδανίαν·

> Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς,
> κτίσσε δὲ Δαρδανίην.

νῦν μὲν γὰρ οὐδ' ἴχνος πόλεως σῴζεται αὐτόθι.

25. Εἰκάζει δὲ Πλάτων μετὰ τοὺς κατακλυσμοὺς τρία πολιτείας εἴδη συνίστασθαι· πρῶτον μὲν τὸ ἐπὶ τὰς ἀκρωρείας ἁπλοῦν τι καὶ ἄγριον, δεδιότων τὰ ὕδατα

est munita (κρατίστη) Chersonesi urbium. Ob vicinitatem sub eodem quo Abydus duce erat, quum ea ætate nondum continentis partibus provinciæ distingui solerent. Abydus et Sestus invicem distant a portu ad portum stadia fere triginta; pontis vero locus paullulum dissitus est ab urbe utraque, ab Abydo versus Propontidem, a Sesto in diversum; ad Sestum Apobathra dicitur locus quo ratis litora junxit. Sestus interius sita est ad Propontidem et superius fluxu qui inde defertur; ideoque facilius a Sesto trajiciunt paullulum deflexa navigatione ad Herûs turrim, atque inde navigia dimittentes, adjuvante fluxu trajectum; qui vero ab Abydo trajiciunt, in contrariam flectunt partem ad octo stadia versus turrim quandam e regione Sesti, atque hinc oblique trajiciunt, non prorsus contrario fluxu. Abydum post Troica tenuerunt Thraces, inde Milesii. Ceterum quum urbes Propontidis Darius Xerxis pater incenderet, Abydus quoque eandem sortem experta est. Fecit hoc Darius, quod e Scythia reversus inaudivisset, Nomades se parare ad transeundum adversus ipsum, pœnasque maleficiorum exigendum, metuens ne urbes eæ exercitui illorum trajiciendo navigia concederent. Ac præter ceteras mutationes et temporis longinquitatem etiam hanc causam esse accidit confusionis locorum. De Sesto et tota Chersoneso supra diximus ubi de Thracia sermo erat. Theopompus Sestum ait exiguam quidem, sed probe munitam esse, et duorum jugerum muro cum portu connexam; itaque tum ea de causa, tum ob fluxum præternavigationem in sua habere potestate.

23. Supra Abydenum agrum in Troade sunt Astyra, urbs diruta, nunc Abydenorum; olim pro se erat, et auri metalla habebat, quæ exhausta fere nunc sunt et raro dant, ut Tmoli metalla ad Pactolum. Ab Abydo ad Æsepum stadia feruntur septingenta, sin quis recta naviget, pauciora.

24. Extra Abydum loca circa Ilium sunt usque ad Lectum tum in ora maritima tum in campo Troico et in iis Idæ montis Æneæ subjectis, quæ dupliciter nominat Homerus, alias Dardanios incolas dicens (*Il.* 2, 819):

> Dardanios duxit fortis filius Anchisæ;

alias Dardanos (*Il.* 15, 425):

> Troes et Lycii et Dardani cominus pugnantes.

Probabile est urbem ibi sitam fuisse antiquitus, quæ a poeta nominatur Dardania (*Il.* 20, 215):

> Dardanum primum genuit nubes cogens Juppiter;
> is condidit Dardaniam.

Nunc quidem ne vestigium quidem urbis ibi restat.

25. Conjicit Plato (*Legg.* III, p. 677) post diluvia tres vitæ degendæ formas exstitisse. Primam in summis montium simplicem et agrestem, metuentibus aquas hominibus

ἐπιπολάζοντα ἀκμὴν ἐν τοῖς πεδίοις· δεύτερον δὲ τὸ ἐν ταῖς ὑπωρείαις, θαρρούντων ἤδη κατὰ μικρόν, ἅτε δὴ καὶ τῶν πεδίων ἀρχομένων ἀναψύχεσθαι· τρίτον δὲ τὸ ἐν τοῖς πεδίοις. λέγοι δ' ἄν τις καὶ τέταρτον καὶ πέμπτον ἴσως καὶ πλείω, ὕστατον δὲ τὸ ἐν τῇ παραλίᾳ καὶ ἐν ταῖς νήσοις, λελυμένου παντὸς τοῦ τοιούτου φόβου. τὸ γὰρ μᾶλλον καὶ ἧττον θαρρεῖν πλησιάζειν τῇ θαλάττῃ πλείους ἂν ὑπογράφοι διαφορὰς πολιτειῶν καὶ ἠθῶν, καθάπερ τῶν ἁπλῶν τε καὶ τῶν ἀγρίων ἔτι πως ἐπὶ τὸ ἥμερον τῶν δευτέρων ὑποβεβηκότων. ἔστι δέ τις διαφορὰ καὶ παρὰ τούτοις τῶν ἀγροίκων καὶ μεσαγροίκων καὶ πολιτικῶν· ἀφ' ὧν ἤδη καὶ ἐπὶ τὸ ἀστεῖον καὶ ἄριστον ἦθος ἐτελεύτησεν ἡ τῶν ὀνομάτων κατ' ὀλίγον μετάληψις, κατὰ τὴν τῶν ἠθῶν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετάστασιν, παρὰ τὰς τῶν τόπων καὶ τῶν βίων μεταβολάς. ταύτας δὴ τὰς διαφορὰς ὑπογράφειν φησὶ τὸν ποιητὴν ὁ Πλάτων, τῆς μὲν πρώτης πολιτείας παράδειγμα τιθέντα τὸν τῶν Κυκλώπων βίον, αὐτοφυεῖς νεμομένων καρποὺς καὶ τὰς ἀκρωρείας κατεχόντων ἐν σπηλαίοις τισίν·

ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται,

φησίν, αὐτοῖς·

τοῖσιν δ' οὐκ ἀγοραὶ βουληφόροι, οὔτε θέμιστες·
ἀλλ' οἵ γ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα
ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι, θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
παίδων ἠδ' ἀλόχων·

τοῦ δὲ δευτέρου τὸν ἐπὶ τοῦ Δαρδάνου·

κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ
ἐν πεδίῳ πεπόλιστο, πόλις μερόπων ἀνθρώπων,
ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκεον πολυπιδάκου Ἴδης.

τοῦ δὲ τρίτου ἐπὶ τοῦ Ἴλου τὸν ἐν τοῖς πεδίοις. τοῦτον γὰρ παραδιδόασι τοῦ Ἰλίου κτίστην, ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν λαβεῖν τὴν πόλιν· εἰκὸς δὲ καὶ διὰ τοῦτο ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ τεθάφθαι αὐτόν, ὅτι πρῶτος ἐθάρρησεν ἐν τοῖς πεδίοις θέσθαι τὴν κατοικίαν·

οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα παλαιοῦ Δαρδανίδαο
μέσσον κὰπ πεδίον παρ' ἐρινεὸν ἐσσεύοντο.

οὐδ' οὗτος δὲ τελείως ἐθάρρησεν· οὐ γὰρ ἐνταῦθα ἵδρυσε τὴν πόλιν, ὅπου νῦν ἐστιν, ἀλλὰ σχεδόν τι τριάκοντα σταδίοις ἀνωτέρω πρὸς ἕω καὶ πρὸς τὴν Ἴδην καὶ τὴν Δαρδανίαν κατὰ τὴν νῦν καλουμένην Ἰλιέων κώμην. οἱ δὲ νῦν Ἰλιεῖς φιλοδοξοῦντες καὶ θέλοντες εἶναι ταύτην τὴν παλαιὰν παρεσχήκασι λόγον τοῖς ἐκ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως τεκμαιρομένοις· οὐ γὰρ ἔοικεν αὕτη εἶναι ἡ καθ' Ὅμηρον. καὶ ἄλλοι δὲ ἱστοροῦσι πλείους μεταβεβληκέναι τόπους τὴν πόλιν, ὕστατα δ' ἐνταῦθα συμμεῖναι κατὰ Κροῖσον μάλιστα. τὰς δὴ τοιαύτας μεταβάσεις, εἰς τὰ κάτω μέρη τὰς τότε συμβαινούσας, ὑπολαμβάνω καὶ βίων καὶ πολιτειῶν ὑπογράφειν διαφοράς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ἄλλοτε ἐπισκεπτέον.

26. Τὴν δὲ τῶν Ἰλιέων πόλιν τῶν νῦν τέως μὲν κώμην εἶναί φασι, τὸ ἱερὸν ἔχουσαν τῆς Ἀθηνᾶς μικρὸν καὶ εὐτελές. Ἀλέξανδρον δὲ ἀναβάντα μετὰ τὴν ἐπὶ

campos adhuc tegentes; alteram ad radices montium, paulatim recepto animo, quum campi jam resiccari cœpissent; tertiam in planis. Addi his posse videntur quarta etiam et quinta et plures fortasse, ultima autem omnium habitandi in ora maritima et insulis, omni jam metu dempto. Prout enim homines magis minusve ausi sunt accedere ad mare, plura notari possunt genera civitatum et morum, sicuti plures etiam gradus distinguere licet simplicium illorum et agrestium qui ad mansuetudinem secundi generis transierint. Est enim in his discrimen rusticorum et semirusticorum et civilium, unde denique ad urbanorum et optimorum morum appellationem paullatim nomen civitatis transiit, mutatis in melius moribus pro vitæ rationis atque locorum mutationibus. Hæc igitur discrimina Plato ait ab Homero notari, atque eum pro exemplo primæ formæ posuisse Cyclopum vitam, qui fructus sponte natos carperent, inque summis montibus ac speluncis habitarent.

Sed hæc sine semente et aratione omnia proveniunt,

inquit ( *Od.* 9, 109. 112 ), ipsis;

his nec conciones sunt consiliariæ nec leges;
sed celsorum montium inhabitant cacumina
in speluncis cavis, ac jus dat unusquisque
liberis et uxoribus;

secundæ vero sub Dardano ( *Il.* 20, 216 ):

Condidit ille Dardaniam, quum nondum Ilias sacra
in planitie ædificata esset, urbs articulate loquentium
hominum, sed adhuc radices habitabant irriguæ fontibus Idæ.

Tertiæ sub Ilo in campis. Hunc enim Ilii conditorem perhibent, a quo et nomen urbi sit factum; ac probabile est ideo in medio sepultum fuisse campo, quod primus ausus fuisset sedes in campo ponere ( *Il.* 11, 166 ):

Illi autem ad Ili sepulcrum veteris Dardanidæ,
medium per campum juxta caprificum ruebant.

Quanquam ne hic quidem prorsus planitiei confidebat; non enim ibi fundavit urbem, ubi nunc est, sed triginta fere stadiis superius versus ortum et Idam ac Dardaniam, ubi nunc est Iliensium pagus. Nostræ autem ætatis Ilienses, gloriæ cupidi, suam urbem priscam Ilium esse autumantes, refellendi materiam præbuerunt iis qui ex Homero argumenta ducunt. Non enim apparet horum urbem eam esse, quæ Homeri tempore fuit. Alii etiam narrant sæpius urbem hanc locum mutavisse, et tandem Crœsi temporibus ibi constitisse, ubi nunc est. Has ergo locorum mutationes, quæ tum evenerunt, migrantibus subinde ad humiliora hominibus, arbitror etiam vivendi et civitatis administrandæ rationis discrimina designare. Verum hæc etiam alias consideranda sunt.

26. Ilium, quod nunc est, aiunt antea pagum duntaxat fuisse cum exiguo ac vili templo Minervæ. Alexandrum autem Magnum, quum a pugna ad Granicum eo adscen-

Γρανίκῳ νίκην, ἀναθήμασί τε κοσμῆσαι τὸ ἱερὸν καὶ προσαγορεῦσαι πόλιν καὶ οἰκοδομίαις ἀναλαβεῖν προστάξαι τοῖς ἐπιμεληταῖς ἐλευθέραν τε κρῖναι καὶ ἄφορον, ὕστερον δὲ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν Περσῶν ἐπιστολὴν καταπέμψαι φιλάνθρωπον, ὑπισχνούμενον πόλιν τε ποιῆσαι μεγάλην καὶ ἱερὸν ἐπισημότατον, καὶ ἀγῶνα ἀποδείξειν ἱερόν. μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν Λυσίμαχος μάλιστα τῆς πόλεως ἐπεμελήθη καὶ νεὼν κατεσκεύασε καὶ τεῖχος περιεβάλετο ὅσον τετταράκοντα σταδίων συνῴκισέ τε εἰς αὐτὴν τὰς κύκλῳ πόλεις ἀρχαίας ἤδη κεκακωμένας, ὅτε καὶ Ἀλεξανδρείας ἤδη ἐπεμελήθη, συνῳκισμένης μὲν ἤδη ὑπ' Ἀντιγόνου καὶ προσηγορευμένης Ἀντιγονίας, μεταβαλούσης δὲ τοὔνομα· ἔδοξε γὰρ εὐσεβὲς εἶναι τοὺς Ἀλέξανδρον διαδεξαμένους ἐκείνου πρότερον κτίζειν ἐπωνύμους πόλεις, εἶθ' ἑαυτῶν· καὶ δὴ καὶ συνέμεινε καὶ αὔξησιν ἔσχε, νῦν δὲ καὶ Ῥωμαίων ἀποικίαν δέδεκται καὶ ἔστι τῶν ἐλλογίμων πόλεων.

27. Καὶ τὸ Ἴλιον δ', ὃ νῦν ἐστι, κωμόπολίς τις ἦν, ὅτε πρῶτον Ῥωμαῖοι τῆς Ἀσίας ἐπέβησαν καὶ ἐξέβαλον Ἀντίοχον τὸν μέγαν ἐκ τῆς ἐντὸς τοῦ Ταύρου. φησὶ γοῦν Δημήτριος ὁ Σκήψιος, μειράκιον ἐπιδημήσας εἰς τὴν πόλιν κατ' ἐκείνους τοὺς καιρούς, οὕτως ὠλιγωρημένην ἰδεῖν τὴν κατοικίαν, ὥστε μηδὲ κεραμωτὰς ἔχειν τὰς στέγας· Ἡγησιάναξ δὲ τοὺς Γαλάτας περαιωθέντας ἐκ τῆς Εὐρώπης ἀναβῆναι μὲν εἰς τὴν πόλιν δεομένους ἐρύματος, παραχρῆμα δ' ἐκλιπεῖν διὰ τὸ ἀτείχιστον· ὕστερον δ' ἐπανόρθωσιν ἔσχε πολλήν. εἶτ' ἐκάκωσαν αὐτὴν πάλιν οἱ μετὰ Φιμβρίου Ῥωμαῖοι, λαβόντες ἐκ πολιορκίας ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ. συνεπέμφθη δὲ ὁ Φιμβρίας ὑπάτῳ Οὐαλερίῳ Φλάκκῳ ταμίας, προχειρισθέντι ἐπὶ τὸν Μιθριδάτην· καταστασιάσας δὲ καὶ ἀνελὼν τὸν ὕπατον κατὰ Βιθυνίαν αὐτὸς κατεστάθη κύριος τῆς στρατιᾶς, καὶ προελθὼν εἰς Ἴλιον, οὐ δεχομένων αὐτὸν τῶν Ἰλιέων, ὡς λῃστήν, † μάντι προσφέρει καὶ ἑνδεκαταίους αἱρεῖ· καυχωμένου δ', ὅτι, ἣν Ἀγαμέμνων πόλιν δεκάτῳ ἔτει μόλις εἷλε τὸν χιλιόναυν στόλον ἔχων καὶ τὴν σύμπασαν Ἑλλάδα συστρατεύουσαν, ταύτην αὐτὸς ἑνδεκάτῃ ἡμέρᾳ χειρώσαιτο, εἶπέ τις τῶν Ἰλιέων· Οὐ γὰρ ἦν Ἕκτωρ ὁ ὑπερμαχῶν τῆς πόλεως. τοῦτον μὲν οὖν ἐπελθὼν Σύλλας κατέλυσε, καὶ τὸν Μιθριδάτην κατὰ συμβάσεις εἰς τὴν οἰκείαν ἀπέπεμψε, τοὺς δ' Ἰλιέας παρεμυθήσατο πολλοῖς ἐπανορθώμασι. καθ' ἡμᾶς μέντοι Καῖσαρ ὁ Θεὸς πολὺ πλέον αὐτῶν προὐνόησε, ζηλώσας ἅμα καὶ Ἀλέξανδρον· ἐκεῖνος γὰρ κατὰ συγγενείας ἀνανέωσιν ὥρμησε προνοεῖν αὐτῶν, ἅμα καὶ φιλόμηρος ὤν. φέρεται γοῦν τις διόρθωσις τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος λεγομένη, τοῦ Ἀλεξάνδρου μετὰ τῶν περὶ Καλλισθένη καὶ Ἀνάξαρχον ἐπελθόντος καὶ σημειωσαμένου τινά, ἔπειτα καταθέντος εἰς νάρθηκα, ὃν ηὗρεν ἐν τῇ Περσικῇ γάζῃ πολυτελῶς κατεσκευασμένον. κατά τε δὴ τὸν τοῦ ποιητοῦ ζῆλον καὶ κατὰ τὴν συγγένειαν τὴν ἀπὸ τῶν Αἰακιδῶν τῶν ἐν Μολοττοῖς βασιλευσάντων,

disset, tum donariis fanum ornasse, tum vicum nomine urbis appellasse, et procuratoribus suis mandavisse, ut substructionibus eam reficerent; inter liberas quoque et tributi immunes retulisse, deinde Persis debellatis, epistolam ad Ilienses scripsisse humanitatis plenam, qua pollicebatur se urbem hanc facturum magnam, et templum illustrissimum conditurum, sacrumque certamen instituturum. Mortuo Alexandro, Lysimachus præcipue ejus urbis curam suscepit, templumque condidit, muroque urbem cinxit quadraginta circiter stadiorum, et in eam commigrare jussit circumjacentes urbes antiquas, jam ruinam trahentes; quo quidem tempore Alexandriam etiam curandam sibi duxit, quæ jam Antigono condita et Antigonia appellata, nomen mutavit. Pietatis enim hoc videbatur esse, ut, qui Alexandro successissent, huic prius, postea demum sibi cognomines urbes conderent. Et sane hæc Alexandria duravit et crevit, nunc vero etiam Romanorum coloniam excepit, et est una de urbibus nobilibus.

27. Ceterum quod nunc est Ilium, oppidum pago simile fuit, quando Romani primum in Asiam venerunt, Antiochumque Magnum Asia quæ intra Taurum est, expulerunt. Sane Demetrius Scepsius, *puerum se sub id tempus ait* in eam urbem peregre venisse, atque ita neglecta vidisse domicilia, ut ne tecta quidem imbricibus coctis integerentur. Hegesianax autem scribit Gallos, quum ex Europa in Asiam trajecissent, et munito loco opus haberent, in eam adscendisse urbem, quia vero muris careret, statim eam deseruisse. Deinde in multo meliorem est redacta formam. Rursus eam Romani, qui cum Fimbria erant, afflixerunt, obsessam et expugnatam bello Mithridatico. Fuit is Fimbria quæstor missus cum consule Valerio Flacco, qui dux adversus Mithridatem belli erat creatus; consulem autem per seditionem quum interfecisset in Bithynia, ipse exercitus dux factus, ad Ilium accessit; oppidanisque eum, utpote latronem, non recipientibus, oppugnatione aggressus urbem (βίαν τε πρ.?) undecimo die cepit. Jactanti autem, quod intra undecim dies in potestatem suam redegisset eam urbem, quam Agamemno, *mille* navium classe et totius Græciæ exercitu instructus, non nisi ægre decimo cepisset anno, quidam Iliensium sic respondit: Non enim erat Hector, qui pro urbe propugnaret. Fimbriam quidem Sylla superveniens e medio sustulit, et Mithridatem, certas pactum conditiones, in patriam amandavit, Ilienses autem multis beneficiis refecit atque consolatus est. Nostra denique ætate Divus Cæsar longe majorem ejus procurationem gessit, simul et Alexandrum imitans. Is enim, et ut cognationem renovaret sibi cum Iliensibus intercedentem, animum ad eorum patrocinium appulit, et quia Homeri erat studiosus. Etenim fertur quædam emendatio poeseos Homericæ, quæ e narthecio Alexandri appellatur, una cum Callisthene et Anaxarcho elaborata, quum singula Alexander perlegisset, ac quædam adnotasset, codicemque postea in narthecium deposuisset, quod scrinium in gaza Persica repererat pretiose admodum comparatum. Itaque et poetæ studio et cognatione Æacida-

παρ' οἷς καὶ τὴν Ἀνδρομάχην ἱστοροῦσι βασιλεῦσαι, τὴν Ἕκτορος γενομένην γυναῖκα, ἐφιλοφρονεῖτο πρὸς τοὺς Ἰλιέας ὁ Ἀλέξανδρος· ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ φιλαλέξανδρος ὢν καὶ τῆς πρὸς τοὺς Ἰλιέας συγγενείας γνωριμώτερα ἔχων τεκμήρια ἐπερρώσθη πρὸς τὴν εὐεργεσίαν νεανικῶς· γνωριμώτερα δέ, πρῶτον μὲν ὅτι Ῥωμαῖος· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὸν Αἰνείαν ἀρχηγέτην ἡγοῦνται· ἔπειτα ὅτι Ἰούλιος ἀπὸ Ἰούλου τινὸς τῶν προγόνων· ἐκεῖνος δ' ἀπὸ Ἰούλου τὴν προσωνυμίαν ἔσχε ταύτην, τῶν ἀπογόνων εἷς ὢν τῶν ἀπὸ Αἰνείου. χώραν τε δὴ προσένειμεν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἀλειτουργησίαν αὐτοῖς συνεφύλαξε, καὶ μέχρι νῦν συμμένουσιν ἐν τούτοις. ὅτι δ' οὐχ ἐνταῦθα ἵδρυται τὸ παλαιὸν Ἴλιον καθ' Ὅμηρον σκοποῦσιν, ἐκ τῶν τοιῶνδε τεκμαίρονται. Πρότερον δὲ ὑπογραπτέον τοὺς τόπους ἀπὸ τῆς παραλίας ἀρξαμένους, ἀφ' ἧσπερ ἐλίπομεν.

28. Ἔστι τοίνυν μετ' Ἄβυδον ἥ τε Δαρδανὶς ἄκρα, ἧς μικρὸν πρότερον ἐμνήσθημεν, καὶ ἡ πόλις ἡ Δάρδανος, διέχουσα τῆς Ἀβύδου ἑβδομήκοντα σταδίους. μεταξύ τε ὁ Ῥοδίος ἐκπίπτει ποταμός, καθ' ὃν ἐν τῇ Χερρονήσῳ τὸ Κυνὸς σῆμά ἐστιν, ὅ φασιν Ἑκάβης εἶναι τάφον· οἱ δὲ τὸν Ῥοδίον εἰς τὸν Αἴσηπον ἐμβάλλειν φασίν· εἷς δ' ἐστὶ τῶν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένων καὶ οὗτος·

Ῥῆσός θ' Ἑπτάπορός τε Κάρησός τε Ῥοδίος τε.

ἡ δὲ Δάρδανος κτίσμα ἀρχαῖον, οὕτω δ' εὐκαταφρόνητον, ὥστε πολλάκις οἱ βασιλεῖς οἱ μὲν μετῴκιζον αὐτὴν εἰς Ἄβυδον, οἱ δὲ ἀνῴκιζον πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον κτίσμα. ἐνταῦθα δὲ συνῆλθον Σύλλας τε Κορνήλιος, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμών, καὶ Μιθριδάτης ὁ κληθεὶς Εὐπάτωρ, καὶ συνέβησαν πρὸς ἀλλήλους ἐπὶ καταλύσει τοῦ πολέμου.

29. Πλησίον δ' ἐστὶ τὸ Ὀφρύνιον, ἐφ' ᾧ τὸ τοῦ Ἕκτορος ἄλσος ἐν περιφανεῖ τόπῳ· καὶ ἐφεξῆς λίμνη Πτελεώς.

30. Εἶτα Ῥοίτειον πόλις ἐπὶ λόφῳ κειμένη καὶ τῷ Ῥοιτείῳ συνεχὴς ἠιὼν ἀλιτενής, (Αἰάντειον) ἐφ' ᾗ μνῆμα καὶ ἱερὸν Αἴαντος καὶ ἀνδριάς, ὃν ἄραντος Ἀντωνίου κομισθέντα εἰς Αἴγυπτον ἀπέδωκε τοῖς Ῥοιτειεῦσι πάλιν, καθάπερ καὶ ἄλλοις [ἄλλους], ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ. τὰ γὰρ κάλλιστα ἀναθήματα ἐκ τῶν ἐπιφανεστάτων ἱερῶν ὁ μὲν ἦρε, τῇ Αἰγυπτίᾳ χαριζόμενος, ὁ δὲ θεοῖς ἀπέδωκε.

31. Μετὰ δὲ τὸ Ῥοίτειόν ἐστι τὸ Σίγειον, κατεσπασμένη πόλις, καὶ τὸ ναύσταθμον καὶ ὁ Ἀχαιῶν λιμὴν καὶ τὸ Ἀχαϊκὸν στρατόπεδον καὶ ἡ Στομαλίμνη καλουμένη καὶ αἱ τοῦ Σκαμάνδρου ἐκβολαί. συμπεσόντες γὰρ ὅ τε Σιμόεις καὶ ὁ Σκάμανδρος ἐν τῷ πεδίῳ, πολλὴν καταφέροντες ἰλύν, προσχοῦσι τὴν παραλίαν καὶ τυφλὸν στόμα τε καὶ λιμνοθαλάττας καὶ ἕλη ποιοῦσι. κατὰ δὲ τὴν Σιγειάδα ἄκραν ἐστὶν ἐν τῇ Χερρονήσῳ τὸ Πρωτεσιλάειον καὶ ἡ Ἐλεοῦσσα, περὶ ὧν εἰρήκαμεν ἐν τοῖς Θρᾳκίοις.

rum, qui in Molossis regnum gesserant, apud quos Andromachen, Hectoris quondam uxorem, quoque regnasse narrant, Iliensium studiosus erat Alexander; Cæsar autem et æmulatione Alexandri, et quod cum Iliensibus notiora etiam haberet cognationis indicia, juvenili ardore animum appulit ad eos beneficiis ornandum; notiora autem ei cognationis indicia erant, primum quod Romanus; Romani enim Æneam gentis suæ principem esse censent; deinde Julii nomen ipsi erat ab Iulo quodam suorum majorum; hic vero ab Iulo nomen habuit, qui unus ex Æneæ posteris fuit. Itaque et agrum iis Cæsar attribuit, et libertatem publicarumque operarum immunitatem eis servavit, qua conditione etiamnum manent. Non fuisse autem ibi locorum sitam antiquam Ilium, Homeri ratione habita, hisce colligunt argumentis. Prius tamen loca oræ maritimæ describamus, inde facto initio ubi substiteramus.

28. Post Abydum est Dardanium promontorium, cujus paulo ante fecimus mentionem, et urbs Dardanus, septuaginta stadiis ab Abydo remota. Inter has Rhodius exit fluvius, contra cujus ostia in Chersoneso est Cynos sema (*canis monumentum*), quod sepulcrum Hecubæ esse dicunt. Alii Rhodium in Æsepum influere dicunt. Ceterum Rhodius est unus eorum, qui ab Homero memorantur, ubi (*Il.* 12, 20)

Rhesusque Heptaporusque Caresusque Rhodiusque.

Ipsa Dardanus, urbs prisca, ita contemptui habita est, ut sæpe reges Abydum transtulerint, sæpe in pristinum remigrare locum jusserint incolas. Ibi sunt congressi Cornelius Sylla, Romanus imperator, et Mithridates cognomento Eupator, ac pacta inierunt de bello pace finiendo.

29. Non procul inde est Ophrynium, ad quod lucus Hectoris est in loco conspicuo; ac deinde lacus Pteleus (Πτελεός?).

30. Sequitur Rhœteum urbs, tumulo insita, eique contiguum litus humile, ubi Æanteum, quasi Ajaceum, monimentum et fanum Ajacis et statua, quam quum sublatam Antonius in Ægyptum transtulisset, Rhœteensibus reddidit Augustus, ut etiam aliis alias; nam pulcherrima templorum donaria ille, Ægyptiam ut demereretur, avexerat, hic diis ea reddidit.

31. Post Rhœteum est Sigeum, urbs diruta, et statio navium et Achæorum portus et eorundem castra et quæ Stomalimne appellatur, atque ostia Scamandri. Nam in campo concurrentes Simois et Scamander devectam secum multi limi copiam oræ aggerunt, cæcumque os et lacus marinos ac paludes conficiunt. Ex adverso Sigei promontorii in Chersoneso est Protesilaeum et Eleussa, de quibus in Thracicis dictum est.

32. Ἔστι δὲ τὸ μῆκος τῆς παραλίας ταύτης, ἀπὸ τοῦ Ῥοιτείου μέχρι Σιγείου καὶ τοῦ Ἀχιλλέως μνήματος εὐθυπλοούντων, ἑξήκοντα σταδίων· ὑποπέπτωκε δὲ τῷ Ἰλίῳ πᾶσα, τῷ μὲν νῦν κατὰ τὸν Ἀχαιῶν λιμένα ὅσον δώδεκα σταδίους διέχουσα, τῷ δὲ προτέρῳ τριάκοντα ἄλλοις σταδίοις, ἀνωτέρῳ κατὰ τὸ πρὸς τὴν Ἴδην μέρος. τοῦ μὲν οὖν Ἀχιλλέως καὶ ἱερόν ἐστι καὶ μνῆμα πρὸς τῷ Σιγείῳ, Πατρόκλου δὲ καὶ Ἀντιλόχου μνήματα, καὶ ἐναγίζουσιν οἱ Ἰλιεῖς πᾶσι καὶ τούτοις καὶ τῷ Αἴαντι. Ἡρακλέα δ' οὐ τιμῶσιν, αἰτιώμενοι τὴν ὑπ' αὐτοῦ πόρθησιν. ἀλλ' ἐκεῖνος μέν, φαίη τις ἄν, οὕτως ἐπόρθησεν, ὥστ' ἀπολιπεῖν τοῖς ὕστερον ἐκπορθήσουσι κεκακωμένην μέν, πόλιν δέ· διὸ καὶ οὕτως εἴρηκεν ὁ ποιητής·

Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς.

ἡ γὰρ χηρεία λειπανδρία τίς ἐστιν, οὐχ ἀφανισμὸς τέλειος· οὗτοι δ' ἠφάνισαν τελείως, οἷς ἐναγίζειν ἀξιοῦσι καὶ τιμᾶν ὡς θεούς· εἰ μὴ τοῦτ' αἰτιάσαιντο, διότι οὗτοι μὲν δίκαιον πόλεμον ἐξήνεγκαν, ἐκεῖνος δὲ ἄδικον, ἕνεχ' ἵππων Λαομέδοντος· πρὸς τοῦτο δὲ πάλιν ἀντιτίθεται μῦθος· οὐ γὰρ ἕνεκα ἵππων, ἀλλὰ μισθοῦ ὑπὲρ τῆς Ἡσιόνης καὶ τοῦ κήτους. ἀλλ' ἐάσωμεν ταῦτα· εἰς γὰρ μύθων ἀνασκευὰς ἐκπίπτει· τάχα δὲ λανθάνουσί τινες ἡμᾶς αἰτίαι πιστότεραι, δι' ἃς τοῖς Ἰλιεῦσιν ἐπῆλθε τοὺς μὲν τιμᾶν, τοὺς δὲ μή. ἔοικε δὲ ὁ ποιητὴς μικρὰν ἀποφαίνειν τὴν πόλιν ἐν τῷ περὶ Ἡρακλέους λόγῳ, εἴπερ

ἓξ οἴῃς σὺν νηυσὶ καὶ ἀνδράσι παυροτέροισιν
Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν.

καὶ φαίνεται ὁ Πρίαμος τῷ τοιούτῳ λόγῳ μέγας ἐκ μικροῦ γεγονὼς καὶ βασιλεὺς βασιλέων, ὡς ἔφαμεν. μικρὸν δὲ προελθοῦσιν ἀπὸ τῆς παραλίας ταύτης ἐστὶ τὸ Ἀχαίιον, ἤδη τῆς Τενεδίων περαίας ὑπάρχον.

33. Τοιούτων δὲ τῶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ τόπων ὄντων, ὑπέρκειται τούτων τὸ Τρωικὸν πεδίον μέχρι τῆς Ἴδης ἀνῆκον ἐπὶ πολλοὺς σταδίους κατὰ τὸ πρὸς ἕω μέρος. τούτου δ' ἡ μὲν παρώρειός ἐστι στενή, τῇ μὲν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν τεταμένη μέχρι τῶν κατὰ Σκῆψιν τόπων, τῇ δ' ἐπὶ τὰς ἄρκτους μέχρι τῶν κατὰ Ζέλειαν Λυκίων. ταύτην δ' ὁ ποιητὴς ὑπ' Αἰνείᾳ τάττει καὶ τοῖς Ἀντηνορίδαις, καλεῖ δὲ Δαρδανίαν. ὑπὸ δὲ ταύτῃ Κεβρηνία, πεδιὰς ἡ πλείστη, παράλληλός πως τῇ Δαρδανίᾳ· ἦν δὲ καὶ πόλις ποτὲ Κεβρήνη. ὑπονοεῖ δ' ὁ Δημήτριος μέχρι δεῦρο διατείνειν τὴν περὶ τὸ Ἴλιον χώραν τὴν ὑπὸ τῷ Ἕκτορι, ἀνήκουσαν ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου μέχρι Κεβρηνίας· τάφον τε γὰρ Ἀλεξάνδρου δείκνυσθαί φησιν αὐτόθι καὶ Οἰνώνης, ἣν ἱστοροῦσι γυναῖκα γεγονέναι τοῦ Ἀλεξάνδρου, πρὶν Ἑλένην ἁρπάσαι· λέγειν τε τὸν ποιητὴν

Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος Πριάμοιο,

ὃν εἰκὸς εἶναι ἐπώνυμον τῆς χώρας ἢ καὶ πόλεως, ὅπερ πιθανώτερον· τὴν δὲ Κεβρηνίαν διήκειν μέχρι τῆς Σκηψίας, ὅριον δ' εἶναι τὸν Σκάμανδρον μέσον αὐτῶν ῥέοντα·

32. Totius a Rhœteo usque ad Sigeum et Achillis tumulum litoris longitudo est sexaginta stadiorum, si recta naviges; totum Ilio subjacet, ab eo quod nunc est ad portum Achillis circiter duodecim stadia distans, et alia stadia triginta ab antiquo Ilio, quod est in superiore regione versus Idæ latus patente. Achillis et templum est et monumentum ad Sigeum, Patrocli vero et Antilochi monumenta; iisque omnibus et Ajaci quoque Ilienses rem sacram faciunt. Herculem non venerantur, patriam ab eo evastatam causantes. Atqui, dixerit aliquis, Ilium hic ita vastavit, ut postmodo eversuris quamquam afflictam, urbem tamen reliquerit; ideoque sic dixit poeta (*Il.* 5, 642):

Ilion evastans viduavit civibus urbem.

Viduitas enim illa defectus est virorum, non excidium; illi autem funditus eam exciderunt, quibus ipsi divinos habent honores, nisi forte hoc proferunt, quod hi justum bellum intulerunt, Hercules injustum, propter equos Laomedontis. Cui rursum opponitur fabula, non *horum* causa id factum fuisse, sed quia exigeret mercedem de liberata a ceto Hesiona. Sed hæc mittamus: excidunt enim in refutationes fabularum; ac nos fortasse latent causæ credibiliores, quæ Ilienses moverunt, ut alios honorarent, alios non. Videtur autem poeta Ilium exiguum pronunciare in narratione de Hercule, siquidem (*Il.* 5, 641)

Sex solis navibus et viris paucioribus
Ilii devastavit urbem.

Atque de his verbis apparet Priamum e parvo magnum regemque regum factum, ut supra (12, 8, 7) diximus. Paululum ab hoc progressi litore ad Achæium veniunt, quod jam continentis est Tenedo oppositæ.

33. His ita se habentibus maritimis locis, campus Troicus superne incumbit usque ad Idam per multa stadia orientem versus porrectus. Ejus pars ad montem sita est arcta, partim versus meridiem protracta usque ad loca Scepsi vicina, partim versus septentrionem usque ad Lycios, quorum est Zelia. Hanc partem Homerus Æneæ subjicit et Antenoris filiis ac Dardaniam appellat. Infra hanc est Cebrenia, campestris maxima sui parte, et fere æqualibus spatiis distans undecumque a Dardania. Fuit etiam urbs quondam Cebrene. Suspicatur Demetrius eo usque Ilii regionem pertinuisse, quæ sub Hectore fuit, a Navali usque ad Cebreniam; nam et sepulcrum Alexandri ibi ostendi ait, atque Œnones, quam ante raptum Helenes uxorem Alexandri fuisse narrant; porro Homerum dicere (*Il.* 16, 738):

Cebrionen Priamo celebri de pellice natum,

quem probabiliter cognominem fuisse regionis aut (quod magis videtur vero propinquum) urbis; Cebreniam usque ad agrum Scepsium pertingere, limitem esse Scamandrum,

ἔχθραν δ' ἀεὶ καὶ πόλεμον εἶναι τοῖς τε Κεβρηνοῖς καὶ τοῖς Σκηψίοις, ἕως Ἀντίγονος αὐτοὺς συνῴκισεν εἰς τὴν τότε μὲν Ἀντιγονίαν, νῦν δὲ Ἀλεξάνδρειαν· τοὺς μὲν οὖν Κεβρηνίας συμμεῖναι τοῖς ἄλλοις ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, τοὺς δὲ Σκηψίους ἐπανελθεῖν εἰς τὴν οἰκείαν, ἐπιτρέψαντος Λυσιμάχου.

34. Ἀπὸ δὲ τῆς κατὰ [τούτους] τοὺς τόπους Ἰδαίας ὀρεινῆς δύο φησὶν ἀγκῶνας ἐκτείνεσθαι πρὸς θάλατταν, τὸν μὲν εὐθὺ Ῥοιτείου, τὸν δὲ Σιγείου, ποιοῦντας ἐξ ἀμφοῖν γραμμὴν ἡμικυκλιώδη· τελευτᾶν δ' ἐν τῷ πεδίῳ, τοσοῦτον ἀπέχοντας τῆς θαλάττης, ὅσον τὸ νῦν Ἴλιον. τοῦτο μὲν δὴ μεταξὺ τῆς τελευτῆς τῶν λεχθέντων ἀγκώνων εἶναι, τὸ δὲ παλαιὸν κτίσμα μεταξὺ τῆς ἀρχῆς· ἀπολαμβάνεσθαι δ' ἐντὸς τό τε Σιμοείσιον πεδίον, δι' οὗ ὁ Σιμόεις φέρεται, καὶ τὸ Σκαμάνδριον, δι' οὗ Σκάμανδρος ῥεῖ. τοῦτο δὲ καὶ ἰδίως Τρωικὸν λέγεται, καὶ τοὺς πλείστους ἀγῶνας ὁ ποιητὴς ἐνταῦθα ἀποδίδωσι· πλατύτερον γάρ ἐστι, καὶ τοὺς ὀνομαζομένους τόπους ἐνταῦθα δεικνυμένους ὁρῶμεν, τὸν ἐρινεόν, τὸν τοῦ Αἰσυήτου τάφον, τὴν Βατίειαν, τὸ τοῦ Ἴλου σῆμα. οἱ δὲ ποταμοὶ ὅ τε Σκάμανδρος καὶ ὁ Σιμόεις, ὁ μὲν τῷ Σιγείῳ πλησιάσας, ὁ δὲ τῷ Ῥοιτείῳ, μικρὸν ἔμπροσθεν τοῦ νῦν Ἰλίου συμβάλλουσιν, εἶτ' ἐπὶ τὸ Σίγειον ἐκδιδόασι καὶ ποιοῦσι τὴν Στομαλίμνην καλουμένην. διείργει δ' ἑκάτερον τῶν λεχθέντων πεδίων ἀπὸ θατέρου μέγας τις αὐχὴν τῶν εἰρημένων ἀγκώνων ἐπ' εὐθείας, ἀπὸ τοῦ νῦν Ἰλίου τὴν ἀρχὴν ἔχων, συμφυὴς αὐτῷ, τεινόμενος δ' ἕως τῆς Κεβρηνίας καὶ ἀποτελῶν τὸ Є γράμμα πρὸς τοὺς ἑκατέρωθεν ἀγκῶνας.

35. Ὑπὲρ δὲ τούτου μικρὸν ἡ τῶν Ἰλιέων κώμη ἐστίν, ἐν ᾗ νομίζεται τὸ παλαιὸν Ἴλιον ἱδρῦσθαι πρότερον, τριάκοντα σταδίους διέχον ἀπὸ τῆς νῦν πόλεως. ὑπὲρ δὲ τῆς Ἰλιέων κώμης δέκα σταδίοις ἐστὶν ἡ Καλλικολώνη, λόφος τις, παρ' ὃν ὁ Σιμόεις ῥεῖ, πενταστάδιον διέχων· γίνεται οὖν εὔλογον πρῶτον μὲν τὸ ἐπὶ τοῦ Ἄρεος·

ὦρτο δ' Ἄρης ἑτέρωθεν ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσος,
ὀξὺ κατ' ἀκροτάτης πόλιος Τρώεσσι κελεύων,
ἄλλοτε πὰρ Σιμόεντι θέων ἐπὶ Καλλικολώνῃ.

τῆς γὰρ μάχης ἐπὶ τῷ Σκαμανδρίῳ πεδίῳ συντελουμένης, πιθανῶς ἂν ὁ Ἄρης ἄλλοτε μὲν τὴν ἐγκέλευσιν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ποιοῖτο, ἄλλοτε δ' ἐκ τῶν πλησίον τόπων τοῦ τε Σιμόεντος καὶ τῆς Καλλικολώνης, μέχρι οὗ εἰκὸς καὶ τὴν μάχην παρατετάσθαι· τετταράκοντα δὲ σταδίους διεχούσης τῆς Καλλικολώνης ἀπὸ τοῦ νῦν Ἰλίου, τί χρήσιμον ἐπὶ τοσοῦτον μεταλαμβάνεσθαι τοὺς τόπους, ἐφ' ὅσον ἡ διάταξις οὐ διέτεινε; τό τε

πρὸς Θύμβρης δ' ἔλαχον Λύκιοι

οἰκειότερόν ἐστι τῷ παλαιῷ κτίσματι· πλησίον γάρ ἐστι τὸ πεδίον ἡ Θύμβρα καὶ ὁ δι' αὐτοῦ ῥέων ποταμὸς Θύμβριος, ἐμβάλλων εἰς τὸν Σκάμανδρον κατὰ τὸ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἱερόν, τοῦ δὲ νῦν Ἰλίου καὶ πεντήκοντα σταδίους διέχει. ὅ τε ἐρινεός, τραχύς τις τό-

qui per medium horum labatur. Semper vero inimicitias et bella fuisse Cebrenis ac Scepsiis, donec eos Antigonus conduxerit in urbem unam, tunc Antigoniam, nunc Alexandriam dictam. Ac Cebrenenses quidem cum reliquis mansisse in Alexandria, Scepsios autem permissu Lysimachi in patriam reversos esse.

34. A regione hac Idæ montana duos flexus ait portendi ad mare, unum recta Rhœteum, alterum Sigeum versus, utrinque facientes lineam semicircularem, desinere autem in campo, tanto a mari intervallo, quanto Ilium nostræ ætatis abest; id enim esse positum inter fines istorum flexuum, antiquum fuisse inter initia; inter hos comprehendi Simoisium campum, per quem Simois defertur, et Scamandrium, per quem Scamander. Atque hæc quidem planities proprie Troica dicitur, et pleraque pugnas ibi decertatas poeta facit. Est enim amplior, et, quæ loca Homerus nominat, ibi monstrari videmus, caprificetum, inquam, sepulcrum Æsyetæ, Batieam et Ili sepulcrum. Fluvii autem Scamander et Simois, quum alter ad Sigeum, alter ad Rhœteum appropinquarunt, paulo ante Ilium, quod nunc est, confluunt, atque inde apud Sigeum in mare exeunt et Stomalimnen efficiunt. Ambos hos campos dirimit collum quoddam sive tractus montanus, qui recta impositus duobus istis cubitis, ab hodierno Ilio incipiens eique conjunctus, et usque ad Cebreniam pertinens, una cum cubitis quos ab utraque sui parte habet, formam literæ Є refert.

35. Paululum supra hunc tractum Iliensium est pagus, quem putant antiquitus Ilii locum fuisse, stadiis triginta ab urbe, quæ nunc est. Supra Iliensium pagum decem stadiis est Callicolone, tumulus quidam, præter quem Simois fluit, distans stadia quinque. Hinc igitur facile intelligitur primum quidem illud quod de Marte dicitur (*Il.* 20, 51):

Ferebatur Mars ab altera parte nigricantis turbinis instar
acute e summa urbe Trojanos adhortans,
alias propter Simoentem currens in Callicolone.

Nam quum pugna in Scamandrio depugnaretur campo, verisimiliter Mars alias ab arce ad prœlium Trojanos exhortabatur, alias e locis, quæ Simoenti essent vicina et Callicolonæ, quousque etiam aciem sese prolatasse probabile est; quum autem Callicolone ab hodierno Ilio distaret stadia quadraginta, quid proderat tanto spatio dissita commutare loca, ad quæ instructa acies non pertingeret? Deinde vero illud quoque (*Il.* 10, 430):

ad Thymbram Lycii castra sortiti sunt,

prisco urbis loco melius convenit; prope est enim campus Thymbra, et eum perfluens amnis Thymbrius, qui in Scamandrum incidit juxta Thymbræi Apollinis templum; ab hodierno autem Ilio vel quinquaginta stadiis distat. Eri-

πος καὶ ἐρινεώδης, τῷ μὲν ἀρχαίῳ κτίσματι ὑποπέπτωκεν· ὥστε τὸ

λαὸν δὲ στῆσον παρ' ἐρινεόν, ἔνθα μάλιστα
ἀμβατός ἐστι πόλις καὶ ἐπίδρομον ἔπλετο τεῖχος

οἰκείως ἂν λέγοι ἡ Ἀνδρομάχη· τῆς δὲ νῦν πόλεως πάμπολυ ἀπέοικε· καὶ ὁ φηγὸς δὲ μικρὸν κατωτέρω ἐστὶ τοῦ ἐρινεοῦ, ἐφ' οὗ φησιν ὁ Ἀχιλλεύς·

ὄφρα δ' ἐγὼ μετ' Ἀχαιοῖσιν πολέμιζον,
οὐκ ἐθέλεσκε μάχην ἀπὸ τείχεος ὀρνύμεν Ἕκτωρ,
ἀλλ' ὅσον ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανεν.

36. Καὶ μὴν τό γε ναύσταθμον τὸ νῦν ἔτι λεγόμενον πλησίον οὕτως ἐστὶ τῆς νῦν πόλεως, ὥστε θαυμάζειν εἰκότως ἄν τινα τῶν μὲν τῆς ἀπονοίας, τῶν δὲ τοὐναντίον τῆς ἀψυχίας· ἀπονοίας μέν, εἰ εἰς τοσοῦτον χρόνον ἀτείχιστον αὐτὸ εἶχον, πλησίον οὔσης τῆς πόλεως καὶ τοσούτου πλήθους, τοῦ τ' ἐν αὐτῇ καὶ τοῦ ἐπικουρικοῦ· νεωστὶ γὰρ γεγονέναι φησὶ τὸ τεῖχος (ἢ οὐδ' ἐγένετο, ὁ δὲ πλάσας ποιητὴς ἠφάνισεν, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν)· ἀψυχίας δέ, εἰ, γενομένου τοῦ τείχους, ἐτειχομάχουν, ὡς† εἰσέπεσον εἰς αὐτὸ τὸ ναύσταθμον καὶ προσεμάχοντο ταῖς ναυσίν, ἀτείχιστον δὲ ἔχοντες, οὐκ ἐθάρρουν προσιόντες πολιορκεῖν, μικροῦ τοῦ διαστήματος ὄντος· ἔστι γὰρ τὸ ναύσταθμον πρὸς Σιγείῳ, πλησίον δὲ καὶ ὁ Σκάμανδρος ἐκδίδωσι, διέχων τοῦ Ἰλίου σταδίους εἴκοσιν. εἰ δὲ φήσει τις τὸν νῦν λεγόμενον Ἀχαιῶν λιμένα εἶναι τὸ ναύσταθμον, ἐγγυτέρω τινὰ λέξει τόπον, ὅσον δώδεκα σταδίους διεστῶτα τῆς πόλεως, [τὸ] ἐπὶ θαλάττῃ πεδίον [τὸ] νῦν προστιθείς, *** διότι τοῦτο πᾶν πρόσχωμα τῶν ποταμῶν ἐστι, τὸ πρὸ τῆς πόλεως ἐπὶ θαλάττῃ πεδίον· ὥστε, εἰ δωδεκαστάδιόν ἐστι νῦν τὸ μεταξύ, τότε καὶ τῷ ἡμίσει ἔλαττον ὑπῆρχε. Καὶ ἡ διήγησις δ' ἡ πρὸς τὸν Εὔμαιον ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως διασκευασθεῖσα μέγα ἐμφαίνει τὸ διάστημα τὸ μέχρι τῆς πόλεως ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου·

ὡς δθ' ὑπὸ Τροίῃ λόχον ἤγομεν·

φησὶ γὰρ ὑποβάς·

λίην γὰρ νηῶν ἑκὰς ἤλθομεν.

ἐπί τε τὴν κατασκοπὴν πέμπονται γνωσόμενοι, πότερον μενοῦσι παρὰ νηυσὶν ἀπόπροθεν πολὺ ἀπεσπασμένοι τοῦ οἰκείου τείχους,

ἠὲ πόλινδε
ἂψ ἀναχωρήσουσι.

καὶ ὁ Πολυδάμας,

ἀμφὶ μάλα φράζεσθε, φίλοι· κέλομαι γὰρ ἔγωγε
ἄστυδε νῦν ἰέναι, φησίν,
ἑκὰς δ' ἀπὸ τείχεός εἰμεν.

παρατίθησι δ' ὁ Δημήτριος καὶ τὴν Ἀλεξανδρινὴν Ἑστιαίαν μάρτυρα, τὴν συγγράψασαν περὶ τῆς Ὁμήρου Ἰλιάδος, πυνθανομένην, εἰ περὶ τὴν νῦν πόλιν ὁ πόλεμος συνέστη, καὶ [ποῦ] τὸ Τρωικὸν πεδίον, ὃ μεταξὺ τῆς πόλεως καὶ τῆς θαλάττης ὁ ποιητὴς φράζει· τὸ μὲν γὰρ πρὸ τῆς νῦν πόλεως ὁρώμενον πρόσχωμα εἶναι τῶν ποταμῶν ὕστερον γεγονός.

neus quoque, asper locus et caprificis consitus, sub antiquum situs est Ilium, adeo ut illud (*Il.* 6, 433):

exercitum siste prope caprificum, ubi potissimum
ascensu facilis est urbs et impetus fit in murum

convenienter dixerit Andromache; at ab ea, quae nunc est, urbe maxime hoc foret alienum. Porro fagus quoque paulo inferior est caprifico, de qua Achilles loquitur (*Il.* 9, 352):

Dum ego inter Argivos pugnabam,
non voluit pugnam procul a mœnibus ciere Hector,
sed quantum ad Scæas portas et fagum progrediebatur.

36. Præterea naustathmum sive navium statio, quæ nunc dicitur, ita vicina est recenti Ilio, ut mirari subeat alterorum dementiam, alterorum timiditatem: Græcorum inquam vecordiam, si tanto eam tempore sine muris tenuerunt, Ilio tam propinquo, tantaque Trojanorum et sociorum multitudine in eo versante; nam nuper demum murum ductum esse poeta dicit (si tamen omnino ductus est, neque ipse poeta potius eum et fecit et delevit, ut Aristoteles ait); timiditatem vero Trojanorum, si, muro facto, oppugnarunt eum, et [καὶ] in ipsam stationem irruentes naves aggressi sunt, stationem autem muro nondum cinctam ausi non sunt invadere, quamquam non longe dissitam; est enim statio ad Sigeum, et prope etiam Scamandri sunt ostia, viginti ab Ilio stadiis. Quod si quis dicat stationem fuisse eum qui nunc dicitur Achæorum portum, is nimis propinquum dixerit quendam locum, duodecim ab urbe stadiis distantem, si adjecerit quæ nunc ad mare est planitiem, [*non recte tamen,*] quum tota illa ante urbem mari adjacens planities fluviorum alluvie aggesta sit; adeo ut, si nunc duodecim sit stadiorum intervallum, tunc vel dimidio minus fuerit. Sed et narratio Ulyssis ad Eumæum composita Ilium longe a statione navium abfuisse ostendit (*Od.* 14, 469):

ut quando sub Troja insidias struximus;

post enim dicit (*Od.* 14, 496):

Namque nimis longe a navibus progressi sumus.

Mittuntur etiam e Græcis exploratum, an Trojani apud naves sint permansuri, ad quas procul a suis mœnibus avulsi pervenerant (*Il.* 20, 209),

an in urbem
retro sint recessuri.

Et Polydamas dicit (*Il.* 18, 254):

Diligenter deliberate, amici; hortor enim ego
in urbem nunc redire,
nam procul a muro sumus.

Demetrius etiam Hestiæam Alexandrinam testem adducit, quæ de Homeri Iliade scripsit, et quæstionem hanc tractavit, an circa eam, quæ nunc est, urbem bellatum fuerit, et ubinam Trojanus sit campus, quem inter urbem et mare collocat; nam qui ante hodiernam urbem visitur, eum esse a fluviis postea aggestum.

37. Ὅ τε Πολίτης,

ὃς Τρώων σκοπὸς ἷζε, ποδωκείῃσι πεποιθώς,
τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ Αἰσυήταο γέροντος,

μάταιος ἦν. καὶ γὰρ εἰ ἐπ' ἀκροτάτῳ, ὅμως πολὺ ἂν μείζονος [ἀφ'] ὕψους τῆς ἀκροπόλεως ἐσκόπευεν, ἐξ ἴσου σχεδόν τι διαστήματος, μὴ δεόμενος μηδὲν τῆς ποδωκείας τοῦ ἀσφαλοῦς χάριν· πέντε γὰρ διέχει σταδίους ὁ νῦν δεικνύμενος τοῦ Αἰσυήτου τάφος κατὰ τὴν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὁδόν. οὐδ' ἡ τοῦ Ἕκτορος δὲ περιδρομὴ ἡ περὶ τὴν πόλιν ἔχει τι εὔλογον· οὐ γάρ ἐστι περίδρομος ἡ νῦν διὰ τὴν συνεχῆ ῥάχιν· ἡ δὲ παλαιὰ ἔχει περιδρομήν.

38. Οὐδὲν δ' ἴχνος σώζεται τῆς ἀρχαίας πόλεως· εἰκότως· ἅτε γὰρ ἐκπεπορθημένων τῶν κύκλῳ πόλεων, οὐ τελέως δὲ κατεσπασμένων, ταύτης δ' ἐκ βάθρων ἀνατετραμμένης, οἱ λίθοι πάντες εἰς τὴν ἐκείνων ἀνάληψιν μετηνέχθησαν. Ἀρχαιάνακτα γοῦν φασι τὸν Μιτυληναῖον ἐκ τῶν ἐκεῖθεν λίθων τὸ Σίγειον τειχίσαι. τοῦτο δὲ κατέσχον μὲν Ἀθηναῖοι, Φρύνωνα τὸν Ὀλυμπιονίκην πέμψαντες, Λεσβίων ἐπιδικαζομένων σχεδόν τι τῆς συμπάσης Τρῳάδος· ὧν δὴ καὶ κτίσματά εἰσιν αἱ πλεῖσται τῶν κατοικιῶν, αἱ μὲν συμμένουσαι καὶ νῦν, αἱ δ' ἠφανισμέναι. Πιττακὸς δ' ὁ Μιτυληναῖος, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν λεγομένων, πλεύσας ἐπὶ τὸν Φρύνωνα στρατηγὸν διεπολέμει τέως, διατιθεὶς καὶ πάσχων κακῶς (ὅτε καὶ Ἀλκαῖός φησιν ὁ ποιητής, ἑαυτὸν ἔν τινι ἀγῶνι κακῶς φερόμενον τὰ ὅπλα ῥίψαντα φυγεῖν· λέγει δὲ πρός τινα κήρυκα, κελεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ, Ἀλκαῖος σόος Ἄρει ἔντεα δ' † οὐκυτὸν ἀληκτορὶν ἐς Γλαυκωποῦ ἱερὸν ἀνεκρέμασαν Ἀττικοί), ὕστερον δ' ἐκ μονομαχίας, προκαλεσαμένου τοῦ Φρύνωνος, ἁλιευτικὴν ἀναλαβὼν σκευὴν συνέδραμε, καὶ τῷ μὲν ἀμφιβλήστρῳ περιέβαλε, τῇ τριαίνῃ δὲ καὶ τῷ ξιφιδίῳ ἔπειρε καὶ ἀνεῖλε. μένοντος δ' ἔτι τοῦ πολέμου, Περίανδρος διαιτητὴς αἱρεθεὶς ὑπὸ ἀμφοῖν ἔλυσε τὸν πόλεμον.

39. Τίμαιον δὲ ψεύσασθαί φησιν ὁ Δημήτριος, ἱστοροῦντα ἐκ τῶν λίθων τῶν ἐξ Ἰλίου Περίανδρον ἐπιτειχίσαι τὸ Ἀχίλλειον τοῖς Ἀθηναίοις, βοηθοῦντα τοῖς περὶ Πιττακόν· ἐπιτειχισθῆναι μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν Μιτυληναίων τὸν τόπον τοῦτον τῷ Σιγείῳ, οὐ μὴν ἐκ λίθων τοιούτων, οὐδ' ὑπὸ τοῦ Περιάνδρου. Πῶς γὰρ ἂν αἱρεθῆναι διαιτητὴν τὸν προσπολεμοῦντα; Ἀχίλλειον δ' ἐστὶν ὁ τόπος, ἐν ᾧ τὸ Ἀχιλλέως μνῆμα, κατοικία μικρά. κατέσκαπται δὲ καὶ τὸ Σίγειον ὑπὸ τῶν Ἰλιέων ἀπειθοῦν· ὑπ' ἐκείνοις γὰρ ἦν ὕστερον ἡ παραλία πᾶσα ἡ μέχρι Δαρδάνου, καὶ νῦν ὑπ' ἐκείνοις ἐστί. τὸ δὲ παλαιὸν ὑπὸ τοῖς Αἰολεῦσιν ἦν τὰ πλεῖστα, ὥστε Ἔφορος οὐκ ὀκνεῖ πᾶσαν τὴν ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Κύμης καλεῖν Αἰολίδα. Θουκυδίδης δέ φησιν ἀφαιρεθῆναι τὴν Τροίαν ὑπὸ Ἀθηναίων τοὺς Μιτυληναίους ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ τῷ Παχητίῳ.

37. Polites quoque (*Il.* 2, 792):

qui Trojanorum speculator sedebat, pedum velocitate fretus,
tumulo in summo Æsyetæ senis,

fatuus fuisset. Nam ut maxime de summo specularetur tumulo, tamen longe sublimiore de loco speculari poterat ex arce, pari fere intervallo, neque ei celeritate pedum opus erat securitatis causa; nam quinque stadiis abest tumulus Æsyetæ, qui hodie monstratur juxta viam qua itur Alexandriam. Ne Hectoris quidem circa urbem cursus (*Il.* 22, 105) rationi esset consentaneus; nostrum enim Ilium ambiri non potest ob continens montis dorsum, at vetus potuit.

38. Neque absurdum est, nullum exstare antiqui Ilii vestigium. Quum enim aliæ circumsitæ urbes evastatæ, non omnino tamen dirutæ essent, hæc autem funditus eversa: omnes hujus lapides ad refectionem illarum adhibiti sunt. Archæanactem quidem Mitylenæum aiunt ex Iliacis lapidibus Sigeum muro cinxisse. Id vero occupaverunt Athenienses, misso Phrynone, qui ex Olympico certamine victoriam reportaverat, quum Lesbii totam fere Troadem sibi vindicarant; ac sane a Lesbiis condita sunt pleraque domiciliorum quæ ibi partim etiamnum durant, partim sunt diruta. Pittacus autem Mitylenæus, unus de septem sapientibus, cum classe adversus Phrynonem profectus aliquantisper vario Marte belligerabat, modo inferens modo patiens damnum, quo tempore etiam Alcæus poeta ait se in quadam pugna male acceptum, abjectis armis fuga sibi consuluisse; dicit vero præconi cuidam mandans, ut domi nuntiaret: « Alcæus Marti salvus est; non item arma; gallum, i. e. galeæ cristam, (ἔντεα δ' οὐχί· τὰν ἀλέκτοριν?) in Glaucopidis fano suspenderunt Attici »), postea autem Pittacus a Phrynone ad singulare provocatus certamen, sumpto piscatorio instrumento cum hoste congressus est, et conjecto in eum reti comprehensum tridente ac pugione confodit. Quum vero bellum ne sic quidem finiretur, Periander optatus a partibus arbiter diremit.

39. Mendacii accusat Timæum Demetrius, quod ille perhibuerit, Periandrum ex Iliacis lapidibus adversus Athenienses muniisse Achilleum, eoque opitulatum Pittaco; nam munitum quidem a Mitylenæis hunc locum contra Sigeum fuisse, sed neque e tali lapide, neque Periandro auctore. Qui enim is arbiter delectus fuisset, qui se hostem facto ostendisset? Ceterum Achilleum is est locus ubi Achillis monumentum exstat, pagus exiguus. Dirutum vero est, sicuti etiam (ὡς καὶ) Sigeum, ab Iliensibus inobedientiæ causa; nam sub Iliensibus ora maritima postea erat universa usque ad Dardanum, et sub iisdem etiam nunc est. Olim vero sub Æolensibus fuerunt plurima, adeo ut Ephorus totam ab Abydo Cumam usque oram Æolidi adscribere non dubitarit. Thucydides Trojam Mitylenæis ademptam ab Atheniensibus tradit bello Peloponnesiaco, duce Pachete.

40. Λέγουσι δ' οἱ νῦν Ἰλιεῖς καὶ τοῦτο, ὡς οὐδὲ τελέως ἠφανίσθαι συνέβαινεν τὴν πόλιν κατὰ τὴν ἅλωσιν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, οὐδ' ἐξελείφθη οὐδέποτε. αἱ γοῦν Λοκρίδες παρθένοι, μικρὸν ὕστερον ἀρξάμεναι, ἐπέμποντο κατ' ἔτος. καὶ ταῦτα δ' οὐχ Ὁμηρικά· οὔτε γὰρ τῆς Κασάνδρας φθορὰν οἶδεν Ὅμηρος, ἀλλ' ὅτι μὲν παρθένος ἦν ὑπ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον λέγει·

πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα, Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα,
ὅς ῥα νέον πτολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει.
ᾔτει δὲ Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην,
Κασσάνδρην, ἀνάεδνον·

βίας δὲ οὐδὲ μέμνηται, οὐδ' ὅτι ἡ φθορὰ τοῦ Αἴαντος ἐν τῇ ναυαγίᾳ κατὰ μῆνιν Ἀθηνᾶς συνέβη, ἢ κατὰ τοιαύτην αἰτίαν, ἀλλ' ἀπεχθανόμενον μὲν τῇ Ἀθηνᾷ κατὰ τὸ κοινὸν εἴρηκεν (ἁπάντων γὰρ εἰς τὸ ἱερὸν ἀσεβησάντων, ἅπασιν ἐμήνιεν), ἀπολέσθαι δὲ ὑπὸ Ποσειδῶνος μεγαλορρημονήσαντα. τὰς δὲ Λοκρίδας πεμφθῆναι, Περσῶν ἤδη κρατούντων, συνέβη.

41. Οὕτω μὲν δὴ λέγουσιν οἱ Ἰλιεῖς, Ὅμηρος δὲ ῥητῶς τὸν ἀφανισμὸν τῆς πόλεως εἴρηκεν·

ἔσσεται ἦμαρ, ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή.
ἢ γὰρ καὶ Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπὴν
βουλῇ καὶ μύθοισι [καὶ ἠπεροπηΐδι τέχνῃ].
[πέρ]θετο δὲ Πριάμοιο πόλις δεκάτῳ ἐνιαυτῷ.

καὶ τὰ τοιαῦτα δὲ τοῦ αὐτοῦ τίθενται τεκμήρια, οἷον, ὅτι τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ξόανον νῦν μὲν ἑστηκὸς ὁρᾶται, Ὅμηρος δὲ καθήμενον ἐμφαίνει· πέπλον γὰρ κελεύει

θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν·

ὡς καί,

μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέζεσθαι φίλον υἱόν.

βέλτιον γὰρ οὕτως, ἢ ὡς τινες δέχονται ἀντὶ τοῦ παρὰ τοῖς γόνασι θεῖναι, παρατιθέντες τὸ

ἡ δ' ἧσται ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν πυρὸς αὐγῇ

ἀντὶ τοῦ παρ' ἐσχάρῃ· τίς γὰρ ἂν νοηθείη πέπλου ἀνάθεσις παρὰ τοῖς γόνασι; καὶ οἱ τὴν προσῳδίαν δὲ διαστρέφοντες, γουνάσιν, ὡς θυιάσιν, ὁποτέρως ἂν δέξωνται, ἀπεραντολογοῦσιν, εἴθ' † ἱκετεύοντές τε φρένας. πολλὰ δὲ τῶν ἀρχαίων τῆς Ἀθηνᾶς ξοάνων καθήμενα δείκνυται, καθάπερ ἐν Φωκαίᾳ, Μασσαλίᾳ, Ῥώμῃ, Χίῳ, ἄλλαις πλείοσιν. ὁμολογοῦσι δὲ καὶ οἱ νεώτεροι τὸν ἀφανισμὸν τῆς πόλεως, ὧν ἐστι καὶ Λυκοῦργος ὁ ῥήτωρ· μνησθεὶς γὰρ τῆς Ἰλιέων πόλεως φησί· τίς οὐκ ἀκήκοεν, ὡς ἅπαξ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κατεσκάφθη, ἀοίκητον οὖσαν;

42. Εἰκάζουσι δὲ τοὺς ὕστερον ἀνακτίσαι διανοουμένους οἰωνίσασθαι τὸν τόπον ἐκεῖνον, εἴτε διὰ τὰς συμφοράς, εἴτε καὶ καταρασαμένου τοῦ Ἀγαμέμνονος κατὰ παλαιὸν ἔθος (καθάπερ καὶ ὁ Κροῖσος ἐξελὼν τὴν Σιδηνήν, εἰς ἣν ὁ τύραννος κατέφυγε Γλαυκίας, ἀρὰς ἔθετο κατὰ τῶν τειχιούντων πάλιν τὸν τόπον), ἐκείνου μὲν οὖν ἀποστῆναι τοῦ χωρίου, ἕτερον δὲ τειχίσαι. πρῶτοι μὲν οὖν Ἀστυπαλαιεῖς οἱ τὸ Ῥοίτειον κατασχόν-

40. Id quoque nostræ ætatis Ilienses dicunt, Ilium ab Achivis captum non prorsus deletum, nec unquam desertum fuisse. Locrenses quidem virgines paulo post cœperunt Ilium mitti quotannis. Atqui hæc non sunt Homerica; nihil enim de violata Casandra novit Homerus, qui quidem sub id tempus eam virginem commemorat (*Il.* 13, 363):

Interfecit enim Othryoneum e Cabeso ingressum,
qui nuper belli ad famam venerat;
petebat autem Priami filiarum forma præstantissimam,
Cassandram, indotatam;

2. Primum igitur Cilicum castellum est Coracesium, situm in petra prærupta, qua arce belli usus est Diodotus, cognomento Tryphon, quum a regibus abalienaret Syriam, bellumque dubiæ fortunæ vicibus adversus eos gereret. Atque hunc quidem Antiochus Demetrii filius quodam in castello inclusum ad mortem sibi consciscendam adegit. Cilicibus autem, ut societates prædandi in mari coirent, Tryphon auctor fuit, et socordia regum, qui per successiones tunc Syriæ simul et Ciliciæ præerant; nam illo novas res moliente, idem etiam alii egerunt, et quum inter se dissiderent fratres, ditionem insidiantibus fecerunt obnoxiam. Maxime ad maleficia invitavit mancipiorum exportatio, quum esset lucrosissima; nam et facile mancipia capiebant, nec adeo procul aberat maximum emporium atque opulentum, Delus insula, quæ uno die poterat innumeram mancipiorum multitudinem accipere et amandare; adeo ut etiam proverbium exstiterit: Mercator, appelle navim, expone; omnia statim divendita. Causam rei præbuit, quod, deletis Carthagine et Corintho, divitiarum copia abundantibus Romanis multorum mancipiorum usus cœpit

τὴν Καρχηδόνος καὶ Κορίνθου κατασκαφὴν οἰκετείαις ἐχρῶντο πολλαῖς· ὁρῶντες δὲ τὴν εὐπέτειαν οἱ λῃσταὶ ταύτην ἐξήνθησαν ἀθρόως, αὐτοὶ καὶ λῃζόμενοι καὶ σωματεμποροῦντες. συνήργουν δ' εἰς ταῦτα καὶ οἱ τῆς Κύπρου καὶ οἱ τῆς Αἰγύπτου βασιλεῖς, ἐχθροὶ τοῖς Σύροις ὄντες· οὐδ' οἱ Ῥόδιοι δὲ φίλοι ἦσαν αὐτοῖς, ὥστ' οὐδὲν ἐβοήθουν· ἅμα δὲ καὶ οἱ λῃσταὶ προσποιούμενοι σωματεμπορεῖν, ἄλυτον τὴν κακουργίαν εἶχον. ἀλλ' οὐδὲ Ῥωμαῖοί πω τοσοῦτον ἐφρόντιζον τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου, ἀλλ' ἔπεμψαν μὲν καὶ Σκιπίωνα τὸν Αἰμιλιανόν, ἐπισκεψόμενον τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις, καὶ πάλιν ἄλλους τινάς· ἔγνωσαν δὲ κακίᾳ τῶν ἀρχόντων συμβαῖνον τοῦτο, εἰ καὶ τὴν κατὰ γένος διαδοχὴν τὴν ἀπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος, αὐτοὶ κεκυρωκότες, ᾐδοῦντο ἀφαιρεῖσθαι. τοῦτο δὲ συμβὰν τῆς μὲν χώρας ἐποίησε κυρίους Παρθυαίους, οἳ τὰ πέραν τοῦ Εὐφράτου κατέσχον· τὸ τελευταῖον δὲ καὶ Ἀρμενίους, οἳ καὶ τὴν ἐκτὸς τοῦ Ταύρου προσέλαβον μέχρι καὶ Φοινίκης, καὶ τοὺς βασιλέας κατέλυσαν εἰς δύναμιν καὶ τὸ γένος αὐτῶν σύμπαν, τὴν δὲ θάλατταν τοῖς Κίλιξι παρέδωκαν. εἶτ' αὐξηθέντας ἠναγκάσθησαν καταλύειν Ῥωμαῖοι πολέμῳ καὶ μετὰ στρατιᾶς, οὓς αὐξομένους οὐκ ἐκώλυσαν. ὀλιγωρίαν μὲν οὖν αὐτῶν χαλεπὸν καταγνῶναι· πρὸς ἑτέροις δὲ ὄντες τοῖς ἐγγυτέρω καὶ κατὰ χεῖρα μᾶλλον οὐχ οἷοί τε ἦσαν τὰ ἀπωτέρω σκοπεῖν. ταῦτα μὲν οὖν ἔδοξεν ἡμῖν ἐν παρεκβάσει διὰ βραχέων εἰπεῖν.

3. Μετὰ δὲ τὸ Κορακήσιον † Ἀρσινόη πόλις, εἶθ' Ἁμαξία, ἐπὶ βουνοῦ κατοικία τις ὕφορμον ἔχουσα, ὅπου κατάγεται ἡ ναυπηγήσιμος ὕλη. κέδρος δ' ἐστὶν ἡ πλείστη, καὶ δοκεῖ ταῦτα τὰ μέρη πλεονεκτεῖν τῇ τοιαύτῃ ξυλείᾳ· καὶ διὰ τοῦτ' Ἀντώνιος Κλεοπάτρᾳ τὰ χωρία ταῦτα προσένειμεν, ἐπιτήδεια ὄντα πρὸς τὰς τῶν στόλων κατασκευάς. Εἶτα Λαέρτης, φρούριον ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς ὕφορμον ἔχον· εἶτα Σελινοῦς † ποταμός· εἶτα Κράγος, πέτρα περίκρημνος πρὸς θαλάττῃ· εἶτα Χαραδροῦς, ἔρυμα καὶ αὐτὸ ὕφορμον ἔχον (ὑπέρκειται δ' ὄρος Ἄνδρικλος) καὶ παράπλους τραχύς, Πλατανιστῆς καλούμενος· εἶτ' Ἀνεμούριον ἄκρα, καθ' ἣν ἡ ἤπειρος ἐγγυτάτω τῆς Κυπρίας ἐστὶν ἐπὶ Κρομμύου ἄκραν, ἐν διάρματι σταδίων τριακοσίων πεντήκοντα. εἰς μὲν οὖν τὸ Ἀνεμούριον ἀπὸ τῶν ὅρων τῆς Παμφυλίας ὁ Κιλίκιος παράπλους σταδίων ἐστὶν ὀκτακοσίων εἴκοσι, λοιπὸς δ' ἐστὶ μέχρι Σόλων ὅσον πεντακοσίων παράπλους σταδίων. [ἐν] τούτῳ δ' ἐστὶ Νάγιδος πρώτη μετὰ τὸ Ἀνεμούριον πόλις· εἶτ' Ἀρσινόη πρόσορμον ἔχουσα· εἶτα τόπος Μελανία καὶ Κελένδερις, πόλις λιμένα ἔχουσα. τινὲς δὲ ταύτην ἀρχὴν τίθενται τῆς Κιλικίας, οὐ τὸ Κορακήσιον, ὧν ἐστι καὶ ὁ Ἀρτεμίδωρος· καί φησιν ἀπὸ μὲν τοῦ Πηλουσιακοῦ στόματος εἶναι τρισχιλίους ἐνακοσίους σταδίους εἰς Ὀρθωσίαν, ἐπὶ δὲ τὸν Ὀρόντην ποταμὸν χίλια ἑκατὸν τριάκοντα, ἐπὶ δὲ τὰς πύλας ἑξῆς πεντακόσια εἰκοσιπέντε, ἐπὶ δὲ τοὺς ὅρους τῶν Κιλίκων χίλια διακόσια ἑξήκοντα.

esse. Hanc facilitatem prædones animadvertentes, confertim eruperunt, mancipia facientes atque vendentes. Huc conducebat etiam Cypriorum et Ægyptiorum regum conniventia, qui Syrorum erant inimici; neque Rhodii iis amici erant, ideoque non opitulabantur; simul et prædones, quum se vendere corpora tantum simularent, continua egerunt latrocinia. Necdum Romanis admodum curæ erant ea quæ extra Taurum fiebant. Miserunt quidem Scipionem Æmilianum, qui gentes et urbes inspiceret, ac deinde alios quosdam, cognoverunt autem ista fieri ob nequitiam præfectorum, etsi successionem inde a Seleuco Nicatore, quippe quam ipsi habuissent ante ratam, abolere dedecori sibi ducebant. Sane hoc pacto factum est ut ditio ea in Parthorum veniret potestatem, qui trans Euphratem sita obtinebant, et ad extremum etiam Armeniorum, qui extra Taurum quoque sita occupaverunt usque ad Phœniciam, et regiam, quantum potuere, imminuerunt potestatem eorumque omne genus, ac Cilicibus mare tradiderunt. Proinde quibus Romani crescentibus non obstiterunt, eos tandem auctos viribus bello et misso exercitu coacti sunt opprimere. Ceterum grave foret Romanos hic negligentiæ insimulare, quippè qui aliis propinquioribus occupationibus detenti, iisque magis ad manum positis, remotiora non potuerunt curare. Hæc visum mihi fuit dicere paucis, ut in digressione.

3. Post Coracesium sequitur Aunesis (Αὔνησις) urbs; deinde Hamaxia in colle quodam oppidulum cum navali, quo materia navibus fabricandis deducitur; plurima ejus cedrus est, qua arbore videntur abundare ista loca; ideoque ea loca Cleopatræ attribuit Antonius, quod ad parandam classem idonea essent. Deinde Laertes est castellum, colli insitum, mammillæ formam habenti, statione præditum; tum Selinûs *opp. et* fluvius; hinc Cragus, præceps ad mare petra; deinde Charadrus castellum cum statione (superne ei imminet Andriclus mons) et asperum litus, Platanistes nomine. Inde Anemurium promontorium, ubi continens Cypro proxima est versus Crommyi promontorium, trajectu stadiorum trecentorum quinquaginta. A finibus Pamphyliæ Anemurium usque Ciliciæ ora navigatur ad stadia octingenta viginti, inde ad Solos superest navigatio stadiorum *mille* quingentorum. Post Anemurium est urbs Nagidus, inde Arsinoe stationem habens; post locus Melania et Celenderis urbs cum portu. Quidam hanc, non Coracesium faciunt Ciliciæ principium, quorum est etiam Artemidorus, qui a Pelusiaco ostio ad Orthosiam tradit stadia ter mille nongenta, ad Orontem flumen mille trecenta viginti, deinceps ad Portas quingenta viginti quinque, ad terminos Ciliciæ mille ducenta sexaginta.

4. Εἶθ' Ὅλμοι, ὅπου πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς· κτισθείσης δ' ἐπὶ τῷ Καλυκάδνῳ τῆς Σελευκείας, ἐκεῖ μετῳκίσθησαν. εὐθὺς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ Καλυκάδνου ἐκβολὴ κάμψαντι ᾐόνα, ποιοῦσαν ἄκραν, ἣ καλεῖται Σαρπηδών. πλησίον ἐστὶ τοῦ Καλυκάδνου καὶ τὸ Ζεφύριον, καὶ αὕτη ἄκρα· ἔχει δὲ ὁ ποταμὸς ἀνάπλουν εἰς τὴν Σελεύκειαν, πόλιν εὖ συνοικουμένην καὶ πολὺ ἀφεστῶσαν τοῦ Κιλικίου καὶ Παμφυλίου τρόπου. ἐνταῦθα ἐγένοντο καθ' ἡμᾶς ἄνδρες ἀξιόλογοι τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων Ἀθήναιός τε καὶ Ξέναρχος, ὧν ὁ μὲν Ἀθήναιος καὶ ἐπολιτεύσατο καὶ ἐδημαγώγησε χρόνον τινὰ ἐν τῇ πατρίδι· εἶτ' ἐμπεσὼν εἰς τὴν Μουρήνα φιλίαν ἐκείνῳ συνεάλω φεύγων, φωραθείσης τῆς κατὰ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ συσταθείσης ἐπιβουλῆς· ἀναίτιος δὲ φανεὶς ἀφείθη ὑπὸ Καίσαρος. ὡς δ' ἐπανιόντα εἰς Ῥώμην ἠσπάζοντο καὶ ἐπυνθάνοντο οἱ πρῶτοι ἐντυγχάνοντες, τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἔφη·

ἥκω, νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
λιπών.

ὀλίγον δ' ἐπιβιοὺς χρόνον ἐν συμπτώσει τῆς οἰκίας, ἐν ᾗ ᾤκει, διεφθάρη, νύκτωρ γενομένῃ. Ξέναρχος δέ, οὗ ἠκροασάμεθα ἡμεῖς, ἐν οἴκῳ μὲν οὐ πολὺ διέτριψεν, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καὶ Ἀθήνησι καὶ τὸ τελευταῖον ἐν Ῥώμῃ, τὸν παιδευτικὸν βίον ἑλόμενος· χρησάμενος δὲ καὶ τῇ Ἀρείου φιλίᾳ καὶ μετὰ ταῦτα τῇ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ διετέλεσε μέχρι γήρως ἐν τιμῇ ἀγόμενος· μικρὸν δὲ πρὸ τῆς τελευτῆς πηρωθεὶς τὴν ὄψιν κατέστρεψε νόσῳ τὸν βίον.

5. Μετὰ δὲ τὸν Καλύκαδνον ἡ Ποικίλη λεγομένη πέτρα, κλίμακα ἔχουσα λατομητὴν ἐπὶ Σελεύκειαν ἄγουσαν. εἶτ' Ἀνεμούριον ἄκρα, ὁμώνυμος τῇ προτέρᾳ, καὶ Κράμβουσα νῆσος καὶ Κώρυκος ἄκρα, ὑπὲρ ἧς ἐν εἴκοσι σταδίοις ἐστὶ τὸ Κωρύκιον ἄντρον, ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται. ἔστι δὲ κοιλὰς μεγάλη κυκλοτερής, ἔχουσα περικειμένην ὀφρὺν πετρώδη, πανταχόθεν ἱκανῶς ὑψηλήν· καταβάντι δ' εἰς αὐτὴν ἀνώμαλόν ἐστιν ἔδαφος καὶ τὸ πολὺ πετρῶδες, μεστὸν δὲ τῆς θαμνώδους ὕλης ἀειθαλοῦς τε καὶ ἡμέρου· παρέσπαρται δὲ καὶ τὰ ἐδάφη τὰ φέροντα τὴν κρόκον. ἔστι δὲ καὶ ἄντρον αὐτόθι, ἔχον πηγὴν μεγάλην, ποταμὸν ἐξιεῖσαν καθαροῦ τε καὶ διαφανοῦς ὕδατος, εὐθὺς καταπίπτοντα ὑπὸ γῆς· ἐνεχθεὶς δ' ἀφανὴς ἔξεισιν εἰς τὴν θάλατταν· καλοῦσι δὲ Πικρὸν ὕδωρ.

6. Εἶθ' ἡ Ἐλαιοῦσσα νῆσος μετὰ τὴν Κώρυκον, προσκειμένη τῇ ἠπείρῳ, ἣν συνῴκισεν Ἀρχέλαος καὶ κατεσκευάσατο βασίλειον, λαβὼν τὴν Τραχειῶτιν Κιλικίαν ὅλην πλὴν Σελευκείας, καθ' ὃν τρόπον καὶ Ἀμύντας πρότερον εἶχε καὶ ἔτι πρότερον Κλεοπάτρα. εὐφυοῦς γὰρ ὄντος τοῦ τόπου πρὸς τὰ λῃστήρια καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν (κατὰ γῆν μὲν διὰ τὸ μέγεθος τῶν ὀρῶν καὶ τῶν ὑπερκειμένων ἐθνῶν, πεδία καὶ γεώργια ἐχόντων μεγάλα καὶ εὐκατατρόχαστα, κατὰ θάλατταν δὲ διὰ τὴν εὐπορίαν τῆς τε ναυπηγησίμου ὕλης καὶ τῶν λιμένων καὶ ἐρυμάτων καὶ ὑποδυ-

4. Deinde Holmi, ubi quondam habitarunt qui nunc Seleucenses sunt, et, condita ad Calycadnum Seleucia, eo migraverunt. Statim enim sunt Calycadni ostia, si litus flexeris, quod promontorium efficit, cui nomen Sarpedon. Vicinum est Calycadno Zephyrium promontorium. Adverso Calycadno Seleuciam navigatur, urbem bene conditam, et valde diversam a Ciliciæ ac Pamphyliæ more. Ibi nostra ætate exstiterunt memorabiles peripatetici, Athenæus et Xenarchus. Athenæus etiam rempublicam tractavit, et aliquamdiu in patria populum dicendo duxit; deinde, quum in amicitiam Murenæ incidisset, hujus in Augustum Cæsarem insidiis compertis, una ipse fugiens captus est, insonsque inventus, a Cæsare dimissus. Quum autem Romam reversum salutarent atque compellarent primo occurrentes, Euripidea ista protulit (*Hecub. 1*):

Venio relicta mortuorum ego specu,
portisque tenebrarum :

quumque paulum temporis supervixisset, noctu ruina domus, in qua habitabat, oppressus periit. Xenarchus autem, quem nos audivimus, *non diu domi mansit, sed* Alexandriæ vixit et Athenis, ac tandem Romæ, amplexus vitæ genus docendo deditum, ususque amicitia Arii, et post etiam Augusti Cæsaris, ad senectutem usque *vitam* honoratus perduxit; paulo ante mortem luminibus captus morbo est exstinctus.

5. Post Calycadnum est petra Pœcile dicta, cui incisi sunt gradus, qua Seleuciam itur. Deinde Anemurium ejusdem cum priore nominis promontorium; hinc Crambusa insula, et Corycus promontorium, supra quod ad viginti stadia antrum est Corycium, in quo optimus crocus nascitur. Est autem caverna ingens, rotunda, *cincta supercilio* saxoso et undiquaque satis alto; in quam ubi descenderis, solum est inæquale, ut plurimum saxosum plenum virgultis semper virentibus ac domesticis; juxta autem etiam consita sunt sola, quæ crocum ferunt. *Est* et antrum ibidem, quod fontem habet magnum, unde fluvius editur puræ ac pellucidæ aquæ, statim terram subiens, occultoque alveo in mare effluens : vocant Picron hydor sive amaram aquam.

6. Deinde post Corycum Elæussa insula est, continenti propinqua, quam Archelaus condidit, et regiam sibi fecit, quum totam asperam Ciliciam, excepta Seleucia, esset nactus, quo modo et Amyntas prius habuit, et ante hunc Cleopatra. Nam quum latrociniis et terrestribus et maritimis loca ista opportuna essent (terra, ob montium magnitudinem et populorum ultra habitantium, qui campos et agros habent amplos et incursionibus facile obnoxios; mari, ob copiam materiæ navibus compingendis aptæ, ob

τηρίων), ἐδόκει πρὸς ἅπαν τὸ τοιοῦτο βασιλεύεσθαι μᾶλλον τοὺς τόπους, ἢ ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις ἡγεμόσιν εἶναι, τοῖς ἐπὶ τὰς κρίσεις πεμπομένοις, οἳ μήτ' ἀεὶ παρεῖναι ἔμελλον, μήτε μεθ' ὅπλων. οὕτω μὲν Ἀρχέλαος ἔλαβε πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ τὴν τραχεῖαν Κιλικίαν. εἰσὶ δ' ὅροι ταύτης μεταξὺ Σόλων τε καὶ Ἐλαιούσσης ὁ Λάμος ποταμὸς καὶ κώμη ὁμώνυμος.

7. Κατὰ δὲ τὰς ἀκρωρείας τοῦ Ταύρου τὸ Ζηνικέτου πειρατήριόν ἐστιν ὁ Ὄλυμπος, ὄρος τε καὶ φρούριον ὁμώνυμον, ἀφ' οὗ κατοπτεύεται πᾶσα Λυκία καὶ Παμφυλία καὶ Πισιδία καὶ Μιλυάς· ἁλόντος δὲ τοῦ ὄρους [ὑπὸ] τοῦ Ἰσαυρικοῦ, ἐνέπρησεν ἑαυτὸν πανοίκιον. τούτου δ' ἦν καὶ ὁ Κώρυκος καὶ ἡ Φασηλὶς καὶ πολλὰ τῶν Παμφύλων χωρία· πάντα δ' εἷλεν ὁ Ἰσαυρικός.

8. Μετὰ δὲ Λάμον Σόλοι πόλις ἀξιόλογος, τῆς ἄλλης Κιλικίας ἀρχὴ τῆς περὶ τὸν Ἰσσόν, Ἀχαιῶν καὶ Ῥοδίων κτίσμα τῶν ἐκ Λίνδου· εἰς ταύτην λειπανδρήσασαν Πομπήιος Μάγνος κατῴκισε τοὺς περιγενομένους τῶν πειρατῶν, οὓς μάλιστα ἔγνω σωτηρίας καὶ προνοίας τινὸς ἀξίους, καὶ μετωνόμασε Πομπηιόπολιν. γεγόνασι δ' ἄνδρες ἐνθένδε τῶν ὀνομαστῶν Χρύσιππός τε ὁ στωικὸς φιλόσοφος, πατρὸς ὢν Ταρσέως ἐκεῖθεν μετοικήσαντος, καὶ Φιλήμων, ὁ κωμικὸς ποιητής, καὶ Ἄρατος, ὁ τὰ φαινόμενα συγγράψας ἐν ἔπεσιν.

9. Εἶτα Ζεφύριον ὁμώνυμον τῷ πρὸς Καλυκάδνῳ· εἶτ' Ἀγχιάλη μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, κτίσμα Σαρδαναπάλλου, φησὶν Ἀριστόβουλος· ἐνταῦθα δ' εἶναι μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλλου καὶ τύπον λίθινον, συμβάλλοντα τοὺς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δακτύλους, ὡς ἂν ἀποκροτοῦντα, καὶ ἐπιγραφὴν εἶναι Ἀσσυρίοις γράμμασι τοιάνδε· Σαρδανάπαλλος ὁ Ἀνακυνδαράξεω παῖς, Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ· ἔσθιε, πῖνε, παῖζε· ὡς τἆλλα τούτου οὐκ ἄξια, τοῦ ἀποκροτήματος. μέμνηται δὲ καὶ Χοιρίλος τούτων· καὶ δὴ καὶ περιφέρεται τὰ ἔπη ταυτί·

ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἀφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος
τέρπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

10. Ὑπέρκειται δὲ τὰ Κύινδα τῆς Ἀγχιάλης ἔρυμα, ᾧ ἐχρήσαντό ποτε οἱ Μακεδόνες γαζοφυλακίῳ· ἦρε δὲ τὰ χρήματα Εὐμένης, ἀποστὰς Ἀντιγόνου. ἔτι δ' ὕπερθεν τούτου τε καὶ τῶν Σόλων ὀρεινή ἐστιν, ἐν ᾗ Ὄλβη πόλις, Διὸς ἱερὸν ἔχουσα, Αἴαντος ἵδρυμα τοῦ Τεύκρου· καὶ ὁ ἱερεὺς δυνάστης ἐγίνετο τῆς Τραχειώτιδος· εἶτ' ἐπέθεντο τῇ χώρᾳ τύραννοι πολλοί, καὶ συνέστη τὰ λῃστήρια. μετὰ δὲ τὴν τούτων κατάλυσιν ἐφ' ἡμῶν ἤδη τὴν τοῦ Τεύκρου δυναστείαν ταύτην ἐκάλουν, τὴν δ' αὐτὴν καὶ ἱερωσύνην· καὶ οἱ πλεῖστοί γε τῶν ἱερασαμένων ὠνομάζοντο Τεῦκροι ἢ Αἴαντες. εἰσιοῦσα δ' Ἄβα κατ' ἐπιγαμίαν εἰς τὸν οἶκον τοῦτον, ἡ Ζηνοφάνους θυγάτηρ, ἑνὸς τῶν τυράννων, αὐτὴ κατέσχε τὴν ἀρχήν, προλαβόντος τοῦ πατρὸς ἐν ἐπιτρόπου σχήματι· ὕστερον δὲ καὶ Ἀντώνιος καὶ Κλεοπάτρα

portus, castella, et receptacula), visum fuit præstare, ut sub rege essent potius, quam sub Romanorum præfectis, qui ad juris dictionem mittebantur, neque semper adfuturi, neque cum armis. Sic ergo Archelaus præter Cappadociam accepit asperam Ciliciam. Fines ejus sunt inter Solos et Elæussam Lamus fluvius et pagus eodem nomine.

7. Ad montis autem Tauri extrema Olympus est, mons et castellum ejusdem nominis, Zeniceti prædonis arx; unde conspici potest omnis Lycia, Pamphylia, Pisidia et Milyas; sed quum ab Isaurico mons esset captus, ille se cum tota domo cremavit. Ejus fuit etiam Corycus, Phaselis et multa Pamphyliæ loca, quæ omnia cepit Isauricus.

8. Post Lamum sunt Soli, urbs memorabilis, alterius principium Ciliciæ, quæ ad Issum est, condita ab Achæis et Rhodiis; in hanc, hominum frequentia destitutam, Pompeius Magnus piratarum reliquias transtulit, quas judicabat potissimum salute et procuratione dignas, ac mutato nomine eam Pompeiopolin dixit. Protulit hæc urbs præclaros viros: Chrysippum, Stoicum philosophum, cujus pater Tarso huc commigraverat; tum Philemonem, comicum poetam, et Aratum, qui versibus ea quæ in cœlo visuntur, descripsit.

9. Sequitur Zephyrium, ejusdem nominis cum eo promontorio, quod vicinum Calycadno commemoravimus. Inde pervenies ad Anchialen, paululum supra mare sitam, quam a Sardanapallo conditam Aristobulus ait, ibique Sardanapalli esse monumentum, et imaginem lapideam componentis dextræ manus digitos quasi crepitum iis editurus esset, atque Assyriis litteris hæc ei esse inscripta: « *Sardanapallus Anacyndaraxis filius, Anchialen et Tarsum una die ædificavit. Ede, bibe, lude; reliqua ne hoc quidem digna sunt,* » crepitu scilicet. Meminit horum etiam Chœrilus: præterea vulgo jactantur hi maxime versus:

Hæc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido
hausit: at illa jacent multa et præclara relicta.

10. Supra Anchialen sunt Quinda, munitum castellum, ubi quondam thesauros asservabant Macedones; eos sustulit Eumenes, quum defecisset ab Antigono. Supra id et Solos montana sunt, in quibus urbs Olbe, Jovis habens templum, a Teucri filio Ajace dedicatum. Ejus pontifex dominus erat Trachiotidis. Deinde huic ditioni inhiaverunt multi tyranni, et collegia prædonum sunt constituta. His deletis, nostra jam ætate Teucri ditio ea appellari cœpit nec non sacerdotium; et quidem plerique eorum, qui ibi fuerunt pontifices, Teucri aut Ajacis nomen gesserunt. Aba autem quum per nuptias in eam se familiam inseruisset, Zenophanis, unius de tyrannis, filia, dominationem suam fecit, quam ante pater sub tutelæ nomine occupaverat; postea etiam Cleopatra et Antonius obsequiis

κατεχαρίσαντο ἐκείνῃ, θεραπείαις ἐκλιπαρηθέντες· ἔπειθ' ἡ μὲν κατελύθη, τοῖς δ' ἀπὸ τοῦ γένους διέμεινεν ἡ ἀρχή. μετὰ δὲ τὴν Ἀγχιάλην αἱ τοῦ Κύδνου ἐκβολαὶ κατὰ τὸ Ῥῆγμα καλούμενον. ἔστι δὲ λιμνάζων τόπος, ἔχων καὶ παλαιὰ νεώρια, εἰς ὃν ἐκπίπτει ὁ Κύδνος ὁ διαρρέων μέσην τὴν Ταρσόν, τὰς ἀρχὰς ἔχων ἀπὸ τοῦ ὑπερκειμένου τῆς πόλεως Ταύρου· καί ἐστιν ἐπίνειον ἡ λίμνη τῆς Ταρσοῦ.

11. Μέχρι μὲν δὴ δεῦρο ἡ παραλία πᾶσα, ἀπὸ τῆς Ῥοδίων περαίας ἀρξαμένη, πρὸς ἰσημερινὰς ἀνατολὰς ἀπὸ τῶν ὁμωνύμων ἐκτείνεται δύσεων· εἶτ' ἐπὶ τὴν χειμερινὴν ἀνατολὴν ἐπιστρέφει μέχρι Ἰσσοῦ, κἀντεῦθεν ἤδη καμπὴν λαμβάνει πρὸς νότον μέχρι Φοινίκης, τὸ δὲ λοιπὸν πρὸς δύσιν μέχρι στηλῶν τελευτᾷ. τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς ὁ ἰσθμὸς τῆς περιωδευμένης χερρονήσου οὗτός ἐστιν ὁ ἀπὸ Ταρσοῦ καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Κύδνου μέχρι Ἀμισοῦ· τὸ γὰρ ἐλάχιστον ἐξ Ἀμισοῦ διάστημα ἐπὶ τοὺς Κιλίκων ὅρους τοῦτ' ἐστιν· ἐντεῦθεν δὲ ἑκατὸν εἰκοσίν εἰσιν εἰς Ταρσὸν στάδιοι, κἀκεῖθεν οὐ πλείους ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Κύδνου. καὶ μὴν ἐπί γε Ἰσσὸν καὶ τὴν κατ' αὐτὴν θάλατταν οὔτ' ἄλλη ὁδὸς συντομωτέρα ἐστὶν ἐξ Ἀμισοῦ τῆς διὰ Ταρσοῦ, οὔτ' ἐκ Ταρσοῦ ἐπὶ Ἰσσὸν ἐγγυτέρω ἐστὶν ἢ ἐπὶ Κύδνον, ὥστε δῆλον, ὅτι ταῖς μὲν ἀληθείαις οὗτος ἂν εἴη ὁ ἰσθμός, λέγεται δ' ὅμως ὁ μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, παρακλεπτόντων διὰ τὸ σημειῶδες. διὰ δὲ τοῦτ' αὐτὸ καὶ τὴν ἐκ τῆς Ῥοδίας γραμμήν, ἣν μέχρι τοῦ Κύδνου κατηγάγομεν, τὴν αὐτὴν ἀποφαίνομεν τῇ μέχρι Ἰσσοῦ, οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιούμενοι, καὶ τὸν Ταῦρόν φαμεν διήκειν ἐπ' εὐθείας τῇδε τῇ γραμμῇ μέχρι τῆς Ἰνδικῆς.

12. Ἡ δὲ Ταρσὸς κεῖται μὲν ἐν πεδίῳ, κτίσμα δ' ἐστὶ τῶν μετὰ Τριπτολέμου πλανηθέντων Ἀργείων κατὰ ζήτησιν Ἰοῦς· διαρρεῖ δ' αὐτὴν μέσην ὁ Κύδνος παρ' αὐτὸ τὸ γυμνάσιον τῶν νέων· ἅτε δὴ τῆς πηγῆς οὐ πολὺ ἄπωθεν οὔσης, καὶ τοῦ ῥείθρου διὰ φάραγγος βαθείας ἰόντος, εἶτ' εὐθὺς εἰς τὴν πόλιν ἐκπίπτοντος, ψυχρόν τε καὶ ταχὺ τὸ ῥεῦμά ἐστιν, ὅθεν καὶ τοῖς παχυνευροῦσι ῥοιζομένοις καὶ κτήνεσι καὶ ἀνθρώποις ἐπικουρεῖ.

13. Τοσαύτη δὲ τοῖς ἐνθάδε ἀνθρώποις σπουδὴ πρός τε φιλοσοφίαν καὶ τὴν ἄλλην παιδείαν ἐγκύκλιον ἅπασαν γέγονεν, ὥσθ' ὑπερβέβληνται καὶ Ἀθήνας καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ εἴ τινα ἄλλον τόπον δυνατὸν εἰπεῖν, ἐν ᾧ σχολαὶ καὶ διατριβαὶ φιλοσόφων γεγόνασι. διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι ἐνταῦθα μὲν οἱ φιλομαθοῦντες ἐπιχώριοι πάντες εἰσί, ξένοι δ' οὐκ ἐπιδημοῦσι ῥᾳδίως· οὐδ' αὐτοὶ οὗτοι μένουσιν αὐτόθι, ἀλλὰ καὶ τελειοῦνται ἐκδημήσαντες, καὶ τελειωθέντες ξενιτεύουσιν ἡδέως, κατέρχονται δ' ὀλίγοι. ταῖς δ' ἄλλαις πόλεσιν, ἃς ἀρτίως εἶπον, πλὴν Ἀλεξανδρείας, συμβαίνει τἀναντία· φοιτῶσι γὰρ εἰς αὐτὰς πολλοὶ καὶ διατρίβουσιν αὐτόθι ἄσμενοι, τῶν δ' ἐπιχωρίων οὐ πολλοὺς οὔτ' ἂν ἔξω φοιτῶντας ἴδοις κατὰ φιλομάθειαν, οὔτ' αὐτόθι περὶ τοῦτο σπουδάζοντας· Ἀλεξανδρεῦσι δ' ἀμφότερα συμ-

demerenti Abæ eam ditionem largiti sunt. Aba sublata familiæ Teucri ditio relicta permansit. Post Anchialen Cydni sunt ostia ad locum, qui Rhegma, *hoc est ruptura*, dicitur. Locus ille stagnat, habetque antiqua navalia, inque eum incidit Cydnus, per mediam lapsus Tarsum, ortus e jacente supra urbem Tauro: eaque palus navale est Tarsi.

11. Hucusque tota ora a Rhodiorum Peræa incipiens ab occasu æquinoctiali ad ortum æquinoctialem porrigitur; deinde versus hibernum ortum convertitur usque ad Issum; hinc jam flectitur versus meridiem usque ad Phœnicen; reliquum litus maris mediterranei usque ad Columnas versus occasum extenditur. Re vera igitur isthmus ejus, quam descripsimus, peninsulæ est a Tarso et ostiis Cydni usque ad Amisum; minimum enim intervallum ab Amiso usque ad Cilicum fines hoc est. Inde Tarsum sunt centum viginti stadia, atque inde non plura ad ostia Cydni. Et vero vel ad Issum et mare ei proximum nulla via alia est brevior ab Amiso, quam per Tarsum; neque e Tarso ad Issum propius est quam ad *Cydnum*. *Unde constit*, hunc vere esse isthmum, quamquam dici solet isthmus ad sinum pertinens Issicum, dum furtim hunc sinum utpote insigniorem substituunt. Atque ob hoc ipsum etiam lineam, quam a Rhodo usque ad Cydnum produximus, eandem pronuntiavimus cum ea, quæ ad Issum usque *pertinet*, nullo facto discrimine; et Taurum dicimus in recta hac linea porro usque ad Indiam pergere.

12. Tarsus in campo sita est, condita ab Argivis, *qui* Ius quærendæ causa sunt cum Triptolemo vagati. Mediam eam perfluit Cydnus, ad ipsum adolescentum gymnasium. Quum vero scatebræ non procul dissitæ sint, et alveus profundam convallem permeet, indeque statim in urbem fluvio incidat: fluvius est frigidus atque asper; unde tam pecori quam hominibus nervorum crassitie *laborantibus* lavacra in eo prosunt.

13. Tantum autem studium rerum philosophicarum et disciplinarum, quas encyclias dicunt, Tarsenses incessit, ut superaverint Athenas, Alexandriam, et si quis alius nominari potest locus, ubi philosophorum scholæ haberentur. Id interest, quod, qui Tarsi studia ista colunt, omnes fere sunt indigenæ, peregrini autem non facile eo ventitant. At indigenæ domi non desident, sed, ut perfectionem consequantur, peregre abeunt, perfectique libenter in alienis versantur locis, domum redeunt pauci. Reliquarum, quas modo dixi, urbium diversa est plane ratio, dempta Alexandria; multi enim eo proficiscuntur, et libenter ibi commorantur; indigenarum paucos videris aut alio doctrinæ causa proficiscentes, aut ibi degentes, ut literis operam impendant; Alexandrinis tamen utrumque usu

βαίνει· καὶ γὰρ δέχονται πολλοὺς τῶν ξένων καὶ ἐκπέμπουσι τῶν ἰδίων οὐκ ὀλίγους. καί εἰσι σχολαὶ παρ' αὐτοῖς παντοδαπαὶ τῶν περὶ λόγους τεχνῶν, καὶ τἆλλά τ' εὐανδρεῖ καὶ πλεῖστον δύναται, τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπέχουσα λόγον.

14. Ἄνδρες δ' ἐξ αὐτῆς γεγόνασι τῶν μὲν στωικῶν Ἀντίπατρός τε καὶ Ἀρχέδημος καὶ Νέστωρ, ἔτι δ' Ἀθηνόδωροι δύο· ὧν ὁ μέν, Κορδυλίων καλούμενος, συνεβίωσε Μάρκῳ Κάτωνι, καὶ ἐτελεύτα παρ' ἐκείνῳ, ὁ δὲ τοῦ Σάνδωνος, ὃν καὶ Κανανίτην φασὶν ἀπὸ κώμης τινός, Καίσαρος καθηγήσατο καὶ τιμῆς ἔτυχε μεγάλης· κατιών τε εἰς τὴν πατρίδα ἤδη γηραιὸς κατέλυσε τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, κακῶς φερομένην ὑπό τε ἄλλων καὶ Βοηθοῦ, κακοῦ μὲν ποιητοῦ, κακοῦ δὲ πολίτου, δημοκοπίαις ἰσχύσαντος τὸ πλέον. ἐπῆρε δ' αὐτὸν καὶ Ἀντώνιος, κατ' ἀρχὰς ἀποδεξάμενος τὸ γραφὲν εἰς τὴν ἐν Φιλίπποις νίκην ἔπος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ εὐχέρεια ἡ ἐπιπολάζουσα παρὰ τοῖς Ταρσεῦσιν, ὥστ' ἀπαύστως σχεδιάζειν παρὰ χρῆμα πρὸς τὴν δεδομένην ὑπόθεσιν· καὶ δὴ καὶ γυμνασιαρχίαν ὑποσχόμενος Ταρσεῦσι τοῦτον ἀντὶ γυμνασιάρχου κατέστησε, καὶ τὰ ἀναλώματα ἐπίστευσεν αὐτῷ. ἐφωράθη δὲ νοσφισάμενος τά τε ἄλλα καὶ τοὔλαιον· ἐλεγχόμενος δ' ὑπὸ τῶν κατηγόρων ἐπὶ τοῦ Ἀντωνίου, παρῃτεῖτο τὴν ὀργήν, σὺν ἄλλοις καὶ ταῦτα λέγων, ὅτι, Ὥσπερ Ὅμηρος ἐξύμνησεν Ἀχιλλέα καὶ Ἀγαμέμνονα καὶ Ὀδυσσέα, οὕτως ἐγὼ σέ· οὐ δίκαιος οὖν εἰμι εἰς τοιαύτας ἄγεσθαι διαβολὰς ἐπὶ σοῦ. παραλαβὼν οὖν ὁ κατήγορος τὸν λόγον, Ἀλλ' Ὅμηρος μέν, ἔφη, ἔλαιον (μὲν) Ἀγαμέμνονος οὐκ ἔκλεψεν, ἀλλ' οὐδὲ Ἀχιλλέως, σὺ δέ· ὥστε δώσεις δίκην. διακρουσάμενος δ' οὖν θεραπείαις τισὶ τὴν ὀργήν, οὐδὲν ἧττον διετέλεσεν ἄγων καὶ φέρων τὴν πόλιν μέχρι τῆς καταστροφῆς τοῦ Ἀντωνίου. τοιαύτην δὲ τὴν πόλιν καταλαβὼν ὁ Ἀθηνόδωρος, τέως μὲν ἐπεχείρει λόγῳ μετάγειν κἀκεῖνον καὶ τοὺς συστασιώτας· ὡς δ' οὐκ ἀπείχοντο ὕβρεως οὐδεμιᾶς, ἐχρήσατο τῇ δοθείσῃ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐξουσίᾳ καὶ ἐξέβαλεν αὐτούς, καταγνοὺς φυγήν. οἱ δὲ πρῶτον μὲν κατετοιχογράφησαν αὐτοῦ τοιαῦτα·

ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, πορδαὶ δὲ γερόντων.

ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἐν παιδιᾶς μέρει δεξάμενος ἐκέλευσε παρεπιγράψαι « — βρονταὶ δὲ γερόντων », καταφρονήσας (δέ) τις τοῦ ἐπιεικοῦς, εὔλυτον τὸ κοιλίδιον ἔχων, προσέρρανε πολὺ τῇ θύρᾳ καὶ τῷ τοίχῳ, νύκτωρ παριὼν τὴν οἰκίαν. ὁ δὲ τῆς στάσεως κατηγορῶν ἐν ἐκκλησίᾳ, τὴν νόσον τῆς πόλεως, ἔφη, καὶ τὴν καχεξίαν πολλαχόθεν σκοπεῖν ἔξεστι, καὶ δὴ καὶ ἐκ τῶν διαχωρημάτων. οὗτοι μὲν στωικοὶ ἄνδρες· ἀκαδημαϊκὸς δὲ Νέστωρ ὁ καθ' ἡμᾶς, ὁ Μαρκέλλου καθηγησάμενος, τοῦ Ὀκταουίας παιδός, τῆς Καίσαρος ἀδελφῆς. καὶ οὗτος δὲ προέστη τῆς πολιτείας, διαδεξάμενος τὸν Ἀθηνόδωρον, καὶ διετέλεσε τιμώμενος παρά τε τοῖς ἡγεμόσι καὶ ἐν τῇ πόλει.

venit; nam et multos recipiunt peregrinos, et emittunt suorum haud paucos. Sunt apud eos omnis generis liberalium artium scholæ; alioqui populosa atque præpotens urbs est Tarsus, et metropolis rationem obtinet.

14. Viri illustres ibi nati sunt Antipater et Archedamus ac Nestor Stoici; præterea duo Athenodori; horum alter, Cordylio nomine, vixit cum M. Catone et apud eum mortuus est; alter, Sandonis filius, quem et Cananitam a quodam pago denominant, Cæsaris præceptor fuit, magnosque est honores consecutus. Is quum jam senex in patriam rediisset, statum reipublicæ mutavit, quam male tractabat cum aliis Boethus, malus idem, ut poeta, ita etiam civis, qui favore plebis conciliando plurimum valebat. Hunc etiam Antonius auxerat, quum initio probasset carmen ejus in partam ad Philippos victoriam scriptum, et magis adhuc familiaris Tarsensibus tum facilitas de oblato quovis argumento e tempore subito aliquid dicendi. Quin etiam gymnasii moderationem Tarsensibus pollicitus Antonius, ei muneri Boethum præfecit, et sumptuum faciendorum rationes ei credidit. Deprehensum est autem, eum quum alia tum oleum peculari. Quo nomine quum apud Antonium ab accusatoribus coargueretur, iram ejus inter alia his etiam verbis mitigavit : « Ut Homerus Agamemnonis et Achillis laudes Ulyssisque decantavit, sic ego tuas : itaque indignum est, me his apud te criminibus traduci. » Excepit hoc dictum accusator : « At Homerus quidem (aiebat) neque Agamemnoni, neque Achilli suffuratus est oleum : tu quum hoc feceris, pœnas dabis. » Boethus tamen, placata officiis quibusdam ira, nihilominus urbem agere ac ferre ad Antonii usque exitum perrexit. Talem urbem Athenodorus reperiens, Boethum et sodales ejus aliquamdiu conatus est verbis corrigere; quum autem ad summum injuriarum nihil sibi facerent reliqui, usus potestate sibi a Cæsare concessa, exsilio damnatos eos urbe ejecit. Illi vero primum adversus eum in parietibus inscripserunt talia :

Res juvenum, responsa virûm, crepitus seniorum.

Quod quum ille joci loco accipiens, jussisset contra inscribi *tonitrus seniorum :* aliquis ejus tolerantiam contemnens, quum laxam haberet alvum, noctu præteriens, multum stercoris januæ et parieti ejus adspersit. Athenodorus autem factionem eam pro concione accusans, morbum dixit et vitiosissimum reipublicæ habitum quum multis aliis e rebus, tum vel ex excrementis posse cerni. Atque hi quidem fuerunt Stoici, Academici autem nostra ætate Nestor, qui docuit Marcellum, Octaviæ filium Augusti sororis. Is quoque præfuit reipublicæ, successor Athenodori, et ad finem usque vitæ in honore fuit apud præfectos et civitatem.

15. Τῶν δ' ἄλλων φιλοσόφων,

οὓς κεν ἐῢ γνοίην καὶ τοὔνομα μυθησαίμην,

Πλουτιάδης τε ἐγένετο καὶ Διογένης τῶν περιπολιζόντων καὶ σχολὰς διατιθεμένων εὐφυῶς· ὁ δὲ Διογένης καὶ ποιήματα ὥσπερ ἀπεφοίβαζε, τεθείσης ὑποθέσεως, τραγικὰ ὡς ἐπὶ πολύ· γραμματικοὶ δέ, ὧν καὶ συγγράμματά ἐστιν, Ἀρτεμίδωρός τε καὶ Διόδωρος· ποιητὴς δὲ τραγῳδίας ἄριστος τῶν τῆς Πλειάδος καταριθμουμένων Διονυσίδης. μάλιστα δ' ἡ Ῥώμη δύναται διδάσκειν τὸ πλῆθος τῶν ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως φιλολόγων· Ταρσέων γὰρ καὶ Ἀλεξανδρέων ἐστὶ μεστή. τοιαύτη μὲν ἡ Ταρσός.

16. Μετὰ δὲ τὸν Κύδνον ὁ Πύραμος ἐκ τῆς Καταονίας ῥέων, οὗπερ καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν· φησὶ δ' Ἀρτεμίδωρος, ἐντεῦθεν εἰς Σόλους εὐθυπλοίᾳ σταδίους εἶναι πεντακοσίους. πλησίον δὲ καὶ Μαλλός, ἐφ' ὕψους κειμένη, κτίσμα Ἀμφιλόχου καὶ Μόψου, τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Μαντοῦς, περὶ ὧν πολλὰ μυθολογεῖται· καὶ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐμνήσθημεν αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ Κάλχαντος λόγοις καὶ τῆς ἔριδος, ἣν ἤρισαν περὶ τῆς μαντικῆς ὅ τε Κάλχας καὶ ὁ Μόψος· ταύτην τε γὰρ τὴν ἔριν μεταφέρουσιν ἔνιοι, καθάπερ καὶ Σοφοκλῆς, εἰς τὴν Κιλικίαν, καλέσας ἐκεῖνος αὐτὴν Παμφυλίαν τραγικῶς, καθάπερ καὶ τὴν Λυκίαν Καρίαν καὶ τὴν Τροίαν καὶ Λυδίαν (καὶ) Φρυγίαν· καὶ τὸν θάνατον δὲ τοῦ Κάλχαντος ἐνταῦθα παραδιδόασιν ἄλλοι τε καὶ Σοφοκλῆς. οὐ μόνον δὲ τὴν περὶ τῆς μαντικῆς ἔριν μεμυθεύκασιν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχῆς. τὸν γὰρ Μόψον φασὶ καὶ τὸν Ἀμφίλοχον ἐκ Τροίας ἐλθόντας κτίσαι Μαλλόν· εἶτ' Ἀμφίλοχον εἰς Ἄργος ἀπελθεῖν, δυσαρεστήσαντα δὲ τοῖς ἐκεῖ πάλιν ἀναστρέψαι δεῦρο, ἀποκλειόμενον δὲ τῆς κοινωνίας συμβαλεῖν εἰς μονομαχίαν πρὸς τὸν Μόψον, πεσόντας δ' ἀμφοτέρους ταφῆναι μὴ ἐν ἐπόψει ἀλλήλοις· καὶ νῦν οἱ τάφοι δείκνυνται περὶ Μάγαρσα τοῦ Πυράμου πλησίον. ἐντεῦθεν δ' ἦν Κράτης ὁ γραμματικός, οὗ φησι γενέσθαι μαθητὴς Παναίτιος.

17. Ὑπέρκειται δὲ τῆς παραλίας ταύτης Ἀλήιον πεδίον, δι' οὗ Φιλώτας διήγαγεν Ἀλεξάνδρῳ τὴν ἵππον, ἐκείνου τὴν φάλαγγα ἀγαγόντος ἐκ τῶν Σόλων διὰ τῆς παραλίας καὶ τῆς Μαλλώτιδος ἐπί τε Ἰσσὸν καὶ τὰς Δαρείου δυνάμεις. φασὶ δὲ καὶ ἐναγίσαι τῷ Ἀμφιλόχῳ τὸν Ἀλέξανδρον διὰ τὴν ἐξ Ἄργους συγγένειαν. Ἡσίοδος δ' ἐν Σόλοις ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεθῆναι τὸν Ἀμφίλοχόν φησιν, οἱ δὲ περὶ τὸ Ἀλήιον πεδίον, οἱ δ' ἐν Συρίᾳ, ἀπὸ τοῦ Ἀληίου ἀπιόντα διὰ τὴν ἔριν.

18. Μετὰ δὲ Μαλλὸν Αἰγαῖαι πολίχνιον, ὕφορμον ἔχον· εἶτ' Ἀμανίδες πύλαι, ὕφορμον ἔχουσαι, εἰς ἃς τελευτᾷ τὸ Ἀμανὸν ὄρος ἀπὸ τοῦ Ταύρου καθῆκον, ὃ τῆς Κιλικίας ὑπέρκειται κατὰ τὸ πρὸς ἕω μέρος, ἀεὶ μὲν ὑπὸ πλειόνων δυναστευόμενον τυράννων, ἐχόντων ἐρύματα· καθ' ἡμᾶς δὲ κατέστη κύριος πάντων ἀνὴρ

**15. De reliquis autem philosophis,**

quos quidem ego norim, quos nomine dicere possim

Plutiades fuit et Diogenes, ex eorum numero qui circumvagantes scholas dextre instituerunt; versus etiam Diogenes, quocumque argumento proposito, tanquam Apolline instinctu concitatus, pronuntiabat, tragicos plerumque. Grammaticos dedit Tarsus, quorum etiam scripta exstant, Artemidorum et Diodorum; poetam autem tragicum, eorum, qui in Pleiade numerantur, præstantissimum, Dionysidem. Maxime autem Roma docere potest, quam multos Tarsus protulerit literatos, quum sit Tarsensium et Alexandrinorum plena. Ac talis quidem est Tarsus.

16. Jam post Cydnum est fluvius Pyramus*, e Cataonia labens, cujus etiam ante fecimus mentionem. Artemidorus scribit, hinc Solos usque recto cursu navigationis esse stadia quingenta. Prope etiam est Mallus, sita loco edito, condita ab Amphilocho et Mopso, Apollinis filio ac Mantûs, de quibus multæ feruntur fabulæ, et facta earum est a nobis mentio, quum de Calchante dissereremus, *et lite de divinatione inter Mopsum et Calchantem; hanc enim quidam*, e quibus est etiam *Sophocles, in Ciliciam transferunt*, quam is tragico more Pamphyliam appellat, sicut etiam Lyciam Cariæ, et Trojam et Lydiam Phrygiæ nomine afficit. In Cilicia mortuum quoque Calchantem et alii dicunt et Sophocles. Neque de divinatione duntaxat eos contendisse fabulantur, sed etiam de imperio. Ferunt enim Mopsum et Amphilochum e Troja profectos Mallum condidisse; deinde Amphilochum profectum Argos, ubi quum res non e sententia offendisset, Mallum revertisse; quum autem societate excluderetur, singulari certamine cum Mopso esse congressum; cecidisse utrumque, et sepultos ita, ut ab alterius tumulo alterius non possit conspici; et nunc eorum sepulcra monstrantur apud Magarsa prope Pyramum. Mallotes fuit Crates grammaticus, cujus discipulum se fuisse ait Panætius.

17. Supra hanc oram maritimam situs est campus Aleius, per quem Philotas traduxit equitatum Alexandri, ipso phalangem ducente e Solis per oram maritimam et Mallotidem ad Issum contra Darii copias. Aiunt eum etiam inferias Amphilocho tulisse ob cognationem cum Argivis. Hesiodus Solis interfectum ab Apolline Amphilochum dicit, alii in campo Aleio, alii in Syria, quum ob contentionem ab Aleio discessisset.

18. Post Mallum Ægeæ est oppidulum cum statione; deinde Amani portæ cum statione, in quas Amanus desinit, mons a Tauro porrectus, suprajacens Ciliciæ, qua versus ortum ea vergit, qui semper a pluribus regebatur tyrannis, castella possidentibus. Nostro tempore omnium est domi-

ἀξιόλογος καὶ βασιλεὺς ὑπὸ Ῥωμαίων ὠνομάσθη διὰ τὰς ἀνδραγαθίας Ταρκονδίμοτος, καὶ τὴν διαδοχὴν τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκε.

19. Μετὰ δὲ Αἰγαίας Ἰσσὸς πολίχνιον ὕφορμον ἔχον καὶ ποταμὸς Πίναρος. ἐνταῦθα ὁ ἀγὼν συνέπεσεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δαρείῳ· καὶ ὁ κόλπος εἴρηται Ἰσσικός· ἐν αὐτῷ δὲ πόλις Ῥωσὸς καὶ Μυρίανδρος πόλις καὶ Ἀλεξάνδρεια καὶ Νικόπολις καὶ Μόψου ἑστία καὶ Πύλαι λεγόμεναι, ὅριον Κιλίκων τε καὶ Σύρων. ἐν δὲ τῇ Κιλικίᾳ ἐστὶ καὶ τὸ τῆς Σαρπηδονίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν καὶ μαντεῖον, τοὺς δὲ χρησμοὺς ἔνθεοι προθεσπίζουσιν.

20. Μετὰ δὲ τὴν Κιλικίαν πρώτη πόλις ἐστὶ τῶν Σύρων Σελεύκεια ἡ ἐν Πιερίᾳ, καὶ πλησίον Ὀρόντης ἐκδίδωσι ποταμός. ἔστι δ' ἀπὸ Σελευκείας εἰς Σόλους ἐπ' εὐθείας πλοῦς ὀλίγον ἀπολείπων τῶν χιλίων σταδίων.

21. Τῶν δ' ἐν Τροίᾳ Κιλίκων, ὧν Ὅμηρος μέμνηται, πολὺ διεστώτων ἀπὸ τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου Κιλίκων, οἱ μὲν ἀποφαίνουσιν ἀρχηγέτας τοὺς ἐν τῇ Τροίᾳ τούτων καὶ δεικνύουσί τινας τόπους κἀνταῦθα, ὥσπερ ἐν τῇ Παμφυλίᾳ Θήβην καὶ Λυρνησσόν, οἱ δ' ἔμπαλιν καὶ Ἀλήιόν τι πεδίον κἀκεῖ δεικνύουσι. περιωδευμένων δὲ καὶ τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου μερῶν τῆς προειρημένης χερρονήσου, προσθετέον ἐστὶ καὶ ταῦτα.

22. Ὁ γὰρ Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ νεῶν ἔτι καὶ τοιαῦτα λέγει· τοὺς γὰρ ἐκ τῆς Ἀσίας ἐπικούρους τῶν Τρώων ἅπαντας καταριθμεῖσθαί φησιν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ τῆς χερρονήσου κατοίκους ὄντας, ἧς ὁ στενώτατος ἰσθμός ἐστι τὸ μεταξὺ τοῦ κατὰ Σινώπην μυχοῦ καὶ Ἰσσοῦ· αἱ δ' ἐκτὸς πλευραί, φησί, τριγωνοειδοῦς οὔσης, εἰσὶ μὲν ἄνισοι, παρήκουσι δὲ ἡ μὲν ἀπὸ Κιλικίας ἐπὶ Χελιδονίας, ἡ δ' ἐνθένδε ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Εὐξείνου, ἡ δ' ἐπὶ Σινώπην πάλιν ἐνθένδε. τὸ μὲν οὖν μόνους τοὺς ἐν τῇ χερρονήσῳ διὰ τῶν αὐτῶν ἐλέγχοιτ' ἂν ψεῦδος ὄν, δι' ὧν ἠλέγξαμεν πρότερον, μὴ μόνους τοὺς ἐντὸς Ἅλυος. οἱ γὰρ περὶ Φαρνακίαν τόποι, ἐν οἷς τοὺς Ἁλιζώνους ἔφαμεν, ὥσπερ ἔξω τοῦ Ἅλυός εἰσιν, οὕτω καὶ ἔξω τοῦ ἰσθμοῦ, εἴπερ καὶ τῶν στενῶν τῶν μεταξὺ Σινώπης καὶ Ἰσσοῦ, καὶ οὐ τούτων γε μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν κατ' ἀλήθειαν στενῶν τῶν μεταξὺ Ἀμισοῦ τε καὶ Ἰσσοῦ· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνος ὀρθῶς ἀφώρισται τὸν ἰσθμὸν καὶ τὰ κατ' αὐτὸν στενά, ἐκεῖνα ἀντὶ τούτων τιθείς. πάντων δ' εὐηθέστατον τὸ τὴν χερρόνησον τριγωνοειδῆ φήσαντα τρεῖς ἀποφήνασθαι τὰς ἔξω πλευράς· ὁ γὰρ τὰς ἔξω λέγων πλευρὰς ἔοικεν ὑπεξαιρουμένῳ τὴν κατὰ τὰ στενά, ὡς καὶ ταύτην οὖσαν πλευράν, οὐχ ἔξω δὲ οὐδ' ἐπὶ θαλάττῃ. εἰ μὲν τοίνυν τὰ στενὰ ταῦτα οὕτως ἦν συνηγμένα, ὥστε μικρὸν ἀπολείπειν τοῦ συνάπτειν ἐπ' ἀλλήλαις τήν τε ἐπὶ Ἰσσὸν καὶ τὴν ἐπὶ Σινώπην πίπτουσαν πλευράν, συνεχώρει ἂν τριγωνοειδῆ λέγεσθαι τὴν χερρόνησον· νῦν δέ γε τρισχιλίους σταδίους ἀπολειπόντων μεταξὺ τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων στενῶν, ἀμαθία τὸ λέγειν τριγωνοειδὲς τὸ τοιοῦτον τετράπλευρον, οὐδὲ χωρογραφικόν.

**nus factus Tarcondimotus, vir præstans, et ob virtutem a Romanis appellatus rex, qui successionem posteritati suæ tradidit.**

**19. Post Ægæas Issus est, oppidulum cum statione, et flumen Pinarus. Ibi Alexander cum Dario pugnavit; sinus quoque Issicus vocatur, in quo est urbs Rosus et Myriandrus alia urbs et Alexandria ac Nicopolis et Mopsu hestia seu Lares Mopsi et quæ Pylæ seu Portæ dicuntur, limes Ciliciæ atque Syriæ. In Cilicia est etiam Sarpedoniæ Dianæ templum et oraculum; vaticinantur autem divino instincti furore.**

**20. Post Ciliciam prima urbs Syriæ est Seleucia quæ in** Pieria dicitur; proxime Orontes fluvius exit. Est vero a Seleucia ad Solos navigatio brevissima paulo brevior mille stadiis.

21. Quum autem Trojani Cilices, quorum Homerus meminit, longe distent a Cilicibus extra Taurum sitis, quidam his auctores generis Trojanos illos fuisse tradunt, et quædam loca hic etiam monstrant, sicut in Pamphylia Thebam ac Lyrnessum; alii contra etiam istic Aleium campum ostendunt. Postquam etiam extra Taurum sitas partes ejus quam diximus peninsulæ peragravimus, adjicienda sunt etiam hæc.

22. Apollodorus enim libro, quo interpretatus est recensionem navium Homericam, etiam hæc dicit, Asianos scilicet Troum auxiliarios omnes ab Homero enumerari eos, qui habitaverint peninsulam, cujus angustissimus isthmus sit inter maris intimos sinus ad Sinopen et Issum. Externa, ait, latera formæ triquetræ inæqualia sunt; quorum unum pertinet a Cilicia ad Chelidonias, aliud inde ad os ponti Euxini, tertium hinc ad Sinopen. Jam vero quod dicit solos, qui peninsulam coluerint, auxiliarios Trojanis fuisse, hoc iisdem rationibus falsitatis potest coargui, quibus evicimus non solos, qui intra Halyn sunt, iis auxilia tulisse. Loca enim circa Pharnaciam, in quibus Halizonos posuimus, ut extra Halyn sunt, ita etiam extra isthmum, etiamsi hunc dicas angustias inter Sinopen et Issum: **sed non extra has solum angustias sita sunt, sed etiam extra eas quæ reapse dicendæ sunt angustias inter Amisum et Issum; non enim recte Apollodorus definivit isthmum ejusque angustias, qui illas pro his posuerit. Omnium vero est stultissimum, quod, quum trianguli formam adscribat peninsulæ, ejus latera externa numerat tria, quum qui externa latera exponit, excipere videatur latus, quod est ad angustias, tanquam id quoque sit latus, non tamen exterum aut mari adsitum. Si ergo angustiæ istæ ita fuissent arctæ, ut parum a se invicem distarent, sed prope coirent latus Issicum ac Sinopense: concedi utcumque poterat trianguli forma esse peninsulam; nunc quum inter angustias, quas ipse dicit, tria stadiorum millia intercedant, inscitia est, non regionis descriptio, tanto quadrilatero tria tantum assignare latera. Ille tamen etiam**

ὁ δὲ καὶ χωρογραφίαν ἐξέδωκεν ἐν κωμικῷ μέτρῳ, γῆς περίοδον ἐπιγράψας. μένει δ' ἡ αὐτὴ ἀμαθία, κἂν εἰς τοὐλάχιστον καταγάγῃ διάστημά τις τὸν ἰσθμόν, ὅσον εἰρήκασιν οἱ πλεῖστον ψευσάμενοι τὸ ἥμισυ τοῦ παντός, ὅσον εἴρηκε καὶ Ἀρτεμίδωρος, χιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους· οὐδὲ γὰρ τοῦτο συναγωγὴν πω τριγωνοειδοῦς ποιεῖ σχήματος. ἀλλ' οὐδὲ τὰς πλευρὰς ὀρθῶς διήρηται τὰς ἔξω, τὴν ἀπὸ Ἰσσοῦ μέχρι Χελιδονίων εἰπών· λοιπὴ γάρ ἐστιν ὅλη ἐπ' εὐθείας ἡ Λυκιακὴ παραλία ταύτῃ, καὶ ἡ τῶν Ῥοδίων περαία μέχρι Φύσκου· ἐντεῦθεν δὲ καμπὴν λαβοῦσα ἡ ἤπειρος ἄρχεται τὴν δευτέραν καὶ δυσμικὴν ποιεῖν πλευρὰν ἄχρι Προποντίδος καὶ Βυζαντίου.

23. Φήσαντος δὲ τοῦ Ἐφόρου, διότι τὴν χερρόνησον κατοικεῖ ταύτην ἑκκαίδεκα γένη, τρία μὲν Ἑλληνικά, τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρα χωρὶς τῶν μιγάδων, ἐπὶ θαλάττῃ μὲν Κίλικες καὶ Πάμφυλοι καὶ Λύκιοι καὶ Βιθυνοὶ καὶ Παφλαγόνες καὶ Μαριανδυνοὶ καὶ Τρῶες καὶ Κᾶρες, Πισίδαι δὲ καὶ Μυσοὶ καὶ Χάλυβες καὶ Φρύγες καὶ Μιλύαι ἐν τῇ μεσογαίᾳ, διαιτῶν ταῦτα ὁ Ἀπολλόδωρος ἑπτακαιδέκατόν φησιν εἶναι τὸ τῶν Γαλατῶν, ὃ νεώτερόν ἐστι τοῦ Ἐφόρου, τῶν δ' εἰρημένων τὰ μὲν Ἑλληνικὰ μήπω κατὰ τὰ Τρωικὰ κατῳκίσθαι, τὰ δὲ βάρβαρα πολλὴν ἔχειν σύγχυσιν διὰ τὸν χρόνον· καταλέγεσθαι δ' ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ τό τε τῶν Τρώων καὶ τῶν νῦν ὀνομαζομένων Παφλαγόνων καὶ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν καὶ Καρῶν καὶ Λυκίων, Μήονάς [ τε ] ἀντὶ Λυδῶν καὶ ἄλλους ἀγνῶτας, οἷον Ἁλιζῶνας καὶ Καύκωνας· ἐκτὸς δὲ τοῦ καταλόγου Κητείους τε καὶ Σολύμους καὶ Κίλικας τοὺς ἐκ Θήβης πεδίου καὶ Λέλεγας· Παμφύλους δὲ καὶ Βιθυνοὺς καὶ Μαριανδυνοὺς καὶ Πισίδας καὶ Χάλυβας καὶ Μιλύας καὶ Καππάδοκας μηδ' ὠνομάσθαι, τοὺς μὲν διὰ τὸ μηδέπω τοὺς τόπους κατῳκηκέναι τούτους, τοὺς δὲ διὰ τὸ ἑτέροις γένεσι περιέχεσθαι, ὡς Ἰδριεῖς μὲν καὶ Τερμίλαι Καρσί, Δολίονες δὲ καὶ Βέβρυκες Φρυξί.

24. Φαίνεται δ' οὔτε τοῦ Ἐφόρου τὴν ἀπόφασιν διαιτῶν ἱκανῶς, τά τε τοῦ ποιητοῦ ταράττων καὶ καταψευδόμενος. Ἐφόρου τε γὰρ τοῦτο πρῶτον ἀπαιτεῖν ἐχρῆν, τί δὴ τοὺς Χάλυβας τίθησιν ἐντὸς τῆς χερρονήσου, τοσοῦτον ἀφεστῶτας καὶ Σινώπης καὶ Ἀμισοῦ πρὸς ἕω; οἱ γὰρ λέγοντες τὸν ἰσθμὸν τῆς χερρονήσου ταύτης τὴν ἀπὸ Ἰσσοῦ γραμμὴν ἐπὶ τὸν Εὔξεινον, ὡς ἂν μεσημβρινήν τινα τιθέασι ταύτην, [ ἣν ] οἱ μὲν εἶναι νομίζουσι τὴν ἐπὶ Σινώπης, οἱ δὲ τὴν ἐπ' Ἀμισοῦ, ἐπὶ δὲ τῶν Χαλύβων οὐδείς· λοξὴ γάρ ἐστι τελέως. ὁ γὰρ δὴ διὰ Χαλύβων μεσημβρινὸς διὰ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας γράφοιτ' ἂν καὶ τοῦ Εὐφράτου, τὴν Καππαδοκίαν ὅλην ἐντὸς ἀπολαμβάνων καὶ τὴν Κομμαγηνὴν καὶ τὸν Ἀμανὸν καὶ τὸν Ἰσσικὸν κόλπον. εἰ δ' οὖν καὶ τὴν λοξὴν γραμμὴν ὁρίζειν τὸν ἰσθμὸν συγχωρήσαιμεν, τὰ πλεῖστά γε τούτων, καὶ μάλιστα ἡ Καππαδοκία, ἐντὸς ἀπολαμβάνοιτ' ἂν καὶ ὁ νῦν ἰδίως λεγόμενος Πόντος, τῆς Καππαδοκίας μέρος ὢν τὸ πρὸς τῷ

chorographiam edidit versibus comicis, et terræ circuitionem inscripsit. Eadem inscitia manet etiam si quis minimo intervallo adstringat isthmum, quod perhibuerunt plerique, amplius semisse totius per mendacium subtracto, sicut Artemidorus quoque dixit, stadiorum mille quingentorum; nam ne hoc quidem triangulam conficit figuram. Quin et latera externa male divisit, unum ab Isso ad Chelidonias dicens, quum supersit adhuc totum Lyciæ litus, et Rhodiorum Peræa usque ad Physcum : inde autem sese incurvans continens, ordiatur secundum latus et occiduum faciat usque ad Propontidem et Byzantium.

23. Porro quum Ephorus dixerit, peninsulam istam habitari a sedecim gentibus, quarum tres sint Græcanicæ, reliquæ barbaræ, exceptis convenis, ita ut ad mare scilicet sint Cilices, Pamphyli, Lycii, Bithyni, Paphlagones, Mariandyni, Troes, Cares; mediterranea autem teneant Pisidæ, Mysi, Chalybes, Phryges, Milyæ : Ephorea hæc Apollodorus persequens decimam septimam esse *dicit* Galatarum, quæ Ephoro sit recentior. *De dictis autem Græcas* Trojani belli tempore *nondum fuisse constitutas : barbaricas* labente tempore magnæ fuisse confusioni obnoxias. Enumerari a poeta Troas, et quos nunc dicimus Paphlagones, et Mysos, Phryges, Cares, Lycios et Meones pro Lydis; item alios ignotos, ut Halizones et Caucones; et extra recensionem nominari Ceteos et Solymos et Cilices e campo Thebano, et Leleges; Pamphylos autem, Bithynos, Mariandynos, Pisidas, Chalybes, Milyas *et* Cappadoces ne nominari quidem ab eo, partim quod ista loca nondum habitaverint, partim quod in aliis populis comprehensi fuerint, ut Idrienses et Termilæ in Caribus, Doliones et Bebryces in Phrygibus.

24. Videtur autem mihi Apollodorus neque Ephori sententiam recte disceptare, et Homeri verba partim conturbare, partim falso traducere. Primum enim id ex Ephoro fuit quærendum, cur intra peninsulam is Chalybes collocaret, tam procul versus orientem a Sinope et Amiso remotos. Qui enim hujus peninsulæ isthmum faciunt lineam ab Isso ad Euxinum mare protractam, ii eam tanquam meridianam ponunt, [ *quam* ] tendere putant alii in Sinopen, alii in Amisum, in Chalybes vero tendere putat nemo; nam ad hos pertinens linea prorsus obliqua est; etenim Chalybum meridianus per Armeniam minorem et Euphratem ducendus foret intus coercens Cappadociam totam, Commagenen et Amanum atque Issicum sinum. Quodsi obliqua hac linea isthmum definiri concederemus, pleraque horum et maxime Cappadocia intus absumerentur, et quæ regio Pontus proprie nunc dicitur, Cappadociæ pars ad Euxinum mare : adeo

Εὐξείνῳ· ὥστ' εἰ τοὺς Χάλυβας τῆς χερρονήσου θετέον μέρος, πολὺ μᾶλλον τοὺς Κατάονας καὶ Καππάδοκας ἀμφοτέρους καὶ Λυκάονας δέ, οὓς καὶ αὐτοὺς παρῆκε. διὰ τί δ' ἐν τοῖς μεσογαίοις ἔταξε τοὺς Χάλυβας, οὓς ὁ ποιητὴς Ἁλιζῶνας ἐκάλεσεν, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἀπεδείξαμεν; ἄμεινον γὰρ ἦν διελεῖν καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ φάναι, τοὺς δὲ ἐν τῇ μεσογαίᾳ· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς Καππαδοκίας ποιητέον καὶ τῆς Κιλικίας. ὁ δὲ τὴν μὲν οὐδ' ὠνόμακε, τοὺς Κίλικας δὲ τοὺς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ μόνον εἴρηκεν. οἱ οὖν ἐπ' Ἀντιπάτρῳ τῷ Δερβήτῃ καὶ οἱ Ὁμοναδεῖς καὶ ἄλλοι πλείους οἱ συνάπτοντες τοῖς Πισίδαις,

οἳ οὐκ ἴσασι θάλατταν
ἀνέρες, οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσι,

τίνα λάβωσι τάξιν; ἀλλ' οὐδὲ Λυδοὺς οὐδὲ Μῄονας εἴρηκεν, εἴτε δύο εἴθ' οἱ αὐτοί εἰσι, καὶ εἴτε καθ' ἑαυτοὺς εἴτ' ἐν ἑτέρῳ γένει περιεχομένους. οὕτω γὰρ ἐπίσημον ἔθνος οὐκ ἀποκρύψαι δυνατόν, ὅ τε μὴ λέγων περὶ αὐτοῦ μηδὲν οὐκ ἂν δόξειε παραλιπεῖν τι τῶν κυριωτάτων;

25. Τίνες δ' εἰσὶν οἱ μιγάδες; οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν παρὰ τοὺς λεχθέντας τόπους ἢ ὠνομάσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἢ παραλελεῖφθαι ἄλλους, οὓς ἀποδώσομεν τοῖς μιγάσιν, οὐδέ γε αὐτῶν τινας τούτων, ὧν ἢ εἶπεν ἢ παρέλιπε. καὶ γὰρ εἰ κατεμίχθησαν, ἀλλ' ἡ ἐπικράτεια πεποίηκεν ἢ Ἕλληνας ἢ βαρβάρους· τρίτον δὲ γένος οὐδὲν ἴσμεν τὸ μικτόν.

26. Πῶς δὲ τρία γένη τῶν Ἑλλήνων ἐστὶ τὰ τὴν χερρόνησον οἰκοῦντα; εἰ γάρ, ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ αὐτοὶ ἦσαν Ἴωνες καὶ Ἀθηναῖοι, λεγέσθωσαν καὶ οἱ Δωριεῖς καὶ οἱ Αἰολεῖς οἱ αὐτοί, ὥστε δύο ἔθνη γίνοιτ' ἄν· εἰ δὲ διαιρετέον κατὰ τὰ ὕστερα ἔθη, καθάπερ καὶ τὰς διαλέκτους, τέτταρα ἂν εἴη καὶ τὰ ἔθνη, καθάπερ καὶ αἱ διάλεκτοι. οἰκοῦσι δὲ τὴν χερρόνησον ταύτην, καὶ μάλιστα κατὰ τὸν τοῦ Ἐφόρου διορισμόν, οὐχ Ἴωνες μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι, καθάπερ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα δεδήλωται. τοιαῦτα μὲν δὴ πρὸς τὸν Ἔφορον διαπορεῖν ἄξιον, Ἀπολλόδωρος δὲ τούτων μὲν ἐφρόντισεν οὐδέν· τοῖς δὲ ἑκκαίδεκα ἔθνεσι προστίθησιν ἑπτακαιδέκατον, τὸ τῶν Γαλατῶν, ἄλλως μὲν χρήσιμον λεχθῆναι, πρὸς δὲ τὴν δίαιταν τῶν ὑπὸ τοῦ Ἐφόρου λεγομένων ἢ παραλειπομένων οὐ δέον· εἴρηκε δὲ τὴν αἰτίαν αὐτός, ὅτι ταῦτα πάντα νεώτερα τῆς ἐκείνου ἡλικίας.

27. Μεταβὰς δ' ἐπὶ τὸν ποιητὴν τοῦτο μὲν ὀρθῶς λέγει, διότι πολλὴ σύγχυσις γεγένηται τῶν βαρβάρων ἐθνῶν ἀπὸ τῶν Τρωικῶν εἰς τὰ νῦν διὰ τὰς μεταπτώσεις· καὶ γὰρ προσγέγονέ τινα καὶ ἐκλέλοιπε καὶ διέσπασται καὶ συνῆκται εἰς ἕν. οὐκ εὖ δὲ τὴν αἰτίαν διττὴν ἀποφαίνει, δι' ἣν οὐ μέμνηταί τινων ὁ ποιητής· ἢ τῷ μήπω τότ' οἰκεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἔθνους τούτου, ἢ τῷ ἐν ἑτέρῳ γένει περιέχεσθαι. τὴν γὰρ Καππαδοκίαν οὐκ εἴρηκεν, οὐδὲ τὴν Καταονίαν, ὡς δ' αὔτως τὴν Λυκαονίαν, δι' οὐδέτερον τούτων· οὐ γὰρ ἔχομεν τοιαύ-

ut, si Chalybes ponantur peninsulæ pars, multo magis Cataones et utrique Cappadoces et Lycaones (quos et ipsos Ephorus omisit) in ea sint collocandi. Cur vero Chalybes posuit in mediterraneis, quos Halizonos Homerus dixit, ut et nos demonstravimus? Præstabat sane dividere, et alios facere maritimos, alios mediterraneos; quod etiam de Cappadocibus faciendum est atque Cilicibus. Ille autem, Cappadocibus prorsus præteritis, Cilices tantum maritimos commemoravit. At qui sub Antipatro sunt Derbete, et Homonadenses aliique complures Pisidis contermini, (*Od.* 11, 122.)

qui mare non norunt
viri, neque sali mixtum cibum edunt,

quonam ponentur? Sed ne Lydos quidem et Meones nominavit, sive duæ sint gentes, sive seorsim habitabant, sive in alia quapiam contenti gente. Nam ita insignis gens occultari non potest, et qui de ea nihil dixit, nonne præterivisse videatur aliquid dictu pernecessarium?

25. Qui sunt autem convenæ isti? Nam dicere non habeo præter recensitas gentes vel nominari ab eo vel omitti alias, quas pro mixtis habere possimus; quid, quod ne inter eas ipsas quidem, quas vel nominavit vel præteriit, tales novi. Nam etsi permixti aliqui fuissent aliis, tamen potior pars eos vel Græcos vel barbaros fecisset; tertium vero genus mixtarum gentium non novi.

26. Quomodo autem tria sunt genera Græcorum peninsulam incolentium? Si enim propterea, quod antiquitus iidem fuerunt Athenienses et Iones, dicantur etiam Dorienses iidem cum Æolensibus, adeo ut nonnisi duæ fiant nationes; si autem divisio est instituenda secundum posteriores morum indolisque rationes et sermonis diversitates, quattuor ut hujus species, ita etiam gentes erunt. Habitant autem peninsulam, præcipue si Ephori distinctionem sequimur, non Iones duntaxat, verum etiam Athenienses, sicut in singulis demonstratum fuit. Ac de his quidem atque talibus adversus Ephorum disquirere operæ pretium erat; Apollodorus vero hæc quidem curavit nihil, sed sedecim gentibus decimam septimam adjungit Galaticam, alias quidem utiliter commemorandam, sed nihil facientem ad ea, quæ Ephorus aut dixit aut reticuit; causam ipse affert, quod hæc Ephori ætate omnia sint posteriora.

27. Transiens deinde ad Homerum, recte quidem hoc dicit, magnam confusionem a bello Trojano barbaris incidisse ad nostra usque tempora propter mutationes; nam et novos exstitisse quosdam populos, et alios defecisse, aut divulsos esse, aut in unum coaluisse. Non recte autem duplicem affert causam, cur quorundam non meminerit poeta: quia nimirum aut nondum gens aliqua istic habitaverit, aut alii fuerit inserta. Neutra enim dictarum causa fuit, cur nec Cappadociam nec Cataoniam nec ipsam (οὐδ' αὐτὴν τὴν Λ.) Lycaoniam commemoraret;

την ἱστορίαν ἐπ' αὐτῶν οὐδεμίαν. γελοῖόν τε τὸ τοὺς Καππάδοκας καὶ Λυκάονας διὰ τί μὲν Ὅμηρος παρέλιπε, φροντίσαι καὶ ἀπολογήσασθαι, διὰ τί δ' Ἔφορος παρῆλθε, παρελθεῖν καὶ αὐτόν, καὶ ταῦτα παραθέμενον πρὸς αὐτὸ τοῦτο τὴν ἀπόφασιν τἀνδρός, πρὸς τὸ ἐξετάσαι καὶ διαιτῆσαι· καί, διότι μὲν Μήονας ἀντὶ Λυδῶν Ὅμηρος εἶπε, διδάξαι, ὅτι δ' οὔτε Λυδοὺς οὔτε Μήονας εἴρηκεν Ἔφορος, μὴ ἐπισημήνασθαι.

36. In hujus et [ *Erannoboæ*,] alius fluminis, *concursu* sita esse Palibothra, octoginta stadiorum longitudine, latitudine quindecim, figura quadrangula, lateribus oppositis eandem ubique servantibus distantiam, mœnibus ligneis et perforatis circumdatam, ita ut per foramina sagittent. Præpositam esse etiam fossam tutelæ gratia et recipiendorum purgamentorum ex urbe effluentium. Gentem, in qua urbs est, Prasios vocari, omnibus præstantem aliis. Ejus regem præter proprium nomen, quod a natalibus habet, de nomine urbis Palibothrum appellari, quemadmodum Sandrocottum, ad quem missus Megasthenes fuit. Idem apud Parthos fit; omnes enim Arsacæ nominantur, privatim vero alius Orodes, alius Phraates, alius aliter.

37. Quæ trans Hypanim est regio, eam optimam esse in confesso habetur, verum propter ignorantiam et longinquitatem inflatius ac portentosius omnia narrantur: ut quæ de formicis perhibentur aurum effodientibus, et de bestiis aliis et hominibus, qui peculiares quasdam formas et singulares vires habeant; nam Seres tam longæ dicuntur vitæ, ut ducentesimum annum excedant. Ferunt etiam quendam optimatum ordinem rempublicam gubernare ex quinque millibus consiliariorum constantem, quorum quisque elephantem reipublicæ præbeat. Megasthe-

δ' ἐν τοῖς Πρασίοις φησὶν ὁ Μεγασθένης μεγίστους γίνεσθαι, σχεδὸν δέ τι καὶ διπλασίους λεόντων, δυνατοὺς δέ, ὥστε τῶν ἡμέρων τινά, ἀγόμενον ὑπὸ τεττάρων, τῷ ὀπισθίῳ σκέλει δραξάμενον ἡμιόνου, βιάσασθαι καὶ ἑλκύσαι πρὸς ἑαυτόν. κερκοπιθήκους δὲ μείζους τῶν μεγίστων κυνῶν, λευκοὺς πλὴν τοῦ προσώπου· τοῦτο δ' εἶναι μέλαν· παρ' ἄλλοις δ' ἀνάπαλιν· τὰς δὲ κέρκους μείζους δυεῖν πήχεων· ἡμερωτάτους δὲ καὶ οὐ κακοήθεις περὶ ἐπιθέσεις καὶ κλοπάς. λίθους δ' ὀρύττεσθαι λιβανόχρους, γλυκυτέρους σύκων ἢ μέλιτος. ἀλλαχοῦ δὲ διπήχεις ὄφεις ὑμενοπτέρους, ὥσπερ αἱ νυκτερίδες· καὶ τούτους δὲ νύκτωρ πέτεσθαι, σταλαγμοὺς ἀφιέντας οὔρων, τοὺς δὲ ἱδρώτων, διασήποντας τὸν χρῶτα τοῦ μὴ φυλαξαμένου· καὶ σκορπίους εἶναι πτηνούς, ὑπερβάλλοντας μεγέθεσι· φύεσθαι δὲ καὶ ἔβενον· εἶναι δὲ καὶ κύνας ἀλκίμους, οὐ πρότερον μεθιέντας τὸ δηχθέν, πρὶν εἰς τοὺς ῥώθωνας ὕδωρ καταχυθῆναι· ἐνίους δ' ὑπὸ προθυμίας ἐν τῷ δήγματι διαστρέφεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς, τοῖς δὲ καὶ ἐκπίπτειν. κατασχεθῆναι δὲ καὶ λέοντα ὑπὸ κυνὸς καὶ ταῦρον, τὸν δὲ ταῦρον καὶ ἀποθανεῖν, κρατούμενον τοῦ ῥύγχους, πρότερον ἢ ἀφεθῆναι.

38. Ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ Σίλαν ποταμὸν εἶναι, ᾧ μηδὲν ἐπιπλεῖ· Δημόκριτον μὲν οὖν ἀπιστεῖν, ἅτε πολλὴν τῆς Ἀσίας πεπλανημένον· καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἀπιστεῖ, καίπερ ἀέρων ὄντων λεπτῶν, οἷς οὐδὲν ἐποχεῖται πτηνόν· ἔτι δὲ τῶν ἀναφερομένων ἀτμῶν ἐπισπαστικοί τινές εἰσι πρὸς ἑαυτοὺς καὶ οἷον ῥοφητικοὶ τοῦ ὑπερπετοῦς, ὡς τὸ ἤλεκτρον τοῦ ἀχύρου καὶ ἡ σιδηρῖτις τοῦ σιδήρου· τάχα δὲ καὶ καθ' ὕδατος τοιαῦταί τινες εἶεν ἂν δυνάμεις. ταῦτα μὲν οὖν φυσιολογίας ἔχεταί τινος καὶ τῆς περὶ τῶν ὀχουμένων πραγματείας, ὥστε ἐν ἐκείνοις ἐπισκεπτέον· νυνὶ δ' ἔτι καὶ ταῦτα προσληπτέον καὶ ὅσα ἄλλα τῆς γεωγραφίας ἐγγυτέρω.

39. Φησὶ δὴ τὸ τῶν Ἰνδῶν πλῆθος εἰς ἑπτὰ μέρη διῃρῆσθαι, καὶ πρώτους μὲν τοὺς φιλοσόφους εἶναι κατὰ τιμήν, ἐλαχίστους δὲ κατ' ἀριθμόν· χρῆσθαι δ' αὐτοῖς, ἰδίᾳ μὲν ἑκάστῳ τοὺς θύοντας ἢ τοὺς ἐναγίζοντας, κοινῇ δὲ τοὺς βασιλέας κατὰ τὴν μεγάλην λεγομένην σύνοδον, καθ' ἣν τοῦ νέου ἔτους ἅπαντες οἱ φιλόσοφοι τῷ βασιλεῖ συνελθόντες ἐπὶ θύρας, ὅ τι ἂν αὐτῶν ἕκαστος συντάξῃ τῶν χρησίμων ἢ τηρήσῃ πρὸς εὐετηρίαν καρπῶν τε καὶ ζῴων καὶ περὶ πολιτείας, προφέρει τοῦτ' εἰς τὸ μέσον· ὃς δ' ἂν τρὶς ἐψευσμένος ἁλῷ, νόμος ἐστὶ σιγᾶν διὰ βίου· τὸν δὲ κατορθώσαντα ἄφορον καὶ ἀτελῆ κρίνουσι.

40. Δεύτερον δὲ μέρος εἶναι τὸ τῶν γεωργῶν, οἳ πλεῖστοί τέ εἰσι καὶ ἐπιεικέστατοι (οἱ) ἀστρατείᾳ καὶ ἀδείᾳ τοῦ ἐργάζεσθαι, πόλει μὴ προσιόντες μηδ' ἄλλῃ χρείᾳ μηδ' ὀχλήσει κοινῇ· πολλάκις γοῦν ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ καὶ τόπῳ τοῖς μὲν παρατετάχθαι συμβαίνει καὶ διακινδυνεύειν πρὸς τοὺς πολεμίους, οἱ δ' ἀροῦσιν ἢ σκάπτουσιν ἀκινδύνως, προμάχους ἔχοντες ἐκείνους. ἔστι δ' ἡ χώρα βασιλικὴ πᾶσα· μισθοῦ δ' αὐτὴν ἐπὶ τετάρταις ἐργάζονται τῶν καρπῶν.

nes auctor est, tigres apud Prasios gigni magnitudine duplos fere ad leonem, adeo robustos, ut unus de mansuetis, a quattuor hominibus ductus, mulum posteriore pede apprehensum ad se pertraxerit; cercopithecos vero maximis canibus esse majores, et totos albos, præter faciem, quæ nigra est, quum apud alios contrarium sit, caudæ longitudine supra duos cubitos, ceterum mansuetissimos esse, neque maligne insidiari, aut furari. Lapides quoque effodi thureo colore, ficu et melle dulciores. Quibusdam in locis serpentes esse binorum cubitorum, membraneis alis, ut vespertiliones; eos per noctem volare, et lotii aut sudoris stillas demittere, quæ non caventium eas corpora computrescere cogant. Item scorpios volucres esse ingentes; nasci quoque ebenum; canes etiam esse validissimos, qui, quod mordicus corripuerint, non ante dimittant, quam aqua naribus infundatur; nonnullis præ vehementia in morsu oculos distorqueri, quibusdam etiam excidere; leonem et taurum a cane detineri; taurum etiam mori rostro comprehensum, priusquam dimittatur.

38. In regione montana Silam (*Siliam codd.*) flumen esse, cui nihil innatet; quanquam id Democritus non credat, qui bonam partem Asiæ peragravit; sed nec Aristoteles id concedit, etsi aeres quidam sint adeo tenues, ut nulla in eis volatilia invehantur; porro de emanantibus vaporibus nonnulli ad se pertrahunt et quasi absorbent supervolantia, quemadmodum electrum paleam, et sideritis ferrum ad se rapit; fortassis igitur aliquæ ejusmodi vires etiam in aqua sunt. Sed hæc ad physiologiam pertinent, et ad ea, quæ de rebus supernatantibus traduntur; quare in eorum tractatione consideranda sunt: nunc his omissis ea quæ jam sequuntur adjungamus et si quæ alia ad geographiam proprius attinent.

39. Igitur narrat Megasthenes totam Indorum multitudinem in septem genera dividi; eorum primos honore, sed numero paucissimos, esse philosophos; uti singulis privatim Indos qui sacrificia vel inferias agant, publice vero reges in magno quem vocant conventu, quum, novo anno incipiente, philosophi omnes ad regis fores conveniant, et quæ utilia quisque composuerit vel observarit de futura prosperitate fructuum animaliumque vel de civitatis administratione, in medium proferant. Ubi quis falsus fuisse ter deprehenditur, ei per totam vitam lege silentium indicitur; qui autem vera prædixerit, immunis et omni tributo exemptus habetur.

40. Secundum genus dicit agricolarum esse, qui plurimi sint et probissimi immunitate a militia et secura opus faciendi licentia, neque urbem nec publicum negotium nec ullum aliud munus attingant; quamobrem eodem tempore et eodem loco alii pugnant et cum hoste pedem conferunt, alii arant vel fodiunt sine ullo periculo, quum illos propugnatores habeant. Ceterum regio tota quum sit regis, ipsi eam conductam excolunt, pacti mercedis loco quartam fructuum partem.

την ἱστορίαν ἐπ' αὐτῶν οὐδεμίαν. γελοῖόν τε τὸ τοὺς Καππάδοκας καὶ Λυκάονας διὰ τί μὲν Ὅμηρος παρέλιπε, φροντίσαι καὶ ἀπολογήσασθαι, διὰ τί δ' Ἔφορος παρῆλθε, παρελθεῖν καὶ αὐτόν, καὶ ταῦτα παραθέμενον πρὸς αὐτὸ τοῦτο τὴν ἀπόφασιν τἀνδρός, πρὸς τὸ ἐξετάσαι καὶ διαιτῆσαι· καί, διότι μὲν Μῄονας ἀντὶ Λυδῶν Ὅμηρος εἶπε, διδάξαι, ὅτι δ' οὔτε Λυδοὺς οὔτε Μῄονας εἴρηκεν Ἔφορος, μὴ ἐπισημήνασθαι.

28. Φήσας δὲ ἀγνώτων τινῶν μεμνῆσθαι τὸν ποιητήν, Καύκωνας μὲν ὀρθῶς λέγει καὶ Σολύμους καὶ Κητείους καὶ Λέλεγας καὶ Κίλικας τοὺς ἐκ Θήβης πεδίου, τοὺς δ' Ἁλιζῶνας αὐτὸς πλάττει, μᾶλλον δ' οἱ πρῶτοι τοὺς Ἁλιζῶνας ἀγνοήσαντες, τίνες εἰσί, καὶ μεταγράφοντες πλεοναχῶς καὶ πλάττοντες τὴν τοῦ ἀργύρου γενέθλην καὶ ἄλλα πολλὰ μέταλλα, ἐκλελειμμένα ἅπαντα. πρὸς ταύτην δὲ τὴν φιλοτιμίαν κἀκείνας συνήγαγον τὰς ἱστορίας, ἃς ὁ Σκήψιος τίθησι παρὰ Καλλισθένους λαβὼν καὶ ἄλλων τινῶν, οὐ καθαρευόντων τῆς περὶ τῶν Ἁλιζώνων ψευδοδοξίας· ὡς ὁ μὲν Ταντάλου πλοῦτος καὶ τῶν Πελοπιδῶν ἀπὸ τῶν περὶ Φρυγίαν καὶ Σίπυλον μετάλλων ἐγένετο· ὁ δὲ Κάδμου [ἐκ τῶν] περὶ Θρᾴκην καὶ τὸ Παγγαῖον ὄρος· ὁ δὲ Πριάμου ἐκ τῶν ἐν Ἀστύροις περὶ Ἄβυδον χρυσείων, ὧν καὶ νῦν ἔτι μικρὰ λείπεται· πολλὴ δ' ἡ ἐκβολὴ καὶ τὰ ὀρύγματα σημεῖα τῆς πάλαι μεταλλείας· ὁ δὲ Μίδου ἐκ τῶν περὶ τὸ Βέρμιον ὄρος· ὁ δὲ Γύγου καὶ Ἀλυάττου καὶ Κροίσου ἀπὸ τῶν ἐν Λυδίᾳ † τῆς μεταξὺ Ἀταρνέως τε καὶ Περγάμου πολίχνη ἐρήμη, ἐκμεμεταλλευμένα ἔχουσα τὰ χωρία.

29. Ἔτι καὶ ταῦτα μέμψαιτο ἄν τις τοῦ Ἀπολλοδώρου, ὅτι τῶν νεωτέρων καινοτομούντων πολλὰ παρὰ τὰς Ὁμηρικὰς ἀποφάσεις, εἰωθὼς ταῦτ' ἐλέγχειν ἐπὶ πλέον, ἐνταῦθα οὐχ ὠλιγώρηκε μόνον, ἀλλὰ καὶ τἀναντία εἰς ἓν συνάγει τὰ μὴ ὡσαύτως λεγόμενα. ὁ μὲν γὰρ Ξάνθος ὁ Λυδὸς μετὰ τὰ Τρωικά φησιν ἐλθεῖν τοὺς Φρύγας ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ τῶν ἀριστερῶν τοῦ Πόντου, ἀγαγεῖν δ' αὐτοὺς Σκαμάνδριον ἐκ Βερεκύντων καὶ Ἀσκανίας. ἐπιλέγει δὲ τούτοις ὁ Ἀπολλόδωρος, ὅτι τῆς Ἀσκανίας ταύτης μνημονεύει καὶ Ὅμηρος, ἧς ὁ Ξάνθος·

Φόρκυς δὲ Φρύγας ἦγε καὶ Ἀσκάνιος θεοειδὴς
τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης.

ἀλλ' εἰ οὕτως ἔχει, ἡ μὲν μετανάστασις ὕστερον ἂν εἴη τῶν Τρωικῶν γεγονυῖα, ἐν δὲ τοῖς Τρωικοῖς τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ ἐπικουρικὸν ἧκεν ἐκ τῆς περαίας ἐκ τῶν Βερεκύντων καὶ τῆς Ἀσκανίας. τίνες οὖν Φρύγες ἦσαν,

οἵ ῥα τότ' ἐστρατόωντο παρ' ὄχθας Σαγγαρίοιο,

ὅτε ὁ Πρίαμος,

ἐπίκουρος ἐὼν μετὰ τοῖσιν ἐλέγμην,

φησί; πῶς δὲ ἐκ μὲν Βερεκύντων μετεπέμπετο Φρύγας ὁ Πρίαμος, πρὸς οὓς οὐδὲν ἦν αὐτῷ συμβόλαιον, τοὺς δ' ὁμόρους καὶ οἷς αὐτὸς πρότερον ἐπεκούρησε

nullam quippe talem de his habemus historiam. Et ridiculum est curare atque excusare, quod Homerus Cappadoces [*et Cataonios*] et Lycaones præteriverit : cur autem Ephorus idem fecerit, ipsum quoque prætermittere, præsertim quum hujus verba examinandi ac dijudicandi gratia adduxisset. Item ridiculum est Homerum pro Lydis dixisse Meonas docere, ab Ephoro autem neque Lydos neque Meonas nominari non annotare.

28. Fatus deinde Homerum ignotos quosdam nominasse, recte profert Cauconas, Solymos, Ceteos, Leleges ac Cilices e Thebes campo; Halizones autem ipse fingit, aut potius ii, qui primi, Halizones quinam sint ignorantes, varie mutaverunt scripturam, et commenti sunt argenti proventum multaque alia metalla nunc exhausta omnia. Atque ad hoc studium illas quoque collegerunt narrationes, quas a Callisthene sumptas et quibusdam aliis Scepsius posuit, non immunibus falsarum de Halizonibus opinionum : scilicet Tantali et Pelopidarum divitias e Phrygiæ et Sipyli metallis fuisse haustas; Cadmi e metallis Thraciæ et Pangæi montis; Priami ex auri *fodinis*, *quæ apud Abydum* sunt in Astyris (quorum *exiguæ supersunt reliquiæ*, et multum terræ egestum ac fossæ signa sunt luculenta secturarum antiquarum); Midæ e metallis Bermii montis; Gygis et Alyattis et Crœsi e metallis Lydiæ *et* (καὶ) regionis inter Atarneum et Pergamum sitæ, *ubi* (ὅπου) oppidum desertum, fodinas habens exhaustas.

29. Id quoque vitio vertere *Apollodoro* possis, quod, quum soleant recentiores innovare quædam præter Homerica effata, solitus plerumque eos arguere, hic non modo neglexit, sed contra etiam diverse dicta in unum contraxit. Nam Xanthus Lydus post bellum Trojanum ait venisse Phryges ex Europa et sinistra Ponti parte, adductos a Scamandrio e Berecyntis et Ascania. His addit *Apollodorus*, Ascaniæ ejusdem mentionem esse apud Homerum (*Il.* 2, 862) :

Phorcys ducebat Phrygas arduus Ascaniusque,
longe ex Ascania.

Atqui si res ita habent, migratio post bellum Trojanum evenisset : ipso autem belli tempore auxilia, quæ poeta dicit, venissent ex opposita continente e Berecyntis et Ascania. Qui ergo fuerunt Phryges isti (*Il.* 3, 187) :

ad Sangarii ripam qui castra locarunt,

quando Priamus

suppetias ferens cum illis numerabar,

de se dicit? Et quomodo Priamus e Berecyntis Phryges accivit, cum quibus nihil ei erat necessitatis, ac præteriit finitimos, quibus ipse ante auxilio venerat? Hæc ille de Phry-

παρέλιπεν; οὕτω δὲ περὶ τῶν Φρυγῶν εἰπὼν ἐπιφέρει καὶ τὰ περὶ τῶν Μυσῶν οὐχ ὁμολογούμενα τούτοις· λέγεσθαι γάρ φησι καὶ τῆς Μυσίας κώμην Ἀσκανίαν περὶ λίμνην ὁμώνυμον, ἐξ ἧς καὶ τὸν Ἀσκάνιον ποταμὸν ῥεῖν, οὗ μνημονεύει καὶ Εὐφορίων·

> Μυσοῖο παρ' ὕδασιν Ἀσκανίοιο·

καὶ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος·

> οἳ καὶ ἐπ' Ἀσκανίῳ δώματ' ἔχουσι ῥόῳ,
> λίμνης Ἀσκανίης ἐπὶ χείλεσιν· ἔνθα Δολίων
> υἱὸς Σιληνοῦ νάσσατο καὶ Μελίης.

καλοῦσι δέ, φησί, Δολιονίδα καὶ Μυσίαν τὴν περὶ Κύζικον ἰόντι εἰς Μιλητούπολιν. εἰ οὖν οὕτως ἔχει ταῦτα, καὶ ἐκμαρτυρεῖται ὑπὸ τῶν δεικνυμένων νῦν καὶ ὑπὸ τῶν ποιητῶν, τί ἐκώλυε τὸν Ὅμηρον ταύτης μεμνῆσθαι τῆς Ἀσκανίας, ἀλλὰ μὴ τῆς ὑπὸ Ξάνθου λεγομένης; εἴρηται δὲ καὶ πρότερον περὶ τούτων ἐν τῷ περὶ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν λόγῳ, ὥστε ἐχέτω πέρας.

## ΚΕΦ. ϛ'.

Λοιπὸν δὲ τὴν πρὸς νότου παρακειμένην τῇ χερρονήσῳ ταύτῃ περιοδεῦσαι νῆσον τὴν Κύπρον. εἴρηται δ', ὅτι ἡ περιεχομένη θάλαττα ὑπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ Φοινίκης καὶ Συρίας καὶ τῆς λοιπῆς παραλίας μέχρι τῆς Ῥοδίας σύνθετός πώς ἐστιν ἔκ τε τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους καὶ τοῦ Παμφυλίου καὶ τοῦ κατὰ τὸν Ἰσσικὸν κόλπον. ἐν δὲ ταύτῃ ἐστὶν ἡ Κύπρος, τὰ μὲν προσάρκτια μέρη συνάπτοντα ἔχουσα τῇ Τραχείᾳ Κιλικίᾳ, καθ' ἃ δὴ καὶ προσεχεστάτη τῇ ἠπείρῳ ἐστί, τὰ δὲ ἑῷα τῷ Ἰσσικῷ κόλπῳ, τὰ δ' ἑσπέρια τῷ Παμφυλίῳ κλυζόμενα πελάγει, τὰ δὲ νότια τῷ Αἰγυπτίῳ. τοῦτο μὲν οὖν σύρρουν ἐστὶν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας τῷ Λιβυκῷ καὶ τῷ Καρπαθίῳ πελάγει, ἀπὸ δὲ τῶν νοτίων καὶ τῶν ἑῴων μερῶν ἥ τε Αἴγυπτός ἐστι καὶ ἡ ἐφεξῆς παραλία μέχρι Σελευκείας τε καὶ Ἰσσοῦ, πρὸς ἄρκτον δ' ἥ τε Κύπρος καὶ τὸ Παμφύλιον πέλαγος. τοῦτο δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων περιέχεται τοῖς τε ἄκροις τῆς Τραχείας Κιλικίας καὶ τῆς Παμφυλίας καὶ Λυκίας μέχρι τῆς Ῥοδίας, ἀπὸ δὲ τῆς δύσεως τῇ Ῥοδίων νήσῳ, ἀπὸ δὲ τῆς ἀνατολῆς τῇ Κύπρῳ τῇ κατὰ Πάφον καὶ τὸν Ἀκάμαντα, ἀπὸ δὲ τῆς μεσημβρίας σύρρουν ἐστὶ τῷ Αἰγυπτίῳ πελάγει.

2. Ἔστι δ' ὁ μὲν κύκλος τῆς Κύπρου σταδίων τρισχιλίων καὶ τετρακοσίων εἴκοσι κατακολπίζοντι· μῆκος δὲ ἀπὸ Κλειδῶν ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα πεζῇ σταδίων χιλίων τετρακοσίων ὁδεύοντι ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν Κλεῖδες νησία δύο προκείμενα τῇ Κύπρῳ κατὰ τὰ ἑωθινὰ μέρη τῆς νήσου, τὰ διέχοντα τοῦ Πυράμου σταδίους ἑπτακοσίους· ὁ δ' Ἀκάμας ἐστὶν ἄκρα δύο μαστοὺς ἔχουσα καὶ ὕλην πολλήν, κείμενος μὲν ἐπὶ τῶν ἑσπερίων τῆς νήσου μερῶν, ἀνατείνων δὲ πρὸς ἄρκτους, ἐγγυτάτω μὲν πρὸς Σελινοῦντα τῆς Τραχείας Κιλικίας ἐν διάρματι χιλίων σταδίων, πρὸς Σίδην δὲ τῆς Παμφυλίας χιλίων καὶ ἑξακοσίων, πρὸς

gibus locutus, infert etiam de Mysis non convenientia cum illis. Ait enim etiam Mysiæ pagum nominari Ascaniam apud ejusdem nominis lacum, unde etiam Ascanius fluat amnis, cujus tum Euphorio meminerit:

> Ascanii prope Mysi læta fluenta;

tum Alexander Ætolus:

> Ascanias ad aquas qui posuere domos,
> Ascaniæ sub labra paludis, pone Dolion
> Sileno natus et Melia incoluit.

Vocant autem, inquit, Dolionidem etiam Mysiam regionem apud Cyzicum sitam, qua Miletopolin itur. Hæc si vera sunt, et testimonio eorum, quæ hodie sunt, comprobantur, et poetarum: quid obstabat quin Homerus hujus Ascaniæ mentionem faceret, non ejus, quam Xanthus refert? Sed hic finem facio, quum supra quoque de hac re dixerim in Mysorum et Phrygum enarratione.

## CAP. VI.

Restat ut huic peninsulæ versus meridiem adjacentem insulam Cyprum describamus. Dictum est mare, quod continetur Ægypto, Phœnice, Syria et reliqua ora, quæ usque ad Rhodum porrigitur, quodammodo componi ex Ægyptio Pamphylioque mari et eo quod sinum facit Issicum. In hoc est insula Cyprus, cujus septentrionales partes ad Asperam accedunt Ciliciam, quibus etiam continenti est proxima; orientales Issico sinu, occidua Pamphylio, meridionalia alluuntur Ægyptio mari. Id ab occasu cum Africo et Carpathio mari confluit, ab austro et oriente Ægyptum habet oramque sequentem usque ad Seleuciam et Issum; versus septentrionem Cyprus est et mare Pamphylium. Hoc vero a septentrione continetur extremitatibus Asperæ Ciliciæ et Pamphyliæ ac Lyciæ usque ad Rhodiam Peræam, ab occasu Rhodo insula, ab ortu Cypro, qua Paphus est et Acamas, versus meridiem confluit cum Ægyptio mari.

2. Ambitus Cypri, si sinus intrentur, stadiorum est ter mille quadringentorum viginti; longitudo terrestri itinere a Clidibus ad Acamantem, ab ortu versus occasum, stadiorum mille quadringentorum. Sunt autem Clides, *quasi claves*, duæ minutæ insulæ ante Cyprum sitæ ad ortivas partes, a Pyramo dissitæ ad stadia septingenta. Acamas promontorium est duas quasi papillas habens et plurimam silvam; situs est in occiduis insulæ partibus, sed versus septentrionem se porrigit, proxime qua Selinus est Asperæ Ciliciæ, freto diremptus mille stadiorum, a Sida Pamphy-

δὲ Χελιδονίας χιλίων ἐνναχοσίων. ἔστι δὲ ἑτερόμηκες τὸ ὅλον τῆς νήσου σχῆμα, καί που καὶ ἰσθμοὺς ποιεῖ κατὰ τὰς τὸ πλάτος διοριζούσας πλευράς· ἔχει δὲ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα, ὡς ἐν βραχέσιν εἰπεῖν, οὕτως, ἀρξαμένοις ἀπὸ τοῦ προσεχεστάτου σημείου τῇ ἠπείρῳ.

3. Ἔφαμεν δέ που κατὰ τὸ Ἀνεμούριον, ἄκραν τῆς Τραχείας Κιλικίας, ἀντικεῖσθαι τὸ τῶν Κυπρίων ἀκρωτήριον τὴν Κρομμύου ἄκραν ἐν τριακοσίοις καὶ πεντήκοντα σταδίοις· ἐντεῦθεν δ' ἤδη δεξιὰν τὴν νῆσον ἔχουσιν, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὴν ἤπειρον, πρὸς ἄρκτον ὁ πλοῦς ἐστι καὶ πρὸς ἕω καὶ πρὸς τὰς Κλεῖδας εὐθυπλοΐα σταδίων ἑπτακοσίων. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Λάπαθός τέ ἐστι πόλις, ὕφορμον ἔχουσα καὶ νεώρια, Λακώνων κτίσμα καὶ Πραξάνδρου, καθ' ἣν ἡ Νάγιδος· εἶτ' Ἀφροδίσιον, καθ' ὃ στενὴ ἡ νῆσος· εἰς γὰρ Σαλαμῖνα ὑπέρβασις σταδίων ἑβδομήκοντα· εἶτ' Ἀχαιῶν ἀκτή, ὅπου Τεῦκρος προσωρμίσθη πρῶτον [ὁ] κτίσας Σαλαμῖνα τὴν ἐν Κύπρῳ, ἐκβληθείς, ὥς φασιν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς Τελαμῶνος· εἶτα Καρπασία πόλις, λιμένα ἔχουσα· κεῖται δὲ κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδόνα· ἐκ δὲ τῆς Καρπασίας ὑπέρβασίς ἐστιν ἰσθμοῦ τριάκοντα σταδίων πρὸς τὰς νήσους τὰς Καρπασίας καὶ τὸ νότιον πέλαγος· εἶτ' ἄκρα καὶ ὄρος· ἡ δ' ἀκρώρεια καλεῖται Ὄλυμπος, ἔχουσα Ἀφροδίτης Ἀκραίας ναόν, ἄδυτον γυναιξὶ καὶ ἀόρατον. πρόκεινται δὲ πλησίον αἱ Κλεῖδες καὶ ἄλλαι δὲ πλείους, εἶθ' αἱ Καρπάσιαι νῆσοι, καὶ μετὰ ταύτας ἡ Σαλαμίς, ὅθεν ἦν Ἄριστος ὁ συγγραφεύς· εἶτ' Ἀρσινόη πόλις καὶ λιμήν· εἶτ' ἄλλος λιμὴν Λεύκολλα· εἶτ' ἄκρα Πηδάλιον, ἧς ὑπέρκειται λόφος τραχύς, ὑψηλός, τραπεζοειδής, ἱερὸς Ἀφροδίτης, εἰς ὃν ἀπὸ Κλειδῶν στάδιοι ἑξακόσιοι ὀγδοήκοντα· εἶτα κολπώδης καὶ τραχὺς παράπλους ὁ πλείων εἰς Κίτιον· ἔχει δὲ λιμένα κλειστόν· ἐντεῦθέν ἐστι Ζήνων τε, ὁ τῆς στωικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης, καὶ Ἀπολλώνιος ἰατρός· ἐντεῦθεν εἰς Βηρυτὸν στάδιοι χίλιοι πεντακόσιοι. εἶτ' Ἀμαθοῦς πόλις καὶ μεταξὺ πολίχνη, Παλαιὰ καλουμένη, καὶ ὄρος μαστοειδὲς Ὄλυμπος· εἶτα Κουριὰς χερρονησώδης, εἰς ἣν ἀπὸ Θρόνων στάδιοι ἑπτακόσιοι. εἶτα πόλις Κούριον, ὅρμον ἔχουσα, Ἀργείων κτίσμα. ἤδη οὖν πάρεστι σκοπεῖν τὴν ῥᾳθυμίαν τοῦ ποιήσαντος τὸ ἐλεγεῖον τοῦτο, οὗ ἡ ἀρχή·

> ἱραὶ τῷ Φοίβῳ, πολλὸν διὰ κῦμα θέουσαι,
> ἤλθομεν αἱ ταχιναὶ τόξα φυγεῖν ἔλαφοι·

εἶθ' Ἡδύλος ἐστίν, εἶθ' ὁστισοῦν· φησὶ μὲν γὰρ ὁρμηθῆναι τὰς ἐλάφους Κωρυκίης ἀπὸ δειράδος, ἐκ δὲ Κιλίσσης ἠιόνος εἰς ἀκτὰς διανήξασθαι Κουριάδας, καὶ ἐπιφθέγγεται, διότι

> μυρίον ἀνδράσι θαῦμα νοεῖν πάρα, πῶς ἀνόδευτον
> χεῦμα δι' εἰαρινῶν ἐδράμομεν ζεφύρων.

ἀπὸ γὰρ Κωρύκου περίπλους μέν ἐστιν εἰς Κουριάδα ἀκτήν, οὔτε ζεφύρῳ δέ, οὔτε ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν νῆσον, οὔτ' ἐν ἀριστερᾷ, δίαρμα δ' οὐδέν. ἀρχὴ δ' οὖν τοῦ δυσμικοῦ παράπλου τὸ Κούριον τοῦ βλέποντος πρὸς

liæ stadiorum mille sexcentorum, a Chelidoniis mille nongentorum. Figura totius insulæ est altera parte longior, et interdum isthmos facit in lateribus latitudinem definientibus. Singula breviter enarrabimus, orsi ab eo puncto, quod continenti est proximum.

3. Supra diximus e regione Anemurii, quod est Asperæ Ciliciæ promontorium, situm esse Cypri promontorium, quod Crommyi, *id est cepæ*, dicitur, intervallo trecentorum quinquaginta stadiorum. Inde si naviges ita, ut ad dextram tibi sit insula, continens ad lævam, versus septentrionem et orientem et meridiem cursus ad Clides rectus erit stadiorum septingentorum. In medio urbs est Lapathus cum navalibus et statione, condita a Laconibus et Praxandro, e regione sita Nagidi; deinde Aphrodisium, ubi angusta est Cyprus insula; nam transitus ad Salaminem nonnisi septuaginta est stadiorum. Deinde Achæorum acta, ubi Teucer primum appulit, quum a patre (ut fertur) Telamone domo ejectus Salaminem in Cypro conderet. Sequitur Carpasia urbs cum portu, opposita Sarpedoni promontorio. E Carpasia isthmi transitus est stadiorum triginta ad insulas Carpasias et austrinum mare. Sequitur promontorium *et mons*; promontorio nomen est Olympus, inque eo fanum Veneris Acrææ, quod adiri aut conspici a femina nefas est. Ante id in propinquo sitæ sunt Clides aliæque plures, tum Carpasiæ insulæ, ac post has Salamis, patria Aristi, historiæ scriptoris; deinde Arsinoe urbs et portus; mox alius portus Leucolla; hinc promontorium Pedalium, cui imminet collis asper, sublimis, mensæ forma, Veneri sacer; ad eum a Clidibus stadia sunt sexcenta octoginta; *inde navigatio* sinuosa et aspera utplurimum est Citium usque; urbs ea portum habet, qui claudi potest. Hæc patria fuit Zenonis, Stoicorum principis, et Apollonii medici; inde Berytum sunt stadia mille quingenta. Post Citium sequitur Amathûs urbs, et in medio est oppidum, quod Palæa dicitur, et mons mamillæ similis Olympus; tum Curias *promontorium* (ἄκρα) peninsulæ in modum; eo a Thronis stadia septingenta. Post urbs Curium, stationem habens, opus Argivorum. Jam oscitantiam subit considerare ejus, qui elegiam scripsit, cujus hoc est initium:

> Nos sacræ Phœbo cervæ, dum tela per undas
> effugimus, cursu venimus huc celeri:

sive is Hedylus est, sive quicumque alius. Dicit enim Corycio cervas decurrisse jugo, a Ciliciumque litore ad actas enatasse Curiadas, et addit:

> Res dictu mira est, quonam nos invia pacto
> maria per verno transiimus zephyro (εἰαρινῷ.. ζεφύρῳ)

Etenim a Coryco circumnavigatio quidem est ad Curiadem, sed non (οὐ) Favonio spirante, sive ad dextram tibi sit insula sive ad lævam; trajectus autem est nullus. Initium circuitus occidui Curium est, Rhodum respicientis; statim-

Ῥόδον, καὶ εὐθύς ἐστιν ἄκρα, ἀφ' ἧς ῥίπτουσι τοὺς ἁψαμένους τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος· εἶτα Τρῆτα καὶ Βοόσουρα καὶ Παλαίπαφος, ὅσον ἐν δέκα σταδίοις ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένη, ὕφορμον ἔχουσα, καὶ ἱερὸν ἀρχαῖον τῆς Παφίας Ἀφροδίτης· εἶτ' ἄκρα Ζεφυρία, πρόσορμον ἔχουσα, καὶ ἄλλη Ἀρσινόη, ὁμοίως πρόσορμον ἔχουσα, καὶ ἱερὸν καὶ ἄλσος· μικρὸν δ' ἀπὸ τῆς θαλάττης καὶ ἡ Ἱεροκηπίς. εἶθ' ἡ Πάφος, κτίσμα Ἀγαπήνορος, καὶ λιμένα ἔχουσα καὶ ἱερὰ εὖ κατεσκευασμένα· διέχει δὲ πεζῇ σταδίους ἑξήκοντα τῆς Παλαιπάφου, καὶ πανηγυρίζουσι διὰ τῆς ὁδοῦ ταύτης κατ' ἔτος ἐπὶ τὴν Παλαίπαφον ἄνδρες ὁμοῦ γυναιξὶν συνιόντες καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων. φασὶ δ' εἰς Ἀλεξάνδρειάν τινες ἐκ Πάφου σταδίους εἶναι τρισχιλίους ἑξακοσίους. εἶθ' ὁ Ἀκάμας ἐστὶ μετὰ Πάφον· εἶτα πρὸς ἕω μετὰ τὸν Ἀκάμαντα πλοῦς εἰς Ἀρσινόην πόλιν καὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄλσος· εἶτα Σόλοι πόλις, λιμένα ἔχουσα καὶ ποταμὸν καὶ ἱερὸν Ἀφροδίτης καὶ Ἴσιδος· κτίσμα δ' ἐστὶ Φαλήρου καὶ Ἀκάμαντος Ἀθηναίων· οἱ δ' ἐνοικοῦντες Σόλιοι καλοῦνται. ἐντεῦθεν ἦν Στασάνωρ τῶν Ἀλεξάνδρου ἑταίρων, ἀνὴρ ἡγεμονίας ἠξιωμένος· ὑπέρκειται δ' ἐν μεσογαίᾳ Λιμενία πόλις· εἶθ' ἡ Κρομμύου ἄκρα.

4. Τί δὲ δεῖ τῶν ποιητῶν θαυμάζειν, καὶ μάλιστα τῶν τοιούτων, οἷς ἡ πᾶσα περὶ τὴν φράσιν ἐστὶ σπουδή, τὰ τοῦ Δαμάστου συγκρίνοντας, ὅστις τῆς νήσου τὸ μῆκος ἀπὸ τῶν ἄρκτων πρὸς μεσημβρίαν ἀποδίδωσιν, ἀπὸ Ἱεροκηπίας, ὥς φησιν, εἰς Κλεῖδας; οὐδὲ ὁ Ἐρατοσθένης εὖ· αἰτιώμενος γὰρ τοῦτον, οὐκ ἀπ' ἄρκτων φησὶν εἶναι τὴν Ἱεροκηπίαν, ἀλλ' ἀπὸ νότου· οὐδὲ γὰρ ἀπὸ νότου, ἀλλ' ἀπὸ δύσεως, εἴπερ ἐν τῇ δυσμικῇ πλευρᾷ κεῖται, ἐν ᾗ καὶ ἡ Πάφος καὶ ὁ Ἀκάμας. διάκειται μὲν οὕτως ἡ Κύπρος τῇ θέσει.

5. Κατ' ἀρετὴν δ' οὐδεμιᾶς τῶν νήσων λείπεται· καὶ γὰρ εὔοινός ἐστι καὶ εὐέλαιος, σίτῳ τε αὐτάρκει χρῆται· μέταλλά τε χαλκοῦ ἐστιν ἄφθονα τὰ ἐν Ταμασσῷ, ἐν οἷς τὸ χαλκανθὲς γίνεται, καὶ ὁ ἰὸς τοῦ χαλκοῦ, πρὸς τὰς ἰατρικὰς δυνάμεις χρήσιμα. φησὶ δ' Ἐρατοσθένης τὸ παλαιὸν ὑλομανούντων τῶν πεδίων, ὥστε κατέχεσθαι δρυμοῖς καὶ μὴ γεωργεῖσθαι, μικρὰ μὲν ἐπωφελεῖν πρὸς τοῦτο τὰ μέταλλα, δενδροτομούντων πρὸς τὴν καῦσιν τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου, προσγενέσθαι δὲ καὶ τὴν ναυπηγίαν τῶν στόλων, ἤδη πλεομένης ἀδεῶς τῆς θαλάττης καὶ μετὰ δυνάμεων· ὡς δ' οὐκ ἐξενίκων, ἐπιτρέψαι τοῖς βουλομένοις καὶ δυναμένοις ἐκκόπτειν καὶ ἔχειν ἰδιόκτητον καὶ ἀτελῆ τὴν διακαθαρθεῖσαν γῆν.

6. Πρότερον μὲν οὖν κατὰ πόλεις ἐτυραννοῦντο οἱ Κύπριοι, ἀφ' οὗ δ' οἱ Πτολεμαϊκοὶ βασιλεῖς κύριοι τῆς Αἰγύπτου κατέστησαν, εἰς ἐκείνους καὶ ἡ Κύπρος περιέστη, συμπραττόντων πολλάκις καὶ τῶν Ῥωμαίων. ἐπεὶ δ' ὁ τελευταῖος ἄρξας Πτολεμαῖος, ἀδελφὸς τοῦ Κλεοπάτρας πατρός, τῆς καθ' ἡμᾶς βασιλίσσης, ἔδοξε πλημμελής τε εἶναι καὶ ἀχάριστος εἰς τοὺς εὐεργέτας,

que est promontorium, unde projiciunt eos, qui Apollinis aram attigerint. Sequuntur Treta, Boosura et Palæpaphus (*Antiqua Paphus*), ad decem stadia supra mare condita, navium stationem habens, et vetus Paphiæ Veneris templum; hinc Zephyria, promontorium cum statione, et aliud Arsinoe, itidem stationem habens et templum ac lucum; paulo a mari etiam Hierocepis est. Deinde Paphus, ab Agapenore condita, portum habens, et templa probe adornata. Distat a vetere Papho terrestri itinere stadiorum sexaginta, et per eam viam solennes pompæ ducuntur ad veterem Paphum, viris simul et mulieribus ex ceteris quoque urbibus eo convenientibus. Sunt qui a Papho ad Alexandriam cursum dicant stadiorum quater mille et sexcentorum. Post Paphum est Acamas. Deinde versus orientem post Acamantem navigatio est ad Arsinoen urbem et Jovis lucum; deinde Soli, urbs cum portu et fluvio ac templo Veneris et Isidis; condiderunt Phalerus et Acamas Athenienses; qui inhabitant, Solii appellantur. Hæc patria fuit Stasanoris, unius de Alexandri amicis, qui ducis munere dignus est habitus. Supra in mediterraneis est Limenia urbs; deinde Crommyi promontorium.

4. Quid vero attinet poetas mirari, maxime eos, qui omne studium dictioni modo impendunt, si Damastæ scripta componamus, qui longitudinem insulæ a septentrione versus meridiem metitur ab Hierocepia, ut ait, ad Clidas; ne Eratosthenes quidem recte: incusans enim, Damasten, Hierocepiam non a septentrione esse ait, sed a meridie. Ea vero non ab austro est, sed ab occasu, siquidem in occiduo sita est latere, in quo Paphus quoque et Acamas. Situs igitur Cypri sic se habet.

5. Cyprus præstantia nulli cedit insulæ; nam et vini oleique ferax est, et suo utitur contenta frumento, et æris abundantia sunt metalla apud Tamassum, ubi chalcanthum nascitur et ærugo, usibus medicis res aptæ. Eratosthenes ait, quum insulæ ejus campi quondam silvescerent majorem in morem, ita ut occupati arboribus coli agri non possent: paullulum quidem auxilii tulisse eos, qui ad æs argentumque conflandum arbores cædebant, accessisse vero postea navium fabricationem et classium, quum mare jam tuto navigaretur, idque classibus. Sed Cyprios, quum ne sic quidem evincere possent silvarum incrementa, liberum fecisse, ut arbores, qui vellent ac possent, exscinderent, et quod agri quisque exstirpatis silvis perpurgasset, id proprium atque immune possideret.

6. Antiquitus Cypri urbes suis singulæ paruerunt tyrannis; sed ab eo tempore, quo Ptolemæi reges Ægyptum obtinuerunt, Cyprus quoque in eorum venit potestatem, adjuvantibus sæpe etiam Romanis. Quum autem ultimus rex Ptolemæus, patruus Cleopatræ, quæ nostra ætate regnum gessit, videretur inique agere, neque bonam gra-

ἐκεῖνος μὲν κατελύθη, Ῥωμαῖοι δὲ κατέσχον τὴν νῆσον, καὶ γέγονε στρατηγικὴ ἐπαρχία καθ' αὑτήν. μάλιστα δ' αἴτιος τοῦ ὀλέθρου κατέστη τῷ βασιλεῖ Πόπλιος Κλαύδιος Ποῦλχερ· ἐμπεσὼν γὰρ εἰς τὰ ληστήρια, τῶν Κιλίκων ἀκμαζόντων τότε, λύτρον αἰτούμενος ἐπέστειλε τῷ βασιλεῖ, δεόμενος πέμψαι καὶ ῥύσασθαι αὐτόν· ὁ δ' ἔπεμψε μέν, μικρὸν δὲ τελέως, ὥστε καὶ τοὺς λῃστὰς αἰδεσθῆναι λαβεῖν, ἀλλὰ ἀναπέμψαι πάλιν, τὸν δ' ἄνευ λύτρων ἀπολῦσαι. σωθεὶς δ' ἐκεῖνος ἀπεμνημόνευσεν ἀμφοτέροις τὴν χάριν, καὶ γενόμενος δήμαρχος, ἴσχυσε τοσοῦτον, ὥστε ἐπέμφθη Μάρκος Κάτων, ἀφαιρησόμενος τὴν Κύπρον τὸν κατέχοντα. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἔφθη διαχειρισάμενος αὑτόν, Κάτων δὲ ἐπελθὼν παρέλαβε τὴν Κύπρον, καὶ τὴν βασιλικὴν οὐσίαν διέθετο, καὶ τὰ χρήματα εἰς τὸ δημόσιον ταμιεῖον τῶν Ῥωμαίων ἐκόμισεν· ἐξ ἐκείνου δ' ἐγένετο ἐπαρχία ἡ νῆσος, καθάπερ καὶ νῦν ἐστι, στρατηγική· ὀλίγον δὲ χρόνον τὸν μεταξὺ Ἀντώνιος Κλεοπάτρᾳ καὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς Ἀρσινόῃ παρέδωκε· καταλυθέντος δὲ ἐκείνου, συγκατελύθησαν καὶ αἱ διατάξεις αὐτοῦ πᾶσαι.

tiam bene de ipso meritis referre, eo dejecto, Romani insulam occupaverunt, ac in prætoriam provinciam redegerunt. Perniciei causa potissima regi fuit P. Claudius Pulcer; is enim quum incidisset in Cilicios piratas, tum maxime viribus vigentes, et redimendi sui pretium posceretur, ad regem misit petitum, ut, misso redemptionis pretio, se liberaret. Misit ille, sed ita exiguum, ut vel prædones id accipere puderet, remissoque eo Claudium absque clarigatione dimitterent. Ita servatus, utrisque referendæ gratiæ memor fuit, factusque tribunus plebis obtinuit, ut M. Cato mitteretur, qui regi Cyprum possidenti adimeret. Atque is quidem adventum Catonis morte sibi conscita prævertit, Cato autem superveniens Cyprum occupavit, regias facultates divendidit, et pecuniam in ærarium populi Romani intulit. Exinde insula hæc fuit, ut etiam hodie est, provincia prætoria. Per breve quidem interjecti temporis spatium Antonius eam Cleopatræ et sorori ejus Arsinoæ tradiderat, verum Antonio everso, omnes etiam ejus constitutiones sunt rescissæ.

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

# STRABONIS GEOGRAPHICORUM LIBER DECIMUS QUINTUS.

### ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ πεντεκαιδέκατον περιέχει Ἰνδίαν καὶ Περσίδα.

### ARGUMENTUM.

Liber quintus decimus complectitur Indiam et Persidem

## ΚΕΦ. Α'.

Τὰ περιλειπόμενα τῆς Ἀσίας ἐστὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ Ταύρου, πλὴν Κιλικίας καὶ Παμφυλίας καὶ Λυκίας, τὰ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς μέχρι Νείλου μεταξὺ τοῦ Ταύρου καὶ τῆς ἔξω θαλάττης τῆς νοτίου κείμενα. μετὰ δὲ τὴν Ἀσίαν ἡ Λιβύη ἐστί, περὶ ἧς ἐροῦμεν ὕστερον, νῦν δ' ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἀρκτέον· πρώτη γὰρ ἔκκειται πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς καὶ μεγίστη.

2. Δεῖ δ' εὐγνωμόνως ἀκούειν περὶ αὐτῆς· καὶ γὰρ ἀπωτάτω ἐστί, καὶ οὐ πολλοὶ τῶν ἡμετέρων κατώπτευσαν αὐτήν· οἱ δὲ καὶ ἰδόντες μέρη τινὰ εἶδον, τὰ δὲ πλείω λέγουσιν ἐξ ἀκοῆς· καὶ ἃ εἶδον δέ, ἐν παρόδῳ στρατιωτικῇ καὶ δρόμῳ κατέμαθον· διόπερ οὐδὲ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἐξαγγέλλουσι, καὶ ταῦτα συγγράψαντες ὡς ἂν πεφροντισμένως ἐξητασμένα, τινὲς δ' αὐτῶν καὶ συστρατεύσαντες ἀλλήλοις καὶ συνεπιδημήσαντες καθάπερ οἱ Ἀλεξάνδρῳ συγκαταστρεψά-

## CAP. I.

De Asia restant explicanda quæ extra Taurum sunt, præter Ciliciam, Pamphyliam et Lyciam, sive ea quæ ab India usque ad Nilum inter Taurum jacent et exterius mare meridianum. Post Asiam Africa sequitur, de qua dicemus postea; nunc ab India ordiemur; nam et prima versus orientem jacet et maxima.

2. Enimvero hic lector æquum animum adhibeat oportet: nam et remotissima est India, et pauci nostrûm eam conspexerunt, et qui viderunt, partem duntaxat viderunt, ac pleraque audita narrant; quin et quæ viderunt, in transitu militari ac cursu cognoverunt. Qua de causa ne eadem quidem de iisdem perhibent, quamquam libros ut de rebus diligenter exploratis conscripserunt. Sunt qui, quum fuerint in eadem expeditione atque peregrinatione, ut qui Alexandrum in Asia domanda sunt comitati,

μενοι τὴν Ἀσίαν· ἀλλ' ἕκαστος ἑκάστῳ τἀναντία λέγει πολλάκις. ὅπου δὲ περὶ τῶν ὁραθέντων οὕτω διαφέρονται, τί δεῖ νομίζειν περὶ τῶν ἐξ ἀκοῆς;

3. Καὶ μὴν οὐδ' οἱ πολλοῖς χρόνοις ὕστερον συγγράψαντές τι περὶ τούτων, οὐδ' οἱ νῦν πλέοντες ἐκεῖσε, ἀποφαίνονταί τι ἀκριβές. Ἀπολλόδωρος γοῦν ὁ τὰ Παρθικὰ ποιήσας, μεμνημένος καὶ τῶν τὴν Βακτριανὴν ἀποστησάντων Ἑλλήνων παρὰ τῶν Συριακῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος, φησὶ μὲν αὐτοὺς αὐξηθέντας ἐπιθέσθαι καὶ τῇ Ἰνδικῇ· οὐδὲν δὲ προσανακαλύπτει τῶν πρότερον ἐγνωσμένων, ἀλλὰ καὶ ἐναντιολογεῖ, πλείω τῆς Ἰνδικῆς ἐκείνους ἢ Μακεδόνας καταστρέψασθαι λέγων. Εὐκρατίδαν γοῦν πόλεις χιλίας ὑφ' ἑαυτῷ ἔχειν· ἐκεῖνοι δέ γε αὐτὰ τὰ μεταξὺ ἔθνη τοῦ τε Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ὑπάνιος τὸν ἀριθμὸν ἐννέα, πόλεις τε σχεῖν πεντακισχιλίας, ὧν μηδεμίαν εἶναι Κῶ τῆς Μεροπίδος ἐλάττω· ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν χώραν καταστρεψάμενον Ἀλέξανδρον παραδοῦναι Πώρῳ.

4. Καὶ οἱ νῦν δὲ ἐξ Αἰγύπτου πλέοντες ἐμπορικοὶ τῷ Νείλῳ καὶ τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ μέχρι τῆς Ἰνδικῆς σπάνιοι μὲν καὶ περιπεπλεύκασι μέχρι τοῦ Γάγγου, καὶ οὗτοι δ' ἰδιῶται καὶ οὐδὲν πρὸς ἱστορίαν τῶν τόπων χρήσιμοι. κἀκεῖθεν δὲ ἀφ' ἑνὸς τόπου καὶ παρ' ἑνὸς βασιλέως, Πανδίονος † καὶ ἄλλου Πώρου, ἧκεν ὡς Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν δῶρα καὶ πρεσβεῖα καὶ ὁ κατακαύσας ἑαυτὸν Ἀθήνησι σοφιστὴς Ἰνδός, καθάπερ καὶ ὁ Κάλανος Ἀλεξάνδρῳ τὴν τοιαύτην θέαν ἐπιδειξάμενος.

5. Εἰ τοίνυν ταῦτ' ἀφείς τις τὴν πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου στρατείας ἐπιβλέποι μνήμην, πολὺ ἂν εὕροι τούτων τυφλότερα. Ἀλέξανδρον μὲν οὖν πιστεύειν τοῖς τοιούτοις εἰκός, τετυφωμένον ταῖς τοσαύταις εὐτυχίαις. φησὶ γοῦν Νέαρχος φιλονεικῆσαι αὐτὸν διὰ τῆς Γεδρωσίας ἀγαγεῖν τὴν στρατιάν, πεπυσμένον διότι καὶ Σεμίραμις ἐστράτευσεν ἐπὶ Ἰνδοὺς καὶ Κῦρος, ἀλλ' ἡ μὲν ἀνέστρεψε, φεύγουσα μετὰ εἴκοσι ἀνθρώπων, ἐκεῖνος δὲ μεθ' ἑπτά· ὡς σεμνὸν τό, ἐκείνων τοσαῦτα παθόντων, αὐτὸν καὶ στρατόπεδον διασῶσαι μετὰ νίκης διὰ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν τε καὶ τόπων· ἐκεῖνος μὲν δὴ ἐπίστευσεν.

6. Ἡμῖν δὲ τίς ἂν δικαία γένοιτο πίστις περὶ τῶν Ἰνδικῶν ἐκ τῆς τοιαύτης στρατείας τοῦ Κύρου ἢ τῆς Σεμιράμιδος; συναποφαίνεται δέ πως καὶ Μεγασθένης τῷ λόγῳ τούτῳ, κελεύων ἀπιστεῖν ταῖς ἀρχαίαις περὶ Ἰνδῶν ἱστορίαις· οὔτε γὰρ παρ' Ἰνδῶν ἔξω σταλῆναί ποτε στρατιάν, οὔτ' ἐπελθεῖν ἔξωθεν καὶ κρατῆσαι, πλὴν τῆς μεθ' Ἡρακλέους καὶ Διονύσου καὶ τῆς νῦν μετὰ Μακεδόνων. καίτοι Σέσωστριν μὲν τὸν Αἰγύπτιον καὶ Τεάρκωνα τὸν Αἰθίοπα ἕως Εὐρώπης προελθεῖν· Ναβοκοδρόσορον δὲ τὸν παρὰ Χαλδαίοις εὐδοκιμήσαντα Ἡρακλέους μᾶλλον καὶ ἕως Στηλῶν ἐλάσαι· μέχρι μὲν δὴ δεῦρο καὶ Τεάρκωνα ἀφικέσθαι· ἐκεῖνον δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰβηρίας εἰς τὴν Θρᾴκην καὶ τὸν Πόντον ἀγαγεῖν τὴν στρατιάν· Ἰδάνθυρσον δὲ τὸν Σκύθην ἐπιδραμεῖν τῆς Ἀσίας μέχρι Αἰγύπτου· τῆς δὲ Ἰνδικῆς μηδένα

singuli singulis contraria sæpenumero tradant. Jam si de visis ita dissentiunt, quid arbitrabimur de auditis futurum?

3. Immo etiam qui multis post ætatibus aliquid de iis scripserunt locis, aut qui nunc eo navigant, nihil certi pronuntiant. Sic Apollodorus Parthicæ historiæ auctor, illata etiam Græcorum mentione, qui a Syriæ regibus, Seleuci Nicatoris successoribus, Bactrianam abalienassent, narrat quidem eos viribus auctos etiam Indiæ manus intulisse, nihil vero novi ante notis ipse detegens addidit, verum etiam contraria profert, majorem dicens ab his quam a Macedonibus Indiæ partem fuisse subactam; nam Eucratidam mille urbes sub se habuisse : illi autem tradunt vel eas gentes, quæ sunt inter Hydaspen et Hypanim, novem esse numero, urbesque tenuisse quinquies mille, quarum nulla Co Meropide esset minor; ac regionem hanc totam ab Alexandro subactam et Poro esse traditam.

4. Porro mercatorum, qui hodie ex Ægypto per Nilum et Arabicum sinum in Indiam navigant, pauci usque ad Gangem perveniunt, et qui eo perveniunt, litterarum rudes sunt, neque ad locorum historiam concipiendam idonei. Indiæ autem uno tantum ex loco et ab uno tantum rege, Pandione vel, secundum alios, Poro ( ἢ, κατ' ἄλλους, Π. ), legatio ad Augustum venit imperatorem cum muneribus, et sophista Indus, qui se Athenis combussit, quemadmodum etiam Calanus id spectaculi Alexandro exhibuerat.

5. Quibus omissis, si quis memoriam rerum ante Alexandrum gestarum intueatur, multo omnia his ipsis obscuriora deprehendet. Probabile quidem est Alexandrum his credidisse, inflatum tot prosperis successibus. Certe Nearchus refert, ambitione eum quadam incitatum voluisse per Gedrosiam ducere exercitum, quum auditu accepisset, Semiramidem quoque et Cyrum *per eam* in Indiam fecisse expeditionem, sed illam fuga salutem consecutam evasisse cum viginti hominibus, illum cum septem; nam gloriosum sibi fore putabat, si, istis tanta passis, ipse, parta victoria, salvum exercitum per eadem loca easdemque traduceret gentes. Alexander igitur istis fidem habuit.

6. Nobis autem cujusnam rei certa fides Indicæ fieri potest ex Cyri aut Semiramidis tali expeditione? Patrocinatur nostro sermoni quodammodo etiam Megasthenes, fidem jubens derogare antiquis de India narrationibus; neque enim ab Indis foras missum exercitum unquam, neque extrinsecus ingruisse et obtinuisse, excepta Herculis et Bacchi expeditione et hac ipsa Macedonica. Sesostrim quidem Ægyptium et Tearconem Æthiopem usque in Europam processisse, porro Nabocodrosorum, qui magis quam Hercules apud Chaldæos celebraretur, vel ad Columnas usque exercitum duxisse; eo usque sane Tearconem quoque pervenisse; illum vero copias ex Iberia etiam in Thraciam Pontumque duxisse; Idanthyrsum denique Scytham in Asiam invasisse usque ad fines Ægypti : ad In-

τούτων ἅψασθαι· καὶ Σεμίραμιν δ' ἀποθανεῖν πρὸ τῆς ἐπιχειρήσεως· Πέρσας δὲ μισθοφόρους μὲν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς μεταπέμψασθαι Ὕδρακας, ἐκεῖ δὲ μὴ στρατεῦσαι, ἀλλ' ἐγγὺς ἐλθεῖν μόνον, ἡνίκα Κῦρος ἤλαυνεν ἐπὶ Μασσαγέτας.

7. Καὶ τὰ περὶ Ἡρακλέους δὲ καὶ Διονύσου Μεγασθένης μὲν μετ' ὀλίγων πιστὰ ἡγεῖται, τῶν δ' ἄλλων οἱ πλείους, ὧν ἐστι καὶ Ἐρατοσθένης, ἄπιστα καὶ μυθώδη, καθάπερ καὶ τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. ὁ μὲν γὰρ ἐν ταῖς Βάκχαις ταῖς Εὐριπίδου Διόνυσος τοιαῦτα νεανιεύεται·

λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας
Φρυγῶν τε Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας
Βάκτριά τε τείχη τήν τε δύσχειμον χθόνα
Μήδων ἐπῆλθον Ἀραβίαν [τ'] εὐδαίμονα
Ἀσίαν τε πᾶσαν.

παρὰ Σοφοκλεῖ δέ τίς ἐστι τὴν Νῦσαν καθυμνῶν, ὡς τὸ Διονύσῳ καθιερωμένον ὄρος·

ὅθεν κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην
βροτοῖσι κλεινὴν Νῦσαν, ἣν ὁ βούκερως
Ἴακχος αὑτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει,
ὅπου τίς ὄρνις οὐχὶ κλαγγάνει;

καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ Μηροτραφὴς δὲ λέγεται· καὶ ὁ ποιητὴς περὶ Λυκούργου τοῦ Ἠδωνοῦ φησιν οὕτως·

ὅς ποτε μαινομένοιο Διωνύσοιο τιθήνας
σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσήιον.

τοιαῦτα μὲν τὰ περὶ Διονύσου· περὶ δὲ Ἡρακλέους οἱ μὲν ἐπὶ τἀναντία μόνον μέχρι τῶν ἑσπερίων περάτων ἱστοροῦσιν, οἱ δ' ἐφ' ἑκάτερα.

8. Ἐκ δὲ τῶν τοιούτων Νυσαίους δή τινας ἔθνος προσωνόμασαν καὶ πόλιν παρ' αὐτοῖς Νῦσαν, Διονύσου κτίσμα, καὶ ὄρος τὸ ὑπὲρ τῆς πόλεως Μηρόν, αἰτιασάμενοι καὶ τὸν αὐτόθι κισσὸν καὶ ἄμπελον, οὐδὲ ταύτην τελεσίκαρπον· ἀπορρεῖ γὰρ ὁ βότρυς πρὶν περκάσαι διὰ τοὺς ὄμβρους τοὺς ἄδην· Διονύσου δ' ἀπογόνους τοὺς Συδράκας, ἀπὸ τῆς ἀμπέλου τῆς παρ' αὐτοῖς καὶ τῶν πολυτελῶν ἐξόδων, βακχικῶς τάς τε ἐκστρατείας ποιουμένων τῶν βασιλέων καὶ τὰς ἄλλας ἐξόδους μετὰ τυμπανισμοῦ καὶ εὐανθοῦς στολῆς· ὅπερ ἐπιπολάζει καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἰνδοῖς. Ἄορνον δέ τινα πέτραν, ἧς τὰς ῥίζας ὁ Ἰνδὸς ὑπορρεῖ πλησίον τῶν πηγῶν, Ἀλεξάνδρου κατὰ μίαν προσβολὴν ἑλόντος, σεμνύνοντες ἔφασαν, τὸν Ἡρακλέα τρὶς μὲν προσβαλεῖν τῇ πέτρᾳ ταύτῃ, τρὶς δ' ἀποκρουσθῆναι. τῶν δὲ κοινωνησάντων αὐτῷ τῆς στρατείας ἀπογόνους εἶναι τοὺς Σίβας, σύμβολα τοῦ γένους σώζοντας, τό τε δορὰς ἀμπέχεσθαι, καθάπερ τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸ σκυταληφορεῖν καὶ ἐπικεκαῦσθαι βουσὶ καὶ ἡμιόνοις ῥόπαλον. βεβαιοῦνται δὲ τὸν μῦθον τοῦτον καὶ ἐκ τῶν περὶ τὸν Καύκασον καὶ τὸν Προμηθέα· καὶ γὰρ ταῦτα μετενηνόχασιν ἐκ τοῦ Πόντου δεῦρο ἀπὸ μικρᾶς προφάσεως, ἰδόντες σπήλαιον ἐν τοῖς Παροπαμισάδαις ἱερόν· τοῦτο γὰρ ἐνεδείξαντο Προμηθέως δεσμωτήριον, καὶ δεῦρο ἀφιγμένον τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τὴν ἐλευθέρω-

diam vero eorum neminem pervenisse; Semiramidem priusquam rem aggrederetur, obiisse; a Persis Hydracas (*Oxydracas*) ex India mercede accitos fuisse, ipsos autem copias suas in Indiam duxisse nunquam, prope tamen accessisse, quum Cyrus duceret in Massagetas.

7. Quæ de Hercule et Baccho narrantur Megasthenes quidem cum paucis quibusdam credit, at reliquorum major pars, e quibus est Eratosthenes, fabulosa et minime credenda arbitrantur, ut etiam quæ apud Graecos jactantur. Sic Liber pater apud Euripidem in Bacchis (v. 13) juvenatur his verbis:

Relinquens Lydorum auro divites agros
et Phrygum Persarumque apricos campos
et mœnia Bactrianorum et asperam cœlo terram
Medorum peragravi Arabiamque felicem
Asiamque universam.

Est etiam quidam apud Sophoclem, qui Nyssam decantat, ut montem Baccho sacrum:

Unde conspexi bacchatam
mortalibus claram Nysam, quam corniger
Iacchus sibi nutricem colit dulcissimam,
ubi quænam non clangit avis?

et cetera. Dicitur etiam Bacchus *Merotraphes*, sive in Mero monte nutritus. Homerus quoque de Lycurgo Edono sic ait (*Il.* 6, 132):

Qui quondam insanientis Bacchi nutrices
agitavit per sacrum Nyseium.

Ac de Baccho quidem quæ narrantur hujusmodi sunt. Herculem vero quidam in oppositam tantum plagam usque ad occidentis fines, quidam vero in utramque venisse ferunt.

8. Ex his fabellis autem Nysæos gentem quandam nominarunt, et Nysam urbem, a Baccho conditam, et montem urbi imminentem nomine Merum, *id est femur*, denominaverunt, argumento hederæ ibi nascentis et vitis, quamquam fructum ad maturitatem hæc non perducit: nam racemus, priusquam maturescat, defluit propter imbrium abundantiam. Dicunt præterea, Sydracas (*Oxydracas*) Bacchi esse genus, propter vites, quæ apud eos nascuntur, et pompas sumptuosas, quum eorum reges castrensem apparatum et ceteros exitus cum tympanis et stola floridi coloris Bacchico more faciant: quod etiam apud Indos ceteros usitatum est. Quum Alexander petram quandam nomine Aornum primo adortu cepisset, cujus radices Indus non procul a fonte suo alluit, gloriose dixerunt Herculem ter petram adortum, ter inde repulsum fuisse. Ab iis autem, qui cum eo militaverant, oriundos volunt Sibas, generis signum servantes, quod pellibus amiciantur, quemadmodum Hercules, et quod clavas gerant, easque bobus et mulis pro nota inurant. Hanc porro fabulam ex iis quoque confirmant, quæ de Caucaso ac Prometheo memorantur, quæ ipsa levi ansa arrepta huc e Ponto transtulerunt. Nam quum sacram quandam speluncam apud Paropamisadas viderent, in ea dixerunt vinctum fuisse Prometheum, atque Herculem, ut illum liberaret, huc ve-

σιν τοῦ Προμηθέως, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Καύκασον, ὃν Ἕλληνες Προμηθέως δεσμωτήριον ἀπέφηναν.

9. Ὅτι δ' ἐστὶ πλάσματα ταῦτα τῶν κολακευόντων Ἀλέξανδρον, πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ μὴ ὁμολογεῖν ἀλλήλοις τοὺς συγγραφέας δῆλον, ἀλλὰ τοὺς μὲν λέγειν, τοὺς δὲ μηδ' ἁπλῶς μεμνῆσθαι· οὐ γὰρ εἰκός, τὰ οὕτως ἔνδοξα καὶ τύφου πλήρη μὴ πεπύσθαι, ἢ πεπύσθαι μέν, μὴ ἄξια δὲ μνήμης ὑπολαβεῖν, καὶ ταῦτα τοὺς πιστοτάτους αὐτῶν· ἔπειτα ἐκ τοῦ μηδὲ τοὺς μεταξύ, δι' ὧν ἐχρῆν τὴν ἐς Ἰνδοὺς ἄφιξιν γενέσθαι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὸν Ἡρακλέα, μηδὲν ἔχειν τεκμήριον δεικνύναι τῆς ἐκείνων ὁδοῦ διὰ τῆς σφετέρας γῆς. καὶ ἡ τοῦ Ἡρακλέους δὲ στολὴ ἡ τοιαύτη πολὺ νεωτέρα τῆς Τρωικῆς μνήμης ἐστί, πλάσμα τῶν τὴν Ἡράκλειαν ποιησάντων, εἴτε Πείσανδρος ἦν, εἴτ' ἄλλος τις· τὰ δ' ἀρχαῖα ξόανα οὐχ οὕτω διεσκεύασται.

10. Ὡς ἐν τοῖς τοιούτοις οὖν ἀποδέχεσθαι δεῖ πᾶν τὸ ἐγγυτάτω πίστεως. ἐποιησάμεθα δ' ἡμεῖς καὶ ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις τοῖς περὶ γεωγραφίας δίαιταν, ἣν δυνατὸν ἦν, περὶ τούτων· καὶ νῦν ἐκείνοις τε ἐξ ἑτοίμου χρησόμεθα, καὶ ἕτερα προσθήσομεν, ὅσων ἂν δεῖν δόξῃ πρὸς τὴν σαφήνειαν. μάλιστα ἐκ τῆς διαίτης ἐδόκει τῆς τότε πιστότατα εἶναι τὰ ὑπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους ἐν τῷ τρίτῳ τῶν γεωγραφικῶν ἐκτεθέντα κεφαλαιωδῶς περὶ τῆς τότε νομιζομένης Ἰνδικῆς, ἡνίκα Ἀλέξανδρος ἐπῆλθε· καὶ ἦν ὁ Ἰνδὸς ὅριον ταύτης τε καὶ τῆς Ἀριανῆς, ἣν ἐφεξῆς πρὸς τῇ ἑσπέρᾳ κειμένην Πέρσαι κατεῖχον· ὕστερον γὰρ δὴ καὶ τῆς Ἀριανῆς πολλὴν ἔσχον οἱ Ἰνδοὶ λαβόντες παρὰ τῶν Μακεδόνων. ἔστι δὲ τοιαῦτα, ἃ λέγει ὁ Ἐρατοσθένης.

11. Τὴν Ἰνδικὴν περιώρικεν ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων τοῦ Ταύρου τὰ ἔσχατα ἀπὸ τῆς Ἀριανῆς μέχρι τῆς ἑῴας θαλάττης, ἅπερ οἱ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπάμισόν τε καὶ Ἠμωδὸν καὶ Ἴμαον καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι, Μακεδόνες δὲ Καύκασον· ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας ὁ Ἰνδὸς ποταμός· τὸ δὲ νότιον καὶ τὸ προσεῷον πλευρόν, πολὺ μείζω τῶν ἑτέρων ὄντα, προπέπτωκεν εἰς τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος, καὶ γίνεται ῥομβοειδὲς τὸ τῆς χώρας σχῆμα, τῶν μειζόνων πλευρῶν ἑκατέρου πλεονεκτοῦντος παρὰ τὸ ἀπεναντίον πλευρὸν καὶ τρισχιλίοις σταδίοις, ὅσων ἐστὶ τὸ κοινὸν ἄκρον τῆς τε ἑωθινῆς παραλίας καὶ τῆς μεσημβρινῆς, ἔξω προπεπτωκὸς ἐξ ἴσης ἐφ' ἑκάτερον παρὰ τὴν ἄλλην ἠιόνα. τῆς μὲν οὖν ἑσπερίου πλευρᾶς ἀπὸ τῶν Καυκασίων ὀρῶν ἐπὶ τὴν νότιον θάλατταν στάδιοι μάλιστα λέγονται μύριοι τρισχίλιοι παρὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν μέχρι τῶν ἐκβολῶν αὐτοῦ· ὥστ' ἀπεναντίον ἡ ἑωθινὴ προσλαβοῦσα τοὺς τῆς ἄκρας τρισχιλίους ἔσται μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων. τοῦτο μὲν οὖν πλάτος τῆς χώρας τό τ' ἐλάχιστον καὶ τὸ μέγιστον. μῆκος δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω· τούτου δὲ τὸ μὲν μέχρι Παλιβόθρων ἔχοι τις ἂν βεβαιοτέρως εἰπεῖν, καταμεμέτρηται γὰρ σχοινίοις, καί ἐστιν ὁδὸς βασιλικὴ σταδίων (δισ)μυρίων· τὰ δ' ἐπέκεινα στοχασμῷ λαμβάνεται

nisse, et hunc esse Caucasum, in quo Græci vinctum Prometheum tradiderunt.

9. Quæ omnia eorum figmenta esse, qui Alexandro adulari studebant, primum ex eo liquet, quod scriptores non concordant, sed alii ea referunt, alii ne ullam quidem mentionem faciunt. Neque vero probabile est, res adeo illustres et ambitione plenas non esse auditas: et si sunt auditæ, non videtur verisimile, non fuisse existimatas dignas memoratu, præsertim a fide dignissimis eorum. Deinde per quos Herculi et Baccho ad Indos transeundum erat, ii nullum certum signum habent, quo ostendant, illos per eam terram transivisse. Præterea ejusmodi Herculis habitus, multo posterior Trojanarum rerum memoria, figmentum eorum videtur, qui Heracleam sive de Herculis rebus poema scripserunt, sive id Pisander fecit, sive alius; antiquæ enim statuæ hoc modo apparatæ non sunt.

10. Quare in his admittendum est quodcumque ad fidem proxime accedit. Nos et in superioribus de geographia sermonibus (2, 1, 2 *sqq.*) de his quantum fieri poterat anquisivimus, et nunc etiam iis in promptu sitis utemur, et alia adjiciemus, quanta videantur ad evidentiam opportuna. Arbitrio nostro, quod tunc proposuimus, ea præsertim certissima videbantur, quæ summatim ab Eratosthene tradita erant in tertio Geographiæ libro, de ea scilicet, quæ tunc India putabatur, quum eam Alexander invasit, et Indus flumen limes ejus erat et Arianæ, quam deinceps ad orientem sitam Persæ tenebant. Postea enim magnam Arianæ quoque partem Indi tenuerunt a Macedonibus traditam. Sunt autem hæc, quæ ab Eratosthene traduntur.

11. Indiam a septentrione terminant, inde ab Ariana usque in orientale mare, Tauri partes extremæ, quas indigenæ singulatim Paropamisi, Emodi, Imai et aliis nominibus afficiunt, Macedones vero Caucasum vocant; ab occidente Indus fluvius; australe et orientale latus, quæ sunt longe ceteris majora, in Atlanticum pelagus procurrunt: unde regio rhombi similem figuram præbet; nam utrumvis majorum laterum contrarium sibi latus tribus millibus stadiorum exsuperat; tot enim stadiorum est communis orientalis et meridionalis oræ extremitas, quæ in utroque hoc latere æqualiter præter reliquum litus excurrit. Enimvero occidentalis lateris a Caucasiis montibus in australe mare tredecim fere millia stadiorum perhibentur secundum Indum flumen usque ad ejus ostia; itaque oppositum orientale latus, assumptis extremitatis tribus millibus, erit stadiorum sedecim millium. Hæc igitur est maxima et minima regionis latitudo. Longitudo vero est ab occidente in orientem; quæ quanta sit, de ea parte quæ usque ad Palibothra pertendit, certius dici potest; schœnis (σχοίνοις) enim dimensa est, et viam regiam habet stadiorum decem millium. Ulteriora vero conjectura deprehenduntur per navigationes, quæ ex mari fiunt

διὰ τῶν ἀνάπλων τῶν ἐκ θαλάττης διὰ τοῦ Γάγγου ποταμοῦ μέχρι Παλιβόθρων· εἴη δ' ἄν τι σταδίων ἑξακισχιλίων. ἔσται δὲ τὸ πᾶν, ᾗ βραχύτατον, μυρίων ἑξακισχιλίων, ὥς ἔκ τε τῆς ἀναγραφῆς τῶν σταθμῶν τῆς πεπιστευμένης μάλιστα λαβεῖν Ἐρατοσθένης φησί· καὶ ὁ Μεγασθένης οὕτω συναποφαίνεται, Πατροκλῆς δὲ χιλίοις ἔλαττόν φησι. τούτῳ δὴ πάλιν τῷ διαστήματι προστεθὲν τὸ τῆς ἄκρας διάστημα τὸ προπῖπτον ἐπὶ πλέον πρὸς τὰς ἀνατολάς, οἱ τρισχίλιοι στάδιοι ποιήσουσι τὸ μέγιστον μῆκος· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ παρὰ τὴν ἑξῆς ἠιόνα, μέχρι τῆς λεχθείσης ἄκρας καὶ τῶν ἀνατολικῶν αὐτῆς τερμόνων· οἰκοῦσι δ' ἐνταῦθα οἱ Κωνιακοὶ καλούμενοι.

12. Ἐκ δὲ τούτων πάρεστιν ὁρᾶν, ὅσον διαφέρουσιν αἱ τῶν ἄλλων ἀποφάσεις, Κτησίου μὲν οὐκ ἐλάττω τῆς ἄλλης Ἀσίας τὴν Ἰνδικὴν λέγοντος, Ὀνησικρίτου δὲ τρίτον μέρος τῆς οἰκουμένης, Νεάρχου δὲ μηνῶν ὁδὸν τεττάρων τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου, Μεγασθένους δὲ καὶ Δηιμάχου μετριασάντων μᾶλλον, ὑπὲρ γὰρ δισμυρίους τιθέασι σταδίους τὸ ἀπὸ τῆς νοτίου θαλάττης ἐπὶ τὸν Καύκασον, Δηίμαχος δ' ὑπὲρ τοὺς τρισμυρίους κατ' ἐνίους τόπους· πρὸς οὓς ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις εἴρηται. νῦν δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν ἱκανόν, ὅτι καὶ ταῦτα συνηγορεῖ τοῖς αἰτουμένοις συγγνώμην, ἐάν τι περὶ τῶν Ἰνδικῶν λέγοντες μὴ διισχυρίζωνται.

13. Ἅπασα δ' ἐστὶ κατάρρυτος ποταμοῖς ἡ Ἰνδική, τοῖς μὲν εἰς δύο τοὺς μεγίστους συρρηγνυμένοις, τόν τε Ἰνδὸν καὶ τὸν Γάγγην, τοῖς δὲ κατ' ἴδια στόματα ἐκδιδοῦσιν εἰς τὴν θάλατταν· ἅπαντες δ' ἀπὸ τοῦ Καυκάσου τὴν ἀρχὴν ἔχουσι καὶ φέρονται μὲν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν τὸ πρῶτον, εἶθ' οἱ μὲν μένουσιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς φορᾶς, καὶ μάλιστα οἱ εἰς τὸν Ἰνδὸν συμβάλλοντες, οἱ δ' ἐπιστρέφονται πρὸς ἕω, καθάπερ καὶ ὁ Γάγγης ποταμός. οὗτος μὲν οὖν καταβὰς ἐκ τῆς ὀρεινῆς ἐπειδὰν ἅψηται τῶν πεδίων, ἐπιστρέψας πρὸς ἕω καὶ ῥυεὶς παρὰ τὰ Παλίβοθρα, μεγίστην πόλιν, πρόεισιν ἐπὶ τὴν ταύτῃ θάλατταν καὶ μίαν ἐκβολὴν ποιεῖται, μέγιστος ὢν τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν ποταμῶν. ὁ δὲ Ἰνδὸς δυσὶ στόμασιν εἰς τὴν μεσημβρινὴν ἐκπίπτει θάλατταν, ἐμπεριλαμβάνων τὴν Παταληνὴν καλουμένην χώραν, παραπλησίαν τῷ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα. ἐκ δὲ τῆς ἀναθυμιάσεως τῶν τοσούτων ποταμῶν καὶ ἐκ τῶν ἐτησίων, ὡς Ἐρατοσθένης φησί, βρέχεται τοῖς θερινοῖς ὄμβροις ἡ Ἰνδική, καὶ λιμνάζει τὰ πεδία· ἐν μὲν οὖν τούτοις τοῖς ὄμβροις λίνον σπείρεται καὶ κέγχρος· πρὸς τούτοις σήσαμον, ὄρυζα, βόσμορον· τοῖς δὲ χειμερινοῖς καιροῖς πυροί, κριθαί, ὄσπρια καὶ ἄλλοι καρποὶ ἐδώδιμοι, ὧν ἡμεῖς ἄπειροι. σχεδὸν δέ τι τοῖς ἐν Αἰθιοπίᾳ καὶ κατ' Αἴγυπτον τὰ αὐτὰ φύεται καὶ ἐν τῇ Ἰνδικῇ, καὶ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς, πλὴν ἵππου ποταμίου, τὰ ἄλλα φέρουσι καὶ οἱ Ἰνδικοί· Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους γίνεσθαί φησι. τῶν δ' ἀνθρώπων οἱ μὲν μεσημβρινοὶ τοῖς Αἰθίοψίν εἰσιν

adverso Gange Palibothra usque, et sunt stadiorum circiter sex millium. Tota vero Indiæ longitudo quâ est minima, stadiorum erit sedecim millium, ut ex probatæ fidei accessione mansionum deprehendisse se Eratosthenes affirmat; cui etiam Megasthenes subscribit, Patrocles vero mille stadia detrahit. Rursum si huic distantiæ extremitatis ultra versus ortum procurrentis distantia addatur, hæc tria millia stadiorum longitudinem maximam conficient, quæ est ab Indi ostiis secundum litus quod deinceps est usque ad dictam extremitatem et orientales ejus terminos; quo in loco ii habitant, qui Coliaci (Κωλιακοὶ) vocantur.

12. Hinc autem perspici potest, quantum reliquorum sententiæ discrepent. Ctesias dicit Indiam non esse minorem reliqua Asia; Onesicritus eam esse trientem orbis habitati; Nearchus quattuor mensium iter per ipsum campum; Megasthenes et Deimachus moderatius: nam supra viginti millia stadiorum eam partem ponunt, quæ ab australi mari in Caucasum tendit, Deimachus *secundum* quædam loca supra triginta millia. *Adversus hos in primis libris* (2, 1, 3) est a nobis disputatum. Nunc satis est dicere, hæc ipsa facere pro iis, qui veniam petunt, quando de Indicis rebus loquentes nihil affirmant admodum.

13. Tota India fluminibus irrigatur: quorum quædam in duo maxima irrumpunt, Indum atque Gangem, quædam propriis ostiis in mare exeunt; omnia e Caucaso primo ad meridiem feruntur, postea alia eundem servant cursum, præsertim quæ in Indum influunt, alia flectuntur ad orientem, ut Ganges. Hic a montibus descendens, quum in planitiem pervenit, ad orientem conversus, et Palibothra, civitatem maximam, præterfluens in mare quod istic est, effunditur uno ostio, quamquam omnium Indicorum maximum flumen sit. Indus duobus ostiis in mare meridionale exit Patalenam quam vocant regionem complectens, Ægyptio Delta persimilem. Eratosthenes auctor est, ex horum tantorum fluviorum exhalationibus et flatu Etesiarum Indiam æstivis imbribus madere ac campos stagnis oppleri, et in iis imbribus linum seri et milium et sesamum et oryzam et bosmorum; hiberno autem tempore seri triticum, hordeum, legumina et alias fruges esculentas, quarum nos expertes. Jam quæ in Æthiopia et in Ægypto *animalia* (ζῴοις) nascuntur, eadem fere etiam India habet, porro eorum quæ in fluviis vivunt, præter hippopotamum, reliqua omnia etiam Indiæ amnes producunt; Onesicritus vero hippopotamos quoque in iis procreari dicit. Ex hominibus meridionales colore Æthiopibus, aspectu et capillo ceteris

ὅμοιοι κατὰ τὴν χροιάν, κατὰ δὲ τὴν ὄψιν καὶ τὴν τρίχωσιν τοῖς ἄλλοις (οὐδὲ γὰρ οὐλοτριχοῦσι διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ ἀέρος), οἱ δὲ βόρειοι τοῖς Αἰγυπτίοις.

14. Τὴν δὲ Ταπροβάνην πελαγίαν εἶναί φασι νῆσον, ἀπέχουσαν τῶν νοτιωτάτων τῆς Ἰνδικῆς τῶν κατὰ τοὺς Κωνιακοὺς πρὸς μεσημβρίαν ἡμερῶν ἑπτὰ πλοῦν, μῆκος μὲν ὡς ὀκτακισχιλίων σταδίων ἐπὶ τὴν Αἰθιοπίαν· ἔχειν δὲ καὶ ἐλέφαντας. τοιαῦται μὲν αἱ τοῦ Ἐρατοσθένους ἀποφάσεις. προστεθεῖσαι δὲ καὶ αἱ τῶν ἄλλων, εἴ πού τι προσακριβοῦσιν, ἰδιοποιήσουσι τὴν γραφήν.

15. Οἷον περὶ τῆς Ταπροβάνης Ὀνησίκριτός φησι, μέγεθος μὲν εἶναι πεντακισχιλίων σταδίων, οὐ διορίσας μῆκος οὐδὲ πλάτος, διέχειν δὲ τῆς ἠπείρου πλοῦν ἡμερῶν εἴκοσι· ἀλλὰ κακοπλοεῖν τὰς ναῦς, φαύλως μὲν ἱστιοπεποιημένας, † κατεσκευασμένας δὲ ἀμφοτέρωθεν ἐγκοιλίων μητρῶν χωρίς· εἶναι δὲ καὶ ἄλλας νήσους αὐτῆς μεταξὺ καὶ τῆς Ἰνδικῆς, νοτιωτάτην δ' ἐκείνην. κήτη δ' ἀμφίβια περὶ αὐτὴν γίνεσθαι, τὰ μὲν βουσί, τὰ δ' ἵπποις, τὰ δ' ἄλλοις χερσαίοις ἐοικότα.

16. Νέαρχος δὲ περὶ τῆς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐπιχοῆς παραδείγματα φέρει τὰ τοιαῦτα, ὅτι καὶ τὸ Ἕρμου, καὶ Καΰστρου πεδίον καὶ Μαιάνδρου καὶ Καΐκου παραπλησίως εἴρηται, διὰ [τὸ] τὴν ἐπιφορουμένην τοῖς πεδίοις χοῦν αὔξειν αὐτά, μᾶλλον δὲ γεννᾶν, ἐκ τῶν ὀρῶν καταφερομένην, ὅση εὔγεως καὶ μαλακή· καταφέρειν δὲ τοὺς ποταμούς, ὥστε τούτων ὡς ἂν γεννήματα ὑπάρχειν τὰ πεδία· καὶ εὖ λέγεσθαι, ὅτι τούτων ἐστὶ τὰ πεδία. τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ ὑπὸ τοῦ Ἡροδότου λεχθέντι ἐπὶ τοῦ Νείλου καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ γῆς, ὅτι ἐκείνου δῶρόν ἐστι· διὰ τοῦτο δ' ὀρθῶς καὶ ὁμώνυμον τῇ Αἰγύπτῳ φησὶ λεχθῆναι τὸν Νεῖλον ὁ Νέαρχος.

17. Ἀριστόβουλος δὲ μόνα καὶ ὕεσθαι καὶ νίφεσθαι τὰ ὄρη καὶ τὰς ὑπωρείας φησί, τὰ πεδία δὲ καὶ ὄμβρων ὁμοίως ἀπηλλάχθαι καὶ νιφετῶν, ἐπικλύζεσθαι δὲ μόνον κατὰ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν· νίφεσθαι μὲν οὖν τὰ ὄρη κατὰ χειμῶνα, τοῦ δὲ ἔαρος ἀρχομένου καὶ τοὺς ὄμβρους ἐνάρχεσθαι, καὶ ἀεὶ καὶ μᾶλλον λαμβάνειν ἐπίδοσιν· τοῖς δ' ἐτησίαις καὶ ἀδιαλείπτως νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐκχεῖσθαι καὶ λάβρους ἕως ἐπιτολῆς Ἀρκτούρου· ἐκ τε δὴ τῶν χιόνων καὶ τῶν ὑετῶν πληρουμένους [ποταμοὺς] ποτίζειν τὰ πεδία. κατανοηθῆναι δὲ ταῦτα καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων φησίν, ὡρμηκότων μὲν εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἀπὸ Παροπαμισαδῶν μετὰ (δὲ) δυσμὰς Πληιάδων, καὶ διατριψάντων κατὰ τὴν ὀρεινὴν ἔν τε τῇ Ὑπασίων καὶ τῇ Ἀσσακανοῦ γῇ τὸν χειμῶνα, τοῦ δ' ἔαρος ἀρχομένου καταβεβηκότων εἰς τὰ πεδία καὶ πόλιν Τάξιλα εὐμεγέθη, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Ὑδάσπην καὶ τὴν Πώρου χώραν· τοῦ μὲν οὖν χειμῶνος ὕδωρ οὐχ ἰδεῖν, ἀλλὰ χιόνας μόνον· ἐν δὲ τοῖς Ταξίλοις πρῶτον ὑσθῆναι, καὶ ἐπειδὴ καταβᾶσιν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην καὶ νικήσασι Πῶρον ὁδὸς ἦν ἐπὶ τὸν

persimiles sunt (nam propter aeris humiditatem non crispantur capilli), septentrionales autem Ægyptiis sunt similes.

14. Taprobanen in alto sitam insulam distare dicunt ab Indiæ australissimis partibus, quæ sunt apud Coliacos (Κωλ.), meridiem versus septem dierum navigatione; ejus longitudinem esse ad quinque (πεντάκις) millia stadiorum Æthiopiam versus; in ea elephantos gigni. Atque hæc quidem ab Eratosthene traduntur; quibus si addamus, quæ ab reliquis sunt scripta accuratius, eo magis propria erit descriptio.

15. Proinde Taprobanæ Onesicritus magnitudinem facit stadiorum quinquies mille, longitudinem et latitudinem non distinguens; distare vero eam dicit a continenti viginti dierum navigatione, sed malum esse navium cursum, quæ velis non bene instructæ sint, et ita fabricatæ, ut utrimque costarum matricibus destituantur (?). Inter hanc atque Indiam alias quoque insulas esse; ipsam vero omnium maxime meridiem versus sitam. Circa eam gigni cete vitæ ancipitis, alia bobus, alia equis, alia aliis terrestribus animalibus similia.

16. Nearchus de terra illuvie fluviorum aggesta hæc affert exempla : Hermi et Caystri et Mæandri et Caici campos ita appellatos esse propterea quod allatus campis limus augeat eos, vel potius faciat, quum de montibus deferatur terra mollior meliorque; deferre vero eam fluvios, adeo ut horum quasi proventus sint campi, atque recte dicant campos istos fluviorum esse. Hoc idem est atque id quod Herodotus (2, 5) de Nilo dicit, terram quæ circa eum est, donum ipsius esse. Et propterea Nearchus putat Nilum recte eodem nomine vocari quo etiam Ægyptus.

17. Aristobulus dicit solos montes et montium ima pluviam et nives sentire, campos vero, tum imbrium tum nivis expertes, ex incremento tantum fluminum inundari; in montibus per hiemem ningere, vere incipiente etiam imbres incipere, ac semper magis augeri; etesiarum autem tempore vel sine intermissione diu noctuque copiose effundi usque ad Arcturi exortum; hisce nivibus et imbribus impleta flumina campos irrigare. Quæ omnia et a se et ab aliis deprehensa dicit, quum ex Paropamisadis in Indiam contenderent post Pleiadum occasum, et in montibus immorarentur, et Hypasiorum (*Aspasiorum ?*) et Assacani (Musicani *codd.*) terram hieme permearent, vere autem incipiente in campos et Taxila, urbem maximam, atque hinc ad Hydaspem ac Pori regionem descenderent. Hieme igitur aquam se non vidisse, sed nives solum; primo Taxilis pluisse; ac postquam ad Hydaspem venissent, et, Poro superato, ad Hypanim orientem versus, atque inde

Ὕπανιν πρὸς ἕω κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην πάλιν, ὕεσθαι συνεχῶς, καὶ μάλιστα τοῖς ἐτησίαις, ἐπιτειλαντος δὲ Ἀρκτούρου, γενέσθαι παῦλαν· διατρίψαντας δὲ περὶ τὴν ναυπηγίαν ἐπὶ τῷ Ὑδάσπῃ καὶ πλεῖν ἀρξαμένους πρὸ δύσεως Πληιάδος οὐ πολλαῖς ἡμέραις, καὶ τὸ φθινόπωρον πᾶν καὶ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἐπιὸν ἔαρ καὶ θέρος ἐν τῷ κατάπλῳ πραγματευθέντας ἐλθεῖν εἰς τὴν Παταληνὴν περὶ Κυνὸς ἐπιτολήν· δέκα μὲν δὴ τοῦ κατάπλου γενέσθαι μῆνας, οὐδαμοῦ δ' ὑετῶν αἰσθέσθαι, οὐδ' ὅτε ἐπήκμασαν οἱ ἐτησίαι, τῶν δὲ ποταμῶν πληρουμένων τὰ πεδία κλύζεσθαι· τὴν δὲ θάλατταν ἄπλουν εἶναι τῶν ἀνέμων ἀντιπνεόντων, ἀπογαίας δὲ μηδεμιᾶς πνοῆς ἐκδεξαμένης.

18. Τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ καὶ ὁ Νέαρχος λέγει, περὶ δὲ τῶν θερινῶν ὄμβρων οὐχ ὁμολογεῖ, ἀλλά φησιν ὕεσθαι τὰ πεδία θέρους, χειμῶνος δ' ἄνομβρα εἶναι. λέγουσι δ' ἀμφότεροι καὶ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν. ὁ μέν γε Νέαρχος τοῦ Ἀκεσίνου πλησίον στρατοπεδεύοντάς φησιν ἀναγκασθῆναι μεταλαβεῖν τόπον ἄλλον ὑπερδέξιον κατὰ τὴν ἀνάβασιν, γενέσθαι δὲ τοῦτο κατὰ θερινὰς τροπάς. ὁ δ' Ἀριστόβουλος καὶ μέτρα τῆς ἀναβάσεως ἐκτίθεται τετταράκοντα πήχεις, ὧν τοὺς μὲν εἴκοσιν ὑπὲρ τὸ προϋπάρχον βάθος πληροῦν μέχρι χείλους τὸ ῥεῖθρον, τοῖς δ' εἴκοσιν ὑπέρχυσιν εἶναι εἰς τὰ πεδία. ὁμολογοῦσι δὲ καὶ διότι συμβαίνει νησίζειν τὰς πόλεις ἐπάνω χωμάτων ἱδρυμένας, καθάπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Αἰθιοπίᾳ, μετὰ δὲ Ἀρκτοῦρον παύεσθαι τὴν πλήμμυραν, ἀποβαίνοντος τοῦ ὕδατος· ἔτι ἡμίψυχτον σπείρεσθαι τὴν γῆν, ὑπὸ τοῦ τυχόντος ὀρύκτου χαραχθεῖσαν, καὶ ὅμως φύεσθαι τὸν καρπὸν τέλειον καὶ καλόν. τὴν δ' ὄρυζάν φησιν ὁ Ἀριστόβουλος ἑστάναι ἐν ὕδατι κλειστῷ, πρασιὰς δ' εἶναι τὰς ἐχούσας αὐτήν· ὕψος δὲ τοῦ φυτοῦ τετράπηχυ, πολύσταχύ τε καὶ πολύκαρπον· θερίζεσθαι δὲ περὶ δύσιν Πληιάδος καὶ πτίσσεσθαι ὡς τὰς ζειάς· φύεσθαι δὲ καὶ ἐν τῇ Βακτριανῇ καὶ Βαβυλωνίᾳ καὶ Σουσίδι· καὶ ἡ κάτω δὲ Συρία φύει. Μέγιλλος δὲ τὴν ὄρυζαν σπείρεσθαι μὲν πρὸ τῶν ὄμβρων φησίν, ἀρδείας δὲ καὶ φυτείας [ μὴ ] δεῖσθαι, ἀπὸ τῶν κλειστῶν ποτιζομένην ὑδάτων. περὶ δὲ τοῦ βοσμόρου φησὶν Ὀνησίκριτος, διότι σῖτός ἐστι μικρότερος τοῦ πυροῦ· γεννᾶται δ' ἐν ταῖς μεσοποταμίαις. φρύγεται δ', ἐπὰν ἀλοηθῇ, προομνύντων μὴ ἀποίσειν ἄπυρον ἐκ τῆς ἅλω τοῦ μὴ ἐξάγεσθαι σπέρμα.

19. Τὴν δ' ὁμοιότητα τῆς χώρας ταύτης πρός τε τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν καὶ πάλιν τὴν ἐναντιότητα παραθεὶς ὁ Ἀριστόβουλος, διότι τῷ Νείλῳ μὲν ἐκ τῶν νοτίων ὄμβρων ἐστὶν ἡ πλήρωσις, τοῖς Ἰνδικοῖς δὲ ποταμοῖς ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν, ζητεῖ, πῶς οἱ μεταξὺ τόποι οὐ κατομβροῦνται· οὔτε γὰρ ἡ Θηβαῒς μέχρι Συήνης καὶ τῶν ἐγγὺς Μερόης, οὔτε τῆς Ἰνδικῆς τὰ ἀπὸ τῆς Παταληνῆς μέχρι τοῦ Ὑδάσπου. τὴν δ' ὑπὲρ ταῦτα τὰ μέρη χώραν, ἐν ᾗ καὶ ὄμβροι καὶ νιφετοί, παραπλησίως ἔφη γεωργεῖσθαι τῇ ἄλλῃ τῇ ἔξω τῆς

ad Hydaspem rursus iter facerent, continue pluisse, præsertim flantibus etesiis; arcturi autem exortu cessasse, et quum navium fabricationi ad Hydaspem immorati essent, et non multis diebus ante Pleiadum occasum navigare cœpissent, totumque autumnum et hiemem et insequens ver et æstatem in navigatione occupassent, circiter canis exortum in Patalenam pervenisse. Decem itaque navigationis fuisse menses, at nunquam se pluvias sensisse, ne tum quidem quum vigerent etesiæ, fluminumque eluvione campi inundarentur; mare autem propter contrarios ventos, quia nullus a terra flatus prosequeretur, navigari non potuisse.

18. Atque hoc quidem eodem modo etiam Nearchus tradit, de æstivis autem imbribus non consentit, sed æstate compluì campos, hieme non item, asserit. Fluminum exundationem memorat uterque. Nearchus, quum prope Acesinem castra posuissent, coactos ait fuisse, aquis se extollentibus, in arduum magis locum ea subducere, idque circa æstivum solstitium contigisse. *Aristobulus* etiam mensuram exundantiæ cubitorum quadraginta *tradit*, quorum viginti alveum implerent *supra priorem* profunditatem usque ad labrum, reliqui autem viginti in campos effunderentur. Id quoque uno ore dicunt, insularum in morem aquis ambiri urbes, aggeribus impositas, quemadmodum in Ægypto etiam et Æthiopia; post Arcturum autem, aqua subsidente, cessare inundationem; *porro* terram semisiccam et a quolibet fossore leviter scissam seri, et tamen fruges perfectas et optimas *gigni*. *Aristobulus* dicit oryzam in aquis clausis stare factis areolis quibusdam eam continentibus; stirpis altitudinem esse quattuor cubitorum, ipsam multarum spicarum multique fructus, meti sub Pleiadum occasum, et zeæ more contundi; nasci etiam in Bactriano agro et in *Babylonio* et in Suside; provenit etiam in Syria inferiore. *Megillus(?)* vero scribit eam ante pluvias seri; cultu tamen et irrigatione non indigere, quum clausis aquis irrigetur. Bosmorum Onesicritus ait frumenti genus esse minus tritico, et inter amnes nasci. Postquam excussus fuerit in area, statim torretur, antea jurantibus, non prius ex area se elaturos, quam igni frixerint; id eo faciunt, ne semen exportetur.

19. Porro Aristobulus, exposita et similitudine quæ huic regioni cum Ægypto atque Æthiopia intercedit, et quid ab eis haberet diversi, quum austrinis imbribus Nilus impleatur, Indici vero fluvii septentrionalibus, causam quærit, quare intermedia loca imbribus careant: nam nec Thebais usque ad Syenen et loca Meroæ proxima, nec quæ in India sunt a Patalena usque ad Hydaspem *pluvias* habent; superiorem vero regionem, in qua et *pluit* et ningit, perinde excoli dicit atque reliquam, quæ est extra In-

Ἰνδικῆς χώρα· ποτίζεσθαι γὰρ ἐκ τῶν ὄμβρων καὶ χιόνων. εἰκὸς δ' οἷς εἴρηκεν οὗτος καὶ εὔσειστον εἶναι τὴν γῆν, χαυνουμένην ὑπὸ τῆς πολλῆς ὑγρασίας καὶ ἐκρήγματα λαμβάνουσαν, ὥστε καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν ἀλλάττεσθαι. πεμφθεὶς γοῦν ἐπί τινα χρείαν ἰδεῖν φησιν ἐρημωθεῖσαν χώραν πλειόνων ἢ χιλίων πόλεων σὺν κώμαις, ἐκλιπόντος τοῦ Ἰνδοῦ τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον, ἐκτραπομένου δ' εἰς τὸ ἕτερον ἐν ἀριστερᾷ κοιλότερον πολύ, καὶ οἷον καταρράξαντος, ὡς τὴν ἀπολειφθεῖσαν ἐν δεξιᾷ χώραν μηκέτι ποτίζεσθαι ταῖς ὑπερχύσεσι, μετεωροτέραν οὖσαν οὐ τοῦ ῥείθρου τοῦ καινοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπερχύσεων.

20. Ταῖς δὲ τῶν ποταμῶν πληρώσεσι καὶ τῷ τοὺς ἀπογαίους μὴ πνεῖν ὁμολογεῖ καὶ τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Ὀνησικρίτου· τεναγώδη γάρ φησιν εἶναι τὴν παραλίαν, καὶ μάλιστα κατὰ τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, διά τε τὴν χοῦν καὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ τὴν τῶν πελαγίων ἀνέμων ἐπικράτειαν. Μεγασθένης δὲ τὴν εὐδαιμονίαν τῆς Ἰνδικῆς ἐπισημαίνεται τῷ δίκαρπον εἶναι καὶ δίφορον· καθάπερ καὶ Ἐρατοσθένης ἔφη, τὸν μὲν εἰπὼν σπόρον χειμερινόν, τὸν δὲ θερινόν, καὶ ὄμβρον ὁμοίως· οὐδὲν γὰρ ἔτος εὑρίσκεσθαί φησι πρὸς ἀμφοτέρους καιροὺς ἄνομβρον· ὥστ' εὐετηρίαν ἐκ τούτου συμβαίνειν, ἀφόρου μηδέποτε τῆς γῆς οὔσης· τούς τε ξυλίνους καρποὺς γεννᾶσθαι πολλοὺς καὶ τὰς ῥίζας τῶν φυτῶν, καὶ μάλιστα τῶν μεγάλων καλάμων, γλυκείας καὶ φύσει καὶ ἑψήσει, χλιαινομένου τοῦ ὕδατος τοῖς ἡλίοις τοῦ τ' ἐκπίπτοντος ἐκ Διὸς καὶ τοῦ ποταμίου. τρόπον δή τινα λέγειν βούλεται, διότι ἡ παρὰ τοῖς ἄλλοις λεγομένη πέψις καὶ καρπῶν καὶ χυμῶν παρ' ἐκείνοις ἕψησίς ἐστι, καὶ κατεργάζεται τοσοῦτον εἰς εὐστομίαν, ὅσον καὶ ἡ διὰ πυρός· διὸ καὶ τοὺς κλάδους φησὶν εὐκαμπεῖς εἶναι τῶν δένδρων, ἐξ ὧν οἱ τροχοί· ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐνίοις καὶ ἐπανθεῖν ἔριον. ἐκ τούτου δὲ Νέαρχός φησι τὰς εὐητρίους ὑφαίνεσθαι σινδόνας, τοὺς δὲ Μακεδόνας ἀντὶ κναφάλλων αὐτοῖς χρῆσθαι καὶ τοῖς σάγμασι σάγης· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ Σηρικά, ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου. εἴρηκε δὲ καὶ περὶ τῶν καλάμων, ὅτι ποιοῦσι μέλι, μελισσῶν μὴ οὐσῶν· καὶ γὰρ δένδρον εἶναι καρποφόρον, ἐκ δὲ τοῦ καρποῦ συντίθεσθαι μέλι, τοὺς δὲ φαγόντας ὠμοῦ τοῦ καρποῦ μεθύειν.

21. Πολλὰ γὰρ δὴ καὶ δένδρα παράδοξα ἡ Ἰνδικὴ τρέφει, ὧν ἐστι καὶ τὸ κάτω νεύοντας ἔχον τοὺς κλάδους, τὰ δὲ φύλλα ἀσπίδος οὐκ ἐλάττω. Ὀνησίκριτος δὲ καὶ περιεργότερον τὰ ἐν τῇ Μουσικανοῦ διεξιών, ἅ φησι νοτιώτατα εἶναι τῆς Ἰνδικῆς, διηγεῖται μεγάλα δένδρα τινά, ὧν τοὺς κλάδους αὐξηθέντας ἐπὶ πήχεις καὶ δώδεκα, ἔπειτα τὴν λοιπὴν αὔξησιν καταφερῆ λαμβάνειν, ὡς ἂν κατακαμπτομένους, ἕως ἂν ἅψωνται τῆς γῆς· ἔπειτα κατὰ γῆς διαδοθέντας ῥιζοῦσθαι ὁμοίως ταῖς κατώρυξιν, εἶτ' ἀναδοθέντας στελεχοῦσθαι· ἐξ οὗ πάλιν ὁμοίως τῇ αὐξήσει κατακαμφθέντας ἄλλην κατώρυγα ποιεῖν εἶτ' ἄλλην, καὶ οὕτως ἐφεξῆς, ὥστ'

diam, quum et imbribus et nivibus humectetur. Porro ex iis quæ refert, verisimile est, terram facile terræ motibus concuti ab humiditate nimia laxatam, et facile rumpi, adeo ut etiam fluminum alvei immutentur. Ipse quidem ad rem quandam gerendam se missum vidisse affirmat mille vel amplius urbium et vicorum regionem desertam, quum Indus proprium alveum reliquisset, et ad sinistram conversus esset in alium longe profundiorem, et quasi se inde præcipitasset, adeo ut regio ad dextram relicta non amplius effusionibus irrigaretur, quum non modo alveo recente sublimior esset, sed etiam fluminis inundatione.

20. Flumina autem exundare, et ventos a terra non spirare, id comprobatur etiam verbis Onesicriti. Is enim maritimam oram dicit palustrem esse, præsertim ad fluminum ostia, propter limum et maris effluxum, et propterea quod marini venti prævaleant. Megasthenes Indiæ fœcunditatem ex eo maxime declarat, quod ea bis fructum ferat uno in anno. Idem Eratosthenes ait, alteram hibernam sementem, alteram æstivam nominans, quo modo et imbrem. Nullum enim annum inveniri dicit utroque tempore sine pluvia, quapropter magnam esse ubertatem, quum semper terra sit fœcunda. Fructus autem arboreos multos gigni, multas item radices plantarum, præsertim magnarum arundinum, et natura et decoctione dulces, aqua a solibus tepefacta, tam cœlesti quam pluviali. Quodammodo igitur id videtur dicere, eam, quæ apud alios et fructuum et succorum maturitas dicitur, apud illos concoctionem esse, quæ tantum ad suavitatem saporis conducat, quantum ea quæ per ignem fit. Idcirco etiam flexiles esse dicit ramos arborum, e quibus rotæ fiant; ob eandem causam quibusdam etiam lanam innasci, ex qua Nearchus ait sindones subtilis et reticulati operis texi, et Macedones ea pro tomento ac clitellarum stratis usos esse; ejusmodi etiam serica sunt, bysso scilicet ex corticibus quibusdam excarminata. Idem de arundinibus dicit, eas mel præbere, quum nullæ adsint apes; etenim arborem esse frugiferam, ex cujus fructu mel comparari; crudo autem fructu vescentes inebriari.

21. Multas sane et admirabiles India arbores fert, e quibus est, cujus rami ad terram propendent, foliis non minoribus clypeo. Onesicritus, curiosius ea persequens, quæ sunt in Musicana terra, quam dicit Indiæ australissimam, arbores quasdam ingentes esse refert, quarum rami quum ad duodenos cubitos creverint, reliquum incrementum pronum faciant, deflexi quousque terram contingant: deinde terram subeant, ac radices agant, veluti traduces, tum rursus in truncum exeant, a quo postquam aucti fuerint, eodem modo flectantur, et aliam propaginem efficiant, rursusque aliam, et sic deinceps, ut ab una ar-

ἀφ' ἑνὸς δένδρου σκιάδιον γίνεσθαι μακρόν, πολυστύλῳ σκηνῇ ὅμοιον. λέγει δὲ καὶ μεγέθη δένδρων, ὥστε πέντε ἀνθρώποις δυσπερίληπτα εἶναι τὰ στελέχη. κατὰ δὲ τὸν Ἀκεσίνην καὶ τὴν συμβολὴν τὴν πρὸς Ὑάρωτιν καὶ Ἀριστόβουλος εἴρηκε περὶ τῶν κατακαμπτομένων ἐχόντων τοὺς κλάδους καὶ περὶ τοῦ μεγέθους, ὥσθ' ὑφ' ἑνὶ δένδρῳ μεσημβρίζειν σκιαζομένους ἱππέας πεντήκοντα· οὗτος δὲ τετρακοσίους. λέγει δὲ ὁ Ἀριστόβουλος καὶ ἄλλο δένδρον οὐ μέγα, λοβοὺς ἔχον, ὡς ὁ κύαμος, δεκαδακτύλους τὸ μῆκος, πλήρεις μέλιτος· τοὺς δὲ φαγόντας οὐ ῥᾳδίως σώζεσθαι. ἅπαντας δ' ὑπερβέβληνται περὶ τοῦ μεγέθους τῶν δένδρων οἱ φήσαντες ἑωρᾶσθαι πέραν τοῦ Ὑαρώτιδος δένδρον ποιοῦν σκιὰν ταῖς μεσημβρίαις πεντασταδίον. καὶ τῶν ἐριοφόρων δένδρων φησὶν οὗτος τὸ ἄνθος ἔχειν πυρῆνα· ἐξαιρεθέντος δὲ τούτου, ξαίνεσθαι τὸ λοιπὸν ὁμοίως ταῖς ἐρέαις.

22. Ἐν δὲ τῇ Μουσικανοῦ καὶ σῖτον αὐτοφυῆ λέγει πυρῷ παραπλήσιον καὶ ἄμπελον, ὥστ' οἰνοφορεῖν, τῶν ἄλλων ἄοινον λεγόντων τὴν Ἰνδικήν· ὥστε μηδ' αὐλὸν εἶναι κατὰ τὸν Ἀνάχαρσιν, μήτ' ἄλλο τῶν μουσικῶν ὀργάνων μηδὲν πλὴν κυμβάλων καὶ τυμπάνων καὶ κροτάλων, ἃ τοὺς θαυματοποιοὺς κεκτῆσθαι. καὶ πολυφάρμακον δὲ καὶ πολύρριζον τῶν τε σωτηρίων καὶ τῶν ἐναντίων, ὥσπερ καὶ πολυχρώματον καὶ οὗτος εἴρηκε, καὶ ἄλλοι γε. προστίθησι δ' οὗτος, ὅτι καὶ νόμος εἴη τὸν ἀνευρόντα τι τῶν ὀλεθρίων, ἐὰν μὴ προσανεύρῃ καὶ τὸ ἄκος αὐτοῦ, θανατοῦσθαι· ἀνευρόντα δὲ τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τοῖς βασιλεῦσιν. ἔχειν δὲ καὶ κιννάμωμον καὶ νάρδον καὶ τὰ ἄλλα ἀρώματα τὴν νότιον γῆν τὴν Ἰνδικὴν ὁμοίως, ὥσπερ τὴν Ἀραβίαν καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ἔχουσάν τι ἐμφερὲς ἐκείναις κατὰ τοὺς ἡλίους· διαφέρειν δὲ τῷ πλεονασμῷ τῶν ὑδάτων, ὥστ' ἔνικμον εἶναι τὸν ἀέρα καὶ τροφιμώτερον παρὰ τοῦτο καὶ γόνιμον μᾶλλον, ὡς δ' αὔτως καὶ τὴν γῆν καὶ τὸ ὕδωρ· ᾗ δὴ καὶ μείζω τά τε χερσαῖα τῶν ζῴων καὶ τὰ καθ' ὕδατος τὰ ἐν Ἰνδοῖς τῶν παρ' ἄλλοις εὑρίσκεσθαι. καὶ τὸν Νεῖλον δ' εἶναι γόνιμον μᾶλλον ἑτέρων καὶ μεγαλοφυῆ γεννᾶν καὶ τἆλλα καὶ τὰ ἀμφίβια, τάς τε γυναῖκας ἔσθ' ὅτε καὶ τετράδυμα τίκτειν τὰς Αἰγυπτίας· Ἀριστοτέλης δέ τινα καὶ ἑπτάδυμα ἱστορεῖ τετοκέναι, καὶ αὐτὸς πολύγονον καλῶν τὸν Νεῖλον καὶ τρόφιμον διὰ τὴν ἐκ τῶν ἡλίων μετρίαν ἕψησιν, αὐτὸ καταλειπόντων τὸ τρόφιμον, τὸ δὲ περιττὸν ἐκθυμιώντων.

23. Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας καὶ τοῦτο συμβαίνειν εἰκός, ὅπερ φησὶν οὗτος, ὅτι τῷ ἡμίσει πυρὶ ἕψει τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ ἢ τὰ ἄλλα. ὅσῳ δέ γέ φησι τὸ μὲν τοῦ Νείλου ὕδωρ δι' εὐθείας ἔπεισι πολλὴν χώραν καὶ στενὴν καὶ μεταβάλλει πολλὰ κλίματα καὶ πολλοὺς ἀέρας, τὰ δ' Ἰνδικὰ ῥεύματα ἐς πεδία ἀναχεῖται μείζω καὶ πλατύτερα, ἐνδιατρίβοντα πολὺν χρόνον τοῖς αὐτοῖς κλίμασι· τοσῷδε ἐκεῖνα τούτου τροφιμώτερα, διότι καὶ τὰ κήτη μείζω τε καὶ πλείω· καὶ ἐκ τῶν νεφῶν δὲ ἑφθὸν ἤδη χεῖσθαι τὸ ὕδωρ.

bore longum umbraculum fiat, tabernaculo multis columnis innitenti simile. Refert ad hæc miras arborum magnitudines, quarum stipitem vix quinque homines complecti queant. Ad Acesinem, et ubi is Hyarotidi permiscetur, Aristobulus quoque de arboribus dicit, quæ ramos deflexos habent, tantæque sunt magnitudinis, ut sub una arbore quinquaginta equites (quadringentos Onesicritus ait) meridiari possint. Porro Aristobulus etiam aliam narrat arborem esse non magnam, quæ magnas siliquas habeat, fabarum similes, denorum digitorum longitudine, mellis plenas: quas qui ederint, non facile evadant mortem. Cunctorum vero de arborum magnitudine sermonem excesserunt, qui dixerunt trans Hyarotidem visam fuisse arborem, quæ umbram in meridie faceret quinque stadiorum. Lanigerarum arborum florem Onesicritus ait nucleum habere; quo exempto, reliquum lanæ in morem carminari.

22. In Musicani regione frumentum sponte nasci dicit, tritico persimile, itemque vites viniferas, quum ceteri vino carere Indiam dicant, adeo ut nec ibi tibia sit, ut (de Scythia) Anacharsis aiebat, nec *ullum aliud musicum* instrumentum, præter cymbala *et tympana et crepitacula*, quibus uti præstigiatores soleant. Item Indiam multa medicamenta habere, et multas herbarum radices, tum salutares tum noxias, quemadmodum et multos colores, et hic et alii dixerunt. Addit, legem esse, si quis exitiale aliquid invenerit, nisi et remedium ejus reperiat, morte plecti: si simul invenerit, honorem ei a regibus haberi. Esse Indiæ australi cinnamomum, nardum et alia aromata, quemadmodum Arabiæ et Æthiopiæ, quibus, *quod ad radios* solares attinet, persimilis sit; differre autem aquarum abundantia, unde aer udus sit, et fœcundior proinde atque ad nutriendum uberior, ac eodem modo et terra et aqua: quapropter animalia tum terrestria tum aquatilia apud Indos quam ceteros majora esse. Nilum quoque aliis fœcundiorem esse, et magna producere animalia, *quum alia* tum ea, quæ ancipitis sint vitæ; *Ægyptias mulieres interdum* quater geminos parere; Aristoteles (*Hist. An.* 10, 2) vero quandam vel septem geminos peperisse tradit, ipse quoque Nilum fœcundissimum vocans, et large nutrientem propter moderatam solis decoctionem, relinquentis nutrimentum et superfluum evaporantis.

23. Ex eadem causa verisimile est id contingere, quod Onesicritus dicit, Nili aquam dimidio minori igne decoqui, quam ceteras. Quanto autem magis (inquit) Nili aqua multam et angustam regionem recte percurrit, et multos aeres ac mundi varias plagas permutat, Indica vero flumina in majores latioresque effunduntur campos, *diu in* eisdem regionibus immorantia: tanto illa hoc magis nutriunt; unde et cete pluria generant et majora. Præterea aquam jam decoctam e nubibus effundi.

24. Τοῦτο δ' οἱ μὲν περὶ Ἀριστόβουλον οὐκ ἂν συγχωροῖεν οἱ φάσκοντες μὴ ὕεσθαι τὰ πεδία. Ὀνησικρίτῳ δὲ δοκεῖ τόδε τὸ ὕδωρ αἴτιον εἶναι τῶν ἐν τοῖς ζῴοις ἰδιωμάτων, καὶ φέρει σημεῖον τὸ καὶ τὰς χρόας τῶν πινόντων βοσκημάτων ξενικῶν ἀλλάττεσθαι πρὸς τὸ ἐπιχώριον. τοῦτο μὲν οὖν εὖ· οὐκέτι δὲ καὶ [τὸ] τοῦ μέλανας εἶναι καὶ οὐλότριχας τοὺς Αἰθίοπας ἐν ψιλοῖς τοῖς ὕδασι τὴν αἰτίαν τιθέναι, μέμφεσθαι δὲ τὸν Θεοδέκτην εἰς αὐτὸν τὸν ἥλιον ἀναφέροντα τὸ αἴτιον, ὅς φησιν οὕτως·

οἷς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν
σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύος
εἰς σώματ' ἀνδρῶν, καὶ συνέστρεψεν κόμας
μορφαῖς ἀναυξήτοισι συντήξας πυρός.

ἔχοι δ' ἄν τινα λόγον· φησὶ γὰρ μήτε ἐγγυτέρω τοῖς Αἰθίοψιν εἶναι τὸν ἥλιον ἢ τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ κάθετον εἶναι καὶ διὰ τοῦτο ἐπικαίεσθαι πλέον, ὥστ' οὐκ εὖ λέγεσθαι ἀγχιτέρμονα αὐτοῖς τὸν ἥλιον, ἴσον πάντων διέχοντα, μήτε τὸ θάλπος εἶναι τοῦ τοιούτου πάθους αἴτιον· μηδὲ γὰρ τοῖς ἐν γαστρί, ὧν οὐχ ἅπτεται ἥλιος. βελτίους δὲ οἱ τὸν ἥλιον αἰτιώμενοι καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἐπίκαυσιν, κατ' ἐπίλειψιν σφοδρὰν τῆς ἐπιπολῆς ἰκμάδος· καθ' ὃ καὶ τοὺς Ἰνδοὺς μὴ οὐλοτριχεῖν φαμεν, μηδ' οὕτω ἀπεψεισμένως ἐπικεκαῦσθαι τὴν χρόαν, ὅτι ὑγροῦ κοινωνοῦσιν ἀέρος. ἐν δὲ τῇ γαστρὶ ἤδη κατὰ σπερματικὴν διάδοσιν τοιαῦτα γίνεται, οἷα τὰ γεννῶντα· καὶ γὰρ πάθη συγγενικὰ οὕτω λέγεται καὶ ἄλλαι ὁμοιότητες. καὶ τὸ πάντων δ' ἴσον ἀπέχειν τὸν ἥλιον πρὸς αἴσθησιν λέγεται, οὐ πρὸς λόγον· καὶ πρὸς αἴσθησιν, οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ὥς φαμεν σημείου λόγον ἔχειν τὴν γῆν πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου σφαῖραν· ἐπεὶ πρός γε τὴν τοιαύτην αἴσθησιν, καθ' ἣν θάλπους ἀντιλαμβανόμεθα, ἐγγύθεν μὲν μᾶλλον, πόρρωθεν δὲ ἧττον, οὐχ ἴσον· οὕτω δ' ἀγχιτέρμων ὁ ἥλιος λέγεται τοῖς Αἰθίοψιν, οὐχ ὡς Ὀνησικρίτῳ δέδοκται.

25. Καὶ τοῦτο δὲ τῶν ὁμολογουμένων ἐστὶ καὶ τῶν σωζόντων τὴν πρὸς τὴν Αἴγυπτον ὁμοιότητα καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ὅτι, τῶν πεδίων ὅσα μὴ ἐπίκλυστα, ἄκαρπά ἐστι διὰ τὴν ἀνυδρίαν. Νέαρχος δὲ τὸ ζητούμενον πρότερον ἐπὶ τοῦ Νείλου, πόθεν ἡ πλήρωσις αὐτοῦ, διδάσκειν ἔφη τοὺς Ἰνδικοὺς ποταμούς, ὅτι ἐκ τῶν θερινῶν ὄμβρων συμβαίνει· Ἀλέξανδρον δ' ἐν μὲν τῷ Ὑδάσπῃ κροκοδείλους ἰδόντα, ἐν δὲ τῷ Ἀκεσίνῃ κυάμους Αἰγυπτίους, εὑρηκέναι δόξαι τὰς τοῦ Νείλου πηγάς, καὶ παρασκευάζεσθαι στόλον εἰς τὴν Αἴγυπτον, ὡς τῷ ποταμῷ τούτῳ μέχρι ἐκεῖσε πλευσόμενον· μικρὸν δ' ὕστερον γνῶναι, διότι οὐ δύναται, ὃ ἤλπισε·

μέσσῳ γὰρ μεγάλοι ποταμοὶ καὶ δεινὰ ῥέεθρα,
Ὠκεανὸς μὲν πρῶτον,

εἰς ὃν ἐκδιδόασιν οἱ Ἰνδικοὶ πάντες ποταμοί· ἔπειτα ἡ Ἀριανὴ καὶ ὁ Περσικὸς κόλπος καὶ ὁ Ἀράβιος καὶ αὐτὴ ἡ Ἀραβία καὶ ἡ Τρωγλοδυτική. τὰ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀνέμων καὶ τῶν ὄμβρων τοιαῦτα λέγεται καὶ τῆς πληρώσεως τῶν ποταμῶν καὶ τῆς ἐπικλύσεως τῶν πεδίων.

24. Hoc Aristobulus quidem non concesserit, qui negat campos complui; Onesicrito autem hæc aqua causa esse videtur proprietatum in animalibus: cujus rei argumentum affert, quod peregrina pecora eam potantia colores suos in regioni ei familiarem mutant colorem. Atque hoc quidem bene dictum est; quod autem Æthiopes nigri sunt et crispi, ejus rei non recte in meris aquis causam ponit, ac Theodectem reprehendit, qui causam referat ad solem, quum sic ait:

Quibus nimis propinquum sol currum agens
tenebroso flore imbuit fuliginis
corpora virorum, et contorsit comas (*an* χάρφαις ἀν.?)
formis augmento privatis, torrens calore (πυρί).

Quanquam sententia Onesicriti rationem aliquam habet; dicit enim, solem non esse viciniorem Æthiopibus quam ceteris, sed magis perpendicularem, et propterea magis adurere: ut non recte dicat ille propinquum solem, qui ab omnibus æqualiter distat. Neque calorem esse nigredinis causam, quum non sit fœtibus in utero matris, quos sol non attingat. Attamen melius dicunt, qui causam soli tribuunt et ejus adustioni in vehemente summi humoris defectu: qua de causa etiam Indos non crispari, nec adeo eorum colorem aduri dicimus, quum sint humidi aeris compotes. In utero autem ob seminis facultatem atque vim jam tales fiunt, quales fuere, qui eos genuerunt; quo pacto etiam affectiones corporum certæ a generis communitate profectæ, aliæque similitudines explicantur. Porro quod dictum est, solem eodem intervallo ab omnibus terræ locis distare, id sensui verum videtur, non item rationi. Atque id sensus etiam non quovis pacto comprobat, sed ut terram dicimus ad solis globum puncti rationem obtinere; nam respectu ejus sensus, quo calorem percipimus, de proximo magis, de longinquo minus: non æquale judicabitur intervallum; atque hoc modo sol propinquus Æthiopibus dicitur, non ut Onesicrito visum est.

25. Illud quoque ex iis est, quæ in confesso sunt apud omnes, et similitudinem Indiæ ad Ægyptum et Æthiopiam tuentur, quod campi, qui non inundantur, propter siccitatem steriles sunt. Ceterum Nearchus antiquam de Nili incrementis quæstionem sic explicari ait, quod Indica flumina edoceant, ex æstivis imbribus id contingere. Alexandrum quidem, quum crocodilos in Hydaspe vidisset, et Ægyptias fabas in Acesine, putasse, Nili initium se invenisse: et propterea classem in Ægyptum parasse, tamquam per hoc flumen in Nilum navigaturum: sed paulo post intellexisse, quod sperabat, effici non posse:

in medio enim sunt magni fluvii graviaque fluenta,
Oceanus in primis (*Od.* II, 157),

in quem omnia Indiæ flumina exeunt; postea Ariana, et Persicus et Arabicus sinus, et ipsa Arabia et Troglodytica. Ac de ventis quidem et imbribus et fluminum incrementis et camporum inundatione hæc traduntur.

26. Δεῖ δὲ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα περὶ τῶν ποταμῶν εἰπεῖν, ὅσα πρὸς τὴν γεωγραφίαν χρήσιμα καὶ ὅσων ἱστορίαν παρειλήφαμεν. ἄλλως τε γὰρ οἱ ποταμοί, φυσικοί τινες ὅροι καὶ μεγεθῶν καὶ σχημάτων τῆς χώρας ὄντες, ἐπιτηδειότητα πολλὴν παρέχουσι πρὸς ὅλην τὴν νῦν ὑπόθεσιν· ὁ δὲ Νεῖλος καὶ οἱ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν πλεονέκτημά τι ἔχουσι παρὰ τοὺς ἄλλους διὰ τὸ τὴν χώραν ἀοίκητον εἶναι χωρὶς αὐτῶν, πλωτὴν ἅμα καὶ γεωργήσιμον οὖσαν, καὶ μήτ' ἐφοδεύεσθαι δυναμένην ἄλλως, μήτ' οἰκεῖσθαι τὸ παράπαν. τοὺς μὲν οὖν εἰς τὸν Ἰνδὸν καταφερομένους ἱστοροῦμεν τοὺς ἀξίους μνήμης καὶ τὰς χώρας, δι' ὧν ἡ φορά, τῶν δ' ἄλλων ἐστὶν ἄγνοια πλείων ἢ γνῶσις. Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ μάλιστα ταῦτ' ἀνακαλύψας κατ' ἀρχὰς μέν, ἡνίκα οἱ Δαρεῖον δολοφονήσαντες ὥρμησαν ἐπὶ τὴν τῆς Βακτριανῆς ἀπόστασιν, ἔγνω προυργιαίτατον ὂν διώκειν καὶ καταλύειν ἐκείνους. ἧκε μὲν οὖν τῆς Ἰνδικῆς πλησίον δι' Ἀριανῶν, ἀφεὶς δ' αὐτὴν ἐν δεξιᾷ ὑπερέβη τὸν Παροπάμισον εἰς τὰ προσάρκτια μέρη καὶ τὴν Βακτριανήν· καταστρεψάμενος δὲ τἀκεῖ πάντα, ὅσα ἦν ὑπὸ Πέρσαις, καὶ ἔτι πλείω, τότ' ἤδη καὶ τῆς Ἰνδικῆς ὠρέχθη, λεγόντων μὲν περὶ αὐτῆς πολλῶν, οὐ σαφῶς δέ. ἀνέστρεψε δ' οὖν ὑπερθεὶς τὰ αὐτὰ ὄρη κατ' ἄλλας ὁδοὺς ἐπιτομωτέρας, ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὴν Ἰνδικήν, εἶτ' ἐπέστρεψεν εὐθὺς ἐπ' αὐτὴν καὶ τοὺς ὅρους τοὺς ἑσπερίους αὐτῆς καὶ τὸν Κώφην ποταμὸν καὶ τὸν Χοάσπην, ὃς εἰς τὸν Κώφην ἐμβάλλει ποταμὸν κατὰ Πλημύριον πόλιν, ῥυεὶς παρὰ Γώρυδα, ἄλλην πόλιν, καὶ διεξιὼν τήν τε Βανδοβηνὴν καὶ τὴν Γανδαρῖτιν. ἐπυνθάνετο δ' οἰκήσιμον εἶναι μάλιστα καὶ εὔκαρπον τὴν ὀρεινὴν καὶ προσάρκτιον· τὴν δὲ νότιον τὴν μὲν ἄνυδρον, τὴν δὲ ποταμόκλυστον καὶ τελέως ἔκπυρον, θηρίοις τε μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις σύμμετρον. ὥρμησεν οὖν τὴν ἐπαινουμένην κατακτᾶσθαι πρότερον, ἅμα καὶ τοὺς ποταμοὺς εὐπερατοτέρους νομίσας τῶν πηγῶν πλησίον, οὓς ἀναγκαῖον ἦν διαβαίνειν, ἐπικαρσίους ὄντας καὶ τέμνοντας ἣν ἐπῄει γῆν. ἅμα δὲ καὶ ἤκουσεν εἰς ἓν πλείους συνιόντας ῥεῖν, καὶ τοῦτ' ἀεὶ καὶ μᾶλλον συμβαῖνον, ὅσῳ πλεῖον εἰς τὸ πρόσθεν προΐοιεν, ὥστ' εἶναι δυσπερατοτέραν, καὶ ταῦτα ἐν πλοίων ἀπορίᾳ. δεδιὼς οὖν τοῦτο διέβη τὸν Κώφην, καὶ κατεστρέφετο τὴν ὀρεινήν, ὅση ἐτέτραπτο πρὸς ἕω.

27. Ἦν δὲ μετὰ τὸν Κώφην ὁ Ἰνδός, εἶθ' ὁ Ὑδάσπης, εἶθ' ὁ Ἀκεσίνης καὶ ὁ Ὑάρωτις, ὕστατος δ' ὁ Ὕπανις. περαιτέρω γὰρ προελθεῖν ἐκωλύθη, τοῦτο μὲν μαντείοις τισὶ προσέχων, τοῦτο δ' ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἀπηγορευκυίας ἤδη πρὸς τοὺς πόνους ἀναγκασθείς· μάλιστα δ' ἐκ τῶν ὑδάτων ἔκαμνον, συνεχῶς ὑόμενοι. ταῦτ' οὖν ἐγένετο γνώριμα ἡμῖν τῶν ἑωθινῶν τῆς Ἰνδικῆς μερῶν, ὅσα ἐντὸς τοῦ Ὑπάνιος, καὶ εἴ τινα προσιστόρησαν οἱ μετ' ἐκεῖνον περαιτέρω τοῦ Ὑπάνιος προελθόντες μέχρι τοῦ Γάγγου καὶ Παλιβόθρων. μετὰ μὲν οὖν τὸν Κώφην ὁ Ἰνδὸς ῥεῖ· τὰ δὲ μεταξὺ τούτων τῶν δυεῖν ποταμῶν ἔχουσιν Ἀστακηνοί τε καὶ Μασια-

26. Porro requiritur, ut de singulis fluminibus dicamus quæcumque ad geographiam utilia sunt, et quorum nos historiam accepimus. Omnino enim flumina in primis ad præsens totum argumentum conducunt, utpote magnitudinum et figurarum regionum naturales termini; Nilus vero et Indiæ flumina aliquid plus ceteris præstant, propterea quod sine ipsis regio habitari nequit, quum eorum beneficio et colatur et navigetur, nec aliter adiri aut omnino habitari possit. Proinde cogniti nobis sunt fluvii memorabiles ii, qui in Indum illabuntur; loca etiam, per quæ ii deferuntur, novimus; de reliquis plus est ignorationis quam cognitionis. Etenim Alexander, qui hæc cum primis aperuit, initio, quum ii, qui Darium dolo occiderant, Bactrianæ defectionem meditarentur, ante omnia hos esse persequendos et tollendos censuit: quare in loca venit Indiæ proxima per Arianos, Indiaque ad dextram relicta, Paropamisum ad borealia Bactrianamque transcendit: atque omnibus subactis, quæ Persis ibi parebant, atque etiam pluribus, tum demum de India invadenda cogitavit, quum multi de ea, quanquam non certa, prædicarent. Quare iisdem montibus per vias breviores exsuperatis reversus est, habens Indiam a sinistris, tum statim se convertit versus eam, atque occidentales ejus fines et Cophen flumen et Choaspen, qui in Cophen exit apud Plemyrium urbem, præterlapsus antea Gorydem, urbem aliam, perfluensque Bandobenam et Gandaritin. Comperit autem Alexander apprime habitabilem et frugiferam esse montanam et borealem regionem; australem vero partim aqua destitutam esse, partim fluminibus inundari et igneo prorsus calore fervere, bestiis magis quam hominibus convenientem. Ergo prius laudatam sibi Indiæ partem occupare intendit, ratus flumina, quæ trajicienda erant, transitu faciliora esse, ubi non procul a suis fontibus abessent, quum permeandam regionem transverse secarent. Simul audierat plura in unum coire, atque id semper eo magis effici, quo ulterius procederetur, ut transitu difficiliora subinde fierent, præsertim in navigiorum penuria. Hoc igitur Alexander metuens, Cophen trajecit, et montana omnia subegit, quæ ad orientem versa erant.

27. Post Cophen erat Indus, postea Hydaspes, inde Acesines et Hyarotis, postremo Hypanis. Ulterius quominus progrederetur impeditus est, tum quædam oracula observans, tum coactus ab exercitu, jam animos despondente laboribus, in primis vero continuis pluviis defatigato. Ex orientalibus itaque Indiæ partibus eæ nobis innotuere, quæ cis Hypanim sunt, et si qua porro exploraverunt, qui post illum trans Hypanim usque ad Gangem et Palibothra processere. Post Cophen itaque Indus fluit. Regionem inter hæc duo flumina mediam habent Astaceni,

νοὶ καὶ Νυσαῖοι καὶ Ὑπάσιοι· εἶθ' ἡ Ἀσσακανοῦ, ὅπου Μασόγα πόλις, τὸ βασίλειον τῆς χώρας. ἤδη δὲ πρὸς τῷ Ἰνδῷ πάλιν ἄλλη πόλις Πευκολαῖτις, πρὸς ᾗ ζεῦγμα γενηθὲν ἐπεραίωσε τὴν στρατιάν.

28. Μεταξὺ δὲ τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Ὑδάσπου Τάξιλά ἐστι, πόλις μεγάλη καὶ εὐνομωτάτη, καὶ ἡ περικειμένη χώρα συχνὴ καὶ σφόδρα εὐδαίμων, ἤδη συνάπτουσα καὶ τοῖς πεδίοις. ἐδέξαντό τε δὴ φιλανθρώπως τὸν Ἀλέξανδρον οἱ ἄνθρωποι καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Ταξίλης· ἔτυχόν τε πλειόνων ἢ αὐτοὶ παρέσχον, ὥστε φθονεῖν τοὺς Μακεδόνας καὶ λέγειν, ὡς οὐκ εἶχεν, ὡς ἔοικεν, Ἀλέξανδρος, οὓς εὐεργετήσει, πρὶν ἢ διέβη τὸν Ἰνδόν. φασὶ δ' εἶναί τινες τὴν χώραν ταύτην Αἰγύπτου μείζονα. ὑπὲρ δὲ ταύτης ἐν τοῖς ὄρεσιν ἡ τοῦ Ἀβισάρου χώρα, παρ' ᾧ δύο δράκοντας ἀπήγγελλον οἱ παρ' αὐτοῦ πρέσβεις τρέφεσθαι, τὸν μὲν ὀγδοήκοντα πηχῶν, τὸν δὲ τετταράκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν, ὡς εἴρηκεν Ὀνησίκριτος· ὃν οὐκ Ἀλεξάνδρου μᾶλλον ἢ τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτην προσείποι τις ἄν. πάντες μὲν γὰρ οἱ περὶ Ἀλέξανδρον τὸ θαυμαστὸν ἀντὶ τἀληθοῦς ἀπεδέχοντο μᾶλλον, ὑπερβάλλεσθαι δὲ δοκεῖ τοὺς τοσούτους ἐκεῖνος τῇ τερατολογίᾳ· λέγει δ' οὖν τινα καὶ πιθανὰ καὶ μνήμης ἄξια, ὥστε καὶ ἀπιστοῦντα μὴ παρελθεῖν αὐτά. περὶ δ' οὖν τῶν δρακόντων καὶ ἄλλοι λέγουσιν, ὅτι ἐν τοῖς Ἡμωδοῖς ὄρεσι θηρεύουσι καὶ τρέφουσιν ἐν σπηλαίοις.

29. Μεταξὺ δὲ τοῦ Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ἀκεσίνου ἥ τε τοῦ Πώρου ἐστί, πολλὴ καὶ ἀγαθή, σχεδόν τι καὶ τριακοσίων πόλεων, καὶ ἡ πρὸς τοῖς Ἡμωδοῖς ὄρεσιν ὕλη, ἐξ ἧς Ἀλέξανδρος κατήγαγε τῷ Ὑδάσπῃ κόψας ἐλάτην τε πολλὴν καὶ πεύκην καὶ κέδρον καὶ ἄλλα παντοῖα στελέχη ναυπηγήσιμα, ἐξ ὧν στόλον κατεσκευάσατο ἐπὶ τῷ Ὑδάσπῃ πρὸς ταῖς ἐκτισμέναις ἐπ' αὐτοῦ πόλεσιν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ, ὅπου τὸν Πῶρον ἐνίκα διαβάς· ὧν τὴν μὲν Βουκεφαλίαν ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ πεσόντος ἵππου κατὰ τὴν μάχην τὴν πρὸς τὸν Πῶρον (ἐκαλεῖτο δὲ Βουκεφάλας ἀπὸ τοῦ πλάτους τοῦ μετώπου· πολεμιστὴς δ' ἦν ἀγαθός, καὶ ἀεὶ τούτῳ ἐκέχρητο κατὰ τοὺς ἀγῶνας), τὴν δὲ Νίκαιαν ἀπὸ τῆς νίκης ἐκάλεσεν. ἐν δὲ τῇ λεχθείσῃ ὕλῃ καὶ τὸ τῶν κερκοπιθήκων διηγοῦνται πλῆθος ὑπερβάλλον καὶ τὸ μέγεθος ὁμοίως· ὥστε τοὺς Μακεδόνας ποτέ, ἰδόντας ἔν τισιν ἀκρολοφίαις ψιλαῖς ἑστῶτας ἐν τάξει κατὰ μέτωπον πολλούς (καὶ γὰρ ἀνθρωπονούστατον εἶναι τὸ ζῷον, οὐχ ἧττον τῶν ἐλεφάντων), στρατοπέδου λαβεῖν φαντασίαν καὶ ὁρμῆσαι μὲν ἐπ' αὐτούς, ὡς πολεμίους, μαθόντας δὲ παρὰ Ταξίλου, συνόντος τότε τῷ βασιλεῖ, τὴν ἀλήθειαν παύσασθαι. ἡ δὲ θήρα τοῦ ζῴου διττή· μιμητικὸν δὲ καὶ ἐπὶ τὰ δένδρα ἀναφευκτικόν· οἱ οὖν θηρεύοντες, ἐπὰν ἴδωσιν ἐπὶ δένδρων ἱδρυμένον, ἐν ὄψει θέντες τρυβλίον ὕδωρ ἔχον, τοὺς ἑαυτῶν ὀφθαλμοὺς ἐναλείφουσιν ἐξ αὐτοῦ· εἶτ', ἀντὶ τοῦ ὕδατος ἰξοῦ τρυβλίον θέντες, ἀπίασι καὶ λοχῶσι πόρρωθεν· ἐπὰν δὲ καταπηδῆσαν τὸ θηρίον ἐγχρίσηται τοῦ ἰξοῦ, καταμύ-

Masiani, Nysæi et Hypasii (*Aspasii?*); sequitur Assacani ditio, in qua est Massaga (Μάσσαγα), ejus regia; deinde jam ad Indum est alia civitas, nomine Peucolaitis, juxta quam Alexander per pontem trajecit exercitum.

28. Inter Indum et Hydaspen est Taxila, magna civitas, et legibus optimis constituta. Circumjacens regio frequens et valde ferax, jam campis vicina. Ejus incolæ et Taxiles, eorum rex, perhumaniter Alexandrum susceperunt; ac plura ab illo receperunt, quam ipsi præbuere; adeo ut Macedones invidia correpti dicerent, videri Alexandrum non habuisse, quibus benefaceret, priusquam Indum trajiceret. Sunt qui dicant hanc regionem majorem esse Ægypto. Supra hanc in montibus est Abisari regio, apud quem legati, ab eo missi, nuntiaverunt, duos dracones nutriri, alterum octoginta cubitorum longitudine, alterum centum et quadraginta, ut Onesicritus refert, quem meliore jure fabulosarum et incredibilium de Alexandro narrationum, quam gubernatorum navalium ejusdem rectorem dicere possis. Equidem quotquot Alexandrum comitati de rebus ejus gestis aliquid scripsere, ii admiranda veris antehabuerunt: monstrosis tamen narrationibus omnes eos hic superasse videtur; tamen interim quædam etiam verisimilia et memoratu digna dicit, quæ etiam, qui fidem ei derogant, non præterire debeant. Jam quod serpentes attinet, alii quoque narrant eos in Emodis montibus capi, et in speluncis enutriri.

29. Porro autem inter Hydaspen et Acesinen est Pori terra, multa et opulenta, trecentarum fere urbium, item silva ad Emodos montes, ex qua Alexander multam abietem et pinum et cedrum et varios alios caudices navibus compingendis idoneos in Hydaspen deduxit, ex quibus classem construxit juxta urbes in utraque fluminis ripa a se conditas, ubi, eo transmisso, Porum vicit; quarum alteram Bucephaliam nominavit, ab equo qui in eo prœlio cecidit (Is Bucephalus a latitudine frontis, *quasi bovis capite præditus*, dictus est, quo semper Alexander in certaminibus utebatur; erat enim bellator optimus), alteram Nicæam a victoria appellavit. Dicunt esse in ea silva maximam ingentium cercopithecorum multitudinem, adeo ut, quum Macedones aliquando multos in collibus quibusdam apertis vidissent ordinibus stare instructis (nam id animal ad humanum accedit captum non minus quam elephantes), exercitum putaverint esse, et in eos tanquam hostes contenderint; a Taxilo autem, qui tunc cum Alexandro erat, re cognita, cessasse. Hoc animal duobus capitur modis. Nam quum imitari omnia soleant, et in arbores fugiant, venatores, quum eas in arboribus insidere animadvertunt, catinum aqua plenum in conspectu ponunt, oculos sibi ex ea abluentes; postea visco pro aqua posito abeunt, atque eminus insidiantur; ubi animal ex arbore descenderit, et sese visco illeverit et conniventi palpebræ

σαντος † δ' ἀποληφθῇ τὰ βλέφαρα, ἐπιόντες ζωγροῦσιν. εἷς μὲν οὖν τρόπος οὗτος, ἄλλος δέ· ὑποδυσάμενοι θυλάκους, ὡς ἀναξυρίδας, ἀπίασιν, ἄλλους καταλιπόντες δασεῖς, τὰ ἐντὸς κεχρισμένους ἰξῷ· ἐνδύντας δὲ εἰς αὐτοὺς ῥᾳδίως αἱροῦσι.

30. Καὶ τὴν Κάθαιαν δέ τινες [καὶ] τὴν Σωπείθους, τῶν νομαρχῶν τινος, κατὰ τήνδε τὴν μεσοποταμίαν τιθέασιν· ἄλλοι δὲ καὶ τοῦ Ἀκεσίνου πέραν καὶ τοῦ Ὑαρώτιδος, ὅμορον τῇ Πώρου τοῦ ἑτέρου, ὃς ἦν ἀνεψιὸς τοῦ ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἁλόντος· καλοῦσι δὲ Γανδαρίδα τὴν ὑπὸ τούτῳ χώραν. ἐν δὲ τῇ Καθαίᾳ καινότατον ἱστορεῖται τὸ περὶ τοῦ κάλλους, ὅτι τιμᾶται διαφερόντως, ὡς ἵππων καὶ κυνῶν· βασιλέα τε γὰρ τὸν κάλλιστον αἱρεῖσθαί φησιν Ὀνησίκριτος, γενόμενόν τε παιδίον μετὰ δίμηνον κρίνεσθαι δημοσίᾳ, πότερον ἔχοι τὴν ἔννομον μορφὴν καὶ τοῦ ζῆν ἀξίαν, ἢ οὔ· κριθέντα δ' ὑπὸ τοῦ ἀποδειχθέντος ἄρχοντος ζῆν ἢ θανατοῦσθαι· βάπτεσθαί τε πολλοῖς εὐανθεστάτοις χρώμασι τοὺς πώγωνας αὐτοῦ τούτου χάριν, καλλωπιζομένους· τοῦτο δὲ καὶ ἄλλους ποιεῖν ἐπιμελῶς συχνοὺς τῶν Ἰνδῶν (καὶ γὰρ δὴ φέρειν τὴν χώραν χρόας θαυμαστάς) καὶ θριξὶ καὶ ἐσθῆσι· τοὺς δ' ἀνθρώπους τὰ ἄλλα μὲν εὐτελεῖς εἶναι, φιλοκόσμους δέ. ἴδιον δὲ τῶν Καθαίων καὶ τοῦτο ἱστορεῖται, τὸ αἱρεῖσθαι νυμφίον καὶ νύμφην ἀλλήλους καὶ τὸ συγκατακαίεσθαι τεθνεῶσι τοῖς ἀνδράσι τὰς γυναῖκας κατὰ τοιαύτην αἰτίαν, ὅτι ἐρῶσαί ποτε τῶν νέων ἀφίσταιντο τῶν ἀνδρῶν ἢ φαρμακεύοιεν αὐτούς· νόμον οὖν θέσθαι τοῦτον, ὡς παυσομένης τῆς φαρμακείας· οὐ πιθανῶς μὲν οὖν ὁ νόμος, οὐδ' ἡ αἰτία λέγεται. φασὶ δ' ἐν τῇ Σωπείθους χώρᾳ ὀρυκτῶν ἁλῶν ὄρος εἶναι, ἀρκεῖν δυνάμενον ὅλῃ τῇ Ἰνδικῇ· καὶ χρυσεῖα δὲ καὶ ἀργυρεῖα οὐ πολὺ ἄπωθεν ἐν ἄλλοις ὄρεσιν ἱστορεῖται καλά, ὡς ἐδήλωσε Γόργος ὁ μεταλλευτής. οἱ δ' Ἰνδοὶ μεταλλείας καὶ χωνείας ἀπείρως ἔχοντες, οὐδ' ὧν εὐποροῦσιν ἴσασιν, ἀλλ' ἁπλούστερον μεταχειρίζονται τὸ πρᾶγμα.

31. Ἐν δὲ τῇ Σωπείθους καὶ τὰς τῶν κυνῶν ἀρετὰς διηγοῦνται θαυμαστάς· λαβεῖν γοῦν τὸν Ἀλέξανδρον παρὰ τοῦ Σωπείθους κύνας πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· διαπείρας δὲ χάριν λέοντι προσαφέντας δύο, κρατουμένων αὐτῶν, δύο ἄλλους ἐπαφεῖναι· τότε δ' ἤδη καθεστώτων εἰς ἀντίπαλα, τὸν μὲν Σωπείθη κελεῦσαι τῶν κυνῶν ἕνα ἀποσπᾶν τοῦ σκέλους τινὰ λαβόμενον, ἐὰν δὲ μὴ ὑπακούῃ, ἀποτεμεῖν· τὸν Ἀλέξανδρον δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν οὐ συγχωρεῖν ἀποτεμεῖν, φειδόμενον τοῦ κυνός, εἰπόντος δ', ὅτι Τέτταρας ἀντιδώσω σοι, συγχωρῆσαι, καὶ τὸν κύνα περιιδεῖν ἀποτμηθέντα τὸ σκέλος βραδείᾳ τομῇ, πρὶν ἀνεῖναι τὸ δῆγμα.

32. Ἡ μὲν οὖν μέχρι τοῦ Ὑδάσπου ὁδὸς τὸ πλέον ἦν ἐπὶ μεσημβρίαν, ἡ δ' ἐνθένδε πρὸς ἕω μᾶλλον μέχρι τοῦ Ὑπάνιος, ἅπασα δὲ τῆς ὑπωρείας μᾶλλον ἢ τῶν πεδίων ἐχομένη. ὁ δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἀπὸ τοῦ Ὑπάνιος ἀναστρέψας ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην καὶ τὸν ναύσταθμον, ἠρτικρότει τὸν στόλον· εἶτ' ἔπλει τῷ Ὑδάσπῃ. πάν-

cohæserint (ἐπαλειφθῇ), accedentes vivum capiunt. Atque hic unus est modus; alter hic est: culleolos quosdam in braccæ modum induunt, abeuntque, aliis ibi relictis interius villosis, et visco illitis; simiæ se his induentes facile capiuntur.

30. Sunt qui Cathæam et Sopithis, qui unus e nomarchis sive provinciarum regulis erat, regionem inter hos amnes collocent; alii vero trans Acesinem et Hyarotidem, finitimam terræ alterius Pori, consobrini ejus, qui ab Alexandro captus fuit; regionem vero, quæ sub hoc est, Gandaridem vocant. Mirum maxime est, quod de honore eximio quem pulchritudini in Cathæa habent, narratur, ut equorum et canum. Etenim Onesicritus auctor est apud eos regem pulcherrimum eligi; puerum vero post duos a partu menses publice judicari, utrum legitimam formam habeat et vita dignam, necne, eumque, quum ab eo judicatus fuerit, qui rei præest, vel vivere vel interimi; tingi etiam barbas ibi multis variisque coloribus ornatus gratia; idem vero alios quoque multos ex *Indis* impense facere (regionem enim colores *admirabiles ferre*) et capillis et vestibus; et hos *homines, cetera frugales*, ornatui eximiam operam dare. Cathæorum id quoque peculiare fertur, quod sponsus et sponsa se mutuo eligant, et quod uxores cum viris defunctis comburantur ob hanc causam, quod aliquando adolescentium amore captæ a viris secesserant vel eos veneno sustulerant. Ut ergo veneficia desinerent, hanc legem latam esse: quæ profecto lex et causa mihi non satis probabilis videtur. Dicunt in terra Sopithis montem quendam sales *fossiles præ*bere, qui toti Indiæ sufficere possint; item auri et argenti metalla non longe in aliis montibus dicuntur egregia, ut Gorgus indicavit metallarius. Indi vero quum sint metalla effodiendi et conflandi imperiti, quibus abundent, nesciunt, sed rem simplicius tractant.

31. In eadem terra canes mire bonos narrant. *Sic* Alexandrum centum et quinquaginta canes a Sopithe accepisse; quorum ut periculum faceret, duos leoni immisisse; qui quum impares certamini essent, alios duos solvisse; ibi æquato jam certamine, Sopithen jussisse ut unus ex canibus, crure apprehensus, abstraheretur a morsu, et nisi obtemperaret, crus amputaretur; quod Alexandrum primo non concessisse, cani videlicet parcentem; sed quum Sopithes diceret, se quattuor pro uno daturum, permisisse; canem vero potius sibi crus incidi lenta sectione passum esse, quam morsum dimittere.

32. Ceterum iter usque ad Hydaspem majore ex parte erat versus meridiem, inde vero versus orientem usque ad Hypanim, totum illud magis per montium radices quam per campos. Ab Hypani autem Alexander ad Hydaspem et navale reversus, classem construxit, et deinde in Hydaspi navigavit. Omnia prædicta flumina in unum intrant

τες δ' οἱ λεχθέντες ποταμοὶ συμβάλλουσιν εἰς ἕνα τὸν Ἰνδόν· ὕστατος δ' ὁ Ὕπανις· πεντεκαίδεκα δὲ τοὺς σύμπαντας συρρεῖν φασι, τούς γε ἀξιολόγους· πληρωθεὶς δ' ἐκ πάντων (ὥστε καὶ ἐφ' ἑκατὸν σταδίους, ὥς οἱ μὴ μετριάζοντές φασιν, εὐρύνεσθαι κατά τινας τόπους, ὡς δ' οἱ μετριώτεροι, πεντήκοντα τὸ πλεῖστον, ἐλάχιστον δὲ ἑπτά· καὶ πολλὰ ἔθνη καὶ πόλεις εἰσὶ πέριξ)· ἔπειτα δυσὶ στόμασιν εἰς τὴν νοτίαν ἐκδίδωσι θάλατταν, καὶ τὴν Παταληνὴν προσαγορευομένην ποιεῖ νῆσον. ταύτην δ' ἔσχε τὴν διάνοιαν Ἀλέξανδρος, ἀφεὶς τὰ πρὸς ἕω μέρη πρῶτον μὲν διὰ τὸ κωλυθῆναι διαβῆναι τὸν Ὕπανιν, ἔπειτα καὶ ψευδῆ καταμαθὼν τῇ πείρᾳ τὸν προκατέχοντα λόγον, ὡς ἔκπυρα εἴη καὶ θηρίοις μᾶλλον οἰκήσιμα τὰ ἐν τοῖς πεδίοις ἢ ἀνθρωπείῳ γένει· διόπερ ὥρμησεν ἐπὶ ταῦτα, ἀφεὶς ἐκεῖνα, ὥστε καὶ ἐγνώσθη ταῦτα ἀντ' ἐκείνων ἐπὶ πλέον.

32. Ἡ μὲν οὖν μεταξὺ τοῦ Ὑπάνιος καὶ τοῦ Ὑδάσπου λέγεται ἐννέα ἔχειν ἔθνη, πόλεις δὲ εἰς πεντακισχιλίας, οὐκ ἐλάττους Κῶ τῆς Μεροπίδος· δοκεῖ δὲ πρὸς ὑπερβολὴν εἰρῆσθαι τὸ πλῆθος· ἡ δὲ μεταξὺ τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Ὑδάσπου, εἴρηται σχεδόν τι, ὑφ' ὧν οἰκεῖται τῶν ἀξίων μνήμης. κάτω δ' ἑξῆς εἰσιν οἵ τε Σίβαι λεγόμενοι, περὶ ὧν καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν, καὶ Μαλλοὶ καὶ Συδράκαι, μεγάλα ἔθνη· καὶ Μαλλοὶ μέν, παρ' οἷς ἀποθανεῖν ἐκινδύνευσεν Ἀλέξανδρος, τρωθεὶς ἐν ἁλώσει πολίχνης τινός, Συδράκαι δέ, οὓς τοῦ Διονύσου συγγενεῖς ἔφαμεν μεμυθεῦσθαι. πρὸς αὐτῇ δ' ἤδη τῇ Παταληνῇ τήν τε τοῦ Μουσικανοῦ λέγουσι καὶ τὴν Σάβου, [οὗ] τὰ Σινδόμανα, καὶ ἔτι τὴν Πορτικανοῦ καὶ ἄλλων, ὧν ἐκράτησεν ἁπάντων Ἀλέξανδρος, τὴν τοῦ Ἰνδοῦ παροικούντων ποταμίαν, ὑστάτης δὲ τῆς Παταληνῆς, ἣν ὁ Ἰνδὸς ποιεῖ, σχισθεὶς εἰς δύο προχοάς. Ἀριστόβουλος μὲν οὖν εἰς χιλίους σταδίους διέχειν ἀλλήλων φησὶν αὐτάς. Νέαρχος δ' ὀκτακοσίους προστίθησιν, Ὀνησίκριτος δὲ τὴν πλευρὰν ἑκάστην τῆς ἀπολαμβανομένης νήσου τριγώνου τὸ σχῆμα δισχιλίων, τοῦ δὲ ποταμοῦ τὸ πλάτος, καθ' ὃ σχίζεται εἰς τὰ στόματα, ὅσον διακοσίων· καλεῖ δὲ τὴν νῆσον Δέλτα, καί φησιν ἴσην εἶναι τοῦ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα, οὐκ ἀληθὲς τοῦτο λέγων. τὸ γὰρ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα χιλίων καὶ τριακοσίων λέγεται σταδίων ἔχειν τὴν βάσιν, τὰς δὲ πλευρὰς ἑκατέραν ἐλάττω τῆς βάσεως. ἐν δὲ τῇ Παταληνῇ πόλις ἐστὶν ἀξιόλογος τὰ Πάταλα, ἀφ' ἧς καὶ ἡ νῆσος καλεῖται.

34. Φησὶ δ' Ὀνησίκριτος τὴν πλείστην παραλίαν τὴν ταύτῃ πολὺ τὸ τεναγῶδες ἔχειν, καὶ μάλιστα κατὰ τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, διά τε τὴν χοῦν καὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ τὸ μὴ πνεῖν ἀπογαίους, ἀλλ' ὑπὸ τῶν πελαγίων ἀνέμων κατέχεσθαι τούτους τοὺς τόπους τὸ πλέον. λέγει δὲ καὶ περὶ τῆς Μουσικανοῦ χώρας ἐπὶ πλέον ἐγκωμιάζων αὐτήν, ὧν τινα κοινὰ καὶ ἄλλοις Ἰνδοῖς ἱστόρηται, ὡς τὸ μακρόβιον, ὥστε καὶ τριάκοντα ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν προσλαμβάνειν (καί τοι τοὺς Σῆρας

Indum, sed postremus Hypanis; quindecim dicuntur esse universa, mentione digna, quæ in Indum influunt, quibus omnibus auctus (adeo ut ad centum stadia nonnullis in locis dilatetur, secundum auctores immoderatius loquentes, vel ad quinquaginta summum, minimum ad septem stadia, ut moderatiores produnt; multæ autem gentes et urbes circa eum sunt) postea duobus ostiis in australe mare se exonerat, et Patalenam insulam facit. Hoc vero consilium Alexander cepit, postquam orientales Indiæ partes missas fecerat, primum quod prohiberetur quominus Hypanim transiret, deinde etiam quod experientia intelligeret falsam esse famam, quæ ante obvaluerat, campestria regionis exusta ignibus esse, et bestiis magis quam hominum generi habitabilia; quapropter, illis partibus omissis, in has se contulit; eæque propterea sunt melius quam illæ cognitæ.

33. Regio quæ inter Hypanim est et Hydaspem, novem nationes habere dicitur, urbes vero ad quingentas, non minores Co Meropide; quæ tamen multitudo verâ major tradi videtur. Regio autem inter Indum et Hydaspem media a quibus habitetur memoratu dignis, fere dictum est. Deinceps inferius habitant Sibæ, de quibus ante dictum est, et Malli et Sydracæ (*Oxydracæ*), magnæ nationes. Malli sunt, apud quos Alexander mortis periculum adiit in expugnatione oppidi cujusdam vulneratus; Sydracæ sunt, quos Bacchi cognatos fabulis perhiberi diximus. Ad ipsam vero jam Patalenam Musicani terram dicunt, et Sabi, cujus urbs est Sindomana (Sindonalia *codd.*), atque etiam Porticani terram, et aliorum, quos omnes Alexander subegit, fluvialem Indi regionem habitantes, ultimam vero Patalenam, quam Indus facit in duos alveos divisus. Aristobulus ait mille stadiis eos inter se distare; Nearchus addit octingenta; Onesicritus unumquodque latus comprehensæ insulæ, quæ figuram triangulam habet, bis mille stadiorum dicit, fluminis latitudinem, ubi in alveos scinditur, ad stadia ducenta; ipsam insulam Delta nominat, Ægyptioque asserit Delta esse æqualem, quod verum non est. Nam Ægyptium Delta mille et trecentorum stadiorum basim habere dicitur, laterum vero utrumque minus basi. In Patalena urbs est insignis nomine Patala, unde insulæ nomen.

34. Onesicritus dicit oram maritimam ibi magna ex parte palustrem esse, præsertim circa fluminum ostia, propter lutum, quod defertur, et maris affluxum, et quia a terra venti non spirant, sed venti e mari flantes plerumque circa hæc loca obtinent. Dicit etiam de Musicani terra, ob multa eam laudans, quorum nonnulla ceteris quoque Indis communia esse tradunt, ut longævitatem, qua vel ad triginta supra centum annos vivant (Seres vero his etiam longæviores

ἔτι τούτων μακροβιωτέρους τινές φασι) καὶ τὸ λιτόβιον καὶ τὸ ὑγιεινόν, καίπερ τῆς χώρας ἀφθονίαν ἁπάντων ἐχούσης. Ἴδιον δὲ τὸ συσσίτιά τινα Λακωνικὰ αὐτοῖς εἶναι δημοσίᾳ σιτουμένων, ὄψα δ' ἐκ θήρας ἐχόντων· καὶ τὸ χρυσῷ μὴ χρῆσθαι, μηδ' ἀργύρῳ, μετάλλων ὄντων· καὶ τὸ ἀντὶ δούλων τοῖς ἐν ἀκμῇ χρῆσθαι νέοις, ὡς Κρῆτες μὲν τοῖς Ἀφαμιώταις, Λάκωνες δὲ τοῖς Εἵλωσι· μὴ ἀκριβοῦν δὲ τὰς ἐπιστήμας πλὴν ἰατρικῆς· ἐπί τινων γὰρ κακουργίαν εἶναι τὴν ἐπὶ πλέον ἄσκησιν, οἷον ἐπὶ τῆς πολεμικῆς καὶ τῶν ὁμοίων· δίκην δὲ μὴ εἶναι πλὴν φόνου καὶ ὕβρεως· οὐκ ἐπ' αὐτῷ γὰρ τὸ μὴ παθεῖν ταῦτα, τὰ δ' ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐπ' αὐτῷ ἑκάστῳ, ὥστε ἀνέχεσθαι δεῖ, ἐάν τις παραβῇ τὴν πίστιν, ἀλλὰ καὶ προσέχειν, ὅτῳ πιστευτέον, καὶ μὴ δικῶν πληροῦν τὴν πόλιν. ταῦτα μὲν οἱ μετ' Ἀλεξάνδρου στρατεύσαντες λέγουσιν.

35. Ἐκδέδοται δέ τις καὶ Κρατεροῦ πρὸς τὴν μητέρα Ἀριστοπάτραν ἐπιστολή, πολλά τε ἄλλα παράδοξα φράζουσα καὶ οὐχ ὁμολογοῦσα οὐδενί, καὶ δὴ καὶ τὸ μέχρι τοῦ Γάγγου προελθεῖν τὸν Ἀλέξανδρον· αὐτός τέ φησιν ἰδεῖν τὸν ποταμὸν καὶ κήτη τὰ ἐπ' αὐτῷ καὶ † μεγέθους καὶ πλάτους καὶ βάθους πόρρω πίστεως μᾶλλον ἢ ἐγγύς. ὅτι μὲν γὰρ μέγιστος τῶν μνημονευομένων κατὰ τὰς τρεῖς ἠπείρους, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ Ἰνδός, τρίτος δὲ καὶ τέταρτος ὁ Ἴστρος καὶ ὁ Νεῖλος, ἱκανῶς συμφωνεῖται· τὰ καθ' ἕκαστα δ' ἄλλοι ἄλλως περὶ αὐτοῦ λέγουσιν, οἱ μὲν τριάκοντα σταδίων τοὐλάχιστον πλάτος, οἱ δὲ καὶ τριῶν, Μεγασθένης δέ, ὅταν ᾖ μέτριος καὶ εἰς ἑκατὸν εὐρύνεσθαι, βάθος δὲ εἴκοσι ὀργυιῶν τοὐλάχιστον.

36. Ἐπὶ δὲ τῇ συμβολῇ τούτου τε καὶ τοῦ † ἄλλου ποταμοῦ τὰ Παλίβοθρα ἱδρῦσθαι, σταδίων ὀγδοήκοντα τὸ μῆκος, πλάτος δὲ πεντεκαίδεκα, ἐν παραλληλογράμμῳ σχήματι, ξύλινον περίβολον ἔχουσαν κατατετρημένον, ὥστε διὰ τῶν ὀπῶν τοξεύειν· προκεῖσθαι δὲ καὶ τάφρον φυλακῆς τε χάριν καὶ ὑποδοχῆς τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἀπορροιῶν. τὸ δ' ἔθνος, ἐν ᾧ ἡ πόλις αὕτη, καλεῖσθαι Πρασίους, διαφορώτατον τῶν πάντων· τὸν δὲ βασιλεύοντα ἐπώνυμον δεῖν τῆς πόλεως εἶναι, Παλίβοθρον καλούμενον πρὸς τῷ ἰδίῳ τῷ ἐκ γενετῆς ὀνόματι, καθάπερ τὸν Σανδρόκοττον, πρὸς ὃν ἧκεν ὁ Μεγασθένης πεμφθείς. τοιοῦτο δὲ καὶ τὸ παρὰ τοῖς Παρθυαίοις· Ἀρσάκαι γὰρ καλοῦνται πάντες, ἰδίᾳ δὲ ὁ μὲν Ὀρώδης, ὁ δὲ Φραάτης, ὁ δ' ἄλλο τι.

37. Ἀρίστη δ' ὁμολογεῖται πᾶσα ἡ τοῦ Ὑπάνιος πέραν· οὐκ ἀκριβοῦνται δέ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἄγνοιαν καὶ τὸν ἐκτοπισμὸν λέγεται πάντ' ἐπὶ τὸ μεῖζον ἢ τὸ τερατωδέστερον· οἷα τὰ τῶν χρυσωρύχων μυρμήκων καὶ ἄλλων θηρίων τε καὶ ἀνθρώπων ἰδιομόρφων καὶ δυνάμεσί τισιν ἐξηλλαγμένων· ὡς τοὺς Σῆρας μακροβίους φασί, πέρα καὶ διακοσίων ἐτῶν παρατείνοντας. λέγουσι δὲ καὶ ἀριστοκρατικήν τινα σύνταξιν πολιτείας αὐτόθι ἐκ πεντακισχιλίων βουλευτῶν συνεστῶσαν, ὧν ἕκαστον παρέχεσθαι τῷ κοινῷ ἐλέφαντα. καὶ τίγρεις

nonnulli produnt), atque vitæ frugalitatem et salubritatem, quanquam regio rebus omnibus abundet. Id eis proprium est, quod Laconicorum in morem syssitiorum cibum in publico capiunt, obsonium e venatione quærentes; quod auro et argento non utuntur, quamquam metallis abundent; quod adolescentibus ætate integris loco servorum utuntur, quemadmodum Cretenses Aphamiotis, et Lacones Helotibus; item quod nullas artes exquisite discunt, præter medicinam; nam in quibusdam nimium exerceri, ut in bellicis ac similibus, maleficium putari; porro quod judicium iis non est nisi cædis et contumeliæ, quum homo præstare non possit, ne iis afficiatur; quæ vero in contractibus fiant, ea esse penes unumquemque; ideo ferendum esse, si quis fidem violarit; sed videndum, cui credatur, et non implendam esse urbem controversiis. Hæc ab iis traduntur, qui cum Alexandro militarunt.

35. Edita est etiam epistola quædam Crateri ad matrem Aristopatram scripta, quæ quum alia permulta mira narrat ab alio nemine tradita, tum etiam, Alexandrum ad Gangem usque processisse, et ipse se vidisse id flumen affirmat, et cete in eo, ejusque de magnitudine *et latitudine* et profunditate remotiora a fide quam *probabiliora perhibet*. Quippe Gangem maximum *esse omnium fluminum*, quæ in tribus continentibus memorantur, proximum ab eo Indum, tertium et quartum Istrum et Nilum, satis consentitur; singula autem de Gange fluvio alii aliter tradunt. Quidam minimam ejus latitudinem triginta stadiorum dicunt, quidam trium; Megasthenes eum, ubi mediocris est, ad centum stadia amplum tradit, minimam vero profunditatem viginti ulnarum.

36. In hujus et [*Erannoboæ*,] alius fluminis, *concursu* sita esse Palibothra, octoginta stadiorum longitudine, latitudine quindecim, figura quadrangula, lateribus oppositis eandem ubique servantibus distantiam, mœnibus ligneis et perforatis circumdatam, ita ut per foramina sagittent. Præpositam esse etiam fossam tutelæ gratia et recipiendorum purgamentorum ex urbe effluentium. *Gentem, in* qua urbs est, Prasios vocari, omnibus *præstantem aliis*. Ejus regem præter proprium nomen, quod a natalibus habet, de nomine urbis Palibothrum appellari, quemadmodum Sandrocottum, ad quem missus Megasthenes fuit. Idem apud Parthos fit; omnes enim Arsacæ nominantur, privatim vero alius Orodes, alius Phraates, alius aliter.

37. Quæ trans Hypanim est regio, eam optimam esse in confesso habetur, verum propter ignorantiam et longinquitatem inflatius ac portentosius omnia narrantur: ut quæ de formicis perhibentur aurum effodientibus, et de bestiis aliis et hominibus, qui peculiares quasdam formas et singulares vires habeant; nam Seres tam longæ dicuntur vitæ, ut ducentesimum annum excedant. Ferunt etiam quendam optimatum ordinem rempublicam gubernare ex quinque millibus consiliariorum constantem, quorum quisque elephantem reipublicæ præbeat. Megasthe-

δ' ἐν τοῖς Πρασίοις φησὶν ὁ Μεγασθένης μεγίστους γίνεσθαι, σχεδὸν δέ τι καὶ διπλασίους λεόντων, δυνατοὺς δέ, ὥστε τῶν ἡμέρων τινά, ἀγόμενον ὑπὸ τεττάρων, τῷ ὀπισθίῳ σκέλει δραξάμενον ἡμιόνου, βιάσασθαι καὶ ἑλκύσαι πρὸς ἑαυτόν. κερκοπιθήκους δὲ μείζους τῶν μεγίστων κυνῶν, λευκοὺς πλὴν τοῦ προσώπου· τοῦτο δ' εἶναι μέλαν· παρ' ἄλλοις δ' ἀνάπαλιν· τὰς δὲ κέρκους μείζους δυεῖν πήχεων· ἡμερωτάτους δὲ καὶ οὐ κακοήθεις περὶ ἐπιθέσεις καὶ κλοπάς. λίθους δ' ὀρύττεσθαι λιβανόχρους, γλυκυτέρους σύκων ἢ μέλιτος. ἀλλαχοῦ δὲ διπήχεις ὄφεις ὑμενοπτέρους, ὥσπερ αἱ νυκτερίδες· καὶ τούτους δὲ νύκτωρ πέτεσθαι, σταλαγμοὺς ἀφιέντας οὔρων, τοὺς δὲ ἱδρώτων, διασήποντας τὸν χρῶτα τοῦ μὴ φυλαξαμένου· καὶ σκορπίους εἶναι πτηνούς, ὑπερβάλλοντας μεγέθεσι· φύεσθαι δὲ καὶ ἔβενον· εἶναι δὲ καὶ κύνας ἀλκίμους, οὐ πρότερον μεθιέντας τὸ δηχθέν, πρὶν εἰς τοὺς ῥώθωνας ὕδωρ καταχυθῆναι· ἐνίους δ' ὑπὸ προθυμίας ἐν τῷ δήγματι διαστρέφεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς, τοῖς δὲ καὶ ἐκπίπτειν. κατασχεθῆναι δὲ καὶ λέοντα ὑπὸ κυνὸς καὶ ταῦρον, τὸν δὲ ταῦρον καὶ ἀποθανεῖν, κρατούμενον τοῦ ῥύγχους, πρότερον ἢ ἀφεθῆναι.

38. Ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ Σίλαν ποταμὸν εἶναι, ᾧ μηδὲν ἐπιπλεῖ· Δημόκριτον μὲν οὖν ἀπιστεῖν, ἅτε πολλὴν τῆς Ἀσίας πεπλανημένον· καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἀπιστεῖ, καίπερ ἀέρων ὄντων λεπτῶν, οἷς οὐδὲν ἐποχεῖται πτηνόν· ἔτι δὲ τῶν ἀναφερομένων ἀτμῶν ἐπισπαστικοί τινές εἰσι πρὸς ἑαυτοὺς καὶ οἷον ῥοφητικοὶ τοῦ ὑπερπετοῦς, ὡς τὸ ἤλεκτρον τοῦ ἀχύρου καὶ ἡ σιδηρῖτις τοῦ σιδήρου· τάχα δὲ καὶ καθ' ὕδατος τοιαῦταί τινες εἶεν ἂν δυνάμεις. ταῦτα μὲν οὖν φυσιολογίας ἔχεταί τινος καὶ τῆς περὶ τῶν ὀχουμένων πραγματείας, ὥστε ἐν ἐκείνοις ἐπισκεπτέον· νυνὶ δ' ἔτι καὶ ταῦτα προσληπτέον καὶ ὅσα ἄλλα τῆς γεωγραφίας ἐγγυτέρω.

39. Φησὶ δὴ τὸ τῶν Ἰνδῶν πλῆθος εἰς ἑπτὰ μέρη διῃρῆσθαι, καὶ πρώτους μὲν τοὺς φιλοσόφους εἶναι κατὰ τιμήν, ἐλαχίστους δὲ κατ' ἀριθμόν· χρῆσθαι δ' αὐτοῖς, ἰδίᾳ μὲν ἑκάστῳ τοὺς θύοντας ἢ τοὺς ἐναγίζοντας, κοινῇ δὲ τοὺς βασιλέας κατὰ τὴν μεγάλην λεγομένην σύνοδον, καθ' ἣν τοῦ νέου ἔτους ἅπαντες οἱ φιλόσοφοι τῷ βασιλεῖ συνελθόντες ἐπὶ θύρας, ὅ τι ἂν αὐτῶν ἕκαστος συντάξῃ τῶν χρησίμων ἢ τηρήσῃ πρὸς εὐετηρίαν καρπῶν τε καὶ ζῴων καὶ περὶ πολιτείας, προφέρει τοῦτ' εἰς τὸ μέσον· ὃς δ' ἂν τρὶς ἐψευσμένος ἁλῷ, νόμος ἐστὶ σιγᾶν διὰ βίου· τὸν δὲ κατορθώσαντα ἄφορον καὶ ἀτελῆ κρίνουσι.

40. Δεύτερον δὲ μέρος εἶναι τὸ τῶν γεωργῶν, οἳ πλεῖστοί τέ εἰσι καὶ ἐπιεικέστατοι (οἱ) ἀστρατείᾳ καὶ ἀδείᾳ τοῦ ἐργάζεσθαι, πόλει μὴ προσιόντες μηδ' ἄλλῃ χρείᾳ μηδ' ὀχλήσει κοινῇ· πολλάκις γοῦν ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ καὶ τόπῳ τοῖς μὲν παρατετάχθαι συμβαίνει καὶ διακινδυνεύειν πρὸς τοὺς πολεμίους, οἱ δ' ἀροῦσιν ἢ σκάπτουσιν ἀκινδύνως, προμάχους ἔχοντες ἐκείνους. ἔστι δ' ἡ χώρα βασιλικὴ πᾶσα· μισθοῦ δ' αὐτὴν ἐπὶ τετάρταις ἐργάζονται τῶν καρπῶν.

nes auctor est, tigres apud Prasios gigni magnitudine duplos fere ad leonem, adeo robustos, ut unus de mansuetis, a quattuor hominibus ductus, mulum posteriore pede apprehensum ad se pertraxerit; cercopithecos vero maximis canibus esse majores, et totos albos, præter faciem, quæ nigra est, quum apud alios contrarium sit, caudæ longitudine supra duos cubitos, ceterum mansuetissimos esse, neque maligne insidiari, aut furari. Lapides quoque effodi thureo colore, ficu et melle dulciores. Quibusdam in locis serpentes esse binorum cubitorum, membraneis alis, ut vespertiliones; eos per noctem volare, et lotii aut sudoris stillas demittere, quæ non caventium eas corpora computrescere cogant. Item scorpios volucres esse ingentes; nasci quoque ebenum; canes etiam esse validissimos, qui, quod mordicus corripuerint, non ante dimittant, quam aqua naribus infundatur; nonnullis præ vehementia in morsu oculos distorqueri, quibusdam etiam excidere; leonem et taurum a cane detineri; taurum etiam mori rostro comprehensum, priusquam dimittatur.

38. In regione montana Silam (*Siliam codd.*) flumen esse, cui nihil innatet; quanquam id Democritus non credat, qui bonam partem Asiæ peragravit; sed nec Aristoteles id concedit, etsi aeres quidam sint adeo tenues, ut nulla in eis volatilia invehantur; porro de emanantibus vaporibus nonnulli ad se pertrahunt et quasi absorbent supervolantia, quemadmodum electrum paleam, et sideritis ferrum ad se rapit; fortassis igitur aliquæ ejusmodi vires etiam in aqua sunt. Sed hæc ad physiologiam pertinent, et ad ea, quæ de rebus supernatantibus traduntur; quare in eorum tractatione consideranda sunt: nunc his omissis ea quæ jam sequuntur adjungamus et si quæ alia ad geographiam proprius attinent.

39. Igitur narrat Megasthenes totam Indorum multitudinem in septem genera dividi; eorum primos honore, sed numero paucissimos, esse philosophos; uti singulis privatim Indos qui sacrificia vel inferias agant, publice vero reges in magno quem vocant conventu, quum, novo anno incipiente, philosophi omnes ad regis fores conveniant, et quæ utilia quisque composuerit vel observarit de futura prosperitate fructuum animaliumque vel de civitatis administratione, in medium proferant. Ubi quis falsus fuisse ter deprehenditur, ei per totam vitam lege silentium indicitur; qui autem vera prædixerit, immunis et omni tributo exemptus habetur.

40. Secundum genus dicit agricolarum esse, qui plurimi sint et probissimi immunitate a militia et secura opus faciendi licentia, neque urbem nec publicum negotium nec ullum aliud munus attingant; quamobrem eodem tempore et eodem loco alii pugnant et cum hoste pedem conferunt, alii arant vel fodiunt sine ullo periculo, quum illos propugnatores habeant. Ceterum regio tota quum sit regis, ipsi eam conductam excolunt, pacti mercedis loco quartam fructuum partem.

41. Τρίτον τὸ τῶν ποιμένων καὶ θηρευτῶν, οἷς μόνοις ἔξεστι θηρεύειν καὶ θρεμματοτροφεῖν, ὤνιά τε παρέχειν καὶ μισθοῦ ζεύγη· ἀντὶ δὲ τοῦ τὴν γῆν ἐλευθεροῦν θηρίων καὶ τῶν σπερμολόγων ὀρνέων μετροῦνται παρὰ τοῦ βασιλέως σῖτον, πλάνητα καὶ σκηνίτην νεμόμενοι βίον. Ἵππον δὲ καὶ ἐλέφαντα τρέφειν οὐκ ἔξεστιν ἰδιώτῃ· βασιλικὸν δ' ἑκάτερον νενόμισται τὸ κτῆμα, καί εἰσιν αὐτῶν ἐπιμεληταί.

42. Θήρα δὲ τῶν θηρίων τούτων τοιάδε. χωρίον ψιλὸν ὅσον τεττάρων ἢ πέντε σταδίων τάφρῳ περιχαράξαντες βαθείᾳ γεφυροῦσι τὴν εἴσοδον στενωτάτῃ γεφύρᾳ· εἶτ' εἰσαφιᾶσι θηλείας τὰς ἡμερωτάτας τρεῖς ἢ τέτταρας, αὐτοὶ δ' ἐν καλυβίοις κρυπτοῖς ὑποκάθηνται λοχῶντες· ἡμέρας μὲν οὖν οὐ προσίασιν οἱ ἄγριοι, νύκτωρ δ' ἐφ' ἕνα ποιοῦνται τὴν εἴσοδον· εἰσιόντων δέ, κλείουσι τὴν εἴσοδον λάθρα, εἶτα τῶν ἡμέρων ἀθλητῶν τοὺς ἀλκιμωτάτους εἰσάγοντες διαμάχονται πρὸς αὐτούς, ἅμα καὶ λιμῷ καταπονοῦντες· ἤδη δὲ καμνόντων, οἱ εὐθαρσέστατοι τῶν ἡνιόχων λάθρα καταβαίνοντες ὑποδύνουσιν ἕκαστος τῇ γαστρὶ τοῦ οἰκείου ὀχήματος· ὁρμώμενος δ' ἐνθένδε ὑποδύνει τῷ ἀγρίῳ καὶ σύμποδα δεσμεῖ· γενομένου δὲ τούτου, κελεύουσι τοῖς τιθασοῖς τύπτειν τοὺς συμποδισθέντας, ἕως ἂν πέσωσιν εἰς τὴν γῆν, πεσόντων δ' ὠμοβοίνοις ἱμᾶσι προσλαμβάνονται τοὺς αὐχένας αὐτῶν πρὸς τοὺς τῶν τιθασῶν· ἵνα δὲ μὴ σειόμενοι τοὺς ἀναβαίνειν ἐπ' αὐτοὺς ἐπιχειροῦντας ἀποσείοιντο, τοῖς τραχήλοις αὐτῶν ἐμβάλλονται κύκλῳ τομάς, καὶ κατ' αὐτὰς τοὺς ἱμάντας περιτιθέασιν, ὥσθ' ὑπ' ἀλγηδόνων εἴκειν τοῖς δεσμοῖς καὶ ἡσυχάζειν· τῶν δ' ἁλόντων ἀπολέξαντες τοὺς πρεσβυτέρους ἢ νεωτέρους τῆς χρείας τοὺς λοιποὺς ἀπάγουσιν εἰς τοὺς σταθμούς, δήσαντες δὲ τοὺς μὲν πόδας πρὸς ἀλλήλους, τοὺς δὲ αὐχένας πρὸς κίονα εὖ πεπηγότα, δαμάζουσι λιμῷ· ἔπειτα χλόῃ καλάμου καὶ πόας ἀναλαμβάνουσι· μετὰ δὲ ταῦτα πειθαρχεῖν διδάσκουσι, τοὺς μὲν διὰ λόγου, τοὺς δὲ μελισμῷ τινι καὶ τυμπανισμῷ κηλοῦντες· σπάνιοι δ' οἱ δυστιθάσευτοι· φύσει γὰρ διάκεινται πρᾴως καὶ ἡμέρως, ὥστ' ἐγγὺς εἶναι λογικῷ ζῴῳ· οἱ δὲ καὶ ἐξαίμους τοὺς ἡνιόχους ἐν τοῖς ἀγῶσι πεσόντας ἀνελόμενοι σώζουσιν ἐκ τῆς μάχης, τοὺς δὲ ὑποδύντας μεταξὺ τῶν προσθίων ποδῶν ὑπερμαχόμενοι διέσωσαν· τῶν δὲ χορτοφόρων καὶ διδασκάλων εἴ τινα παρὰ θυμὸν ἀπέκτειναν, οὕτως ἐπιποθοῦσιν, ὥσθ' ὑπ' ἀνίας ἀπέχεσθαι τροφῆς, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀποκαρτερεῖν.

43. Βιβάζονται δὲ καὶ τίκτουσιν, ὡς ἵπποι, τοῦ ἔαρος μάλιστα· καιρὸς δ' ἐστὶ τῷ μὲν ἄρρενι, ἐπειδὰν οἴστρῳ κατέχηται καὶ ἀγριαίνῃ· τότε δὴ καὶ λίπους τι διὰ τῆς ἀναπνοῆς ἀνίησιν, ἣν ἔχει παρὰ τοὺς κροτάφους· ταῖς δὲ θηλείαις, ὅταν ὁ αὐτὸς οὗτος πόρος ἀνεῳγὼς τυγχάνῃ. κύουσι δὲ τοὺς μὲν πλείστους ὀκτωκαίδεκα μῆνας, ἐλαχίστους δ' ἑκκαίδεκα· τρέφει δ' ἡ μήτηρ ἓξ ἔτη· ζῶσι δ' ὅσον μακροβιώτατοι ἄνθρωποι οἱ πολλοί, τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ διακόσια διατείνουσιν ἔτη· πολύνοσοι δὲ καὶ δυσίατοι. ἄκος δὲ πρὸς ὀφθαλμίαν μὲν

41. Tertium genus est pastorum ac venatorum, quibus solis et venari et pascere pecora, et vendere et locare jumenta licet; pro eo autem, quod terram bestiis liberant et avibus semina legentibus, dimensum frumenti a rege accipiunt, vagi errabundique vitam in tabernaculis agentes. Privato homini equum et elephantem non licet alere; utrumque enim regis possessio censetur, suntque harum rerum curatores.

42. Elephantum autem sic venantur. Locum aliquem, ab omni purgatum materia, quattuor aut quinque stadiorum, profunda fossa circumdant; ingressum ponte angustissimo jungunt; deinde tres quattuorve elephantes feminas de mansuetissimis immittunt, ipsi in tuguriis occulti insidiantur. Jam per diem silvestres non accedunt, nocte autem singulatim introeunt; quibus ingressis venatores clam aditum occludunt; deinde e cicuribus certatoribus fortissimos inducentes, cum illis pugnant, simul etiam fame eos defatigant. Quum vero jam defessi fuerint, aurigarum audacissimi, clam descendentes, quisque sui elephanti ventrem subeunt, atque hinc subito silvestrium ventrem subeuntes, compedes illis injiciunt; quo facto, cicures instigant, ut vinctos verberent, quousque in terram cadant; postquam ceciderunt, bubulis loris eorum colla ad domitorum colla adstringunt, et ne ascensores excutere possint, colla circumcidentes, in cæsuris vincula imponunt, ut præ dolore vinculis cedant, et quietem agant. De captis seliguntur quicunque vel senio vel juventa inutiles sunt, reliqui in stabula ducuntur, et pedibus invicem vinctis, ac collo ad columnam valide infixam, fame domantur; deinde herba vel arundine viridi reficiuntur, post cicurantur, alii oratione, alii cantu aliquo vel tympani sonitu deliniti. Rari sunt qui non facile mansuescant; sunt enim a natura mites et mansueti, et ad ratione utentis animalis ingenium proxime accedunt. Quidam aurigas suos, qui in certamine ceciderint, e prœlio efferunt; quidam per anteriores pedes ventrem subeuntes propugnando servaverunt. Quod si quem ex curatoribus magistrisve per iram interfecerint, adeo illum desiderant, ut præ mœrore a cibo abstineant, interdum etiam fame sibi mortem consciscant.

43. Elephantes coeunt et pariunt, ut equi, plurimum vere. Mari coitus tempestivus est, ubi œstro correptus sævire occipit; tunc etiam pingue quiddam emittit per spiramentum, quod ei secundum tempora est; feminae, quum hic idem meatus apertus fuerit. Edunt partum, quum tardissime, mense a conceptu decimo octavo, quum celerrime, sub sextum ac decimum. Sex annos a matre nutriuntur. Vivunt plerique quantum longævissimi homines, quidam etiam ad ducentesimum perveniunt annum. Alioqui morbis obnoxii sunt, et quidem curatu difficilibus.

βόειον γάλα προσκλυζόμενον, τοῖς πλείστοις δὲ τῶν νοσημάτων ὁ μέλας οἶνος πινόμενος, τραύμασι δὲ ποτὸν μὲν βούτυρον (ἐξάγει γὰρ τὰ σιδήρια), τὰ δ' ἕλκη σαρξὶν ὑείαις πυριῶσιν. Ὀνησίκριτος δὲ καὶ ἕως τριακοσίων ἐτῶν ζῆν φησι, σπάνιον δὲ καὶ ἕως πεντακοσίων, κρατίστους δ' εἶναι περὶ τὰ διακόσια ἔτη, κυΐσκεσθαι δὲ δεκαετίαν. μείζους δὲ τῶν Λιβυκῶν καὶ ἐρρωμενεστέρους ἐκεῖνός τε εἴρηκε καὶ ἄλλοι· ταῖς οὖν προβοσκίσιν ἐπάλξεις καθαιρεῖν καὶ δένδρα ἀνασπᾶν πρόρριζα, διανισταμένους εἰς τοὺς ὀπισθίους πόδας. Νέαρχος δὲ καὶ ποδάγρας ἐν ταῖς θήραις τίθεσθαι κατά τινας συνδρόμους φησί, συνελαύνεσθαι δ' ὑπὸ τῶν τιθασῶν τοὺς ἀγρίους εἰς ταύτας, κρειττόνων ὄντων καὶ ἡνιοχουμένων. οὕτως δ' εὐτιθασεύτους εἶναι, ὥστε καὶ λιθάζειν ἐπὶ σκοπὸν μανθάνειν καὶ ὅπλοις χρῆσθαι νεῖν τε κάλλιστα· μέγιστόν τε νομίζεσθαι κτῆμα ἐλεφάντων ἅρμα· ἄγεσθαι δ' ὑπὸ ζυγὸν † καὶ καμήλους· γυναῖκα δ' εὐδοκιμεῖν, εἰ λάβοι παρὰ ἐραστοῦ δῶρον ἐλέφαντα. οὗτος ὁ λόγος οὐχ ὁμολογεῖ τῷ φήσαντι μόνων βασιλέων εἶναι κτῆμα ἵππον καὶ ἐλέφαντα.

44. Τῶν δὲ μυρμήκων τῶν χρυσωρύχων δέρματα ἰδεῖν φησιν οὗτος παρδαλέαις ὅμοια. Μεγασθένης δὲ περὶ τῶν μυρμήκων οὕτω φησίν, ὅτι ἐν Δέρδαις, ἔθνει μεγάλῳ τῶν προσεῴων καὶ ὀρεινῶν Ἰνδῶν, ὀροπέδιον εἴη τρισχιλίων πως τὸν κύκλον σταδίων· ὑποκειμένων δὲ τούτῳ χρυσωρυχείων, οἱ μεταλλεύοντες εἶεν μύρμηκες, θηρία ἀλωπέκων οὐκ ἐλάττω, τάχος ὑπερφυὲς ἔχοντα καὶ ζῶντα ἀπὸ θήρας· ὀρύττει δὲ χειμῶνι τὴν γῆν, σωρεύει τε πρὸς τοῖς στομίοις, καθάπερ οἱ ἀσφάλακες· ψῆγμα δ' ἐστὶ χρυσοῦ μικρᾶς ἑψήσεως δεόμενον· τοῦθ' ὑποζυγίοις μετίασιν οἱ πλησιόχωροι λάθρα· φανερῶς γὰρ διαμάχονται καὶ διώκουσι φεύγοντας, καταλαβόντες δὲ διαχρῶνται καὶ αὐτοὺς καὶ τὰ ὑποζύγια. πρὸς δὲ τὸ λαθεῖν κρέα θήρεια προτιθέασι κατὰ μέρη· περισπασθέντων δ' ἀναιροῦνται τὸ ψῆγμα καὶ τοῦ τυχόντος τοῖς ἐμπόροις ἀργὸν διατίθενται, χωνεύειν οὐκ εἰδότες.

45. Ἐπεὶ δ' ἐν τῷ περὶ τῶν θηρευτῶν λόγῳ καὶ περὶ τῶν θηρίων ἐμνήσθημεν, ὧν τε Μεγασθένης εἶπε καὶ ἄλλοι, προσθετέον καὶ ταῦτα. ὁ μὲν γὰρ Νέαρχος τὸ τῶν ἑρπετῶν θαυμάζει πλῆθος καὶ τὴν κακίαν· ἀναφεύγειν γὰρ ἐκ τῶν πεδίων εἰς τὰς κατοικίας τὰς διαλανθανούσας ἐν ταῖς ἐπικλύσεσι καὶ πληροῦν τοὺς οἴκους· διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὑψηλὰς ποιεῖσθαι τὰς κλίνας, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐξοικίζεσθαι πλεονασάντων· εἰ δὲ μὴ τὸ πολὺ τοῦ πλήθους ὑπὸ τῶν ὑδάτων διεφθείρετο, κἂν ἐρημωθῆναι τὴν χώραν. καὶ τὴν μικρότητα δ' αὐτῶν εἶναι χαλεπὴν καὶ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους, τὴν μὲν διὰ τὸ δυσφύλακτον, τὴν δὲ δι' ἰσχύν, ὅπου καὶ ἑκκαιδεκαπήχεις ἐχίδνας ὁρᾶσθαι· ἐπῳδοὺς δὲ περιφοιτᾶν ἰᾶσθαι πεπιστευμένους, καὶ εἶναι σχεδόν τι μόνην ταύτην ἰατρικήν· μηδὲ γὰρ νόσους εἶναι πολλὰς διὰ τὴν λιτότητα τῆς διαίτης καὶ τὴν ἀοινίαν· εἰ δὲ γένοιντο, ἰᾶσθαι τοὺς σοφιστάς. Ἀριστόβουλος δὲ τῶν θρυλουμένων μεγε-

Vitiis oculorum remedio est, vaccæ lacte si perluantur; plurimos autem morbos vinum nigrum epotum curat; vulneribus butyrum potum auxiliatur (ferrum enim ejicit); ulcera suillis carnibus inuruntur. Onesicritus dicit eos ad trecentesimum annum vivere, interdum vel ad quingentesimum; circiter ducentesimum robustissimos esse, in utero gestare ad decennium. Majores Libycis ac validiores cum ipse, tum alii perhibent, quum proboscidibus propugnacula dejiciant, et arbores radicitus evellant, in posteriores pedes erecti. Nearchus vero etiam compedes in tramitum concursu quibusdam a venatoribus disponi narrat, et indomitos in eas agi a mansuetis validioribus, qui ab auriga ducuntur. Adeo autem mansuescere, ut lapidem ad scopum jacere et armis uti et optime natare ediscant; maximamque possessionem existimari elephantum bigas; duci enim sub jugo, *ut* (ὡς καὶ) camelos (*pares inter se*, καταλλήλους?); atque mulierem eximie eam honorari, si munus ab amante elephantem accipiat. Hoc dictum non consentit ei, qui a solo rege equum et elephantem possideri dixerat.

44. Formicarum autem aurum effodientium pelles se vidisse Nearchus ait, pardalis pellibus similes. Megasthenes de formicis ait, apud Derdas, quæ magna gens est Indorum montanorum, ad orientem expositorum, planitiem montanam esse ter mille stadiorum ambitu, et sub ea aurifodinas, quas formicæ effodiant, vulpibus magnitudine non minores, mira celeritate, victum ex venatione comparantes. Fodere autem terram per hiemem, et ad ostium accumulare, quemadmodum soleant talpæ; esse autem auri ramenta, quæ parva modo decoctione egeant. Vicinos jumentis ea clam rapere; aperte enim non posse, prohibentibus formicis, quæ et pugnent, et fugientes insectentur, deprehensosque una cum jumentis interimant. Ut ergo illas lateant, ferinas carnes per loca plurima disponi, itaque ad prædam dissipatis formicis, auri ramenta ipsos asportare et fusionis ignaros vili pretio mercatoribus rudia divendere.

45. Sed quoniam in hoc de venatoribus sermone etiam bestiarum meminimus, quæ a Megasthene et ab aliis referuntur, hæc etiam sunt addenda. Nearchus et multitudinem et malitiam reptilium miram prædicat, quæ e campis fugiant in domicilia, quæ fluminum exundationibus non operiantur, atque domus impleant, et propterea cubilia hominum alta esse dicit, nonnunquam etiam emigrare eos, nimis excrescente reptilium numero; et nisi multitudo maxima ab aquis exstingueretur, fore ut regio desereretur. Addit et parvitatem eorum periculosam, et nimiam magnitudinem: alteram, quod non facile possint evitari; alteram ob robur, quandoquidem vel sedecim cubitorum viperæ conspiciantur. Circumvagari incantatores, qui medicari putentur, et solam fere hanc medicinam esse; nam propter vitæ frugalitatem et vini abstinentiam aut morbos non esse, aut si qui sint, curari a sophistis. Aristobulus negat se vidisse ullum tantæ magnitudinis animal, præter solam

θῶν οὐδὲν ἰδεῖν φησιν, ἔχιδναν δὲ μόνον ἐννέα πηχῶν καὶ σπιθαμῆς. καὶ ἡμεῖς δ' ἐν Αἰγύπτῳ κομισθεῖσαν ἐκεῖθεν τηλικαύτην πως εἴδομεν. ἔχεις δὲ πολλούς φησι πολὺ ἐλάττους καὶ ἀσπίδας, σκορπίους δὲ μεγάλους. οὐδὲν δὲ τούτων οὕτως ὀχλεῖν, ὡς τὰ λεπτὰ ὀφείδια, οὐ μείζω σπιθαμιαίων· εὑρίσκεσθαι γὰρ ἐν σκηναῖς, ἐν σκεύεσιν, ἐν θριγγοῖς ἐγκεκρυμμένα, τοὺς δὲ πληγέντας αἱμορροεῖν ἐκ παντὸς πόρου μετὰ ἐπωδυνίας, ἔπειτα ἀποθνήσκειν, εἰ μὴ βοηθήσει τις εὐθύς· τὴν δὲ βοήθειαν ῥᾳδίαν εἶναι διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν Ἰνδικῶν ῥιζῶν καὶ φαρμάκων. κροκοδείλους τε οὔτε πολλοὺς οὔτε βλαπτικοὺς ἀνθρώπων ἐν τῷ Ἰνδῷ φησιν εὑρίσκεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα δὲ ζῷα τὰ πλεῖστα τὰ αὐτά, ἅπερ ἐν τῷ Νείλῳ, γεννᾶσθαι πλὴν ἵππου ποταμίου. Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοῦτόν φησι γεννᾶσθαι. τῶν δ' ἐκ θαλάττης φησὶν ὁ Ἀριστόβουλος εἰς μὲν τὸν Νεῖλον ἀνατρέχειν μηδὲν ἔξω θρίσσης καὶ κεστρέως καὶ δελφῖνος διὰ τοὺς κροκοδείλους, ἐν δὲ τῷ Ἰνδῷ πλῆθος· τῶν δὲ καρίδων τὰς μὲν μικρὰς μέχρι ὄρους ἀναθεῖν, τὰς δὲ μεγάλας μέχρι τῶν συμβολῶν τοῦ τε Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Ἀκεσίνου. περὶ μὲν οὖν τῶν θηρίων τοσαῦτα λέγεται· ἐπανιόντες δ' ἐπὶ τὸν Μεγασθένη λέγωμεν τὰ ἑξῆς, ὧν ἀπελίπομεν.

46. Μετὰ γὰρ τοὺς θηρευτὰς καὶ τοὺς ποιμένας τέταρτόν φησιν εἶναι μέρος τοὺς ἐργαζομένους τὰς τέχνας καὶ τοὺς καπηλικοὺς καὶ οἷς ἀπὸ τοῦ σώματος ἡ ἐργασία· ὧν οἱ μὲν φόρον τελοῦσι καὶ λειτουργίας παρέχονται ταχτάς, τοῖς δ' ὁπλοποιοῖς καὶ ναυπηγοῖς μισθοὶ καὶ τροφαὶ παρὰ βασιλέως ἔκκεινται. μόνῳ γὰρ ἐργάζονται· παρέχει δὲ τὰ μὲν ὅπλα τοῖς στρατιώταις ὁ στρατοφύλαξ, τὰς δὲ ναῦς μισθοῦ τοῖς πλέουσιν ὁ ναύαρχος καὶ τοῖς ἐμπόροις.

47. Πέμπτον ἐστὶ τὸ τῶν πολεμιστῶν, οἷς τὸν ἄλλον χρόνον ἐν σχολῇ καὶ πότοις ὁ βίος ἐστίν, ἐκ τοῦ βασιλικοῦ διαιτωμένοις, ὥστε τὰς ἐξόδους, ὅταν ᾖ χρεία, ταχέως ποιεῖσθαι, πλὴν τῶν σωμάτων μηδὲν ἄλλο κομίζοντας παρ' ἑαυτῶν.

48. Ἕκτοι δ' εἰσὶν οἱ ἔφοροι· τούτοις δ' ἐποπτεύειν δέδοται τὰ πραττόμενα καὶ ἀναγγέλλειν λάθρα τῷ βασιλεῖ, συνεργοὺς ποιουμένοις τὰς ἑταίρας, τοῖς μὲν ἐν τῇ πόλει τὰς ἐν τῇ πόλει, τοῖς δὲ ἐν στρατοπέδῳ τὰς αὐτόθι· καθίστανται δ' οἱ ἄριστοι καὶ πιστότατοι.

49. Ἕβδομοι δ' οἱ σύμβουλοι καὶ σύνεδροι τοῦ βασιλέως, ἐξ ὧν τὰ ἀρχεῖα καὶ δικαστήρια καὶ ἡ διοίκησις τῶν ὅλων. οὐκ ἔστι δ' οὔτε γαμεῖν ἐξ ἄλλου γένους οὔτ' ἐπιτήδευμα οὔτ' ἐργασίαν μεταλαμβάνειν ἄλλην ἐξ ἄλλης, οὐδὲ πλείους μεταχειρίζεσθαι τὸν αὐτόν, πλὴν εἰ τῶν φιλοσόφων τις εἴη· ἐᾶσθαι γὰρ τοῦτον δι' ἀρετήν.

50. Τῶν δ' ἀρχόντων οἱ μέν εἰσιν ἀγορανόμοι, οἱ δ' ἀστυνόμοι, οἱ δ' ἐπὶ τῶν στρατιωτῶν· ὧν οἱ μὲν ποταμοὺς ἐξεργάζονται καὶ ἀναμετροῦσι τὴν γῆν, ὡς ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τὰς κλειστὰς διώρυγας, ἀφ' ὧν εἰς τὰς ὀχετείας ταμιεύεται τὸ ὕδωρ, ἐπισκοποῦσιν, ὅπως ἐξ ἴσης πᾶσιν ἡ τῶν ὑδάτων παρείη χρῆσις. οἱ δ' αὐτοὶ

novem cubitorum et dodrantis viperam. Nos quoque in Ægypto vidimus ejusdem fere magnitudinis viperam inde allatam. Viperas autem mares complures vidisse se affirmat, multo tamen minores, et aspides, scorpios vero ingentes. Et nihil horum tam infestum esse homini quam parvos serpentes palmari longitudine, qui et in vasis et in tabernaculis et in sepibus occulti inveniantur, a quibus icti sanguinis profluvio ex omni meatu cum dolore maximo laborent, deinde pereant, nisi cito subveniatur; remedium autem propter Indicarum herbarum et medicamentorum vim facile esse. Crocodilos ait in Indo flumine nec multos inveniri nec hominibus infestos; cetera quoque animalia plurima eadem in eo gigni, quæ in Nilo, præter hippopotamum. Onesicritus vero hunc quoque in Indo nasci affirmat. Ex marinis piscibus Aristobulus dicit nullum in Nilum recurrere præter thrissam et mugilem ac delphinum propter crocodilos, in Indum vero permultos. Et e squillis parvas usque ad montes (τῶν ὀρῶν?) ascendere, magnas usque ad Indi et Acesinæ concursum. Ac de bestiis quidem hactenus; nunc ad Megasthenem regressi interruptam narrationem persequamur.

46. Post venatores ac pastores quartum genus ponit eorum, qui artes exercent, item institores et quicunque corpore victum quærunt. Horum alii tributa pendunt ac statuta munia obeunt, ii vero, qui arma et naves fabricantur, alimenta et stipendia ab rege habent, cui et soli operis suis serviunt; arma militibus præbet exercitui præfectus, et classis præfectus naves navigantibus et mercatoribus pretio locat.

47. Quintum genus est bellatorum, qui reliquum tempus otiosi inter pocula vitam agunt et regio sumptu victum accipiunt, ut, quum opus sit, cito exeant, nihil de suo afferentes præter corpora.

48. Sexti sunt inspectores, quorum partes sunt, ut, quæ agantur, inspiciant, et regi omnia clam renuntient. Hi in urbe urbanas meretrices sibi adjutrices adhibent, in castris vero castrenses: deliguntur autem viri optimi ac fidelissimi.

49. Septimi sunt consiliarii et assessores regis, a quibus et magistratus et judicia et rerum omnium administratio geruntur. Non licet ex alio genere in aliud matrimonio contrahendo transire, nec ab unius generis institutis ad alius descendere, neque simul pluribus se dare tractandis, nisi philosophus quis sit; huic enim ob virtutem conceditur.

50. De præfectis alii annonæ, alii urbi, alii militibus præsunt. Horum primi flumina curant et agrum metiuntur, sicut in Ægypto, et clausis aquæ ductibus, ex quibus in rivos aqua dispertiuntur, præsunt, ut ex æquo omnibus aquarum usus suppeditet. Iidem venatorum curam gerunt, et præmii

καὶ τῶν θηρευτῶν ἐπιμελοῦνται καὶ τιμῆς καὶ κολάσεώς εἰσι κύριοι τοῖς ἐπαξίοις· καὶ φορολογοῦσι δὲ καὶ τὰς τέχνας τὰς περὶ τὴν γῆν ἐπιβλέπουσιν, ὑλοτόμων, τεκτόνων, χαλκέων, μεταλλευτῶν· ὁδοποιοῦσι δὲ καὶ κατὰ δέκα στάδια στήλην τιθέασι, τὰς ἐκτροπὰς καὶ τὰ διαστήματα δηλοῦσαν.

51. Οἱ δ' ἀστυνόμοι εἰς ἓξ πεντάδας διῄρηνται· καὶ οἱ μὲν τὰ δημιουργικὰ σκοποῦσιν, οἱ δὲ ξενοδοχοῦσιν· καὶ γὰρ καταγωγὰς νέμουσι καὶ τοῖς βίοις παρακολουθοῦσι, παρέδρους δόντες, καὶ προπέμπουσιν ἢ αὐτοὺς ἢ τὰ χρήματα τῶν ἀποθανόντων, νοσούντων τε ἐπιμελοῦνται καὶ ἀποθανόντας θάπτουσι. τρίτοι δ' εἰσίν, οἳ τὰς γενέσεις καὶ θανάτους ἐξετάζουσι, πότε καὶ πῶς, τῶν τε φόρων χάριν καὶ ὅπως μὴ ἀφανεῖς εἶεν αἱ κρείττους καὶ χείρους γοναὶ καὶ θάνατοι. τέταρτοι οἱ περὶ τὰς καπηλείας καὶ μεταβολάς· οἷς μέτρων μέλει καὶ τῶν ὡραίων, ὅπως ἀπὸ συσσήμου πωλοῖτο. οὐκ ἔστι δὲ πλείω τὸν αὐτὸν μεταβάλλεσθαι, πλὴν εἰ διττοὺς ὑποτελοίη φόρους. πέμπτοι δ' οἱ προεστῶτες τῶν δημιουργουμένων καὶ πωλοῦντες ταῦτ' ἀπὸ συσσήμου, χωρὶς μὲν τὰ καινά, χωρὶς δὲ τὰ παλαιά· τῷ μιγνύντι δὲ ζημία. ἕκτοι δὲ καὶ ὕστατοι οἱ τὰς δεκάτας ἐκλέγοντες τῶν πωλουμένων· θάνατος δὲ τῷ κλέψαντι τὸ τέλος. ἰδίᾳ μὲν ἕκαστοι ταῦτα, κοινῇ δ' ἐπιμελοῦνται τῶν τε ἰδίων καὶ τῶν πολιτικῶν καὶ τῆς τῶν δημοσίων ἐπισκευῆς, τιμῶν τε καὶ ἀγορᾶς καὶ λιμένων καὶ ἱερῶν.

52. Μετὰ δὲ τοὺς ἀστυνόμους τρίτη ἐστὶ συναρχία ἡ περὶ τὰ στρατιωτικά, καὶ αὕτη ταῖς πεντάσιν ἑξαχῇ διωρισμένη· ὧν τὴν μὲν μετὰ τοῦ ναυάρχου τάττουσι, τὴν δὲ μετὰ τοῦ ἐπὶ τῶν βοϊκῶν ζευγῶν, δι' ὧν ὄργανα κομίζεται καὶ τροφὴ αὐτοῖς τε καὶ κτήνεσι καὶ τὰ ἄλλα τὰ χρήσιμα τῆς στρατιᾶς. οὗτοι δὲ καὶ τοὺς διακόνους παρέχουσι, τυμπανιστάς, κωδωνοφόρους, ἔτι δὲ καὶ ἱπποκόμους καὶ μηχανοποιοὺς καὶ τοὺς τούτων ὑπηρέτας· ἐκπέμπουσί τε πρὸς κώδωνας τοὺς χορτολόγους, τιμῇ καὶ κολάσει τὸ τάχος κατασκευαζόμενοι καὶ τὴν ἀσφάλειαν. τρίτοι δέ εἰσιν οἱ τῶν πεζῶν ἐπιμελούμενοι· τέταρτοι δ' οἱ τῶν ἵππων· πέμπτοι δ' ἁρμάτων· ἕκτοι δὲ ἐλεφάντων· βασιλικοί τε σταθμοὶ καὶ ἵπποις καὶ θηρίοις, βασιλικὸν δὲ καὶ ὁπλοφυλάκιον· παραδίδωσι γὰρ ὁ στρατιώτης τήν τε σκευὴν εἰς τὸ ὁπλοφυλάκιον καὶ τὸν ἵππον εἰς τὸν ἱππῶνα καὶ τὸ θηρίον ὁμοίως· χρῶνται δ' ἀχαλινώτοις. τὰ δ' ἅρματα ἐν ταῖς ὁδοῖς βόες ἕλκουσιν, οἱ δὲ ἵπποι ἀπὸ φορβειᾶς ἄγονται τοῦ μὴ παρεμπίπρασθαι τὰ σκέλη, μηδὲ τὸ πρόθυμον αὐτῶν τὸ ὑπὸ τοῖς ἅρμασιν ἀμβλύνεσθαι. δύο δ' εἰσὶν ἐπὶ τῷ ἅρματι παραβάται πρὸς τῷ ἡνιόχῳ· ὁ δὲ τοῦ ἐλέφαντος ἡνίοχος τέταρτος, τρεῖς δ' οἱ ἀπ' αὐτοῦ τοξεύοντες.

53. Εὐτελεῖς δὲ κατὰ τὴν δίαιταν Ἰνδοὶ πάντες, μᾶλλον δ' ἐν ταῖς στρατείαις· οὐδ' ὄχλῳ περιττῷ χαίρουσι· διόπερ εὐκοσμοῦσι. πλείστη δ' ἐχεγειρία περὶ τὰς κλοπάς· γενόμενος γοῦν ἐν τῷ Σανδροκόττου στρατοπέδῳ φησὶν ὁ Μεγασθένης, τετταράκοντα μυριάδων

et supplicii pro meritis potestatem habent; tributa quoque legunt et artes inspiciunt, quæ terra exercentur, ut eorum qui ligna cædunt, fabrorum, ærariorum, metallariorum. Conficiunt etiam vias, et per dena stadia lapidem locant, diverticula distantiasque indicantem.

51. Urbani ædiles in sex quinterniones sunt divisi. Horum alii opificia inspiciunt, alii hospitum procurationem gerunt, nempe hospitia iis distribuunt, et vitam eorum observant adjunctis asseclis et vel ipsos deducunt, vel defunctorum bona; ægrotantium quoque curam habent, et mortuos sepeliunt. Tertii natales hominum obitusque perscrutantur, et quando et quomodo evenerint, idque tributorum gratia, et ne boni malive nativitas et mors lateant. Quarti circa cauponas et commercia versantur; hi mensurarum frugumque curam habent, ut ex signo vendantur. Haud licet eundem plura commutare, nisi duplex vectigal persolvat. Quinti artificum operibus præsunt, eaque secundum signum divendunt, seorsum nova a veteribus; qui miscuerit, multam persolvit. Sexti et ultimi venditarum rerum decimas exigunt; qui vectigali rempublicam defraudaverit, capite plectitur. Ac privatim quidem singuli hæc curant, omnes vero communiter privata et civilia et publicam supellectilem et pretia et forum et portus et sacra.

52. Post urbis præfectos est tertium collegium, quod circa rem militarem versatur ad eundem modum in quinterniones sex divisum; quorum unum adjungunt classis præfecto; secundum ei, qui bobus præest, quibus instrumenta et cibaria militibus et jumentis et alia militiæ necessaria portantur. Iidem ministros præbent, tympanistas, tintinnabula ferentes, item equisones et machinarum fabros et horum famulos; porro pabulatum ad tintinnabulum emittunt, præmio et supplicio celeritatem et securitatem efficientes. Tertii peditum curam habent, quarti equorum, quinti curruum, sexti elephantorum. Equis ac ceteris bestiis regia stabula sunt; est etiam regium armamentarium, in quo arma asservantur. Nam miles armaturam in armamentarium reddit, equum in equile, elephantum in suum item stabulum. His utuntur infrenibus. Currus a bobus in itinere trahuntur; equi capistro ducuntur, ne inflammentur crura nec alacritas eorum hebetetur eo quod curribus junguntur. Currus præter aurigam vectores duos habet; elephas aurigam et tres sagittarios.

53. Indi in victu frugales sunt omnes, præsertim in castris; non delectantur turba supervacanea, ideoque decenter se gerunt. De furtis altum apud eos silentium. Hinc est quod Megasthenes refert, se, quum in Sandrocotti castra venisset, in quibus erant hominum quadringenta

πλήθους ἱδρυμένου, μηδεμίαν ἡμέραν ἰδεῖν ἀνηνεγμένα κλέμματα πλειόνων ἢ διακοσίων δραχμῶν ἄξια, ἀγράφοις καὶ ταῦτα νόμοις χρωμένοις. οὐδὲ γὰρ γράμματα εἰδέναι αὐτούς, ἀλλ' ἀπὸ μνήμης ἕκαστα διοικεῖσθαι· εὐπραγεῖν δ' ὅμως διὰ τὴν ἁπλότητα καὶ τὴν εὐτέλειαν· οἶνόν τε γὰρ οὐ πίνειν, ἀλλ' ἐν θυσίαις μόνον, πίνειν δ' ἀπ' ὀρύζης ἀντὶ κριθίνων συντιθέντας· καὶ σιτία δὲ τὸ πλέον ὄρυζαν εἶναι ῥοφητήν. καὶ ἐν τοῖς νόμοις δὲ καὶ συμβολαίοις τὴν ἁπλότητα ἐλέγχεσθαι ἐκ τοῦ μὴ πολυδίκους εἶναι· οὔτε γὰρ ὑποθήκης οὔτε παρακαταθήκης εἶναι δίκας, οὐδὲ μαρτύρων οὐδὲ σφραγίδων αὐτοῖς δεῖν, ἀλλὰ πιστεύειν παραβαλλομένους· καὶ τὰ οἶκοι δὲ τὸ πλέον ἀφρουρεῖν. ταῦτα μὲν δὴ σωφρονικά, τἆλλα δ' οὐδ' ἄν τις ἀποδέξαιτο· τὸ μόνους διαιτᾶσθαι ἀεὶ καὶ τὸ μὴ μίαν εἶναι πᾶσιν ὥραν κοινὴν δείπνου τε καὶ ἀρίστου, ἀλλ' ὅπως ἑκάστῳ φίλον· πρὸς γὰρ τὸν κοινωνικὸν καὶ τὸν πολιτικὸν βίον ἐκείνως κρεῖττον.

54. Γυμνάσιον δὲ μάλιστα τρῖψιν δοκιμάζουσι καὶ ἄλλως καὶ διὰ σκυταλίδων ἐβενίνων λείων ἐξομαλίζονται τὰ σώματα. λιταὶ δὲ καὶ αἱ ταφαὶ καὶ μικρὰ χώματα· ὑπεναντίως δὲ τῇ ἄλλῃ λιτότητι κοσμοῦνται. χρυσοφοροῦσι γὰρ καὶ διαλίθῳ κόσμῳ χρῶνται σινδόνας τε φοροῦσιν εὐανθεῖς καὶ σκιάδια αὐτοῖς ἕπεται· τὸ γὰρ κάλλος τιμῶντες ἀσκοῦσιν, ὅσα καλλωπίζει τὴν ὄψιν· ἀλήθειάν τε ὁμοίως καὶ ἀρετὴν ἀποδέχονται· διόπερ οὐδὲ τῇ ἡλικίᾳ τῶν γερόντων προνομίαν διδόασιν, ἂν μὴ καὶ τῷ φρονεῖν πλεονεκτῶσι. πολλὰς δὲ γαμοῦσιν ὠνητὰς παρὰ τῶν γονέων, λαμβάνουσί τε ἀντιδιδόντες ζεῦγος βοῶν, ὧν τὰς μὲν εὐπειθείας χάριν, τὰς δ' ἄλλας ἡδονῆς καὶ πολυτεκνίας· εἰ δὲ μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσαιεν, πορνεύειν ἔξεστι. θύει δὲ οὐδεὶς ἐστεφανωμένος οὐδὲ θυμιᾷ οὐδὲ σπένδει, οὐδὲ σφάττουσι τὸ ἱερεῖον, ἀλλὰ πνίγουσιν, ἵνα μὴ λελωβημένον, ἀλλ' ὁλόκληρον διδῶται τῷ θεῷ. ψευδομαρτυρίας δ' ὁ ἁλοὺς ἀκρωτηριάζεται, ὅ τε πηρώσας οὐ τὰ αὐτὰ μόνον ἀντιπάσχει, ἀλλὰ καὶ χειροκοπεῖται· ἐὰν δὲ καὶ τεχνίτου χεῖρα ἢ ὀφθαλμὸν ἀφέληται, θανατοῦται. δούλοις δὲ οὗτος μέν φησι μηδένα Ἰνδῶν χρῆσθαι, Ὀνησίκριτος δὲ τῶν ἐν τῇ Μουσικανοῦ τοῦτ' ἴδιον ἀποφαίνει, καὶ ὡς κατόρθωμά γε· καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ λέγει τῆς χώρας ταύτης κατορθώματα, ὡς εὐνομωτάτης.

55. Τῷ βασιλεῖ δ' ἡ μὲν τοῦ σώματος θεραπεία διὰ γυναικῶν ἐστιν, ὠνητῶν καὶ αὐτῶν παρὰ τῶν πατέρων· ἔξω δὲ τῶν θυρῶν οἱ σωματοφύλακες καὶ τὸ λοιπὸν στρατιωτικόν· μεθύοντα δὲ κτείνασα γυνὴ βασιλέα γέρας ἔχει συνεῖναι τῷ ἐκεῖνον διαδεξαμένῳ· διαδέχονται δ' οἱ παῖδες· οὐδ' ὑπνοῖ μεθ' ἡμέραν ὁ βασιλεύς· καὶ νύκτωρ δὲ καθ' ὥραν ἀναγκάζεται τὴν κοίτην ἀλλάττειν διὰ τὰς ἐπιβουλάς. τῶν τε μὴ κατὰ πόλεμον ἐξόδων μία μέν ἐστιν ἡ ἐπὶ τὰς κρίσεις, ἐν αἷς διημερεύει διακούων οὐδὲν ἧττον, κἂν ὥρα γένηται τῆς τοῦ σώματος θεραπείας· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ διὰ τῶν σκυταλίδων

millia, nullam diem vidisse, in qua ultra ducentarum drachmarum pretium furta essent allata, idque quum non scriptis utantur legibus. Litteras enim eos nescire, sed memoriter omnia administrare; attamen propter simplicitatem ac vitæ frugalitatem res eis prospere succedere: vinum eos non nisi in sacrificiis bibere, ex oryza confectum loco hordei; cibum quoque magna ex parte oryzam esse sorbilem. In legibus et contractibus simplicitatem eo arguì, quod non multum habeant litium; nam neque pignoris nec depositi lites esse, nec testibus uti nec sigillis, sed bona fide deposita credere; domi res plerumque incustoditas esse. Atque hæc quidem omnia sunt proba, illud vero non facile quis laudaverit, quod soli pro se quisque degunt, nec una omnibus et cœnandi et prandendi hora est, sed ut cuique libet; quippe ad civilem socialemque vitam contraria sunt commodatiora.

54. De corporis exercitationibus præcipue frictionem probant, et maxime strigilibus ebeni glabris corpora levigant. Sepulturæ quoque iis simplices et parvi sunt tumuli; contrarius vero ceteræ simplicitati est mundi amor; nam et aurum gestant, et lapillis distincto ornatu utuntur, et sindones floridas induunt, et umbracula eos sequuntur: etenim pulchritudinem quum colant, omnia faciunt quæ ad decorandam faciem pertinent. Veritatem atque virtutem in pretio habent. Itaque ætati senum prærogativam nullam tribuunt, nisi prudentia ii excellant. Multas nuptas habent, quas a parentibus accipiunt pari boum emptas, alias obedientiæ gratia, alias prolis ac voluptatis; nisi castas esse cogant, scortari licet. Nemo ex Indis coronatus sacrificat nec adolet nec libat, neque jugulant victimam, sed præcluso spiritu necant, ne quid mancum deo offeratur, sed integrum. Qui falsus testis deprehenditur, extremis partibus corporis multatur. Qui membro aliquo quempiam orbaverit, non modo talionis pœnam subit, sed etiam manu truncatur. Quodsi quis artifici manum oculumve ademerit, morte luit pœnas. Idem dicit neminem Indorum servis uti, Onesicritus vero id proprium eorum ait, qui sub Musicano sunt, et ea re hos ceteris præstare, quemadmodum alia quoque permulta ejus nationis, utpote optimis legibus utentis, laudem merentia commemorat.

55. Regis corpus mulieres curant, ipsæ quoque de parentibus emptæ. Extra foras palatii sunt corporis custodes et reliquus exercitus. Si qua mulier regem ebrium occiderit, id præmii habet, ut cum illius successore jungatur; succedunt autem filii. Regi interdiu dormire non licet; nocte cogitur cubilia per horas mutare, idque propter insidias. Præter exitum regis ad bellum, alius est quum ad jus dicendum exit, per diem totum audiens, etiamsi hora sit, ut corpus curet; id autem fit strigilum

τρῖψις· ἅμα γὰρ καὶ διακούει καὶ τρίβεται τεττάρων περιστάντων τριβέων· ἑτέρα δ' ἐστὶν ἡ ἐπὶ τὰς θυσίας ἔξοδος. τρίτη δ' ἐπὶ θήραν βακχική τις, κύκλῳ γυναικῶν περικεχυμένων, ἔξωθεν δὲ τῶν δορυφόρων· παρεσχοίνισται δ' ἡ ὁδός, τῷ δὲ παρελθόντι ἐντὸς μέχρι γυναικῶν θάνατος· προηγοῦνται δὲ τυμπανισταὶ καὶ κωδωνοφόροι. κυνηγετεῖ δ' ἐν μὲν τοῖς περιφράγμασιν ἀπὸ βήματος τοξεύων (παρεστᾶσι δ' ἔνοπλοι δύο ἢ τρεῖς γυναῖκες), ἐν δὲ ταῖς ἀφράκτοις θήραις ἀπ' ἐλέφαντος· αἱ δὲ γυναῖκες αἱ μὲν ἐφ' ἁρμάτων, αἱ δ' ἐφ' ἵππων, αἱ δὲ καὶ ἐπ' ἐλεφάντων, ὡς καὶ συστρατεύουσιν, ἠσκημέναι παντὶ ὅπλῳ.

56. Ἔχει μὲν οὖν καὶ ταῦτα πολλὴν ἀήθειαν πρὸς τὰ παρ' ἡμῖν, ἔτι μέντοι μᾶλλον τὰ τοιάδε. φησὶ γὰρ τοὺς Καύκασον οἰκοῦντας ἐν τῷ φανερῷ γυναιξὶ μίσγεσθαι καὶ σαρκοφαγεῖν τὰ τῶν συγγενῶν σώματα· πετροκυλιστὰς δ' εἶναι κερκοπιθήκους, οἳ λίθους κατακυλίουσι κρημνοβατοῦντες ἐπὶ τοὺς διώκοντας· τά τε παρ' ἡμῖν ἥμερα ζῷα τὰ πλεῖστα παρ' ἐκείνοις ἄγρια εἶναι· ἵππους τε λέγει μονοκέρωτας ἐλαφοκράνους· καλάμους δέ, μῆκος μὲν τριάκοντα ὀργυιῶν τοὺς ὀρθίους, τοὺς δὲ χαμαικλινεῖς πεντήκοντα, πάχος δέ, ὥστε τὴν διάμετρον τοῖς μὲν εἶναι τρίπηχυν, τοῖς δὲ διπλασίαν.

57. Ὑπερεκπίπτων δ' ἐπὶ τὸ μυθῶδες πεντασπιθάμους ἀνθρώπους λέγει καὶ τρισπιθάμους, ὧν τινας ἀμύκτηρας, ἀναπνοὰς ἔχοντας μόνον δύο ὑπὲρ τοῦ στόματος· πρὸς δὲ τοὺς τρισπιθάμους πόλεμον εἶναι ταῖς γεράνοις (ὃν καὶ Ὅμηρον δηλοῦν) καὶ τοῖς πέρδιξιν, οὓς χηνομεγέθεις εἶναι· τούτους δ' ἐκλέγειν αὐτῶν τὰ ᾠὰ καὶ φθείρειν· ἐκεῖ γὰρ ᾠοτοκεῖν τὰς γεράνους· διόπερ μηδαμοῦ μήτ' ᾠὰ εὑρίσκεσθαι γεράνων, μήτ' οὖν νεόττια· πλειστάκις δ' ἐκπίπτειν γέρανον χαλκῆν ἔχουσαν ἀκίδα ἀπὸ τῶν ἐκεῖθεν πληγμάτων. ὅμοια δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν Ἐνωτοκοιτῶν καὶ τῶν ἀγρίων ἀνθρώπων καὶ ἄλλων τερατωδῶν. τοὺς μὲν οὖν ἀγρίους μὴ κομισθῆναι παρὰ Σανδρόκοττον· ἀποκαρτερεῖν γάρ· ἔχειν δὲ τὰς μὲν πτέρνας πρόσθεν, τοὺς δὲ ταρσοὺς ὄπισθεν καὶ τοὺς δακτύλους. ἀστόμους δέ τινας ἀχθῆναι, ἡμέρους ἀνθρώπους· οἰκεῖν δὲ περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Γάγγου, τρέφεσθαι δ' ἀτμοῖς ὀπτῶν κρεῶν καὶ καρπῶν καὶ ἀνθέων ὀσμαῖς, ἀντὶ τῶν στομάτων ἔχοντας ἀναπνοάς, χαλεπαίνειν δὲ τοῖς δυσώδεσι, καὶ διὰ τοῦτο περιγίνεσθαι μόλις, καὶ μάλιστα ἐν στρατοπέδῳ. περὶ δὲ τῶν ἄλλων διηγεῖσθαι τοὺς φιλοσόφους, Ὠκύποδάς τε ἱστοροῦντας, ἵππων μᾶλλον ἀπιόντας, Ἐνωτοκοίτας τε ποδήρη τὰ ὦτα ἔχοντας, ὡς ἐγκαθεύδειν, ἰσχυροὺς δ', ὥστ' ἀνασπᾶν δένδρα καὶ ῥήττειν νευράν, Μονομμάτους τε ἄλλους, ὦτα μὲν ἔχοντας κυνός, ἐν μέσῳ δὲ τῷ μετώπῳ τὸν ὀφθαλμόν, ὀρθοχαίτας, λασίους τὰ στήθη· τοὺς δὲ Ἀμύκτηρας εἶναι παμφάγους, ὠμοφάγους, ὀλιγοχρονίους, πρὸ γήρως θνήσκοντας· τοῦ δὲ στόματος τὸ ἄνω προχειλότερον εἶναι πολύ· περὶ δὲ τῶν χιλιετῶν Ὑπερβορέων τὰ αὐτὰ λέγει Σιμωνίδῃ καὶ Πινδάρῳ καὶ ἄλλοις μυθολόγοις. μῦθος δὲ καὶ τὸ

perfrictione; nam simul et audit, et a quattuor frictoribus perfricatur. Alter exitus est ad sacrificia, tertius ad venationem, ubi Bacchico more maxima mulierum, et exterius corporis custodum, caterva circumfunditur; via ab utroque latere septa funibus; quodsi quis interius ad mulieres usque accedit, interficitur. Præcedunt regem tympana et tintinnabula. Quum in locis septis venatur, e solio sagittat, assistentibus ei duabus tribusve mulieribus armatis; quum in locis non clausis venatur, sagittat ab elephante; ex mulieribus aliæ curribus, aliæ equis, aliæ elephantis vehuntur, quemadmodum etiam in bellicis expeditionibus regem comitantur, omni armorum genere exercitatæ.

56. Vel hæc sane, cum nostris comparata, valde sunt insolentia; magis etiam ista. Etenim Caucasi habitatores Megasthenes ait palam cum mulieribus coire, et cognatorum carnibus vesci. Porro cercopithecos esse, qui per præcipitia incedentes, saxa contra insequentes detrudant. Animalia, quæ apud nos mansueta sunt, apud illos magna ex parte fera esse. Equos ibi unicornes reperiri cervinis capitibus. Ex arundinibus esse erectas triginta ulnarum longitudine, humo procubantes ad quinquaginta, tanta crassitudine, ut quibusdam diameter sit trium cubitorum, quibusdam dupla.

